PERILL. ATQ. A.REV. D.

DOMINI IOSEPHI CAVALERII NEAPOLITANI

Sac. Th. & utriuſq. Iuris Doct. & Neapoli primarii Lectoris.

EXPLICATIONES AD QVATVOR LIBROS

Inſtitutionum Canonicarum.

IOANNIS PAVLI LANCELLOTTI PERVSINI.

CVM INDICE OPERIS LOCVPLETISSIMO

Opus tum regularibus, tum ſecularibus Eccleſiaſticis apprimè neceſſarium.



R O M AE,

Typis Hæredum Manelphi Manelphij. M.DC.LIII.

Superiorum Permiſſu.

NAPOLI

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiſs. Pater Sac. Pal. Apoſt Magiſter.

A. Riualdus Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Vincentius Fanus Magiſter, & Socius Reuerendiſs. P. Fr. Vincentij Candidi Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri Ordinis Prædicatorum.

SANCTO DOCTORI AQVINATI.

MAgnus illę NAZIANZENVS oratione vigeſima de Machabeis dixit, quod, quæ ſunt filiorum, ad patrem referri, æquiſsimum ac iuſtiſsimum eſt indè etiam iuſtè ſanciuit Imp. IVSTINIANVS in §. igitur in inſtitutionibus titul. per quas perſonas nobis acquiritur, ſummã eſſe iuſtitiam, vt id quod ex re patris oritur ad patrem quoq; reuertatur ecce SANCTIS. PRINCEPS SCHOLARVM IVBAR, DOCTORVM MAGISTER, ECCLESIAE ANGELE REPARANS, TVTELARIS, ET GLADIVS FORTIS, totius meę familię Princeps poſt Deum pater, quod tibi offero indigna proles leue munuſculum meorum laborum meorum dixerim laborum an gratiarum tuarum compendium neſcio; hoc ſanctius, & ęquius erit ſi verum fatear, dicam enim, vt Iob amicus dicebat Tu manus laſſas roboraſti, vacillantem confirmauerunt ſermones tui,

& genua trementiã confortaſti. Scit noſtra Ciuitas qualibus curis opprimerer dum hæc ſcribebã, & tamen id effeci, quod ſemper immutatum legi, & ad tui gloriã mundo præſento, vt tuã in his cognoſcant patrocinij vmbram ſi quid boni inueneneṛint, & cui meliùs opus à tè natum, & altum poterat iuſtius dicari dum à tè mutuata mihi potiùs et ex tuis laboribus quam maximè deprompta hic collegi tum quia deteſtabili ingrati animi labe eſſem notandus ſi in innumerabilium beneficiorum gratitudinis ſignum, & ſpecimen non redderem ſaltem quod valeo, dum ad id quod debeo vires non ſupplent, & ſub cuius vmbra fidentiora poterant mea afferta ſubſiſtere quam ſub lucido tui pectoris iubare per quod iuris prudentia loquitur per tè etenim Dei ſapientia ſua promit oracula, per tè ſua ſuis dogmata dedit, & Oceanum ſcientiæ deſcendere omnibus non fatemur omnes. Dicaram tibi alias ACADEMIAM PRAECVRRENTIVM, quę ſub ſigno matutitini ſyderis ſoli famulatum exhibendo præcurrit. Sed tu ipſum feciſti ſydus ſatis pręcurrere ſuis. Vis fuit tuæ magnæ charitatis. Accipe igitur hoc læue munuſculum ſi quidquam hodiè apud tè mea valet depręcatio excipe, id quod à quatuor fęrè luſtris in

com-

compoſitione huius operis donaſti,accipe,quę tè dicam dictante accepi, quæ hoc ipſo laude digna erũt quod inſuflatione,& gratia tua ſunt,niſi tua eſſent pura nec docta, nec eminentia niſi puritatem doctrinam,& eminentiam à tè mutuarent,id ſi à tè conſequar,vt hoc acceptes multiplicabis beneficia quibus dum viuam ſim cumulate reſponſurus, donec tecum hic famulatu,in cęlis tuo patrocinio iungar,nec ab alio id mihi erit,quam te auſpice.

Tuæ Sapientiæ Altiſſimæ

Laue Teſtimonium

D.Ioſeph Caualerio

LECTORI.

SVmus in quarto Luſtro laborum Legalium,& quid interim pertulerim interius exteriuſq; ſcit mea Ciuitas, ſciunt mei collegæ volui tandem tibi exhibere Inſtitutiones Canonicas ſub eodem ordine, Mȩthodo Doctrina,vt primo meis auditoribus perlegi,ipſos conteſtor,nec immerito id prædico non quia nolui quidquam mutare,ſed adamuſſim prorſus referre,quod Diuina gratia inſpirante , Sancti Mei Principis AQVINATIS tutela intra paucos menſes collegeram,tum quia nolui laudari in magnificentiori ſtylo , & Mȩthodo, & interim publicȩ vtilitati obeſſe; Inſtitutiones hæ,vt iacent poterunt per manus omnium peruolutari,qui ius Potificeum norint hìc reuident clariora, quæ habent. Qui ad id Neophiti exiſtunt poterunt læui luce ad Iuris Pontificei ſcientiam gradum facere multa errata ex prȩlo hic reperies corrigat tuum ſanum caput , & abſentiam Authoris ab Opere ædito excuſando compati. Hic tamen facillimum habes iter quo poteris etiam viam facere ad ſublimia , candido animo excipe,quod nullius laudis cupidus,ſed tui boni zelo repletus hìc dò, ſi magnificentiora expetas ſubiecti imbecillitatem recole , & ſi Summo Patri placuerit altiora tibi reſeruo non inter curas legendi,ſed cum ſeceſſum habuero ſcribendi. *Carmina enim ſeceſſum ſcribentis,& otia quæruni*,hæc ſunt pro Scholaſticis, & pro ijs,qui volunt addiſcere,vt valeant,pro prudentibus,vt corrigant, pro iniquis, vt lacerent. Tu ſi,tuum bonum hic reperis Deo exhibe condignas grates, & vale.

IN AVTHORIS ENCOMIVM

EPIGRAMMA.

PANDITVR en tandem reuoluto cardine cœlum
Orbem Aſtræa nouis legibus ecce beat.
Aſſurgit IOSEPH, doctoque volumine mundum
Illuſtrat, terras pax rediuiua petit,
Quis tua Parthenope Troianis eſſe negabit
(Vel dis conſtructis) mœnia tuta magis.
Nam ſi ſtructores ſuperos Priameia vidit
Tellus, hæc victor mœnia firmat eques.

ALIVD.

QVID non Parthenope proprios inimica triumphos
Iactas? Incipias facta canenda dabo.
Aſtrææ venio, Diuinæque arbiter artis,
Dum tua nunc IOSEPH mœnia lege beat.
Caucaſea canitur religatus rupe Prometheus,
Quod rapta informem lege animauit humum.
Sanctius arcanum legum face mente retexit,
Atque nouum IOSEPH ſuſtulit axe decus.
Prœmia dum facti pœnas hic ſuſtulit: ergo
Verius informem lege animauit humum.

Digitized by Google

IN ZOILVM
DISTICHON.

Cæcutiunt rutilum ſpectantia lumina Solem:
Zoile nonne tua hic lumina cœcutiunt?

Deuotionis ergo

I. B. M.

Google

LIBER PRIMVS INSTITVTIONVM CANONICARVM

SVMMARIVM.

1 *Timor filialis excellentior eſt timore ſeruili.*
2 *Canonum ſcientia excitat amorem diuinum, quem ſecularia impediunt, & coinquinant,*
3 *Ignorantia maximè vituperanda:*
4 *Canonicarum inſtitutionũ cauſa qua?.*
5 *Canonica inſtitutiones quam vim habeant?*
6 *Numerus quaternarius continet aliqua myſteria.*

1 DEO auſpicante, Immaculata Deipara patrocinante, Canonicam diſciplinam ſectaturis illud commendo, quod ait *Dauid pſal* 110. *Initiũ ſapientia timor Domini*: Debet tamen eſſe timor filialis, non ſeruilis, *cap. charitas eſt de poeni diſt.* 2 Hunc amorem timentem, & timorem amantem curabit Canonica diſciplina; ſolent enim ſecularia adeo perturbare, vt etiam in ipſius Dei obliuionem incidamus; Canones verò quam maximè ad
2 tanti luminis veritatem perducunt, ſunt enim plena ſacris eloquijs, vnde dicitur *in cap. ſicut ſtellas diſt.* 38. quod ſacræ ſcripturæ inhærentes non obſcurantur iniquitate mundana; debet igitur, qui
3 Deo adhærere prætendit ſacris Canonibus inhærere, tum quia ignorantia ſatis obiurgatur in *cap. cum omnis diſt.* 37. *cap. ignorantia mater, diſt.* 38. *cap. ſi in laicis, & cap. nulli ſacerdotes diſt. eit.*

Ne igitur imparati opus Lãcellotti aggrediamur, ſecundum phyſicas regulas
4 huius compoſiti cauſis breuiter perpendamus. Quatuor igitur cauſæ harum inſtitutionum ſunt, efficiens, materialis, formalis, & finalis. Cauſa efficiens fuit ipſemet Ioannes Paulus Lancellottus de mandato Pauli Quarti Pontificis Maximi, quo obeunte ante perlectum opus re-
5 manſerunt hæ inſtitutiones in robore auctoritatis Doctoris non in vera vi legis. Cauſa materialis, ſiue id, ex quo inſtitutiones elicitæ ſunt, fuit totum corpus Iuris Canonici, conſtitutiones pontificiæ & quidquid huius generis tũc temporis extabat. Cauſa formalis eſt numerus quaternarius librorum, qui numerus eſt perfectiuus, vt aduertit *gloſſ. hic*, tum quia
6 hic numerus quodlibet compoſitum ingreditur, tum quia nomen Dei quatuor etiam literis inſcribitur, & dicitur tetragrãmaton, hoc eſt nomen quatuor literarum, quod eſt, Deus, ſic inſtitutiones Canonicæ hac quoque figura informãtur. Cauſa finalis apparebit ex §. *eſt igitur infra.*

Super Titulum Procmij.

SVMMARIVM.

1 *Patria obſequium praſtari debet.*
2 *Candidati vnde dicti.*
3 *Iuri Pontificio vacantes quomodo candidatorum nomen iactare valeant.*
4 *Salutatio inimici poteſt inducere iniuria remiſſionem.*
5 *Salutatio Papa remittit peccata venialia.*

Digitized by Google

1 I*Oannis Paulus Lancellottus Peruſi-
nus*, Ponit author noſter ſuum no-
mēn, cognomen, & patriam, docens,
eos patriæ debitum obſequium; eſt
enim ipſa prima parens, & ponit ſuum
cognomen ad diſtinctionem aliorum,

(*Iuris Pontificij candidatis ſalutem
2 dicit*) Nota hic apud Romanos fuiſſe vſū,
vt qui ad magiſtratum conſcendere vo-
lebant, antea per longum tempus indue-
rent veſtem candidam, & togabant ſuf-
fragatores pro ſuffragio ſibi impertiendo,
vt notat *gloſſ. hic*. Sic & qui volunt Ius
3 Pontificium adipiſci, quod eſt culmen
cuiuslibet dignitatis; debent antea ſatis
vacare inſtitutionibus Canonicis, quaſi
probationem agentes, & debent candi-
dati incedere abſque alia culpa, vt aſſe-
quātur id, quod diſponitur in *c. ſtellas cit.*
ex ly *ſalutem dicit*, notate vtilitatem
ſalutationis. Primò enim, ſi quis ſalutet
4 inimicum præſumitur ei remiſiſſe iniuriā.
*Bal in l. 1 ff. de liberis, & poſthumis, Abb.
in proemio decretalium in vltimo nota-
bili*. Secundò docet etiam *Abb. loco cit*
5 quod ſalutatio Papæ remittit peccata ve-
nialia, & alia ponit *gl. hic*. Incipit igitur
Proemium.

In §. Libros.

SVMMARIVM.

1 *Canonicarum inſtitutionum ſimilitudo ciuilibus, & differentia illarum authoritatis.*
2 *Ius Canonicum quot libri contineat?*
3 *Canonicorum librorum varietas declaratur vſque ad finem §.*

1 IN hoc §. ponit Auctor noſter ſimili-
tudinem, inter inſtitutiones Cano-
nicas, & Ciuiles, & ait, quod ſicut
inſtitutiones ciuiles fundantur in aucto-i-
tate Romani Imperatoris, ſic inſtitutio-
nes Canonicæ auctoritate Romanorum
Pontificum conualeſcunt; & ſicut mate-
ria illarum ex corpore Iuris ciuilis eſt ita
iſtis materia n ſubminiſtr uit Iu. Ponti-
cium, verum tamen eſt, quod illæ habent
vim legis, quia ab Imperatore receptæ
fuerunt, iſtæ autem non ſic ex ratione
propoſita.

Aduerte hic, ex ly libros, quod libri
2 iuris pontificij ſunt tria volumina: pri-
mum eſt, volumen decretorum compi-
latum iuſſu Gregorij XIII. ſecundum
dicitur liber decretalium: tertium dici-
tur ſextum vbi continetur ſextus liber
decretalium, & alia, de quibus infra.

His etiam addi poterunt Bullæ, ſeu ex-
trauagantes, quæ venient nomine
bullarum ducta ſimilitudine à bul-
lis in aqua, quæ facillimè mutantur: igi-
tur primum volumen decretorum habet
duas partes; prima pars continet capitu-
la, & diſtinctiones, & taliter allegatur
*cap. non omnis, diſt. 39. cap. ſicut ſtel-
3 las, diſt. 38*. Secunda pars continet capi-
tula, cauſas, & quæſtiones, & allegari ſo-
let *cap. cum initiatur 27. q. 2.* Continet
etiā inter ipſas cauſas aliquas diſtinctio-
nes de pœnitentia, & de conſecratione,
& allegatur taliter *cap. pars eſt de con-
ſecrat. diſt. 2.* & ſic de reliquis. Volumen
ſecundum, quod dicitur Decretalium, al-
legatur per capitula, & titulos, & additur
ly extra, hoc eſt extra decretum *cap. cum
Eccleſia Dei extra de immunitate Eccle-
ſiarum*. Sextum volumen, quod dicitur
ſextum, allegatur per capitula, & titulos,
& additur ly in 6. puta *cap. dudum de
rebus Eccleſiæ non alienandis in 6.* & in
hoc eodem volumine adſunt etiam Cle-
mentinæ, quæ allegantur per Clementi-
nas, & titulos, *Clementina Eoc de ſepul-
turis*; continet etiam idem volumen
extrauagantes, & iſtæ diſtinguuntur etiā
in extrauagantes communes, & extra-
uagantes Ioannis 22. illæ allegantur per
extrauagantem, & titulum, vt *extrauag.
ad Apoſtolatus noſtri de conceſſione præben-
dæ*, quando verò allegatur aliqua ex ex-
trauagantibus Ioannis 22. id addi debet,
in extrauag. Ioannis 22. quorundam; &
hæc ſint ad notitiam terminorum.

In §. Non parua, vſque ad finem Proemij.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutiones ſunt Iuris elementa.*
2 *Naturale eſt velle cognoſci.*
3 *Manifeſtatio propriorum bonorū operum propter Deum, eſt licita.*
4 *Inanis gloria reijcienda eſt vt peccaminoſa.*
5 *Occupationes prohibent applicationem ſtudijs.*
6 *Excuſatio delictorum proximi eſt laudabilis.*
7 *Laus in ore proprio eſordeſcit.*
8 *Canonicæ inſtitutiones cur non Pontificiæ appellatæ.*
9 *Celeritas quo caſu laudari debeat.*
10 *Inuidia quotidiana patet experientia.*
11 *Inuidia definitio traditur.*
12 *Inuidia quatuor ſpecies ſecundum S. D.*

Tri-

Digitized by Google

13 *Triſtitia de bono alterius propter timorem ſui damni, non eſt peccaminoſa.*
14 *Inuidere alterius bono quatenus & ſibi illud vellet, non eſt peccatum.*
15 *Appetere bonum proximi ſibi incompetens, & incongruum inuidia peccato adſcribendum.*
16 *Triſtitia de bono alterius inuidiam illius producens, eſt peccaminoſa.*
17 *Inuidia effectus qui numerentur.*
18 *Inuidia propria Diaboli.*
19 *Inuidia quo caſu eſſet in homine.*
20 *Inuidia ab odio differentia dantur.*
21 *Qui per alium facit, per ſetpſum facere videtur.*
22 *Inſtitutiones Canonicæ ſunt elicitæ, & conformantur Iuri Canonico.*

1 ADmiratur hic auctor noſter, cur
cum magna ſit ſimilitudo inter
Ius ciuile, & canonicum non ha-
buerit adhuc ius canonicum ſua funda-
menta per inſtitutiones, ſicut habent in-
ſtitutiones ciuiles, vt ait Imperator in
ijſdem inſtitutionibus, vbi in §. *cumque
hoc*, vbi inſtitutiones ciuiles vocat pri-
ma iuris cunabula, ſic dicit Auctor no-
ſter, quod debebant aſſignari prima ele-
menta, & cunabula iuris canonici, vt
facilis eſſet acquiſitio talis diſciplinæ.

Qui gloria cupidine, &c. his verbis o-
ſtendit Lancellottus eſſe bona opera
agenda ad ſui cognitionem manifeſtan-
2 dam; quilibet enim mortalium habet
hoc à natura inditum, vt ſemper cogno-
ſci velit, & gloriari, vt enim ait *Augu-
ſtinus in Ioannem tract.* 82. Gloria idem
eſt, ac manifeſtatio, velle autem gloriam
ſuorum operum eſt peccatum, ſi refera-
3 tur in Deum, *Matthæi* 5. *Luceat lux ve-
ſtra coram hominibus, vt videant opera
veſtra bona, & glorificent, &c.* vnde
S. D. 2.2.*q.*132.*a.*1 *in corpore ait*, quod ap-
petitus inanis gloriæ vitium importat,
gloriari verò propter debitum finem, ſci-
4 licet ad honorem Dei, non eſt peccatum;
inanis verò gloria reijcienda *pſalmo* 4. vt
quod diligitis vanitatem, &c. Author ita-
que miratur, cur antiqui non effecerint
hoc opus inſtitutionum appetitu propriæ
gloriæ omnibus connaturali.

Sed veteribus, excuſantur hic antiqui,
cur id non egerint, primò, quia aliqui
Pontifices non habuerunt materiam, ex
qua condere potuiſſent hoc opus; non
enim erant adhuc compilata volumina
decretalium decretorũ, &c. Imò ait, quod
fuiſſent quam maximi optimi viri, qui
hoc opus potuiſſent efficere, ſic Iulius
Tertius, Pius Quartus, & alij.

Sed & horum; Aſſignat hic ſecundam
excuſationem, cur tales illuſtriſſimi ho-
mines hoc opus non peregerint, & ait,
quod aliqui fuerunt, qui parum vixerunt
in pontificatu, ſic Pius Tertius, Marcel-
lus Secundus, & Vrbanus Septimus, qui
menſem in pontificatu non compleue-
5 runt. Tertiam addit rationem, eo quod
multi alij Pontifices fuerint intenti, & ſol-
liciti ad coadunandos fideles, fugandos
hoſtes, defendendam Eccleſiam, &c. ſtu-
dium autem non permittit alias curas, &
gl. hic ponit verſum,

Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt.

Collige ex hoc magnam prudentiam
6 Authoris in excuſandis alijs plus quam
in laudando ſeipſum; gloria enim propria
cum ignominia alterius culpa eſt *Caiet.* 2.
2. *q.* 132 *a.* 2.

Sed hoc nos; Hic incipit Lancellott.
oſtendens, quomodo ipſe has inſtitutio-
7 nes ſcripſerit conſulto ſummo Pontifice;
& quamuis videatur ferre ſui laudem
contra *tex. in cap. ſi quis* 11.*q.*3. vbi laus
in ore proprio eſordeſcit, tamen hæc fuit
laus iuſta, vt ſupra dicitur ex *S. Doct* 2.2.
loco cit: & notat *Ioannes de Platea apud
gloſſam hic*.

Sed vſque adeo, &c. Multas hic addu-
8 cit rationes, cur ſuæ inſtitutiones non
fuerint nomine pontificio decoratæ, ſicut
inſtitutiones ciuiles Cæſareæ, & Imperia-
les appellantur; primam ponit cauſam,
magnas curas ipſius Pontificis, qui forſan
volebat ipſe has inſtitutiones perlegere.
Secunda cauſa fuit ſenectus ipſius Ponti-
ficis. Tertia colligitur ex verbo, cũctato-
rem; quod ſignificat tarditatem motus
ipſius Pontificis; cum tamen celeritas in
9 iure exigatur, *cap. mala diſt.* 8. vbi ne quis
contaminari poſſit celeriter eſt expediẽ-
dus; idem habetur in *cap. baptizari diſt.*
5. vbi celeriter eſt impertiendum ſacra-
mentum, ne puer pereat abſque bapti-
ſmo, & dat rationem *tex. ibidem, ibi* (ne-
dum adhuc tempus ad præbendum re-
demptionis myſterium quæſitum, interue-
niente paululum morula, inuentus non
valeat quo redimatur) *& gloſſ. in cap.
quoniam, de electione, & electi poteſtate
in* 6. allegat multa alia Iura, in quibus
celeritas maximè commendatur. *cap. lo-
cus* 35. *q.* 9. *cap. ſi cuſtos* 27. *q.* 1. *cap. qui
& humanis* 12. *q.* 2. & multa adducit *ibi
verbo celeritate*.

Quartam cauſam præbuit mors ipſius
Pontificis, cui nullum ſupereſt remedium.

Ergo ſi cui fortè: Hoc in loco ſe ex-
cuſat Author dicens, quod non temerè

Digitized by Google

hoc munus ſuſcepit, ſed Pontificis iuſſu tam magnum opus aggredi ſas fuit cum maximo periculo, labore, & diſpendio.

Inuidorum: gloſſ. hic ait, quod deſectus, & crimen inuidiæ eſt, quid quoti-
10 dianum, ideo aliqua hic percurremus ſecundum *S.Doct.2.2.q.36.a.1.in corpore ex Ariſtotele 2. rethoricorum cap. 10. tex.16.*

Aduerte igitur primò, quod inuidia eſt
11 crimen, quo quis triſtatur de bono alterius, quod exiſtimat malum proprium, quatenus eſt diminutio propriæ gloriæ, ſic *Sanctus Doctor loco cit.* vbi docet qua-
12 tuor eſſe ſpecies inuidiæ: prima eſt, per quā quis triſtatur de bono alterius, quatenus inde timet damnum ſibi, vel ſuis bonis, & hæc non eſt peccaminoſa paret hoc ex *Diuo Gregorio 22.moralium c.11. ei.ca principium*, qui ait, quod poſſumus non amittentes charitatem gaudere de
13 malo inimici, propter bonum alterius, vel proprium, & triſtari de bono eiuſdem ne nobis ipſis, vel alijs nocumentum afferat.

Secunda, ſpecies eſt, per quam quis inuidet bono alterius, quatenus & ſibi
14 vellet tale bonum, & hæc dicitur potius zelus; iuxta *Paulum. 1. ad Corinth. 14.* emulamini chariſmata meliora, & *Ariſtoteles loco cit.cap.11.num.6.* vocat hanc inuidiam zelum. Item poteſt eſſe hæc inuidia cum peccato, & ſine peccato, ſine peccato regulariter eſt in ſpiritualibus; ſemper enim, & abſque menſura debemus ſpiritualia appetere, at in temporalibus, erit peccaminoſa ſi quis optaret ſi-
15 bi bonum incompetens, & vltra propria merita, vt loquitur *Caietanus loco citato:* ſecus ſi quis appeteret, quod ſibi congruum eſt, iuxta rationem proprij meriti.

Tertia ſpecies inuidiæ eſt, quando quis
16 triſtatur de bono alterius, eo quod exiſtimet illud eſſe indignum tali dignitate; & hæc eſt peccaminoſa, vt in *pſal.36.* Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.

Quarta ſpecies eſt, de qua diximus in definitione, & omninò eſt cauanda, vt ait *S.Doctor loco cit.*

Aduerte ſecundò, quod effectus inuidiæ cōmemorātur à *Gregorio lib.5.moralium*
17 *cap.34.in principio*, & ſunt, Odium, Suſurratio, & Detractio, exultatio in aduerſis proximi, afflictio in proſperis; & *S.D. a.4.ad ſecundum addit* alium effectum, quod ſcilicet inuidus aſſimiletur dæmoni, qui propter inuidiam amiſſæ gratiæ in
18 id voluit hominem incidere ex ſuis ſuggeſtionibus: imò multi ex Theologis tenent hoc fuiſſe peccatum Dæmonum, ſcilicet inuidia naturæ humanæ exaltandæ, & tamen exaltatio humanæ naturæ erat etiam naturæ angelicæ promotio, cum homines ratione animæ ſpiritualis participent naturæ angelicæ. Adde effectibus inuidiæ illum, quem vulgatis carminibus deſcribit Horatius,

Inuidus alterius macreſcit rebus opimis,
Inuidia Siculi non inuenere tyranni,
Maius tormentum.

Aduerte tertiò, quod ceſſat inuidia, vel
19 ex extrema calamitate eius, cui alter inuidet, vel ex ſummo ſtatu, vel dignitate iſtius; calamitas enim non eſt ſub inuidia, & is, qui omnia habet, nec quod deſideret habere poteſt. Vnde, vt ait *gloſſ. hic* in hoc differunt inuidia, & odium; nam
20 odium ſequitur hominem inimicum etiā in calamitatibus, & extremis neceſſitatibus, non ſic inuidia, vt diximus. Item inuidia non cadit contra ſe ipſum, ſecus autem odium. Item inuidia non extinguitur beneficijs, ſecus autem odium, vt ex Diuo Baſilio refert *glo.hic.*

Accipite igitur; In fine proemij Author noſter commendat inſtitutionum valorem, & vim. Primò, quia fuerunt ſcri-
21 ptæ nomine Pontificis, ergo, vt tales æſtimari debent currente regula, quod qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur, *l.2. C. de veteri iure enucleando, cap. poteſt de reg. iuris in 6.* Secundò, quia hæ inſtitutiones ſunt potius ius Canonicum coarctatum, cū in ipſis nihil habeatur, quod non ſit iuri canonico conſonū. Imò fuerunt elicitæ ex ipſo corpore iuris. Nos igitur ipſum Paulum Lancellottum ſectatori curabimus magis eſſe textuales, quam ſcriptores, licet ad claritatem aliqui ſint admittendi.

DE IVRE CANONICO

TITVLVS PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio quid? & quare deſideretur in præſenti.*
2 *De, particula quid ſignificet.*
3 *Iuris Canonici eſſentia quomodo explicanda.*

Opor-

Digitized by Google

4 *Oportet verbum quid importet vt plurimum.*
5 *Ius plura ſignificat.*
6 *Ius duplex diuinum, & humanum, & diuiditur in plures alias ſpecies.*
7 *Iuris naturalis differentia ab alijs iuribus.*
8 *origo*)
9 *dignitas*) *oſtenduntur.*
10 *vniuerſalitas*)
11 *Iuris gentium à naturali differentia.*
12 *Ius ciuile quid ſit, & in quo conſiſtat.*
13 *Iuris ciuilis nomen, in qua ſignificatione poteſt conuenire Iuri canonico.*
14 *Iuris Canonici etymologia, & quatenus illi benè conueniat.*
15 *definitio.*
16 *Ius Canonicum quare ſit ſcientia practica.*
17 *Iuri Canonico qualiter infideles ſubijciantur.*
18 *Ciues quo pacto dicantur Chriſtifideles.*
19 *Ius Canonicum in quid differat à ciuili.*

1 CVM ſit initium tituli
deberet poni conti-
nuatio, iuxta *tex. in
l.2.ff.de ſtatu homi-
num.* Eſt autem con-
tinuatio, connexio
vnius rubricæ cum
alia præcedenti, cum
tamen hæc ſit prima, quæ ſituatur, & nō
habeat aliam, cui connectatur per conſe-
quens nulla ponitur continuatio.
Aduerte hic primò circa illam parti-
2 culam, De, quod pro diuerſitate materiæ,
cui inhæret diuerſa ſignificat, & quando
apponitur in principio alicuius quæſiti,
puta de legibus, de ſacramentis, &c. poteſt
importare, vel quid rei, vel quid nomi-
nis: eſt autem, quid rei eſſentia ipſius
rei, quid nominis verò eſt extrinſeca de-
nominatio rei, vt ſi quis quæreret de ſa-
cramento poſſet reſponderi duplici via,
vel aſſignando definitionem eſſentialiter,
puta ſacramentum, eſt inuiſibilis gratiæ
viſibilis forma, &c. vel poterit reſponde-
ri, aſſignando denominationem eiuſdem,
& ſic ſacramentum eſt res ſacra. Signifi-
cat etiam ex Hebræo, Eph. quod eſt ſuper
vt idem ſit ac dicere ſuper Ius Canoni-
cum, *Pauonius 3.p.can.* 2781. ſignificat
etiam pro, vt ſenſus ſit, pro iure canoni-
co, *idem canone* 2849. & alia ſignificat
apud eundem ex *Sancto Doctore, & alijs,
quos refert.*
Aduerte ſecūdò pro alia parte rubricæ,
3 iure canonico, quod hic eſt videndū, quid
ſit ius canonicum quoad nomen, quoad
eſſe, & quoad eius materiam. Antequam
tamen ad hæc tranſeamus, eſt notandum
verbum, quod ponit Lancellottus hic,
4 oportet, quod non ſemper importat ne-
ceſſitatem; multoties enim idem eſt, ac
dicere conueniens eſt, *l.1.ff.de iuſtitia,
& iure, l. cum oporteat, ff.de bonis quæ li-
beris.*
Quantùm igitur ad quid nominis,
ſciendum eſt, quod ius, *ſecundum S. Do-
ctorem* 2.2. *q.57. a.1. ad primum,* multa
ſignificat, vt enim ipſe ibi ait, nomina
5 fuerunt à prima impoſitione translata
ad multa ſignificanda, vnde ius primò, &
principaliter ſignificat rem iuſtam; Ius
enim idem eſt, ac ratio, & ſic Ius ſignifi-
cat rem rationis. Secundò ſignificat fa-
cultatem ipſius iuris prudentiæ. Tertiò,
locum, in quo ius redditur, & ſententiæ
fiunt. Quartò, ſententia, quæ à iudice
profertur. Hoc igitur ius, duas habet
ſpecies, ſcilicet diuinam, & humanam
6 *Delfinatus in tract. de iure patron.* Item
ius humanum aliud naturale primeuum,
aliud ſecundarium, ſiue gentium, aliud
ciuile, aliud canonicum. Quantum ad ius
naturale dic, quod eſt illud, quod natura
omnia animalia docuit §.1. *inſtitut. de
iure naturali gentium, & ciuili, cap. ius
naturale 1. diſt.* & ad tale ius ſpectat quid-
quid ex inſtinctu naturæ fit, vt maris, &
fœminæ coniunctio, liberorum procreatio,
&c. Vel conſideratur ius naturale pro ho-
minibus, & continet etiam præcepta
Moſayca, *glo. in dicto cap. ius naturale,*
vbi ponit etiam præceptum, quod tibi
vis fieri, alteri fac, §. *cæterum authentico,
vt cum de appellatione cognoſcitur;*

*Quod tibi vis fieri fac, quod non vis
tibi noli,*
Sic potes in terris viuere iure poli.

Diſtat autem ius naturale ab alijs iuri-
7 bus, vt aduertit *glo.1. diſt.5.* Primò ori-
gine, nam ius naturale eſt ab ipſo Deo
8 per inſtinctum, vel lumen: alia verò iu-
ra, hominum inuentione ſunt, *cap. fin.
diſt. 6.* Secundò dignitate, quia ius natu-
9 rale non patitur mutationem, & per hoc
ſapit diuinum; Deus autem, qui eſt natu-
10 ræ author, immutabilis eſt. Tertiò am-
plitudine, & vniuerſalitate, nam omnes
nationes tale ius ſeruant, non ſic autem
ius ciuile, §. *ius ciuile inſtitutionibus eit.
tit.* & alias habent differentias inter ſe.
Secunda ſpecies eſt ius gentium, quod
differt à naturali, quatenus illud conue-
11 nit etiam brutis, hoc verò pro homini-
bus totum eſt, & ad ipſum ſpectat religio
erga Deum, pietas erga parentes, & pa-
triam, manumiſſio, & cætera, quæ haben-
tur

tur in *l.1.§.ius autem gentium, ff. de in-
ſtit. & iure*.

Tertium eſt, ius ciuile, & eſt, quod v-
naquæque ciuitas ſibi conſtituit, *§.nam
12 quod cit.tit.inſtitutionum cap.ius ciuile
1.diſt.* & ad hoc ſpectat lex duodecim
tabularum, plebiſcitum, Senatusconſul-
tum, placitum Principis, reſponſum pru-
dentum, &c. *l. ius ciuile, ff. de inſtit. &
iure*.

Spectat etiam ad hoc ius edicta præto-
rum, *l.2.§.his legibus, ff.de origine iuris*,
& ædilicia edicta, reſponſa prudentũ, &c.
Dicitur etiam ius ciuile, omne id, quod
introducitur, præter ius naturale, ſic præ-
ſcriptio, facultas teſtandi. &c. & hoc mo-
13 do Ius Canonicum poſſet etiam dici Ius
Ciuile.

Quarta ſpecies iuris, eſt Ius Canonicũ,
14 de quo nos in præſenti rubrica, & quan-
tum ad nomen, Ius Canonicum idem eſt,
ac ius regulare ex verbo Græco, Canon,
quod idem eſt, ac regula, *cap.canon, diſt.3*
& benè ita denominatur hoc ius; dat e-
nim regulam ad vitam æternam, & de-
prauata corrigit, vt de multis videre eſt
apud *Turrrecramata in proemio decreti*.

Quantum ad ſecundam partem, quæ
15 facit ad quid rei ipſius iuris canonici, dic
quod ius canonicum eſt, quod Ciuium
actiones dirigit ad finem æternæ beati-
tudinis; vnde collige ius canonicum eſſe
16 ſcientiam practicam, quatenus per ſua
præcepta dirigit, & regulat. *cap. erit au-
tem lex 4.diſt.* Circa illam partem defini-
tionis Ciuium, notat *glo.* quod debet in-
telligi de Chriſtifidelibus, non de infide-
libus, quia iſti cum ſint extra Eccleſiam,
non poſſunt regulis Eccleſiæ dirigi.

Sed an infideles obligentur ſacris Ca-
nonibus?

Reſpondetur affirmatiuè, quoad illos
17 Canones, qui confirmant ius naturale,
& *glo.* hic ponit alios caſus, in quibus in-
fideles ſubijciuntur ſacris Canonibus; &
*Lancellot. in comparatione iuris vtriuſq;
pagina 687.* Dicuntur autem Chriſtifide-
18 les Ciues non tantum, quia in hac ciui-
tate conuiuunt, ſeu in hoc ſæculo, ſed
quia debent conuiuere in cæleſti patria,
ad quam fuerunt creati.

Vnde habes differentiam inter ius ci-
uile, & ius canonicum; finis enim iuris
ciuilis eſt, dirigere actiones hominum in
ordine ad tranquillitatem reipublicæ in
hoc ſæculo, ius verò canonicum princi-
19 paliter intendit bonum æternum, ex quo
oritur etiam bona gubernatio reipubli-
cæ, at illud principaliter intendit tran-
quillitatem reipublicæ, ex qua, & ex bo-
nis moribus ciuium certum eſt, quod ten-
dimus etiam ad vitam æternam.

In §. conſtat verò.

SVMMARIVM.

1 *Iuris Canonici partes enumerantur.*
2 *Dogmata quæ dicantur?*
3 *Mandatum quid ſit?*
4 *Interdictum quid?*
5 *Sanctio quid ſit?*
6 *Sanctio reduci poteſt & ad conſuetudi-
nem, & ad conſtitutionem.*
7 *Iuri Canonico qualiter ſcientiæ inſer-
uiant?*

1 HIc proponuntur partes Iuris Ca-
nonici, quæ ſunt præcepta diui-
næ legis, conſuetudines, & con-
ſtitutiones, vt per *Authorem noſtrum
hic*, tamen *in cap. ſi quis dogmata 25.q.2*
proponuntur quatuor partes Iuris Cano-
nici, quæ ſunt, Dogmata, Mandata, In-
2 terdicta, & Sanctiones. Dogmata, quia
ſignificant propoſitiones firmas, & ſtabi-
3 les, quę denotant ius diuinum. Mãdatum
propriè accipitur pro lege poſitiua, quæ
4 præcipit aliquid fieri. Interdictum idem
eſt, ac Prohibitio, ſeu lex negatiua, quæ
prohibet exercitium alicuius operis, v-
trumque autem reducitur ad illam partẽ
aſſignatam, quæ dicitur Conſtitutio. San-
5 ctio, idem eſt ac determinatio bona, quæ
ſi fiat ab inferioribus cum conſenſu ſaltẽ
implicito ſuperioris, dicitur Conſuetudo,
quæ eſt ius quoddam moribus introdu-
ctum, quod pro lege habetur, dum deſi-
citur *Clementina paſtoralis de re iudi-
6 cata in 6.* vel fit à ſuperiore, & tunc re-
ducitur ad conſtitutionem: ergo diuiſio
Lancellotti hic non obſtat doctrinæ *text.
in dicto cap. ſi quis dogmata*, quid ſit ius
diuinum, quid conſtitutio, quid conſue-
do videbimus in ſequenti titulo.

Dic tamen quoad partes Iuris Cano-
7 nici ferè omnes ſcientias concurrere ad
eius conſtitutionem. Sacra Theologia dat
dogmata fidei, de Deo, de Sacramentis,
de Gratia, &c. Philoſophia docendo ani-
mæ immortalitatem dat aditum ad eius
directionem pro vita æterna, vt diximus,
Ethica, Oeconomica, & Politica dant ſua
præcepta pro directione ſui ipſius, fami-
liarum, & ſubditorum, diximus *libro 1.
ciuili ex Chriſtophoro Portio in proem.*

DE

DE IVRE DIVINO, CONSVETVDINE, ET CONSTITVTIONE.

TITVLVS SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Ius Diuinum duplex eſt.*
3 *Morale quid ſit, & qualiter pro hominibus ſit lumen rationis?*
4 *dicitur lex priuata, & eius perfectio.*
5 *Scriptum quid ſit?*
6 *quare à Deo datum ſit?*
7 *Lex naturæ obſcurata, à Moyſe reſtaurata fuit.*
8 *Lex Moſaica an permittat vſuras?*
9 *Euangelica plura explicauit legis Moſaicæ.*
10 *Apoſtolorum dicta addita fuere legi Euangelicæ.*
11 *Canones ſacri directionem cleri inducunt, & lites determinant.*
12 *Ius ciuile quomodo dici poſſit Ius Diuinum?*
13 *Ius Diuinum poterit dici id, quod Eccleſia acquiritur.*
14 *Iuris Apoſtolici tranſgreſſio ſemper eſt peccatum.*
15 *Legis antiquæ, & nouæ differentiæ.*
16 *Conuenientiæ.*
17 *Lex antiqua quomodo à Chriſto Domino fuit adimpleta.*
18 *In quonam ceſſauit?*

1 VISVM eſt ſupra de iure Canonico, & inter
eius partes connumerauimus Ius Diuinum
meritò de ipſo erat videndum, ad cuius ti-
2 tuli intelligentiã ſciendum eſt, quod Ius Diuinum multiplex
eſt; aliud enim eſt Ius Diuinum naturale,
quod pro hominibus eſt lumen rationis,
vt in *pſalmo 4. ſignatum eſt ſuper nos*
3 *lumen vultus tui Domine*; & ſic aliqui
intelligunt illud *Geneſis cap 2. Inſpirauit
in faciem eius ſpiraculum vitæ*, intelli-
gunt enim pro hoc ſpiraculo lumen ra-
tionis, quod nemini deficit; vnde *Paulus
ad Rom 2.* ait, ſunt qui habent legem Dei
4 ſcriptam in cordibus ſuis; cum enim gẽ-
tes legem non habent, ſi naturaliter, &
quæ legis ſunt faciant ipſi ſibi ſunt lex,
idem confirmatur *in cap. duæ 19. q. 2.* vbi
hoc ius diuinum naturale, vocatur lex
priuata, perfectior quolibet iure poſiti-
uo per illa verba (Dignior enim eſt lex
priuata, quam publica, ſpiritus enim Dei
lex eſt, & qui ſpiritu Dei aguntur lege
Dei ducuntur; & in fine dicitur: Si ſpiri-
tu Dei ducimini, non eſtis ſub lege, quod
idem eſt, ſi ſeruetis ius naturale non eſtis
ſub lege poſitiua.

Aduerte ſecundò, quod aliud eſt Ius
Diuinum ſcriptum, quod tradidit Deus
5 Moyſi; Dæmon enim crudeliſſimus inſe-
ctator humanæ generationis, iuxta *tex.
in cap. Princeps de pœni. diſt. 2. & cap. vi-
ſis 16. q. 2.* in cordibus noſtris obtenebra-
uerat ſua nequitia lumen Dei, vt igitur
à tali ſtatu miſeriæ conſurgeremus, miſe-
ricors Dominus ad dicti reuiuiſcentiam
6 hanc legem ſcriptam dedit, vt in *cap.
Moyſes diſt. 7.* ibi Moyſes gentis Hæ-
breæ primum omnium diuinas leges ſa-
cris literis explicauit, &c. alias malitia
hominum ex dæmonis iniquitate ſatis ſu-
percreuerat etiam poſt diluuium, tunc e-
nim ſurrexit Nemrot, qui fuit hominum
oppreſſor, & extinctor; ipſos enim indu-
xit, vt turrim cõtra Deum conſtruerent.
Idem habetur in *cap. cum redemptor, 12.
q. 2. cap. cum in veteri de electione, cap.
iſto de purificatione poſt partum, cap. 1.
§. hæc ſancta extra de Summa Trinitate,
& fide catholica*; ex quibus omnibus
7 probatur legem naturæ fuiſſe obſcuratã,
& Moyſen fuiſſe reſtauratorem. Hæc au-
tem lex Moſaica ſecundum interpreta-
tionem Iudæorum videbatur admittere
8 vſuras, vt in *cap. ab illo 14. q. 4.* & tamen
hoc impedit ingreſſum in Cælum, vt in
pſalmo 14. vbi habetur, quod ingredi-
tur in tabernaculum Domini is, qui pecu-
niam ſuam non dedit ad vſuram, fuit igi-
9 tur ad hæc explicanda neceſſaria lex e-
uangelica, *cap. tranſlato, de conſtitutio-
nibus*, cui etiam aliqua ad declarationem
addita ſunt ex dictis Apoſtolorum, vt in
cap. iam nunc 28. q. 1. & cum neque hæc
10 ſufficeret ad lites terminandas, & ad cle-
ri directiones acceſſerunt ſacri Canones;
& has ſpecies iuris commemorat *Specula-
tor in principio ſui operis*, vt videre eſt
11 apud *Paulum de Citadinis de iure pa-
tronatus pagina 98. nu. 6.* qui ait, quod
etiam ius ciuile, prout tractat de rebus
12 diuinis, ſeu eccleſiaſticis, dici poterit
ius diuinum; & ſic intelligunt *text. in l.
fin. C. de ſacro Eccle. glo. & Bar. ibidem.*
13 Dicitur etiam Ius Diuinum illud, per
quod aliquid Eccleſiæ acquiritur, *Innoc.
in cap. cum olim de reſtitutione ſpoliato-
rum;*

rium; & circa ius Apoſtolorum, notã,
quod non ſemper eſt peccatũ trãſgreſſio
14 alis iuris Apoſtolici, multa enim ibi cõ-
tinentur de conſilio, vt per *glo. in ca. quis
autem diſt.* 10.

Aduerte tertiò, iam quod ſumus in Iu-
re Diuino veteri & nouo, ſeu Euangeli-
15 co plures differentias, & conuenientias
inter hæc. Primò differunt, vt ait *S. Doct.
q.* 109. *a.* 4. quia lex antiqua habebat mul-
ta cæremonialia, & opera extrinſeca ſatis
difficilia, quoad exercitium, lex autem
Euangelica abſtulit hæc ex ratione, quam
ponit *Auguſt. epiſt.* 119. *cap.* 19. quia ſcili-
cet modeſtia eſt attendenda, ne conuer-
ſatio fidelium onerosa reddatur. Secun-
dò, quia, vt notat idem *S. Doctor in cor-
pore*, lex noua eſt difficilior, quæ nõ
prohibet etiam intenſiorem motum ani-
mæ, & odium internum contra proximũ
dicente Domino; Ego autem dico vobis
diligite inimicos veſtros; lex autem an-
tiqua non ita expreſsè id manifeſtabat,
idem *S. Doctor a.* 2. *in corpore*, & alias ha-
bent differentias.

Conueniunt primò ratione eiuſdem
obiecti, nam tendunt ambo ad iuſtifi-
16 cationem hominum, *ad Romanos* 8. vt
iuſtificatio legis impleretur in nobis. Se-
cundò conueniunt, quia lex antiqua fuit
de ore Domini, & in monte; ita & lex
Euangelica dum Dominus *Matth.* 5. in
monte aperiens os ſuum dicebat, Beati
pauperes &c. vbi ait *Auguſt.* in monte
id fuiſſe ad oſtendendam inſignem perfe-
ctionem huius legis. Tertiò, quod ſicut
illa fuit in tabulis lapideis ſcripta, ita hæc
in tabulis cordis, *Ierem.* 31. Diſponam
domui Iſrael, dabo leges meas in mẽte eo-
rum; & in corde eorum ſubſcribam eas.
Quartò, quia vtraque lex, vel ſignifica-
uit, vel expreſſit gratiam ſacramentorũ;
verum tamen eſt, quod iſta lex non ex-
pectat aliam, ſicut expectabat illa, cum
ait Dominus, Cælum, & terra tranſibunt,
verba autem mea non præteribunt.

Quæres quomodo poterit cum hoc ve-
rificari dictum Domini *Matthæi* 5. Non
17 veni ſoluere legem, ſed adimplere; & rur-
ſus; Iota vnum non præteribit à lege,
donec omnia fiant; cum tamen per Chri-
ſti aduentum in totum ceſſauerit lex an-
tiqua.

Reſpondetur facilè eſſe ſoluendum,
vel enim conſideramus legem antiquam,
quoad præcepta cæremonialia, vel quoad
moralia, quoad cæremonialia benè ceſſa-
18 uit, quia dum erant figuræ, debebant e-
uaneſcere adueniente figurato, & hoc
fuit adimplementum, quod illa habuerũt,
S. Doctor 1. 2. *q.* 109. *a.* 2. Quoad præcepta
moralia benè fuerunt à Domino adim-
pleta, & in ſui perſona, & reſpectu noſtri,
dum potius confirmauit, & commenda-
uit.

In §. Ius Diuinum.

SVMMARIVM.

1 *Ius Diuinum immutabile, cur dicatur.*
2 *Lex Euangelica idem eſt, ac lex gra-
tia.*
3 *Res dicitur eſſe in eo, quod potiſſimum
eſt.*
4 *Lex Euangelica quomodo cauſatiua
gratia.*
5 *non fuit antea ex multis rationibus.*
6 *durabit ſemper.*
7 *Legis ſtatus fuere tres.*
8 *Lex Euangelica continet præcepta, &
etiam conſilia.*
9 *Præceptorum, & conſiliorum differen-
tia.*
10 *Homo in hoc ſaeculo ſimplici via agi-
tari poteſt.*
11 *Lex Euangelica quomodo præcipiat,
& quomodo conſilium det?*
12 *Vota obligant; & ſunt neceſſariò ſer-
uanda.*

1 Hic ait Author noſter, Ius Diuinũ
contineri tam in lege veteri, quã
in lege euangelica, vt aduertit
glo. hic verbo lege, dicitur autem Ius Di-
uinum immutabile, quatenus eius author
talis eſt: vnde Dominus *Matth.* 24. Cælũ,
& terra tranſibunt, &c. Sumpta igitur oc-
caſione ex hoc §. aliqua hic colliges pro
lege Euangelica, ideo.

Aduerte primò, quod lex Euangelica
2 idem eſt, ac lex gratiæ, *S. Doct.* 1. 2. *q.* 106
a. 1. *in corpore*, vbi ſic ait: Vnaquæque
3 res illud dicitur eſſe, quod in ea potiſſi-
mum eſt, & citat *Ariſtotem* 4 *ethicorum*;
ſed id, quod potiſſimum eſt in lege Euan-
gelica, eſt gratia Sancti Spiritus: ergo lex
euangelica eſt lex gratiæ, & *ad primum
in eodem a.* ait, quod lex Euangelica, vel
continet ea, quæ diſponunt ad gratiam,
4 vel quæ faciunt ad præceptum eiuſdem:
vnde *Paulus ad Romanos* 8. ait: Lex ſpi-
ritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à
lege peccati, & mortis, ſed gratia eſt il-
la, quæ viuificat: ergo lex Ieſu Chriſti, ſi-
ue lex Euangelica debet dici lex gratiæ.

Aduerte ſecundò, quod lex Euangeli-
5 ca non fuit antea ex triplici ratione, vt
loquitur *S. Doct. loco cit.* Primò, quia, vt
probauimus ex dict. cũ lex noua ſit lex gra

tiæ,

Digitized by Google

tiæ; quæ datur ad abolendum peccatum
per cõſequens, nõ debuit ſtatim dari, ſed
aliqua erat premittenda diſpoſitio ad ip-
ſam, vt purgaretur humana natura. Se-
cundò, propter excellentiam legis nouæ.
Res autem excellentes non ſtatim perire
debent, ſed debent aliqua præmitti, vt
ipſe compriores appareant. Tertio, quia
cum lex noua ſit lex gratiæ, non debuit
ſtatim dari, vt per aliquod tempus cogno-
ſceretur, quantum deſeruiret gratia: con-
firmat autem omnes iſtas rationes au-
ctoritate *Pauli ad Rom.* 8. *ad Galatas* 3.
& ad Romanos etiam 1.

Aduerte tertiò ex *Diuo Antonino tit.*
15. *de lege euangelica*, §. 2. *circa finem*,
6 quod illa lex durabit ſemper, nec expe-
ctat aliam legem, & probat hoc dictum,
afferendo tres ſtatus; primus fuit in le-
7 ge naturæ, incipiendo à creatione, & fuit
hic ſtatus purificatus per diluuium Noe,
qui ſtatus tribuitur Patri, cui opus crea-
tionis tribuitur. Secundus ſtatus fuit in
lege Moyſi, & in Prophetis, qui fuit ſta-
tus ſapientiæ; ſapientia autem Filio tri-
buitur. Tertius ſtatus incepit ab aduen-
tu Spiritus Sancti, in quo fuit nobis data
lex amoris, & dilectionis; cum igitur tres
fuerint ſtatus, quorum quilibet cuilibet
perſonæ Diuinæ tribuitur, non eſt alia
perſona diuina: ergo neque alius ſtatus
erit expectandus, neque alia lex.

Aduerte quartò, quod in hac lege ha-
bemus Conſilia, & præcepta ad hoc, vt
8 viam habeamus magis claram ad gratiã,
& gloriam; vnde *prouerbiorum* 25. lo-
quendo de vtilitate conſiliorum dicitur:
Varijs odoribus delectatur cor, &
bonis amici conſilijs anima dulcoratur:
quapropter amicus noſter optimus non
tantum contentus de præceptis, dedit e-
tiam nobis conſilia euangelica: vnde
S. Doctor. 1. 2. *q*. 105 *a*. 4. ponit differentiã
9 inter præcepta, & conſilia, & ipſam po-
nit *Diuus Auguſtinus citatus à S. Anto-
nino in ſumma* 1. *p. tit.* 17. *de lege euan-
gelica*: verba autem Auguſtini ſunt: Quod
præcipitur imperatur, quod imperatur
neceſſe eſt fieri, ſi non fiat pęnam habet,
conſilio Domini ſi vti nolueris, minus
boni conſequeris. Vnde nota differen-
tiam, quod ſcilicet præcepta obligant, &
nec ſitant, conſilia autem adiuuant, &
dant augumentum perfectionis; cum au-
tem homo viuens in delicijs huius ſæculi
10 triplici via agitari poſſit, ſcilicet, vel ex
concupiſcentia oculorum (hoc eſt ex di-
uitijs) vel ex concupiſcentia carnis, vel
ex honoribus, quod ſpectat ad ſuperbiã
vitæ. Chriſtus igitur volens nos eſſe per-
fectos, reliquit nobis conſilia circa hæc, &
vt oſtenderet, quod per ipſam non obli-
gabat, loquutus eſt per verba libera; ſic
Matth. 19. dans conſilium circa diuitias
11 contemnendas ait: Si vis perfectus eſſe,
vade, vende omnia quæ habes, &c. Vnde
nota ly, vis, quod denotat libertatem.
Dans conſilium pro caſtitate dixit: Sunt
eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt. Et in
fine ſubdit: Qui poteſt capere capiat.
Dans conſilium pro mortificatione ait:
Si quis vult venire poſt me, tollat crucẽ
ſuam, &c. Ergo eſt in electione hominis,
ſi velit eſſe perfectus vti talibus conſilijs,
vel non, ſi verò obligatur ad hæc per vo-
12 ta tenetur ad obſeruantiam, *cap. ſunt
quaedam* 19. *q*. 1. & *Regius Propheta
pſalmo* 75. Vouete, & reddite Domino
Deo veſtro. Omnia igitur conſilia, ſiue
Apoſtolica, ſiue Euangelica ad hæc tria
principalia reducuntur.

In §. Ius conſuetudinis cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo eſt ius non ſcriptum.*
2 *definitur, & eius etymologia traditur.*
3 *generaliſſima quæ ſit?*
4 *generalis etiam, eſt & ſpecialis.*
5 *vt introducatur plurium mores requiruntur.*
6 *multas alias habet ſpecies.*
7 *bona quæ ſit?*
8 *loci vbi quis manet ſeruanda eſt.*
9 *an benè fuerit ſeruata à Laban.*
10 *an præualeat pacto?*
11 *quomodo à Beatiſſima Virgine fuit ſeruando corroborata.*
12 *mala dicitur potius corruptela, & quæ ſit.*
13 *difficilius tollitur.*
14 *quomodo in Lazaro quatriduano figurata.*
16 *vt radicitus euellatur debet eſſe cura.*
16 *an toleranda ſi deterius malum immineat ex illius correctione?*
17 *dubia non dicitur, ſi ſit contra ius Diuinum, vel naturale.*
18 *neque quando interpretatur ius Diuinum, vel naturale.*
19 *rationabilis vincit legem, & num. 21.*
20 *vt præſcribatur quantum temporis requiratur?*
22 *vt introducatur requiritur animus introducentium, qui credant ſe poſſe id facere.*

23 *introducitur circa res præſcriptibiles.*
24 *vt introducatur requiritur ſcientia Principis.*
25 *introduci debet à maiore parte populi.*
26 *introducta per inobedientiam non valet.*
27 *contra libertatem Eccleſiæ eſt ipſo iure nulla.*
28 *generalis tollitur per legem ſuperuenientem:*
29 *Princeps nõ præſumitur ignorare, quod omnes ſciunt.*
30 *particularis non tollitur, niſi in lege ſuperueniente fiat de ea ſpecialis mentio.*
31 *qualiter ſubſequens legem illi præualeat?*
32 *non tollit votum.*
33 *num ſit attendenda à iudice in prolatione ſententiæ, potius quam ius ſcriptum?*
34 *litigantium quando, & quando iudicis ſint attendenda?*
35 *loci quando ſit attendenda?*
36 *actoris quando ſit attendenda, & quando rei?*
37 *quæ tendit ad abſoluendum eſt potius attendenda, quam ea, quæ ad condemnandum.*
38 *Veritas voluntati præualet.*
39 *Promptior in dubio quis debet eſſe ad veniam.*
40 *rationabilis tollitur ſicuti lex.*
41 *irrationabilis eſt nulla ipſo iure.*
42 *tollitur per introductionem alterius contrariæ.*
43 *per ſolum non vſum non ceſſat, ſed à poſitiuis actibus contrarijs tolli debet.*
44 *tranſgredi poteſt ex magna cauſa.*
45 *ſi tranſgrediantur qualiter puniendi ſint tranſgreſſores.*

1 EGimus iam de Iure Diuino, Canonico, & de alijs iuribus ſcriptis, in præſenti de iure non ſcripto, & ſic de conſuetudine, pro qua ait Author noſter cæpiſſe conſuetudinem, ſed prauã tempore Caini videbimus igitur quid ſit conſuetudo, ſecundò quotuplex, tertiò, an obliget, & de eius requiſitis, quartò, an poſſit introduci contra ius diuinum, eccleſiaſticum, &c. quintò, quomodo tollatur; ſextò, an tranſgreſſores obligentur ad pœnam, & ad quam.

Circa 1. aduerte, quod cõſuetudo eſt ius
2 quoddã moribus introductum, quod pro lege habetur dum deficit lex, *cap. conſuetudo diſt.1. & in fine dicti cap.* habetur, quod dicitur conſuetudo, quia eſt in communi vſu. Poteſt igitur conſuetudo eſſe generaliſſima, ſi ab omnibus fideli-
3 bus ſeruetur, vt in *cap. eccleſiarum diſt.* 11 vnde in fine ſic dicitur; vnde hæc, & alia in hunc mundum non pauca, niſi quia tacita, & myſtica traditione à patribus eccleſiaſtico more, recentiori diligentia ſunt in monaſterij obſeruata ſilentio magis quam publicata ſcripto, &c. & refert etiam ibi *tex.* alias conſuetudines, prout ex *glo. in cap. conſuetudines diſt.* 11. vbi
4 ponit conſuetudinem generalem, & ſpecialem. Dicitur moribus introductum ad oſtendendum, quod plurium mores ad id
5 requiruntur, & ad mores requiruntur multi actus.

Circa ſecundum, aduerte, quod multi-
6 plex poteſt eſſe conſuetudo: alia eſt præſcripta, & hæc habet vim legis, & iuuat, vt per *glo. in cap. duo ſimul. de officio ordinarij*. Alia dicitur antiqua, vt in *l. 1. C. de iure fiſci*. Alia dicitur vetuſta, vt in *l. 1. §. denique, & l. 2. ff. de aqua pluuia arcenda*. Alia dicitur diuturna, vt in *l. diuturna, ff. de legibus*; & alijs modis dicitur, vt videre eſt apud *glo. in extrau. ſuſcepti regiminis in 6. verbo cõſuetut.* Alia eſt principalis, vel certę ciuitatis; *l. eum de conſuetudine, ff. de legibus*. Alia eſt in certo prædio, *cap. duo ſimul de officio ordinarij*. Alia eſt certi monaſterii, vt in *cap. ea noſcitur, de his, quæ fiunt à prælatis, &c.* Alia eſt certæ familiæ, *l. ſemper, ff. de re militari*. Alia eſt in animalibus, vt in *§. pauonum inſtitut. de rerum diuiſione*, & ad probandum, an homo, vel animal conſueuerint aliqid facere ſufficit probare geminatum actum, *cap. ita nos. 25. q. 2.* vbi Pontifex geminatam necem vocat conſuetudinem; & aduertit *glo. ibidem verbo vſum, ex l 3. C. de epiſcopali audientia*.

Aduerte ſecundò, quod diuiditur etiam
7 conſuetudo, in bonam, malam, & dubiã; bona eſt illa, quæ non aduerſatur iuridiuino, vel rectæ rationi. vnde ait *Auguſtinus lib. 1. de baptiſmo*, quod ſi conſuetudini ratio ſuffragatur, nihil oportet firmius retineri, & in *cap. fruſtra diſt. 8 & cap. illa autẽ diſt. 12.* vbi ſic dicitur, quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter eſt habendum, & pro eorum, inter quos viuimus ſocietate ſeruandum eſt; vnde
8 quando quis manet extra patriam etiam conſuetudines loci, vbi manet ſeruare tenetur, patet ex illis verbis, inter quos viuimus ſeruandum eſt, *l. 1. C quæ ſit longa conſuetudo*, vbi hab. tur, quod con-

ſue-

ſuetudo procedens, & ratio, quæ conſue-
tudinem ſuaſit tenenda eſt : ergo bo-
na conſuetudo eſt omnino ſeruanda,
idem habetur *Geneſis 29.* vbi cum Iacob
9 conſuetudinem ſeruauit Laban, ſed re-
præhendit *Diuus Antoninus tit.16. de*
5.lege § 4. qui ait Laban malè egiſſe de-
10 bebat enim ſeruare potius pactum, quam
conſuetudinem.

Validiorem conſuetudinem corrobo-
rauit Immaculata Virgo, quæ voluit etiam
11 ſeruare, quod alij faciebant in die feſti
templi *Lucæ cap. 2.* Aſcendentibus pa-
rentibus eius Hieruſalem ſecundum con-
ſuetudinem, &c.

Circa ſecundam conſuetudinem dic po-
12 tius eſſe dicendam corruptelam, & abu-
ſum, & talis eſt conſuetudo, quæ aduerſa-
tur legi Diuinæ, vel humanæ, nec actus,
qui procedunt à tali conſuetudine mi-
nuunt entitatem peccati, *cap. ſciſma 24.*
q. 1. vbi loquendo de operantibus ex ta-
li conſuetudine, ſic dicitur : Non enim
leuitat crimen eorum, imo magis auget,
quod eos diu reſtitiſſe dixiſtis. Vnde ha-
bes, quod mala conſuetudo producit peſ-
13 ſimum effectum, quod ſcilicet difficilli-
mè tolli ſoleat; conuertitur enim in na-
turam, dum prauus introducitur habitus,
& *Auguſtinus de pœnit. diſt. 2.* ait, quod
14 Lazarus quatriduanus ſignificat peccan-
tem ex conſuetudine, cuius reſurrectio
ſatis difficilis eſt, vnde opus fuit, quod
accederet Dominus lacrimaretur, preces
funderet, vocem magnam emitteret, præ-
ciperet lapidem tolli, ſolui manibus, &
pedibus, &c. benè igitur contra malè ha-
bituatos dicitur: Ne tardes conuertere
ad Dominum, & ne differes de die in diē.
Vnde Nicolaus Papa ſcribens Igmaro
Rhemenſi Archiepiſcopo ait : Mala con-
15 ſuetudo, quæ non minus, quam perni-
cioſa corruptela vitanda eſt, niſi citius
radicitus euelleret, in priuilegium ius ab
improbis adſumitur, & alia ibidem ſub-
dit in *cap. mala diſt. 8.*

Aduerte etiam pro mala conſuetudine,
16 quod ſi ex eius correctione violenta de-
terius immineat, toleranda eſt, *cap. deni-*
que diſt 4. vbi loquendo de tali conſue-
tudine, ſic dicitur : Cum venia ſuo inge-
nio relinquendi ſunt, ne fortè peiores e-
xiſtant, ſi à tali conſuetudine prohibean-
tur; *glo. tamen ibi verbo venis,* ait, id eſ-
ſe intelligendum de venia pœnę, non de
venia culpæ, ſemper enim culpa eſt, *An-*
toninus tit. 16. de l. 5. cap. vnico §. 4. *circa*
medium: igitur euitanda omnino; vnde
Exod. 23. dicitur: Ne ſequaris turbam ad
malum.

Circa tertiam ſpeciem conſuetudinis,
17 & ſic circa conſuetudinem dubiam.

Aduerte primò, quod conſuetudo cō-
tra ius diuinum, vel naturale, nullo mo-
do dicitur dubia, ſed euidenter corru-
ptela, meritò radicitus tollenda, vt in
dicto cap. mala.

Aduerte ſecundò, quod quando lex
18 poſitiua interpretatur ius diuinum, & na-
turale, nec etiam dubia conſuetudo con-
tra illam, ſed radicitus pariter tollenda;
vnde *tex. in cap. conſuetudinis diſt. 11.* dū
ait, quod conſuetudo vincit legem, ex-
19 plicatur per *glo. ibidem*, dummodo con-
ſuetudo ſit pariter rationabilis ex alio
comprincipio. His igitur poſitis.

Quæres primò, an poſſit conſuetudo
vincere legem.

Reſpondetur affirmatiuè, dummodo
20 tamen fuit præſcripta, vt in *cap. cum tan-*
ta de conſuetudine, & aduertit glo. ibidē
ex cap. Abbate de verbor. ſignificatione in
6. Diſtingue tamen circa hanc præſcri-
ptionem, quod ſcilicet vel introducitur
conſuetudo contra legem, & requiritur
tempus quadraginta annorum, vt notat
Ioannes Andreas in dicto cap. conſuetu-
do, Rota Romana deciſione 144. *Archi-*
diaconus in cap. 3. eodem tit. Vel eſt præ-
ter Ius, & tunc ſufficit præſcriptio decen-
nalis, ſic vult *glo. in cap. fin. de conſuetu-*
dine in 6. verbo conſuetudo, ex cap. con-
ſuetudo diſt. 2. vbi glo. verbo contra lon-
gam. Vel eſt contra ſpeciale priuilegiū
Principis, & tunc requiritur tēpus, quod
non habeat ſui initium in memoria ho-
minum. *Delphinatus in tract. de iure pa-*
tronatus, §. *quantum tempus, pagina* 172
& textus in cap. ſuper aliquibus de
verborum ſignificatione, & ex Abb. in
cap. finali de conſuetudine. Secundò
debet eſſe rationabilis, vt in *cap. tan-*
21 *to de conſuetudine in ſexto.* hoc autem
pendet ex arbitrio iudicis, vt *Ioannes*
Andreas in cap. 1. cit. tit. in 6. in glo. verbo
rationaliter, & ex Ciuiliſtis, & Canoniſtis
concludit *Delphinat. de iurepatronat.*
§ *non ſcriptum autem, pagina* 172. Ter-
tiò, quod tali animo fiant actus conſue-
22 tudinis, vt facientes credant ſe id poſſe
facere, & nunc, & impoſterum, alias ſi ſint
in mala fide ſcientes ſe non ritè id agere,
non introducitur conſuetudo valida *l. 1.*
ff. de itinere, actuque priuato. Quartò,
23 quod res, circa quā introducitur ſit per-
ſcriptibilis, *cap. illud diſt. q 5.* & hac ra-
tione, nec contra Ius Diuinum, nec natu-
rale introduci poteſt, quia hæc iura ſunt
imperſcriptibilia, vt diximus. Quintò,
quod fuerit introducta cum vera ſcientia;

Principis, alias non ſufficit ſola non con-
tradictio, hæc enim oriri poteſt ex igno-
24 rantia. *Antoninus loco cit. cap. cum iam-
dudum de priuilegijs in 6.* Sextò requiri-
25 tur, quod maior pars populi illius loci
id ſeruauerit, nam conſuetudo habet vim
legis, quæ non poteſt introduci à minore
parte populi. Hæc igitur omnia ſeruan-
da ſunt, vt conſuetudo dicatur præſcripta,
prout *ex cap. cum tanto de conſuetudine
in 6. & Riccius conſilio* 155. *lib.* 4.

Ex his habes, non valere conſuetudi-
26 nem, quamuis antiquam per inobedien-
tiam, tum quia eſt irrationabilis, tum
quia continet inordinationem, vt *in
cap. Abbatibus* 18. *q.* 2 vbi Summus Pō-
tifex mandat, quod nullus Epiſcopus Ab-
batibus perſonalia miniſtret, eo quod
nolint ſe Epiſcopis ſubijcere. *Secundò,*
27 nec valet contra libertatem Eccleſiæ,
*cap. cum terra, & cap. ſacroſancta de ele-
ctione Antoninus prima parte cap. 1. de
Conſuetudine tit.* 16. *§. item nec contra.
Ex eodem in §. de Conſuetudine eodem
28 tit.* habes *cum Henrico Boic*, quod vel
conſuetudo præcedit, vel ſubſequitur ad
legem, ſi præcedat, vel eſt generalis, &
noua lex ſuperueniens tollit ipſam con-
ſuetudinem, ſi ſit contraria, licet ſuperior
de conſuetudine non fecerit mentionem,
quia præſumitur de ipſa informatus, nec
29 Princeps ignorare præſumitur, quod
omnes ſciunt, *l. communi, ff. de vtilitate
teſtam.* Vel eſt conſuetudo particularis,
30 & tunc debet in lege de ipſa fieri, expreſ-
ſa mentio, vt notat *Bonifacius VIII. in
cap. quamquam de cenſibus in 6.* & patet
ex cap. 1. de conſtitutionibus eodem lib.
vbi habetur, quod Papa non derogat cō-
ſuetudinibus particularibus, dummodo
rationales ſint; nam ipſas forſan ignorat.
Vel conſuetudo ſubſequitur ad legem,
& tunc ſēper quando eſt rationabilis tol-
lit legem, dummodo ſit præſcripta modo,
31 quo diximus, & tollit legem generalem,
ſi generalis ſit conſuetudo, ſi verò ſit par
ticularis tollit legem pro eo loco, vbi in-
troducitur, *cap. cum cæteris diſt.* 11. ſi ta-
men non ſit præſcripta, vel non ſit ratio-
nabilis nullo modo legem tollit, *c. cuma-
na de electione, cap. inter cetera* 22. *q.* 4.

Nota etiam *ex eodem Antonino*, quod
32 conſuetudo non tollit votum, quia ad
votum tenemur de iure naturali, & diui-
no, vt *ex textu in cap cum ad monaſte-
rium de ſtatu monachorum*, & contra
ius diuinum non currere præſcriptionem,
patet ex dictis.

Quæres ſecundò; poſito quod habea-
33 mus ius ſcriptum, & conſuetudinem con-
trariam, an Iudex in prolatione ſenten-
tiæ teneatur attendere conſuetudinem,
an ius, & an conſuetudinem ſuæ Curiæ,
an loci vbi iudicat.

Quantum ad primam partem quæſiti
certum eſt, quod conſuetudo præſcripta
cum requiſitis præpoſitis præiudicat iuri:
ergo ſecundum conſuetudinem erit iu-
dicandum, & contra ius, *cap. fin. de con-
ſuetudine*. Quantum ad ſecundam partē
34 quæſiti diſtingue plures caſus, vt facit *glo.
in cap. illud diſt.* 12. quod ſcilicet vel par-
tes voluntariè ſe ſubijciunt Iudici, & tunc
iudicat ſecundum ſuam conſuetudinem;
vel Iudex datur iniuſtis, & tunc iudicabit
ſecundum conſuetudinem litigantium, &
potius rei, quam actoris, *cap. experientiæ
11. q. 1. & l. fauorabiliores, ff. de reg. Iur.*
Subdiſtinguit etiam *glo.* quod ſcilicet vel
eſt appellatum ad Iudicem ſupremum, &
tunc eſt attēdenda conſuetudo Iudicis, à
quo, vt *in collatione 8. Authentico vt cum
de appellatione cognoſcitur*, vel delegatur
Iudex à Principe, & tunc attendit con-
ſuetudinem delegantis, *l. qua conditio, ff.
de conditionibus, & demoſtrationibus.*
35 Vel ſumus in contractibus, vel malefi-
cijs, & tunc attenditur locus contractus,
vel maleficij, *cap. qua contra motum diſt.
8. cap. fin. de foro competenti.*

Limita id, quod diximus de ſequenda
36 conſuetudine Rei, vt facit *Archidiaconus
apud Diuum Antoninum loco cit. in §. de
37 conſuetudine*, vt dicit *glo. hic*, quando
conſuetudo actoris eſſet magis conſona
veritati, & iuri, vel ſi tenderet potius ad
38 abſoluendum, quam ad condemnandū,
cæterum in iudicijs veritas voluntati præ-
ualet, *cap. iudicem* 7. *q.* 7. in iudicanda; at
39 in dubio promptiores eſſe debemus ad
veniam, *cap. veniam* 35. *q.* 9.

Circa tertium, patet iam ex dictis, quę
ſint requiſita ad præſcriptionem conſue-
tudinis, & quando obliget; idem dic ad
quartum, ſcilicet, contra quod ius poſſit
introduci

Circa quintum eſt videndum, quomo-
do tollatur conſuetudo.

Aduerte, quod conſuetudo rationabi-
40 liter introducta ſe habet, vt lex; ideo eo
modo tollitur, ſicut tollitur lex; vel eſt
41 irrationabilis, & tunc eſt nulla ipſo iure,
Ab. in cap. cum venerabilis de conſuetud.
Idem dic, ſi ſit inhoneſta, *c. cum decorū,
de vita & honeſtate clericorum*, Tollitur
42 etiam conſuetudo per introductionem
alterius contrariæ, ex regula, *tex. nihil tam
naturale*; verum tamen eſt, quod per ſo-
43 lum non vſum non ceſſat conſuetudo, ſed
debent poni poſitiui actus contrarij, ſicut
pari-

pariter poſitiua lex contraria ſupetue-
niens, priorem tollit *glo. in cap. celebrita-
tem diſt. 3. verbo prædeceſſores*.

Nota etiam, quod ſicut ex magna cau-
44 ſa poſſunt leges tranſgredi, ita & conſue-
tudines, *Lambertinus de iure patronatus
lib. 2. parte 1. pagina 484. nu. 3. ex Inno-
centio in cap. 1. de conſtitutionibus*.

Circa ſextum eſt videndum, an tranſ-
greſſores conſuetudinis obligentur ad
pœnam, & ad quam, pro quo dic affirma-
tiuè obligari, ſcilicet ad pœnam, prout
ex tex. cap. illis rebus diſt. 11. ibi. Sicut
45 præuaricatores diuinarum legum, ita
contemptores ecclesiaſticarum conſue-
tudinum coercendi ſunt, &c. Ex quibus
verbis aduertit *glo. hic verbo conſuetu-
dinem*, quod tranſgreſſores conſuetudi-
num eccleſiaſticarum ſint puniendi, ſicut
tranſgreſſores diuinæ legis: ergo à pari
tranſgreſſores cōſuetudinum ſecularium
puniri debent vt tranſgreſſores legis hu-
manæ, *cap. ſi quis omne 1. q. 7.* Si quis om-
nem traditionem eccleſiaſticam ſcriptã,
vel non ſcriptam violat, anathema ſit,
quod confirmat *glo in cap. ex literis, de
conſuetudine, verbo conſuetudinis*; &
refert *D. Antonin. tit. 15. §. 3.* vbi in multis
æquiparat conſuetudinem, & legem.

In §. Conſtitutio.

S V M M A R I V M.

1 *Conſtitutitio quid ſit?*
2 *quando cœpit; ideo ius nobilius.*
3 *eſt ius certius conſuetudine.*
4 *quotuplex ſit?*
5 *ſtrictè ſumpta quid comprehen-
dat? quid largè?*
6 *vnde dicatur?*
7 *plures habet ſpecies.*

VIdendum eſt hic, quid ſit, vnde
dicatur, & quotuplex ſit conſti-
tutio, vt pariter facit *glo. noſtra
hic*. Ideo

Aduerte primò, quod conſtitutio eſt
1 lex ſcripta vt ſimile, patet *ex §. conſtat
inſtitut. de iure naturali gentium, &
ciuili*; eſt tamen ius nobilius, quia eſt ius
2 antiquius conſuetudine. Primò enim
Dominus fecit Adæ præceptum, deinde
cœpit conſuetudo tempore Cain, vt di-
ximus, notat *glo. in initio tituli decreta-
lium de conſtitutionibus*; eſt etiam ius
certius, quia conſuetudo conſiſtit in fa-
3 cto, cuius poteſt allegari ignorantia, *l. 1.
ff. de iuris, & facti ignorantia, l. lege, C. de
legibus*; at in conſtitutione non ſic.

Aduerte ſecundò *ex glo. noſtra hic*,
quod conſtitutio dupliciter ſumi poteſt,
4 vel ſtrictè, vel largè, ſtrictè ſumpta non
eſt aliud, niſi ſtatutum Principis animo
5 condendi legem, vt habetur *in §. ſed &
quod Principi inſtitutionibus de iure
naturali gentium, & ciuili*; & ipſa vult
Princeps vti Doctores in legendo, Ad[u]o-
catos, & Iudices in iudicijs: largè autem
ſumpta conſtitutio comprehendit etiam
leges antiquas, plebiſcitum, Senatus con-
ſultum, Principis placitum, Edictum
Prætoris, reſponſa prudentum, &c. quæ
iura non mores populorum, ſed facta
legislatorum condiderunt. Dicitur autem
6 conſtitutio quaſi commune ſtatutum, ac
proinde debet omnes æqualiter reſpice-
re, vt *in cap. erit autem lex 4. diſt. & cap.
cum omnes de conſtitutionibus*, vbi non
valet ſtatutum tendens ad vtilitatem
aliquorum, & damnum aliorum.

Aduerte tertiò, quod diuiditur conſti-
7 tutio in prouincialem, quam facit Archie-
piſcopus pro omnibus ſuffrageneis; & diœce
ſanã, quam facit Epiſcopus pro ſuis ſub-
ditis; item in diuinã, & humanam, &c. vt
videre eſt per *Lancellott. & glo. hic*.

In §. Conſtitutionum, cum ſequenti.

S V M M A R I V M.

1 *Conſtitutio diuiditur in eccleſiaſticam,
& ciuilem.*
2 *ciuilis quid ſit?*
3 *Conſtitutionis ciuilis definitio explica-
tur.*
4 *Lex humana in quid differat à diuina?*
5 *Magiſtratus, & populi poſſunt ſibimet
conſtitutiones, & leges condere.*
6 *Legislator debet habere vim coactiuam.*
7 *Conſtitutionum requiſita quæ ſint?*
8 *Conſtitutio contra ius diuinum, vel na-
turale non valet.*
9 *Leges debent eſſe delictis conſonæ.*
10 *Pœnæ infliguntur ad correctionem
aliorum.*
11 *Lex quantum habet iuſtitiæ, tantum
habet virtutis legis.*
12 *triplici modo dicitur iuſta.*
13 *non valet ad commoditatem legisla-
toris.*
14 *Princeps non poteſt nouas gabellas im-
ponere ſine Apoſtolica diſpenſa-
tione.*
15 *Lex continens impoſſibile, eſt inualida,
cum nemo ad impoſſibile teneatur.*
16 *Impoſſibilitas triplex eſt.*

Lex

17 *Lex ligat, licet alicui pro aliquo tempore fuerit impoſſibilis.*
18 *Impotentia voluntaria non facit legem impoſſibilem.*
19 *Caſus, quando ſequitur culpam, de caſu quis tenetur.*
20 *Lex debet eſſe ſecundum lumen naturale, ſecundum patriæ conſuetudinem.*
21 *conueniens loco, & tempori.*
22 *mutatur ex mutatione Dominorũ.*
23 *Leges monarchiæ, & democratiæ differentes.*
24 *Lex debet eſſe neceſſaria.*
25 *vtilis.*
26 *manifeſta.*
27 *Promulgatio ſemel facta durat ſemper.*
28 *Lex dicitur promulgata, ſi ad aures vicinorum peruenerit.*
29 *Clericus vt dignior trahit laicum ad forum eccleſiaſticum.*
30 *Clericus, & laicus ſimul obligati ambo conueniuntur à Iudice eccleſiaſtico.*
31 *Statuta laicorum non ligant clericos.*
32 *Iuriſdictio eccleſiaſtica pendet à Deo immediatè.*
33 *Iuriſdictio ſæcularis pendet à Deo, ſed diuerſo modo, ac eccleſiaſtica.*
34 *Iudices laici non poſſunt diſponere, nec iudicare de rebus eccleſiaſticis.*
31 *Lex facta a laicis etiam ad fauorem clericorum, vt obliget debet eſſe à Romano Pontifice confirmata.*
36 *Statutum ſæculare iuſtum, poſſibile obligat & clericos, & laicos ſi eadem ratio currat in vtriſque.*
37 *Statuta eccleſiaſtica vniuerſalia obligant clericos, & laicos.*
38 *Clerici in multis ſubiacent conſtitutionibus laicalibus.*
39 *Clerici tenentur quoad vim directiuam vendere frumentum, & alia pretio taxato à Iudice ſæculari.*
40 *Clerici obligantur ad ſtatuta bonum cõmune ſpectantia.*
41 *Clerici adſtringendi ſunt à Iudice eccleſiaſtico pro obſeruantia ſtatutorum.*
42 *Animalia clericorum comprehenduntur ſub ſtatuto laicorum de damno infecto ab animalibus.*
43 *Clerici pro damno facto ab animalibus conueniendi ſunt coram iudice eccleſiaſtico; quid de ipſorum paſtoribus?*
44 *Principes, & legiſlatores obligantur legibus, ſed tantum quoad vim directiuam, vt num. 46.*
45 *Legis duplex eſt effectus.*
47 *Ratio eſt anima legis.*
48 *Lex dicitur vna publica, altera priuata.*
49 *priuata, quæ dicatur, & vbi fundetur?*
50 *publica quæ ſit, & eius vis?*
51 *Viri iuſti non dicuntur adſtricti, & coacti legibus.*
52 *Lex ciuilis, ſancta, & rationabilis aliquando approbatur ab Eccleſia.*
53 *etiam ad commodum Eccleſiæ, vt liget clericos indiget Eccleſiæ approbatione.*

1 AIt hic *Lancellottus*, quod aliæ ſũt
conſtitutiones ciuiles, aliæ eccle-
ſiaſticæ, & de ipſis hic aliqua ſum-
matim: videbimus igitur, quid
ſit conſtitutio ciuilis, quid eccleſiaſtica.
Secundo, an poſſit alius præter Ptincipes
conſtitutiones facete. Tettiò, quomodo
ſit ponenda conſtitutio, vt ſit firma.
Quartò, an obligẽtur perſonę eccleſiaſticæ
conſtitutionibus laicalibus. Quintò, an
legiſlator obligetur ad obſeruantiam ſuæ
legis.

Circa primum, quid ſit conſtitutio ec-
cleſiaſtica, patebit ex ſequenti *tit. de eccle-*
2 *ſiaſticis conſtitutionibus*. Pro conſtitu-
tionibus ciuilibus dic, quod conſtitutio
ciuilis eſt, quam Ptinceps, aut Magiſtra-
tus, aut populi ſibimetipſis faciunt. De-
finitio eſt clara quoad omnes ſui pattes,
quoad ly, Princeps, ſunt ptincipis pla-
3 citum, quoad ly magiſtratus, ſunt Sena-
tus conſulta, edicta prætorum, &c. quoad
ly populi, ſunt plebiſcita, & ſimilia, quæ
omnia, vt ſtatè patet, habentur in cor-
4 pore iutis. Differt autem lex humana à
diuina, quia, vt notat *Caiet. p. 2. q. 99. a. 2.*
Lex humana ptincipaliter, & per ſe ten-
dit ad bonum hominum, & ſi aliqua non
vltimatè quærat de bono diuino; lex ve-
ro diuina omnia intendit, & præcipit
proptet Deum vltimatè, & pet ſe, & ſi alias
minus principalitet præcipiat.

Circa ſecundum, aduerte, quod etiam
5 magiſtratus, & populi poſſunt ſibimet
conſtitutiones facete, patet ex *S. Doctore
p. 2. q. 90. a. 3. in corpore*, quod leges fiunt
ad regimen commune, & teſpiciunt pu-
blicam vtilitatem: etgo vel tota commu-
nitas, vel is, qui habet tegimen commu-
nitatis poterit legem condere.

Verum tamen eſt, quod legiſlatot de-
bet habere vim coactiuam, quam non
habet par in patem, cum inter ipſos non
6 detur imperium, vnde ſoluitur id, quod
poſſet aliqui obijcere *ex Ariſt. quia ethi-
corum* ait, quod intentio legiſlatoris eſt
hominem inducere ad virtutem: ergo

quili-

quilibet homo poteſt facere legem. Fa-
cilis enim eſt ſolutio, quia ſcilicet legiſ-
lator inducit ad virtutem, non tantum
dirigendo, ſed etiam cogendo ad obſer-
uantiam ipſius legis: ergo non poteſt
quilibet homo legem facere, verum
tamen eſt, quod boni mouentur ad ope-
rãdum ex affectu virtutis; vnde Horatius

Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pœnæ

Circa tertium, pro requiſitis conſtitu-
tionis ponendæ, habemus compendium
7 *in cap. erit autem lex diſt.* 4. quod ſcilicet
debeat eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis, ſe-
cundum naturam, ſecundum patriæ con-
ſuetudinem, conueniens loco, & tempori,
neceſſaria, vtilis, manifeſta, tendens ad
bonum commune, &c.

Ex primo requiſito collige, quod non
8 poteſt conſtitutio eſſe contra ius diuinũ,
vel naturæ, quia eſſet inhoneſta, & per
cõſequens nulla cõſtitutio poteſt permit-
tere, quæ prohibita ſunt iure diuino, vel
naturæ. Ex ſecundo requiſito, quod ſcili-
9 cet debeat eſſe iuſta collige, quod leges
debent eſſe delictis conſonę non atrocio-
res, nec remiſſiores, vt *in extrauaganti*
Ioannis 22. *quæ incipit, ſi fratrem* ibi
circa finem: Grauius proceſſuri, prout
inobedientia eorum exegerit qualitas
facti ſuaſerit, & viderimus expedire. Ex
quibus collige, quod vt ſeruetur regula
iuſtitiæ, debet lex punire malefactores
10 æqualiter, & pœnæ infliguntur ad corre-
ctionem aliorum, *cap. facta ſunt diſt.* 4.
ibi: Vt formidato ſupplicio refrœnetur
nocendi facultas; ipſis enim legibus ma-
lè agere prohibetur, &c. Cæterum pro
hoc requiſito iuſtitiæ ait *Auguſtinus* 1. *de*
libero arbitrio cap. 5. non videtur eſſe lex
que iuſta non fuerit: vnde in quantum
11 habet iuſtitiæ, in tantum habet virtutis
legis, quod idem firmat *S. Doctor* 1. 2. *q.*
95 *a.* 2. quod lex humana tantum habet
legis, quantum à regula rationis deriua-
tur, & legi diuinæ conformatur; vnde
prouerb. 8. dicitur *Per* me Reges regnãt,
& legum conditores iuſta decernunt.

Tripliciter autẽ lex erit iuſta, ſcilicet iu
12 ſtitia finis, ſi tendat ad bonum cõmune.
Secũdò iuſtitia ex parte legiſlatoris, quod
ſit authoritatem habens. Tertiò, iuſtitia
æqualitatis, & ratione formæ, ſi omnes
ſubditos æquo modo liget, & lex taliter
iuſta obligat etiam in foro conſcientiæ,
S. Doctor 1. 2. *q* 96. *a.* 4. *in corpore.*

Ex his colligit *ibid. S. Doct.* primò non
13 valere legem ad propriam commoditatẽ
ipſius legiſlatoris. Secundò, quod neque
poteſt princeps nouas imponere gabellas
14 ſine diſpenſatione Apoſtolica, nec poteſt
pro æqualitate ſubditorum obligare
aliquos, alios non: Tertium requiſitum
15 eſt, quid ſit poſſibilis, ad impoſſibile enim
nemo tenetur, *cap. nemo poteſt in* 6. vbi
habetur, quod nemò poteſt ad impoſſibi-
le obligari, *& glo. ibidem ponit verſus,*

Vltra poſſe meum non lex me iuſta
coegit,
Nec putat eſſe reum, qui totum poſſe
peregit.

Eſt autem triplex impoſſibilitas, ſcili-
16 cet naturæ, iuris, & facti. Impoſſibilitas
naturæ, patet *ex l. ſi ſtipulem ff. de verb.*
obligationibus, idem habetur *in l. inter*
ſtipulantem §. *ſacra ff. de verborum ob-*
ligationibus. Impoſſibilitas facti remouet
etiam obligationem vt ſi præciperet, v. g.
fieri montem aureum, & *glo.* ponit exem-
plum, ſi quis promitteret montes alpium
vltra mare deferre, *l. cum hæres* §. 1. *ff. de*
ſtatu liberis, l. generaliter etiam, l. ſequenti
ff. de verb. obligationibus.

Nota hic, quod ſi quis pro aliquo tem-
17 pore fuerit impeditus, ita vt tũc pro ipſo
lex eſſet impoſſibilis, ſed in aliquo tem-
pore potuit legi parere, non excuſatur ab
eius obſeruantia, patet *ex cap. eſt dilecti,*
de dolo, & contumacia, vbi non longè à
fine ſic dicitur: Si enim mandatur alicui,
vt ad certam diem rem certam ſoluat, non
ideo erit à mandato ſolutus, ſi ſoluere
nequiuerit die data, imo ad ſolutionem,
elapſo die ſolutioni præfixo, tenetur,
&c. Hoc autem extendi poteſt etiam ad
præceptum paſchale, & ad ſimilia. Nec
18 debet imputari lex impoſſibilis reſpectu
eius, qui voluntariè incidit in impoten-
tiam, ſic *glo. in cap. imputari de reg. iuris,*
vbi ait, quod tenetur de caſu, quando
19 ſequitur culpam, *cap. ſæpè, & cap. ſtudeat*
diſt. 50 *cap.* 1. *de ætate, & qualitate ordi-*
nandorum, l. ſi mulier, ff. quod metus
cauſa.

Quartum requiſitum legis ponendæ eſt,
quod ſit ſecundum naturam, alias erit ir-
rationabilis; quidquid enim vltra lumen
naturæ ſit ſubſiſtere nequit *dicto cap. erit*
20 *autem lex*. Idem dic pro quinto requi-
ſito, ſcilicet ſecundum patriæ conſuetu-
dinem; non enim in quolibet loco idem
modus viuendi ſeruari poterit, vt vide-
bimus *infra de præbendis.*

Sextum requiſitum eſt, quod ſit conue-
21 niens loco, & tempori. Vnde *S. Doctor*
1. 2. *q.* 104 *a.* 3. *ad ſecundum* ait, quod ſi
locus alio tempore apud alios Dominos
deueniat, oportet leges mutari, & citat
Ariſtotelem qui 3. *politicorum cap.* 5. ait,
23 quod non eædem leges conueniunt in

De-

Digitized by Google

Democratia (quæ eſt poteſtas populi) ac in Monarchia (quæ eſt poteſtas Principis) paret etiam hoc ex præceptis antiquæ, & nouæ legis: illa enim in multa euanuerunt, vt ſupra diximus.

Septimum requiſitum eſt, quod lex ſit
24 neceſſaria; non enim pro quibuſcunque rebus pro ſui libito poſſunt principes legem facere, quæ nullam habeat rationem conuincentem.

Octauum requiſitum eſt, quod ſit vtilis:
25 tendere enim debet ad bonum populorum, non in damnum, & præiudicium ipſorum.

Vltimò debet eſſe, manifeſta, hoc eſt debet promulgari, vt obliget, ſic *S. D.* 1.2.*q*.90.*a*.4. quia cum lex ſit regula, & menſura debet ſubiectis applicare, vt menſurare poſſit; vnde *in cap. in iſtis diſt.* 4. ſic dicitur leges *inſtituuntur* cum promulgantur, *firmantur* cum moribus vtentium approbantur. Verum tamen eſt,
27 quod promulgatio ſemel facta durat ſemper, & etiam ad poſteros extenditur, & dum promulgatur, obligat omnes illos, ad quos notitia peruenire poterat, *Caiet. in eodem a. citato*, & patet *ex cap. quid dicitis diſt.* 16. vbi non reperitur, quod
28 lex ad aures omnium promulgetur, ſed ſufficit, ſi ad aures vicinorum peruenerit; idem probatur *ex l. ſed & ſi quis, ff. de iuſtitia, & iure*, & aduertit *glo. in extrauaganti Ioannis* 22. *ne ſede vacante, verbo publicè*.

Circa quartum erat videndum, an ob-
29 ligentur pœnæ eccleſiaſticæ ſtatutis laicorum, & an iſti è contra propria parte certum eſt, quod eccleſiaſtici vt digniores trahunt potius laicos; vnde *Bart. & Bal. in l. præcipimus, §. eadem obſeruando, C. de appellationibus* tenet, quod ſi
30 clericus, & laicus ſint ſimul obligati, laicus ratione clerici conuenitur coram iudice eccleſiaſtico, non autem clericus è contra *Lambertinus de iure patronatus quæſito 6. num. 3. Barboſa in rubrica de officio delegati, & alij communiter*, tamen ad rem clarius decidendam.

Aduerte primò, quod ſtatuta laicorum
31 non ligant clericos, *cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtitutionibus cap. decernimus de iudicijs, cap. at ſi clerici citato tit.*
32 Probatur tamen dictum ratione: iuriſdictio eccleſiaſtica eſt ſuperior, pēdet enim à Deo immediatè, & ſupra Deum nullum dominium: ergo non poteſt ſe extendere iuriſdictio laicalis ad obligandos, nec puniendos clericos.

Dices: iuriſdictio ſæcularis etiam eſt à
33 Deo, dicente Apoſtolo: Non eſt poteſtas, niſi à Deo. Et Chriſtus Dominus dixit pariter Pilato: Non haberes in me poteſtatem, niſi deſuper tibi data fuiſſet: ergo clerici etiam ſunt ſub iuriſdictione ſæculari, cum hæc etiam ſit quid Dei.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens; eſt eodem modo ac iuriſdictio eccleſiaſtica, & nego, diuerſo modo & concedo; illa enim immediatè à Deo eſt, hæc autem remotè, & mediatè; vnde Dominus per *Dauidem pſal.* 81. loquendo eccleſiaſticis dixit: Ego dixi Dei eſtis; igitur non ſubduntur poteſtati laicali.

Aduerte ſecundò, nec poſſe iudices lai-
34 cos diſponere, & iudicare de rebus eccleſiaſticis, ſic probatur ex caſu *dicti tex. in cap. eccleſia S. Mariæ*, vbi etiam ait *glo.* quod laicis quantumcunque religioſis ſuper Eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis nulla eſt attributa facultas, & ſubdit, quod licet laici aliquid facerent ad bonū clericorum, vellent tamen ipſos obligare ad obſeruantiam, nullum eſſet factū, niſi accederet confirmatio Romani Pontifi-
35 cis, vt in *cap. bene quidem diſt.* 96. vbi habetur, quod id factum eſt, ne laici ſub hoc prætextu intenderent velle aliquid innouare contra bonum Eccleſiæ.

Aduerte tertiò, quod ſi ſtatutum ſæ-
36 culare ſit iuſtum poſſibile, &c. ſi militet eadem ratio in clericis, ac in laicis obligarentur laici, & clerici ad obſeruantiam dicti ſtatuti; pro clericis tamen intellige, quoad vim directiuam, non coactiuam; probatur *ex cap. ſi diligenti de foro competenti*, non ita tamen, vt vis directiua conſideretur, prout procedit à laicis ſtatutum reduplicatiuè, ſed ſimpliciter, & vt continet quid rectæ rationis, diximus *in rubr. extra de conſtitutionibus*.

Aduerte quartò, quod ſtatuta eccleſia-
37 ſtica vel ſunt vniuerſalia ad omnes fideles, & obligant tam clericos quam laicos, & quoad vim directiuam, & quoad vim coactiuam, vt probatur in rebus S. Officij; nam etiam laici propter talia crimina puniuntur ab Eccleſia.

Aduerte quintò, clerici in multis ſubij-
38 cere conſtitutionibus laicalibus, & primò ait *Diaz in praxi criminali cap.* 18. §. *apud Gallos*, quod iudices ſæculares in Gallia puniunt clericos deferentes arma prohibita, quatenus ipſos carcerār, & hoc ſiue ſibi vſurpauerint, ſiue fuerit conceſſum à Papa, ait ipſe *Diaz*, quod poterunt illi id facere, donec per Concilium generale aliter fuerit præceptum. Secundò tenentur etiam clerici quoad vim directiuam rationis vendere frumentum, &
39 alia commeſtibilia pretio iuſto taxato à iudice

Iudice ſæculari. *Nauarr. in manuali confeſſariorum cap. 23. nu. 84. Sotus lib. 1. de iuſtitia, & iure q. 6.* & obligantur etiam
40 ad alia ſtatuta impoſita ad bonum commune, vt ne exportentur victualia extra ciuitatem, ſic tenet *Felinus in dicto cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 81. Diaz loco cit. S. ſed vt liberè*; & poterunt etiam comprehendi ſub ſtatuto de mundandis
41 plateis ante proprias domos; ad id tamen debent adſtringi per iudicem eccleſiaſticum, *Diaz loco cit. S. 5 hinc emanat*

Tertiò, ſtatuta laicorum punientia damna
42 infecta ab animalibus comprehendere etiam animalia clericorum ex ratione naturali, quæ docet neminem eſſe ledendum, & ratio naturalis omnes obligat: ergo etiam clericos. Verumtamen eſt, quod
43 clerici pro refectione talis damni erunt conueniendi coram iudice eccleſiaſtico, licet aliqui teneant, quod poſſint paſtores clericorum conueniri coram iudice laico pro tali damno: ſic *Ioannes, Andreas, & Anchoranus in cap. grauem de ſententia excomm. & Petrus Auendanus 1. p. cap. 4 num. 30.*

Circa quintum videtur dicendum Principes, & legiſlatores obligari legibus au-
44 ctoritate ducta ex *tex. in cap. cum omnes de conſtitutionibus*, vbi affertur auctoritas rubricæ perfectæ *digeſtorum quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem ipſe vtatur*: & ibidem diſponitur in *l. 1. ff. eo tit.* ne tamen rem ſic abſolutè tranſeamus.

Aduerte cum *S. Doctore 1. 2. q. 96. a. 5. in corpore*, quod lex duplicem habet effectum. Primus eſt dirigere homines. Secundus eſt ipſos coercere ad ſui obſeruantiam, vnde princeps eſt ſolutus legibus,
46 quoad vim coactiuam, non autem quoad vim directiuam, probatur hoc auctoritate Dauidis *pſal.* 50. Tibi ſoli peccaui; dicebat enim Rex ſe ſoli Deo peccaſſe, quaſi diceret a Domino expectare pœnã, & correctionem, dum ab homine Rex puniri non poteſt, tamen quoad vim directiuam certum eſt, quod alligatur Rex, ſeu ſuperior, poſito quod lex ſit rationabilis. Probatur, nam anima legis eſt ratio, quæ in omnibus eodem modo ſe habet: ergo ſi princeps ſtatuit legem rationabilem in ſubditos, eadem ipſe ligatur;
47 vnde *Matth. 23.* improperantur ij à Domino, qui dicunt, & non faciunt, & qui a ijs onera grauia imponunt, & ipſi nec digito volunt ea mouere. vt loquitur *S. D. loco cit.*

Confirmatur etiam ſecunda pars huius
48 ex *cap. duæ ſunt 19. q. 2.* vbi dicitur, quod duæ ſunt leges, vna priuata, alia publica, lex priuata eſt lex Sancti Spiritus, & ra-
49 tionis, quæ inſtituta in corde hominum inſcribitur, & de hac ait *Paulus ad Rom. 2.* Qui habent legem Dei ſcriptam in cordibus ſuis. Lex verò publica eſt illa, quæ reſcripto, & mandato ſuperioris poſita eſt, vt autem hæc ſit bona, debet etiã
50 habere radicem in lege priuata, ſine qua nihil boni, & qui legem priuatam ſeruant, omnem legem adimplent. Imò ſi lex priuata ſit incompatibilis cum lege publica, ſeu ſcripta, illa erit ſeruanda, nõ hæc: ergo licet ſuperiores non obligentur ſuis legibus, vt tales ſunt, obligantur tamen quoad rationem ipſius legis.

Nota etiam hic, quod viri iuſti nullo
51 modo dicuntur adſtricti, & coacti legibus, nam qui cogitur non habet plenum voluntarium; vbi enim ſpiritus, ibi libertas, & *tex. in dicto cap. duæ ſunt*, ait: Si ſpiritu Dei ducimini, non eſtis ſub lege: ergo non coguntur, ſed operantur potius ex virtute, & ex rationabilitate ipſius legis.

Collige ex litera horum SS. quod lex
52 ciuilis ſancta, & rationabilis aliquando approbatur ab Eccleſia, quæ ipſa vtitur. Secundò, quod licet lex ciuilis ſtatuat aliquid ad commodum Eccleſiæ, non ligat
53 tamen clericos, niſi ab Eccleſia dicta lex approbetur, vt per *tex. & glo. dicto cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtitutionibus.*

DE ECCLESIASTICIS CONSTITVTIONIBVS.

TITVLVS TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Conſtitutionis eccleſiaſticæ definitio.*
3 *aliud nomen.*

1 VISVM eſt ſupra de conſtitutionibus in genere, & aliqua, diximus de conſtitutione ciuili, meritò ſequebatur videre de eccleſiaſticis conſtitutionibus: eſt au-
2 tem conſtitutio eccleſiaſtica, quam Pontifex, Archiepiſcopus, vel Epiſcopus facit, vel in Eccleſia, vel in ſua Prouincia, vel Diœceſi, patet *ex glo. hic*, quæ etiam ait,

ait, quod conſtitutio eccleſiaſtica multi-
pliciter dicitur; ſolet enim appellari ca-
ſa, quod idem eſt ac regula, vel dicitur
3 decretum, & ſignificat primam, & ſecun-
dam partem textuum Canonicorum, &
comprehendit quodlibet mandatū Prin-
cipis, ſeu ſuperioris, patet *ex eadem glo.*
hic in principio rubrica.

In §. Canonum, cum tribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Concilium eſt prima ſpecies canonum.*
2 *Concilij etymologia.*
3 *definitio.*
4 *plures ſunt ſpecies.*
5 *quo tempore habuerit initium.*
6 *Conciliabula quando cœperunt.*
7 *Imperator non habet ius ad Concilium.*
8 *Concilium generale ſoli ſummo Ponti-
fici ſpectat conuocare.*
9 *qua ſit cauſa neceſſaria conuocādi?*
10 *Papa poteſt ex cauſa vrgenti ſubſtitue-
re legatos ad interueniendum con-
cilio.*
11 *Concilium vbinam debeat congregari?*
12 *non poteſt congregari à Legato, niſi
cum ſpeciali mandato Papæ.*
13 *Mandatum ſpeciale requirentia non
veniunt ſub generali acceptione.*

1 PRima ſpecies canonum hic enume-
rata ab Authore noſtro, eſt Cō-
cilium; ideo videbimus primò, quid
& quotuplex ſit Concilium, ſecundò,
vnde habuerit exordium; tertiò, quis
poſſit illud coadunare; quartò de cauſa
concilij coadunandi.

Circa primum aduerte *ex cap. canones*
2 *diſt.* 15. quod Concilium dicitur, ſic du-
cta ſignificatione vocabuli à Romanis,
qui cauſas tractaturi conueniebant in
certo loco, & dicebatur Conſilium, &
Conſidium, ſeu ſimul ſeſſio. Hæc autem
eſt deſcriptio materialis; vel dicitur con-
cilium ad oſtendendam vnitatem inten-
tionis, quam habent Patres, qui conue-
niunt ad tales cauſas pertractandas. Di-
citur enim concilium, quaſi oculus, ſeu
vnica intentio oculus enim intentionem
ſignificat, vt docet *Dauid.* dum ait Super-
3 bo oculo, & inſatiabili corde; eſt igitur
concilium ſecundum eſſentiam coaduna-
tio patruum ad res eccleſiaſticas pertra-
ctandas. Multiplex eſt concilium, ſcilicet
Vniuerſale, Prouinciale, & Epiſcopale,
patet hic *ex §. canonum cum ſequenti.* Il-
lud dicitur vniuerſale, in quo conueniunt
Sancti Patres ab vniuerſo orbe ad res fi-
4 dei pertractandas, patet hic *ex §. vniuer-
ſalia.* Prouinciale eſt, quod fit ab Archie-
piſcopo in ſua prouincia, Epiſcopale ve-
rò, quod facit Epiſcopus in diœceſi.

Circa ſecundum aduerte ex *Lancellot-*
5 *to, & ex glo. hic*, quod concilium habuit
initium tempore Apoſtolorum: Apoſtoli
enim primi ſub Petro Chriſti Vicario, &
Romano Pontifice congregati ſunt ad res
fidei pertractandas: in quo Apoſtoli va-
rios canones condiderunt ad Chriſti fidē
facientes, & licet dubitetur de numero
talium canonum, nam Sancta ſynodus ait,
6 quod fecerunt canones 85. Alij quidem
fecerunt 60. Alij 50. ſit quomodocunque
certum eſt pro nobis, quod Apoſtoli in-
ceperunt concilia eccleſiaſtica, cæterum
conciliabula, & antiqua concilia fuerunt
etiam in initio mundi, vt diximus de
concilio Cain, de his, qui voluerunt tur-
rim conſtruere Babylonicam, de fratribus
Ioſeph, &c.

Ex ly permiſit, nota, quod Imperator
nullum habet ius ad conuocandum, vel
7 impediendum concilium, licet poſſit im-
pedire de facto, ſed non habet ius: *Glo.*
igitur hic verbo facultatem notat, quod
permiſſio, quam fecit aliquando Impera-
tor non fuit dare nouam facultatem, ſed
facere, ne impedirentur patres ab alijs.

Circa tertium, quod quærebatur quis
poſſet concilium coadunare?

Reſpondetur, concilium generalem
non poſſe coadunari abſque authoritate
Pontificis, vt aduertit *Timotheus hic ex*
S. Doct. 2. 2. *q.* 1. *a.* 10. & confirmatur *ex c.*
ſynodum, & cap. regula, cap. huic ſoli, cap.
8 *nec licuit diſt.* 17. patet hoc ex verbis
Domini *Lucæ* 22. dum dixit Petro taxa-
tiuè: Tu aliquando conuerſus confirma
Patres tuos ergo ſolus Petrus Pontifex
habet hanc authoritatem congregandi
concilium generale; vnde *S. Doctor loco*
cit. ad ſecundum ſic concludit, pertinet
ad ſummum Pontificem, cuius authori-
tate Synodus congregatur, &c.

Circa quartum de cauſa vnionis con-
9 cilij generalis, patet clarè, quod ſit ne-
ceſſitas Eccleſiæ, propter imminens pe-
riculum fidei ex aliqua hæreſi inſurgen-
ti, vt habetur hic *in § vniuerſalia* ibi:
Iuſta fidem euangelicam, & Apoſtolicam
condiderunt. Nec conueniens eſt pro
qualibet cauſa leui tot paſtores, & Epi-
ſcopos à ſuis gregibus alienare; eſt tamen
notandum id, quod habetur *hic in §. le-*
gitima verò, quod ſcilicet ſi Pontifex ex
aliqua cauſa vrgenti impeditur concilio
inte-

intereſſe, deb t id ſupplete per legatos
ſpecialiter deputatos ad hoc. Dixi, quod
cauſa debeat eſſe vrgens, quia verba
10 Domini ſatis taxant perſonam Pon-
tificis *Luca cap. cit.* ergo non debet, niſi
ex cauſa momentanea legatum ſubſtitue-
re. Plures autem cauſas connumerat *glo.
hic verbo impediatur*.

Collige ex his primò, quod non eſt ne-
ceſſe, vt Romæ cõgregetur, ſed poteſt ali-
bi congregari, vt patet de Niceno, Cal-
cedonenſi, Epheſino, &c. quæ fuerunt
11 congregata extra Romam, & ibi vt plu-
rimum congregantur, vbi viget hæreſis
extirpanda, vel in Ciuitate proximiori,
patet *ex cap. canones diſt.* 15. vbi ponũ-
tur multæ cauſæ conciliorum celebrato-
rum ad hæreſes confutandas.

Collige ſecundò, quod legatus quan-
12 tumuis generalis à Papa, non poteſt con-
cilium generale coadunare, ſed debet
habere ſpeciale mandatum ad hoc, vt per
glo. hic verbo ſpecialis; ea enim, quæ re-
13 quirunt ſpeciale mandatum non veniunt
in generali acceptione, *l. 2. ff. de officio eius
cap. quod translationem, & cap. niſi de
officio delegati, & in cap. controuerſiam*,
ſic dicitur: Non debuiſti manus exten-
dere ad ea, quæ in ſignum priuilegij ſin-
gularis ſunt tantum ſummo Pontifici re-
ſeruata, &c. ſed ſpeciale mandatum re-
quiritur in hoc, vt patet ex taxatione ex
verbis Domini: ergo non videtur con-
ceſſa talis facultas in quauis generali cõ-
miſſione *tex. & glo in cap. regula diſt.* 3.
verbo legato.

In §. Inter cætera, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Concilia ſunt quaſi fundamentum fi-
dei.*
2 *Concilium Nicenum primum quatuor
principaliorum conciliorum.*
3 *Arij hæreſis fuit impulſiua concilij Ni-
ceni.*
4 *Arius quid docebat contra Trinitatem?*
5 *Concilium Conſtantinopolitanum pri-
manum fuit ſecundum conciliũ.*
6 *quid determinauit contra hære-
ſim Macedonianam, & Eunomianam.*
7 *Epheſinũ primũ fuit tertium cõcil.*
8 *Neſtorius quid docebat contra Chri-
ſtum, & quomodo fuit oppugna-
ta eius doctrina?*
9 *Concilium Chalcedonenſe fuit quartũ
Concilium.*
10 *Damnauit Eutichem, & Dioſcorũ.*
11 *Concilia quare dicantur œcumenica.*
12 *adinuicem confirmantur.*
13 *non habent niſi antiquitatem tem-
poris pro præcedentia.*
14 *Papa non poteſt deſtruere ſtatuta con-
cilij.*

Videbimus primò, quæ ſint conci-
lia principaliora; ſecundò, an
fuerint alia concilia adunata,
præter quatuor hic enumerata;
tertiò, quomodo vnum ex his concilijs
præferatur alteri.

Circa primum connumerat hic *Lan-*
1 *cellottus* quatuor concilia generalia, &
ait, quod in ipſis, veluti in quadrato, &
fundamentali lapide ſanctæ fidei ſtructu-
ra conſurgit; ex ly conſurgit; habes, quod
ponitur hic ad confirmationem; fides e-
nim fuit ſeminata per Euangelium: ergo
quod dicitur hic ſanctam fidem conſur-
gere per concilia, eſt idem ac dicere ſan-
ctam fidem confirmari.

Primum Concilium hic enumeratum
2 eſt Nicænum tempore Conſtantini Au-
guſti, vbi adfuerunt trecentum, & decẽ, &
octo patres: cauſa autẽ talis Concilij fuit
hæreſis Arriana, qua falsè docebatur Dei
3 Filiũ non eſſe æqualẽ Patri cõtra Athana-
ſiũ totæ tres Perſonæ coæternæ ſibi ſunt,
& coæquales; fuit igitur in hoc Concilio
4 firmatum dogma æqualitatis perſonarũ,
& fuit damnata hæreſis Arriana *cap. ca no-
nes diſt.* 13. & fuit celebratum anno 321.
ſub Syluestro Papa 32. à Petro.

Secundum Concilium fuit Conſtanti-
5 nopolitanum primum, prout aduertit
glo. hic, & confirmat *Timotheus* fuerunt
duo Concilia, Conſtantinopolitanum fuit
autem hoc anno 381. ſub Damaſo Papa
tempore Teodoſij Senioris, in quo ad-
fuerat centumquinginta patres, & inter
6 ipſos Cyrillus Hieroſolimitanus, vt in
dicto *cap canones*, & fuit damnata hære-
ſis Macedoniana, & Eunomiana, & ſan-
citum fuit Spiritum Sanctum eſſe verum
Deum conſubſtantialem Patri, & Filio, vt
*in dicto cap. canones, & cap. ſicut diſt.
citata*.

Tertium fuit Concilium Epheſinum
7 primum ad differentiam aliorum, quæ
etiam Epheſina dicuntur. Hoc au-
tem fuit congregatum Epheſim anno
Domini 424. ſub Celeſtino Primo Ponti-
fice, qui fuit 44. à Petro ſub Teodoſio Im-
peratore, vt docet *Timotheus hic*, & fuit
ibi damnatus Neſtorius cum ſua hæreſi,
qua negabat vnitatem hypoſtaſis, & duas

Digitized by Google

8 ponebat in Chriſto perſonas, ſed contradicit Athanaſius ibi, qui licet Deus ſit, & homo, non duo tamen, ſed vnus eſt Chriſtus; verbum enim Dei cum natura humana in vtero Virginis in inſtanti conceptionis fuiſſet perfecta, dum deberet perſonalizari, & eſſe natura humana Titij, vel Cai, &c. Ipſa ſecunda perſona Diuina in ſe aſſumpſit dictam naturam humanam, quæ ſicut debuiſſet eſſe huius, vel alterius, ita diceretur & eſſe natura humana Verbi Dei, ſicque eadem perſona Verbi naturam aſſumpſit humanam, & diuinam retinuit quam ſemper habuit.

Quartum fuit Concilium Chalcedonēſe anno Domini 442. ſub Leone Primo,
9 vbi adfuerunt 630. ſacerdotes ſub Imperatore Martiano Auguſto, & fuit damnatus Eutiches, *Dioſcorus* qui fuit Epiſcopus *Alexandrinus*, & docebat vnam eſſe in Chriſto naturam, Diuinam ſcilicet, &
10 humanam permixtam, quod damnat Eccleſia, non commixtionem paſſus, & Athanaſius ait, non vnitate ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ.

Circa ſecundum patet ſolutio ex dictis, *& ex dicto cap. canones*, vbi ponuntur plu-
11 ra Concilia Epheſina, & Conſtantinopolitana, *& Gregor. in cap ſicut diſt.* 15. ait: Quintum quoque Concilium pariter veneror; dicuntur autem Concilia œcumenica, ſeu vniuerſalia ex Græco, vt aduertit *Timotheus hic*, & ab ipſis non excluditur Tridentinum, quod dicitur vniuerſaliſſimum. Nullum tamen ex his tollit
12 aliud, ſed ſe habent ad inuicem confirmatiuè, nec poteſt vnum alteri aduerſari, dum ſemper adſiſtit Sāctus Spiritus Eccleſiæ magiſter, *cap. violatores* 25. *q.* 1. vnde ibi dicitur ſe, & non illa deſtruit quiſquis præſumit, aut ſoluere, quod illa ligatur, aut religare, quod illa ſoluunt.

Circa tertium, non habent Concilia
13 præcedentiam contradictoriam, ſed tantum antiquitatem temporis; non enim poteſt vnum alteri contradicere, vt in *cap. contra ſtatuta cap. omne, cap. violatores, cap. ſunt quidam, & per totam quæſtionem primam cauſa* 25. & ſignanter *in cap. prima ſalus*, vbi ſic dicitur, *Prima* ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire, & à conſtitutis Patrum, nullatenus deuiare, meritò nec vnum Concilium alteri præiudicat, imò nec poteſt Papa deſtruere, quod Concilium legitimum, & appro-
14 batum ſtatuit, vt capitibus citatis; ergo nec poteſt nouo Concilio authoritatem dare deſtruendi, quod per aliud Concilium conſtitutum eſt circa res fidei, *l. nemo plus iuris. ff. de reg. iuris, & c. gratia prima q.* 1

In §. Alia vero.

SVMMARIVM.

1 *Concilia ſubſequentia non poſſunt degenerare ab alijs antecedentibus.*
2 *poſſunt aliquid explicare.*
3 *Accedens magis ad pietatē ſeruandū eſt.*

1 ALia Concilia impoſterum congregata, nec ab iſtis poſitis degenerare poſſunt; imò ſi appareat aliqua ſententia diſcors illa ſequenda eſt, quæ antiquior apparet *cap. nemo* 16. *q.* 3. *cap Domino ſancto*, §. *ecce in quā-*
2 *tum diſt.* 50. licet poſſit vnum Concilium explicare aliud, tamen illud ſemper ſer-
3 uandum eſt, quod magis accedit ad pietatem, vt aduertit *glo hic ex cap. authoritas. & cap. presbiter diſt.* 82. vbi ratione maioris pietatis etiam canones Apoſtolorum aliquo modo limitantur.

In §. Prouincialia.

SVMMARIVM.

1 *Concilium prouinciale quid ſit?*
2 *quando fuit primò celebratum?*
3 *à Metropolitano poteſt conuocari, vel etiam à Legato à latere. nu.* 5.
4 *Capitulum habet tantum votum conſultiuum in Concilio.*
5 *Legatus à latere eſt maior Archiepiſcopo.*
6 *habet authoritatem cōfirmandi Archiepiſcopum ex officio.*
7 *Concilij prouincialis acta debent Epiſcopi publicare ſuis ſubditis infra ſex menſes.*
8 *Archiepiſcopus an poſſit condemnari à Concilio prouinciali.*
9 *Concilia prouincialia ſunt tranſmittēda ad ſedem Apoſtolicam.*
10 *Appellatio à Cōcilio prouinciali ad Metropolitanum, an reddat illum ſuperiorem?*
11 *Culpa facit inferiorem.*
12 *Cauſa ſubditorum totius prouinciæ in Concilio prouinciali ſunt tractanda.*
13 *Archiepiſcopus negligens coadunare Cōcilium prouinciale eſt puniēdus.*
14 *Epiſcopus ſuffraganeus impotens intereſſe Cōcilio, debet mittere nūtiū.*
15 *non accedens voluntariè eſt excommunicatus vſque ad proximam Synodum.*
16 *Non dicitur veniſſe qui non ſtetit.*

Viſi

VIdimus de Concilijs generalibus,
quibus cū proxima ſint prouin-
cialia, meritò de Concilijs pro-
uincialibus hic, & videbimus primò, quid
ſit Concilium prouinciale; ſecundò, à
quo poſſit conuocari; tertiò, quæ cauſæ
poſſint in ipſis tractari.

Circa primum aduerte, quod ex præ-
1 ſenti §. Concilium prouinciale eſt,
quod à Metropolitano Epiſcopo, vel Ar-
chiepiſcopo conuocatur ad cauſas pro-
uinciæ pertractandas. Dicitur prouincia-
le loco differentiæ ab vniuerſali præpoſi-
to, & diœceſano, quod celebratur ab
Epiſcopo in ſua Diœceſi, vt videbimus
2 infra. Primum autem Concilium ſic ce-
lebratum fuit à Paulo *Actorum*. 20. *nu*. 19
ibi à Mileto Paulus mittens Epheſū, vo-
canit maiores natu, &c. & Timotheus hic
ait, quod poſt Concilium Apoſtoli, pri-
mum Concilium prouinciale fuit Cartha-
gineſe celebratum anno Domini 255. ſub
Cornelio Primo Papa, & Cypriano Epi-
ſcopo, vnde collige qualis fuerit Apoſto-
lorum ſpiritus, vt eouſque durauerint eo-
rum ſtatuta.

Circa ſecundum patet ex definitione,
3 quod Metropolitanus Epiſcopus, vel Ar-
chiepiſcopus eſt ille, qui conuocat alios
Epiſcopos, & Capitula ad aſſiſtendum
Concilio; Capitulum autem habet votū
4 conſultiuum, non deciſiuum, vt notat
glo. hic verbo Capitula: Dubitatur autem
an poſſit alius, præter Metropolitanum
coadunare Concilium, & licet *Ioannes
Andreas* teneat, quod non poſſit alius id
facere, tamen Legatus à latere, ſiue Car-
5 dinalis poteſt hoc Concilium coadunare,
patet *ex cap. ſi Abbatem §. huiuſmodi de
electione in 6*. vbi habetur, quod poteſt
hic Legatus confirmare electiones Epi-
ſcoporum, vel Archiepiſcoporum: ergo
poteſt facere id, quod poteſt Archiepi-
ſcopus, quia dum ipſe confirmat Archie-
piſcopum, videtur eſſe maior illo, ſed Ar-
chiepiſcopus poteſt congregare Conci-
lium: ergo etiam Legatus poteſt id fa-
cere.

Dices, cauſa inſtrumētalis poteſt pro-
ducere effectum perfectiorem ſe: ergo li-
cet Legatus confirmet Archiepiſcopum,
non tamen poterit id, quod poteſt hic,
dum pro tali confirmatione ſe habet, vt
cauſa inſtrumentalis.

Reſpondetur negando ſecundam, &
6 eius rationem, quia vt patet *in dicto §.
huiuſmodi* Legatus confirmat iure pro-
prio, ibi: poteſt ex officio confirmate: er-
go dum habet authoritatem confirmādi
ſignum eſt, quod habet poteſtatem, quam
dat, tum quia ad minus negari non pote-
rit, quod Legatus ſit æqualis Archiepi-
ſcopo: ergo poteſt id, quod poteſt Ar-
chiepiſcopus, patet *ex cap. ſi quis epiſco-
pus diſt*. 92. & aduertit *glo noſtra hic*.

Nota etiam, quod debent Epiſcopi in-
7 fra ſex menſes publicare ſuis ſubditis ea,
quæ geſta ſunt in Concilio prouinciali,
cap. decernimus diſt. 18.

Circa tertium dubitari poteſt, an in
8 Concilio prouinciali poſſit aliquid tracta-
ctari contra ipſum Archiepiſcopum: di-
cendum eſt affirmatiuè *in glo. in cap. ſicut
inquit* 2 *q*. 3. idem patet ex *glo. in cap. ſi
autem* 9. *q*. 3. vbi Metropolitanus à ſuffra-
ganeis corrigitur ibi ab omnibus diſtrictè
corrigatur. Verum tamen eſt, quod *Tri-
dentinum ſeſſ*. 24. *cap*. 5. *de reformatione*
id limitat, quoad condemnationē Metro-
9 politani, non ita tamen, vt non poſſint
accipi quærelæ contra illum, ſed tranſmit-
tuntur deinde Concilia prouincialia ad
Sedem Apoſtolicam, vt declarauit *Sacra
Congregatio anno* 1586.

Dices *in cap. multis diſt*. 17. vbi ex Con
10 cilio prouinciali appellatur ad Metropo-
litanum, ſed appellatio eſt ab inferiori-
bus ad ſuperiorem: ergo non poteſt Cō-
cilium prouinciale cognoſcere de cauſis
Metropolitani, quia eſſet inferiorem de
ſuperiore cognoſcere.

Reſpondetur negando conſeq. & ad id,
11 quod dicitur in minori diſtinguēdū erit,
quoad propriam cauſam, nego minorem,
quoad cauſas aliorum, concedo; hic enim
eſt effectus culpæ, ſcilicet ſuperiorem
efficere inferiorem, & humilem, *dict. cap.
ſi autem* 9. *q*. 3. quod ait Dauid, Compa-
ratus eſt iumentis, &c.

Nota etiam ex hoc §. quod in hoc Cō-
12 cilio agitantur cauſæ ſubditorum totius
prouinciæ, *cap. propter, diſt*. 18. *& in cap.
quoniam quidem diſt. cit*. pœna imponi-
tur Archiepiſcopo, qui neglexerit coadu-
nare tale concilium.

Nota ſecundò, quod ſi aliquibus ex E-
14 piſcopis ſuffraganeis ex impedimento nō
poſſit ad dictum Concilium accedere de-
beret mittere nuncium, & debet eſſe
paratus ad obſeruantiam illorum, quæ
in Concilio ſtatuta fuerint, vt habetur in
cap Epiſcopus, & cap. placuit diſt. cit.

Aduerte tertiò, quod ſi quis non acceſ-
15 ſerit, dummodo non fuerit impeditus
graui infirmitate, vel præcepto Regio
priuatur communione fidelium vſque ad
proximam Synodum, *cap. ſi Epiſcopus
Metropolitanus diſt. cit*. idem dic, ſi ante
16 completum Concilium diſceſſerit, *cap.
ſi quis eadem diſt*. vbi verificatur re-
gula,

Digitized by Google

gula, non dicitur veniſſe, qui non ſtetit.

In §. Nec autem.

SVMMARIVM.

1 *Concilium prouinciale non poteſt facere ſtatutum vniuerſale.*
2 *Statutum Concilij prouincialis aliquãdo acceptatur ab Eccleſia pro generali.*
3 *Concilia prouincialia poſſunt confirmare quæ antea ab alijs ſtatuta fuere, & noua ſtatuere.*

1 ADuerte primò pro hoc §. quod Concilium prouinciale non poteſt ſe extendere ad facienda ſtatuta generalia, vt habetur *in principio dictæ diſt.* 18. Verum tamen eſt, quod id, quod in Concilio prouinciali ſtatutum eſt ſæpè Sancta Romana Eccleſia approbauit, & extendit ad omnes fideles, vt aduertit *glo. hic verbo accipiat*, & adducit multa iura, & ſignanter *in*
2 *cap* 1. *de ſeruis non ordinandis*, vbi præcipitur non ordinari ſeruos ante plenam manumiſſionem à Domino, & ſumitur à Concilio Toletan, & ideo eſt, quia fuit ſtatutum rationale, meritò ab Eccleſia acceptatum pro generali obſeruantia, & alia accipiuntur capitula, & eodem Concilio ab Alexandro Tertio, vt patet *ex eadem glo.*

Aduerte ſecundò, quod Concilia par-
3 ticularia poſſunt id, quod antea, vel generaliter, vel ſpecialiter ſtatutum eſt confirmare, nouas pœnas imponere, nouum ius ſtatuere valent pro regimine ipſarum prouinciarum *cap. ius eiuſdem diſt.* 1.

In §. Epiſcopalia cum duobus ſequentibus,

SVMMARIVM.

1 *Concilium Epiſcopale quid ſit?*
2 *Statuta Concilij Epiſcopalis debent bis in anno manifeſtari.*
3 *Vicarius generalis poteſt facere Concilium Epiſcopale.*
4 *Iuriſdictiones quæ ſunt tranſeunt ad Vicarium.*
5 *Archiepiſcopus non poteſt congregare Concilium Epiſcopale in loco ſui ſuffraganei.*
6 *Archiepiſcopus non habet iuriſdictioni immediatam in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum.*
7 *Epiſcopus in Concilio poteſt facere quæcumque ad ſui iuriſdictionem pertinent.*
8 *an poſſit nouum indicere feſtum.*
9 *poteſt caſus reſeruare in Concilio, quos non poteſt ſucceſſor tollere extra Concilium.*
10 *Ius dicenti poteſt quis extra territoriũ impunis non parere.*
11 *Statuta rationalia ligant etiam extra territorium, quoad vim directiuã tantum.*
12 *Statutum vt obliget exigit neceſſariò publicationem.*
13 *Obſeruantia ſtatuti ligat poſt duos mẽſes quoad vim coactiuam, recuſantem in foro conſcientiæ.*
14 *Ignorantia allegari poteſt pro excuſatione culpæ.*
15 *Ignorantia non poteſt allegari poſt publicandum decretum.*
16 *Ignorantia duplex iuris, & facti.*
17 *Dubitare nemo poteſt de facto proprio.*
18 *Ignorantia iuris naturalis non poteſt allegari nec excuſat.*
19 *poſitiui quos excuſet?*
20 *allegari poteſt in damno vitando.*
21 *non excuſat circa ea, quæ introducta ſunt ad rigorem iuris: an aliquos excuſet? n.* 22.
23 *nimis affectata, & voluntaria damnatur.*
24 *Iuris de apicibus non eſt diſputandum vbi de bona fide agitur.*
25 *Probabilitas ignorantiæ debet conſtare, vt poſſit quis illam allegare.*
26 *Ignorantia craſſa non excuſat.*
27 *Peccatores operantur cum ignorantia craſſa.*
28 *Omnis peccans eſt ignorans.*

TErtio loco hic reſtat agendum de Concilijs Epiſcopalibus, & videbimus primò, quid ſit Concilium Epiſcopale, à quo, & quando congregari poſſit; ſecundò, quam habeat authoritatem; tertiò, qui ligentur ipſo.

Circa primum Concilium Epiſcopale
1 eſt, quod Epiſcopus in ſua Diœceſi ſingulis annis congregat, dum inter ſuos Abbates, Presbyteros, & Clericos cognoſcit pro bono regimine ſuæ Diœceſis, ſic notat *Lancellottus ex cap. annis ſingulis,*
2 *diſt.* 18 *& in cap. penul. eiuſdem diſt.* habetur, quod ea, quæ in Concilio ſtatuta ſunt, debent bis in anno toti Diœceſi manifeſtari.

Dubitatur hic, an poſſit ſolus Epiſco-
3 pus hoc Concilium congregare, an poſſit

etiam

etiam alius hoc facere : dic breuiter poſ-
ſe etiam Vicarium generalem id facere,
ratio eſt, quia congregare tale Concilium
ſpectat ad iuriſdictionem Epiſcopi, ſed
quæ ſpectant ad iuriſdictionem tranſeunt
4 ad Vicarium : ergo etiam hic actus patet
*ex l ſolet prætor ff. de iuriſdictione omnium
iudicum*. Meritò cum Epiſcopus dederit
ſuo Vicario omnem ſuam poteſtatem iu-
riſdictionalem hoc etiam conceſſiſſe vi-
detur.

Non ſic autem eſt dicendum in Archie-
5 piſcopo : hic enim non poteſt accedere
ad diœceſim, ſui ſuffraganei, vt ibi
congreget Concilium diœceſanum, quia
Archiepiſcopus non habet iuriſdictionem
immediatam in ſubditos ſuorum ſuffra-
ganeorum, vt videbimus infra *de Archie-
piſcopis*. Epiſcopus verò poteſt illud con-
6 gregare quandocumque, *tex. enim in cap.
annis ſingulis*, non ſtat taxatiuè ſed oſtē-
dit congruitatem : ergo ſi in alijs tempo-
ribus id expediat, poterit etiam Epiſco-
pus illud congregare.

Circa ſecundum eſt videndum, quod
7 poſſit in tali Concilio fieri, & *glo. noſtra
inquit*, quod Epiſcopus in hoc Concilio
poteſt facere omnia, quæ ſpectant ad ſui
iuriſdictionem, ſic punire malefactores,
&c. debet tamen cum ſubditis amanter
procedere, vt dixit Dominus Moiſi *nu-
merorum* 11. Porta eos in ſinu tuo, ſicut
portare ſolet nutrix infantulum. Dubitant
DD. an poſſit Epiſcopus nouum indicere
feſtum in honorem alicuius Sancti, ſed
8 hæc dubitatio hodie eſt ſuperuacanea ex
Bulla Vrbani Octaui de feſtis in honorem
Sanctorum.

Poteſt etiam Epiſcopus in tali Conci-
9 lio facere caſus reſeruatos, imponere ex-
communicationes, &c. quod ſi caſus re-
ſeruentur extra Concilium per alium E-
piſcopum ſucceſſorem tolli poſſunt etiam
extra Concilium, *Gomeſius cap. 2. de con-
ſtitutionibus num.* 5. Secus autem ſi in
Concilio fuerint reſeruati, *Nauar. cap. 2.
num. 2.* Idem dic de conſtitutionibus fa-
ctis in Concilio, vel per edictum extra
Concilium. Debet tamen Epiſcopus ea,
quæ in Concilio conſtituta ſunt ſuis ſub-
ditis manifeſtare ad tollendam excuſatio-
nem ignorantiæ, vt aduertit *glo. in extra-
uag. ne ſede vacante*.

Circa tertium videbimus primò, an
ſubditi extra diœceſim teneantur ſeruare
decreta ſynodalia ſuæ diœceſis; ſecundò,
quæ ignorantia excuſet.

Circa primum aduerte id, quod ait *glo.*
10 *noſtra hic ex cap. vt animarum, de
conſtitutionibus in 6.* quod ſcilicet poteſt
quis extra territorium ius dicenti impu-
nè non parere, idem firmat *Sanchez lib.
1. cap. 12.* & patet *ex l. fin. ff. de iuriſdi-*
11 *ctione omnium iudicum*. Verum tamen
eſt, quod ſi dicta ſtatuta ſint rationabilia
ligant etiam extra territorium, ſaltem
quoad vim directiuam, vt ſupra dixi-
mus.

Circa ſecundum aduerte primò, quod
12 vt ſtatutum obliget, neceſſariò requiri-
tur publicatio, & licet *glo. in cap. cogno-
ſcentes*, dicat, quod poſt duos menſes à
tempore publicationis quis teneatur ad
obſeruantiam; id tamen debet intelligi
quoad vim coactiuam (niſi aliter tempus
13 taxetur in tali ſtatuto) ſecus autem
quoad vim directiuam, & in foro conſciē-
tiæ, tam recta ratio omnibus ineſt : ergo
ſufficit habuiſſe ſtatuti notitiam.

Aduerte ſecundò, quod ignorantia
14 poteſt allegari pro excuſatione culpæ;
*glo. in cap. ad hæc de poſtulatione præla-
torum verbo allegant ex tex in l verius,*
15 *ff de probationibus*. tamen ſi factum ſit
publicatum non poteſt allegari ignoran-
tia, *cap. quod dicitis diſt. 16. cap. qui & di-
uinis 12 q 2. l. proferendum. §. & ſi qui-
dem, C de iudicijs*, præterea *glo. in cap. ab
excommunicato de interdictis* ait, quod
ignorantia craſſa, & ſupina non excuſat,
neque in facto alieno *dicto cap. dicitis*.

Aduerte tertiò, quod duplex eſt igno-
16 rantia alia iuris, alia facti, *glo. in cap. tur-
batur prima q. 4.* Ignorantia facti dum-
modo ſit probabilis excuſat *l. fin. ff. pro
ſuo*; nemo autem poteſt dubitare de fa-
17 cto proprio, *l. quiſquis. C de reſcindenda
venditione*; pro ignorantia iuris diſtin-
gue, vel eſt ignorantia iuris naturalis, vel
18 ciuilis. Ignorantia iuris naturalis non
poteſt allegari, nec excuſat, *l. 2 C. de in ius
vocādo, c. ſi cupis 16. q 1. c. qui ea diſt.* 38. ibi
qui ea, quæ Dei ſunt neſciunt à Deo ne-
ſciuntur, & *Paulus ad Corinth* 1. ait de
hac ignorantia : Ignorans ignorabitur;
& *in cap. ſi iuſto eadem diſt.* habetur,
quod ignorantia ſcripturarum, ignoran-
19 tia Chriſti eſt. Ignorantia verò iuris
poſitiui non omnes excuſat, *cap. non om-
nis diſt.* 37. vbi habetur, quod non omnis
ignorans immunis eſt à pœna, *glo. tamen
in eodem cap.* citat *textum in dicto cap. ſi
iuſto*, & adducit alia iura, ex quibus ex-
cuſantur ruſtici, minores, &c. & vt patet
ex verbis *dicti cap. non omnis*, vbi excu-
ſatur etiam, qui non inuenit à quo di-
ſceret.

Aduerte quartò *ex eadem glo. in dicto*
20 *cap. non omnis*, vbi in damno vitando
poſſunt plures allegare etiam ignorantiā
iuris

iuris, *l. author, ff. de iuris, & facti igno-
rantia*; in ijs autem, quæ introducta
ſunt ad rigorem iuris, ignorantia non
21 excuſat, vt ſi quis dediſſet pecuniam
mutuam filio familias, vel pupillo, *l. ſi
quis in tantam, C. vnde vi.* Idem dic in
præſcriptionibus, quæ introductæ ſunt ad
rigorem iuris, vt vnuſquiſque rerum ſua-
rum curam habeat, & cuſtodiam. Si au-
tem ſit de captando lucro, neminem ex-
cuſat, præter ruſticos, & fęminas, mino-
22 res, & milites, *l. fin. C. ad Trebellianum*,
dummodo contrarium non reperiatur
expreſsè *glo. in cap. turbatum cit. §. no-
tandum*.

Aduerte quintò, quod neque debeat
23 quis eſſe nimis ſcrupuloſus, ſen potius
curioſus pro notitia iuris, ſufficit, quod
non ſit ignorantia voluntaria, & affectata,
l. ſupina, C. de iuris, & facti ignorantia;
24 vbi ſi de bona fide agitur, non eſt de
apicibus diſputandum, *l. ſi fideiuſſor, ff.
mandati*; & hoc quoad forum externum;
25 nam in foro conſcientiæ iudicat Deus;
imo etiam in foro exteriori, qui vult al-
legare ignorantiam debet habere de hoc
probabilitatem, *glo. in cap. ordinationes
9. q. 2. cap. ſi quis prima q. 1.* Cæterum ex
ſola ignorantia allegata non excuſatur;
poteſt enim eſſe ignorantia, ſed craſſa,
quæ non excuſat, & cum hac operantur
peccatores, de quibus dicitur: omnis pec-
cans eſt ignorans.

In §. Decreta quoque Pontificum.

SVMMARIVM.

1 *Decreta Pontificum quæ dicantur?*
2 *Dicta à Pontifice vti à Doctore impu-
gnari poſſunt.*
3 *Decreta Pontificum habent eandē vim,
ac habent Concilia.*
4 *Pontifex nihil poteſt ſtatuere quod non
ſit fidei conſonum.*

INter conſtitutiones eccleſiaſticas cō-
memorantur decreta Pontificum,
meritò de ipſis hic erat agendum.

Aduerte igitur primò, quod decreta
1 Pontificum illa dicuntur, quæ ſunt verè
emanata à Pontifice, vt caput Eccleſiæ,
& vt Pontifex eſt reduplicatiuè; ſecus au-
tem ſi ipſe loquatur vt Doctor; tūc enim
eius dicta impugnari poterunt, vt dicta
2 aliorum Doctorum ſic notat *Lancellot-
tus hic*, quando verò agit, vt Sūmus Pon-
tifex, & vt caput Eccleſiæ, nec fallere,
nec falli poteſt.

Aduerte ſecundò, quod decreta Pōtifi-
cum habent eandem vim, ac habent Cō-
cilia, vt per *glo. in principio diſtinctionis
2. verbo decretales, & in cap. conſtitutio-
nes diſt. 10.* idem habetur. Ratio eſt cla-
ra, quia propter quod vnumquodque ta-
le, & illud magis, ſed per poteſtatem
3 Pontificis congregatur Concilium ge-
nerale: ergo Pontifex habet, ſi non maio-
rem, ſaltem æqualem poteſtatem Conci-
4 lio; verum tamen eſt, quod nihil poteſt
Pontifex ſtatuere, quod non ſit fidei con-
ſonum, *cap. conſtitutiones diſt. citata, &
glo. ibi verbo mores*.

In §. Alia ſanè cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Dicta Sanctorum Patrum præcedunt
aliquando dictis Pontificum.*
2 *Pontifex in ijs, quæ ſpectant ad fidem
non poteſt contradicere dictis Sā-
ctorum Patrum.*
3 *Dictum Pontificis præualet dictis SS.
Patrum in dubijs.*
4 *Ponifex aſſumens pro ſuis dicta Sancto-
rum Patrum habent vim pontifi-
ciam, idem dic de Concilio.*
5 *Inſtitutionum canonicarum materiæ
diuiſio.*

ALia pars Iuris Canonici oritur ex
dictis Sanctorum Patrum: ideo
videndum eſt quam authoritatem
habent; ſecundò, an habeant
vim legis.

Circa primum aduerte ex *dicta diſt. 20*
1 quod aliquando dicta Sanctorum Patrū
præcedunt decreta Pontificum, dummo-
do illa magis accedant rationi. Verum
tamen eſt, quod quoad iuriſdictionem
dicta Pontificum præcedunt, quatenus
Dominus claues Petro dedit, non alijs
Apoſtolis, *cap. ſunt quidam 25. q. 1. cap.
contra ſtatuta, cap. omne, & cap. prima
ſalus, cauſa, & quæſtione citata*, vbi nec
2 poteſt Pontifex contradicere dictis San-
ctorum Patrum in ijs, quæ ſpectant ad
fidem, vt notatur in *dicto cap. prima ſalus.*
3 In dubio verò ſemper debemus iudicare
pro dicto Pontificis, qui Sancto Spiritu
ſpecialiter aſſiſtente operatur.

Circa ſecundum aduerte, quod ſi ſcri-
4 pta Patruum ſint immixta decretis Pon-
tificum, vel Concilijs, habent vim con-
cilij, vel decreti, non ratione ſui, ſed ra-
tione eius, à quo aſſumuntur, & ſic ra-
tione Pontificis, vel Concilij, vt per *glo.
noſtram hic verbo inſerta*, cum noſtra
faciamus, quibus authoritatem noſtram
im-

Digitized by Google

impertimur, *l. 1. §. ſed neque, C. de iure iurando.* Vnde collige, quod ſi ſũmus Potifex has inſtitutiones Lancellotti accepiſſet in ſuas, habuiſſent etiam authoritatem pontificiam.

Aduerte ſecundò ex *§. fin.* quod author
5 noſter diuidit hic ſuum opus, & ſic ait,
quod cum ius canonicum verſetur circa
perſonas, res, & iudicia, ita pariter inſti-
tutiones diuidi debebant, meritò hic vi-
debitur de ijs, quæ ſpectant ad perſonas,
& perſonarus, in ſecundo dẽ rerum diui-
ſione, & ſic de ſacramentis, & de alijs
rebus eccleſiaſticis; in tertio, & quarto de
iudicijs tam ciuilibus, quam criminalibus.

D E I V R E
PERSONARVM
TITVLVS QVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Perſonæ vel ſunt clerici, vel ſunt laici.*
3 *Laicus vnde dicatur.*
4 *Clericus non venit nomine populi.*
5 *Clericorum genus nobiliſſimum Deo dicatum, liberum ab omnibus oneribus.*
6 *Clericorum nomine qui veniant?*
7 *Degradati, coniugati, conuerſi, & etiam oblati gaudent priuilegio clericorum.*
8 *Clerici etymologia, & differentia à laico.*
9 *Christi à Domino vocantur clerici.*
10 *Clerici nec pro cauſa ciuili, nec pro criminali poſſunt conueniri à iudice laico.*
11 *an pro aliquibus caſibus poſſint conueniri à iudice laico.*
12 *Laici non poſſunt diſputare de rebus fidei, ſi verò ſint docti poterunt de licentia Epiſcopi.*
13 *præſumuntur ignorare quæ ſpectãt ad rationes fidei.*
14 *Ceſſante ratione legis debet ceſſare & ipſa lex.*
15 *Legis finem ſeruans non facit contra legem.*
16 *Clerici non debent nutrire neque comã, neque barbam.*
17 *Prima tonſura, & epiſcopatus an ſint ordines?*
18 *Prima tonſura dicitur etiam pſalmiſtatus, quo fungi poſſunt etiam ſæculares.*
19 *Epiſcopatus quare non ſit ordo.*
20 *Epiſcopus habet collationem ordinum ut inſtrumentum Chriſti.*
21 *Ordines quot ſint? omnes inſtituti à Chriſto Domino.*
22 *fuerunt figurati in teſtamento veteri.*
23 *Oſtiarius*
24 *Lector*
25 *Exorciſta.*
26 *Acolytus* — *vbi figurati in teſtamento veteri.*
27 *Subdiaconus*
28 *Diaconus*
29 *Sacerdos*
30 *Primi Sacerdotes fuere Apoſtoli.*

1 DIximus iam Ius Ca-
nonicũ verſari circa
perſonas, res, & iudi-
cia, meritò de perſo-
nis hic, ad cuius tituli
intelligentiã videbi-
mus primò, quot ſint
genera perſonarum;
ſecundò, quid ſit clericus, & qui ſub hoc
nomine compræhendantur; tertiò, in
quo differant clerici à laicis; quartò, qui-
nam ſint ordines clericales.
Circa primum aduerte, quod duo ſunt
2 genera perſonarum, vnum eſt laicorum,
aliud clericorum. Laicorum genus dici-
tur à verbo græco, laos, quod idem eſt
3 ac populus, patet ex *cap. duo ſunt 3. q.*
2. Ex quo *tex.* vt aduertit *glo. verbo popu-*
lares habetur, quod nomine populi non
4 veniunt clerici, cum populus ſit à dicto
verbo *laos*, quod de laicis verè dicitur, &
ad ipſos ſpectant quæ ſunt huius ſæculi, &
temporalia, clericorum verò genus eſt
nobiliſſimum, eorum qui Deo dicantur,
5 & ſunt liberi ab omnibus oneribus, vt in
cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtitutioni-
bus, & clericus laico præfertur *in cap. mo-*
nachus diſt. 57. ibi, diſtare conuenit inter
perſonam diuino cultui deditam, & de
laicorum conuerſatione venientem.
Circa ſecũdum aduerte primò *ex d. cap.*
duo ſunt, quod nomine clericorum la gè
compræhenduntur omnes Deo dicati,
tam ſæculares, quam regulares, tam pro-
6 feſſi, quam conuerſi, tam in ſacris, quam
in minoribus ex verbo græco cleros, quod
idem eſt, ac ſors; vnde clerici dicuntur
vocati in ſortem Domini, ſed omnes iſti
ſunt tales: ergo omnes iſti veniunt cle-
ricorum nomine.
Aduerte ſecundò, quod etiam ſub hoc
7 nomine cõpræhendũtur clerici degradati,
& debent defendi ab Eccleſia, vt aduer-

tit *glo. in cap. dictum eſt, diſt. 81. verbo ſæculariter*: item clerici coniugati *cap. eos 2. q. 3.* item conuerſi religioſorum, vt aduertit *glo. noſtra hic*. Ratio autem clarè patet ex dictis, quia ſcilicet iſti etiã ſunt vocati in ſortem Domini, & ſunt diuino cultui ſpecialiter dicati. Item oblati, pro tempore tamen, quo adſiſtunt, & ſunt adſcripti ſeruitio monaſterij; ſecus autem impoſterum, quia nullum habent characterem, cui debeatur reuerentia.

Circa tertium prima patet differentia ex ipſo nomine cleros, quod idem eſt, ac
8 ſors, vt diximus; vnde idem eſt clericus, ac vocatus in ſortem Domini; laici verò non ſic, quia licet benè viuant, nõ tamen poſſunt dici ſic ſpecialiter vocati, & in hoc conſiſtit maxima differentia, ex qua omnes aliæ ſequuntur, vnde clerici vocantur etiam Chriſti, de quibus dixit Do-
9 minus per *Dauid*: Nolite tangere Chriſtos meos. Secundo differunt, quia nec pro cauſa ciuili, nec crimi. ali poſſunt clerici
10 conueniri coram iudice laico, præter caſus expreſsè conceſſos, *Authentica ſtatuimus, & glo. in authentica clericos, C. de Epiſcopis, & clericis, Afflictus in con-*
11 *ſtitutione Regni Iuſtitiarios, Riccius deciſ.* 164 apud quem vide etiam, quid de praxi in criminibus leſæ maieſtatis. Tertio, laicis non licet diſputare de rebus fidei, *S. Doctor 2.2 q. 10. a. 7. & Caietanus ibidem cap. nemo de Summa Trinitate, & fide catholica, cap. quicunque de hæret. in*
12 *6. &c.* vt videtur inſinuare *idem Caiet. ibid.* & aduertit *Antonius Timotheus hic*, ſi ſit laicus, doctus, & prudens poterit id facere de licentia Epiſcopi, quia ratio dictæ prohibitionis eſt, quoniam laici præſumuntur ignorare quæ ſpectant ad rationes fi-
13 dei: ergo ſi in contrarium ſit præſumptio, id ſeruari poterit: *ex cap. cum ceſſante de appellationibus, & l. adigere, § quãuis,*
14 *ff. de iurepatronatus*; nec contra legem
15 facit, qui finem legis ſeruat, *l. ſcire leges, ff. de legibus*; quarto, clerici non debent
16 nutrire comam, nec barbam, *cap. ſi quis ex clericis de vita, & honeſtate clericorũ*; hoc tamen laicis permittitur. Sũt & aliæ differentiæ inter clericos, & laicos, de quibus paſſim videbimus infra.

Circa quartum plures fuit Doctorum opiniones, aliqui & primam tonſuram,
17 & epiſcopatum connumerarunt inter ordines, *cap. cum contingat de ætate, & qualitate, cap. 1. de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit, &c.* dic tamen cum *Abbate in cap. poſt tranſlationem extra de fide, &c. Archidiacono in ſumma tit. de ordine, verbo de epiſcopatu Magiſtro ſententiarum diſt. 23. & S. Doctore 3. parte in ſupplemento q. 4. a. 1.* quod prima tonſura non eſt ordo, ſed tantum præambulum ad ordines; ait enim *S. Doctor*, quod in eccleſiaſtica hierarchia quædam ſunt particularia, quæ præfigunt particularem poteſtatem, quædam ſunt communia, quæ ab omnibus fieri poſſunt, vt eſt pſallere (pſalmiſtatus autem dicitur prima tonſura) ad quod non requiritur ſpiritua-
18 lis poteſtas; nam poſſunt etiam laici hoc facere, ſed tantum per coronam, & tonſuram determinatur perſona, quæ diuino cultui dicata hoc faciat ex determinatione Eccleſiæ, & ſic ex aliquo titulo ſpeciali, ſic expreſsè in *cap. pſalmiſta diſt. 23.* vbi habetur, quod poteſt Pſalmiſta abſq; licentia Epiſcopi ex ſola iuſſione presbyteri ſumere officium cantandi, & non ſituatur ibi pſalmiſtatus modo, quo ſituãtur alij, vt habetur in præcedentibus capitulis.

Quantũ ad Epiſcopatum idem *Sanctus Doctor a. 5. q. citata* ait, quod non ſit verus ordo: prima ratio eſt à poſteriori, quia ſcilicet poteſt conferri epiſcopatus etiam
19 extra tempus ordinationum, quod non ſic eſt in ordinationibus ſacris. Secundò, quia totum ſacramentum ordinis dirigitur ad confectionem corporis Chriſti, vt ait *Leo Papa epiſt. 79. apud eundem Sanctum Doctorem loco citat.* ſed circa confectionem corporis Chriſti non habet Epiſcopus maiorem authoritatem, quam habet ſacerdos: ergo epiſcopatus non eſt ordo. Vel ſumitur ly ordo, prout eſt poteſtas quædam circa res ſacras, & tunc certum eſt, quod epiſcopatus eſt ordo; Epiſcopus enim multa ſacra diſpenſat,
20 imò & ipſos ordines confert. Quod ſi dicas Epiſcopum conferre ordines, & per conſequens epiſcopatum eſſe ordinẽ, facilis eſt ſolutio, quia ſcilicet Epiſcopus id facit vt inſtrumentum Chriſti; inſtrumentum autem non eſt neceſſe, quod habeat in ſe illam perfectionem, quam producit.

Ex his igitur habes, quod ſeptem tantum ſunt ordines, ſcilicet, Oſtiariatus, Lectoratus, Exorciſtatus, Acolytatus, &
21 iſti ſunt minores, maiores verò, ſeu ſacri ſunt, Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyteratus, & omnes fuerunt inſtituti à Chriſto, vt videbimus *infra de ſacra-*
22 *mento ordinis*. Item fuerunt figurati in teſtamento veteri; Oſtiarij fuerunt figu-
23 rati à Leuitis, qui in templo Salomonis curabant, ne quis immundus templum peteret, & cuſtodiebant ianuas, *vt paralipomenon primo cap. 23. nu. 5. & lib. 2.*

cap.

Digitized by Google

cap. 23. *num.* 19. ſic etiam noſtri Oſtiarij curant, ne excommunicati, & indigni di- uina præſentia ad Deum accedant. Lectores figurarunt Leuitæ, qui *Eſdra cap.*8. coram populo Iſraelis libero iam à ſeruitute Babylonica legerunt librum legis Domini voce clara, ſic, lectores coram populo chriſtiano libero à ſeruitute dæmonis babylonici voce clara, hoc eſt dictis, & factis legem Domini, & ſcriptu-
15 ras legere debent; Exorciſtas, denotarunt etiam antiqui exorciſtæ, quos fuiſſe in lege veteri, teſtatur *Lucas in Actis Apoſtolorum cap.*19.*nu.*13. & deinceps; & ait, quod erant ſeptem filij principis ſa-
26 cerdotum. Acolytarum figura fuit *Exodi* 30. vbi Dominus dixit Aron, vt componeret lucernas in tabernaculo Dei; & hoc teſtatur Epiſcopus in ordinatione Acolytorum, dum ait, Deus, qui ad Moiſem, & Aron, &c. Subdiaconi cum ſint coadiu-
27 tores ſacerdotum fuerunt figurati à Nathinæis, *primo Eſdræ c.*8. qui adiuuabant
28 Leuitas. Diaconi fuerunt figurati ab ipſis Leuitis *in libro Leuitici cap.*1. *nu.*3. *&* 4 quos elegit Dominus in adiutorium ſacerdotum, vt cuſtodirent vaſa ſacra; &
29 miniſtrarent immediatè ſacerdoti. Sacerdotum plures habemus figuras, ſic Melchiſedech, Aron, Septuaginta viri, qui *numerorum* 11. receperunt ſpiritum Domini, & prophetabant; ſic etiam habetur in *initio diſtinctionis* 21. & primi ſacer-
30 dotes fuerunt Apoſtoli ordinati à Domino in Cœna, cum dixit: Hoc facite in meam commemorationem; ſed de his, & de eorum poteſtate, & de requiſitis videbimus *in præſentibus titulis, & in libro* 2. *de ſacramento ordinis*.

DE EPISCOPIS

ET SVMMO PONTIFICE

TITVLVS QVINTVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Summus Pontifex etiam eſt Epiſcopus.*
3 *Summus Pontifex quare pluribus vocabulis nominetur.*
4 *Papa à nemine iudicari poteſt.*
5 *in crimine hæreſis à Concilio generali iudicari poteſt.*
6 *Imperator pro crimine hæreſis eſt deponendus.*
7 *Papæ etymologia.*
8 *nomen ſemper benedicendum.*
9 *Papa, totum ſuum poſſe tenetur applicare commodo Eccleſiæ.*
10 *debet omnia facere rationabiliter.*
11 *non debet eſſe iudex in cauſa propria.*
12 *non poteſt diſpenſare, vt Monachus habeat proprietatem.*
13 *nec contra Euangelia.*
14 *nec contra præcepta Apoſtolorum.*
15 *nec contra ſtatuta Patrum in ijs, quæ ſpectant ad fidem.*
16 *poteſt diſpenſare circa ius poſitiuum.*
17 *Papæ authoritas eſt maior authoritate Sanctorum.*
18 *Papa non eget conſilio Cardinalium in determinando, & adminiſtrando.*
19 *poteſt diſpenſare circa legem euangelicam ceſſante cauſa, & ratione ipſius legis.*
20 *Epiſcopi etymologia.*
21 *nomen cui alij conueniat?*
22 *Epiſcopus quæ poſſit facere?*
23 *quæ ſunt iuriſdictionis tantum poteſt alteri demandare.*
24 *Epiſcopalis dignitas tripartita.*

1 VISVM eſt ſupra de iure perſonarũ, & poſuimus genus clericorum, inter quos, quia ſunt prælati, & paſtores, vt ſunt Epiſcopi, & ſummus Pōtifex meritò de ipſis hic: ait autem *glo. in continuatione huius rubricæ*, quod ponitur hic ſummus Pontifex nominatim, non quod ipſe etiam non eſſet Epiſcopus, ſed quia eſt ſuperior aliorum, meritò nominatim exprimi de-
2 buit, ſicut dixit Angelus mulieribus: dicite diſcipulis eius, & Petro; non quod Petrus non fuiſſet diſcipulus, ſed ipſum expreſsè vocat tãquam caput, & princeps diſcipulorum. Igitur ad intelligentiam huius rubricæ, & §. primi videbimus primò aliqua de ſummo Pontifice in ſpecie, & ſignãter quomodo verificetur axioma, Papa omnia poteſt. Secundò videndum eſt pro Epiſcopis, quid ſit Epiſcopus, & quid poſſit.

Circa primum aduerte primò, quod
3 Pontifex variè appellatur, vt videre eſt in additione *gloſſæ ad cap. licet de conſtit. in* 6. vbi multa iura referuntur. Primò dicitur Papa ad admirationem, vt in *cap. ſi papa de priuilegijs*. Secundò dicitur ſeruus ſeruorum Dei, vt oſtendat poſſe ſtipulari pro Domino, & paciſci; *glo in cap. quoties prima q.* 7. *ex l. ſi curatori præſens, ff. de verborum obligationibus*.

D 2 Ter-

Tertiò dicitur ſummus Pontifex ad oſten-
dendum ipſum eſſe ſupremum Epiſcopũ.
Aduerte ſecũdò, quod Papa à nemine
4 iudicari poteſt, *glo. in diſtinct. 21. in initio*
verbo decretis; excipe tamen crimen hæ-
reſis, quia pro hoc poteſt à Concilio ge-
nerali iudicari, & iudicabitur à Deo, *glo.*
in cap. cum ad apoſtolica de ſentent. & re
5 *iudicata verbo hæreſi*, vbi habetur, quod
etiam Imperator pro tali crimine deponi
6 debet, *c. ſi papa diſt. 40.* vbi idẽ habetur,
tamen quoad vim directiuam iudicatur à
propria conſcientia, *dicto cap. ſi papa, &*
glo. ibidem verbo à nemine ex tex. in cap.
nemo 1. q. 3. Item nec poteſt accuſari de
adulterio, nec de homicidio, *glo. in cap.*
non nos diſt. 40. verbo quis enim, & tex.
ſic ait: quis enim ſanctum dubitet eſſe,
7 quem apex tantæ dignitatis attollit:
Tum *glo. in Clement. quoniam de ſumma*
Trinitate, & fide catholica, verbo papa,
ait, Papa, ideſt admirabilis, & ſubdit ex
Anglico, Papa ſtupor mundi, qui maxima
rerum, Nec Deus eſt, nec homo, &c. &
aſſignans etymologiam huius nominis,
8 ait, quod dicitur Papa, ideſt pater patrum.
Item eius nomen ſemper benedici debet
licet Eccleſiam fœdauerit, *glo. in c. dudum*
de ſchiſmaticis, & dat rationem, quia
debet reſpici non id, quod facit, ſed id,
quod ipſum facere decuit, *l. ſed licet, ff.*
de officio præſidis, l. penult. §. prætor, ff. de
iuſt. & iure.
Circa illud axioma, quod ſcilicet omnia
9 poteſt: Aduerte, quod totum ſuum poſſe
tenetur applicare ad cõmodum Eccleſiæ,
cap. memor ſum 24. q. 1.
Limitatur tamen hoc axioma in multis
10 caſibus, & generaliter quod omnia de-
beat facere rationabiliter, vt ait *glo. in*
cap. ad onus de electione, & electi poteſta-
te verbo morum. Item licet poſſit, tamen
11 non debet eſſe iudex in cauſa ſua, *glo. in*
cap. cum veniſſent de iudicijs verbo iudi-
cari; & magis apertè per eadem *glo. in*
cap. conſuetudo 26. q. 6. verbo eccleſia,
cuius verba ſunt omnino videnda.
Limitatur ſecũdò, vt non poſſit diſpen-
12 ſare, quod Monachus profeſſus habeat
proprietatem, *cap. cum ad monaſterium*
13 *de ſtatu monachorum*, nec poteſt diſpẽ-
ſare contra quatuor euangelia, *cap. ſicut*
14 *diſt. 14.* nec contra præcepta Apoſtolorũ,
cap. ſunt quidam 25. q. 1. vt hæc, & alia
refert *glo. in cap. propoſuit de conceſſione*
præbendæ verbo diſpenſare.
Limitatur tertiò contra ſtatuta patrũ,
quod debet intelligi circa ea, quæ faciunt
15 ad fidem, vt habetur *in cap. contra 25 q.*
1. & aduertit ibi *glo.*

Ampliatur tamen hoc axioma, quod
16 Papa poſſit diſpenſare circa ius poſitiuũ,
vt *in cap. venerabilem, qui filij ſint legiti-*
mi; vnde poteſt diſpenſare in bigamia,
vt per *glo. in cap. ſi quis viduam diſt. 50.*
17 Item quod eius authoritas ſit maior au-
thoritate patrum, *Paulus de cittadinis de*
iurepatron. cauſa 6. nu. 8. ex Hoſtienſi in
cap. de libellis diſt 2. Item poteſt determi-
18 nare, adminiſtrare, &c. abſque Concilio
Cardinalium; *idem de cittadinis num. 7.*
ex Matthæi cap. 16. Quodcunque ligaue-
ris, &c. per quæ verba ſoli Pontifici in-
dependenter ab alijs videtur data facul-
tas: imò carente cauſa, & ratione legis
euangelicæ poteſt in ipſa diſpenſare, ſicut
19 pariter diſpenſauit Chriſtus, puta quod
in neceſſitate extrema quis poſſit aliena
capere, & ſimilia colliguntur *ex c. quod-*
cunque 24. q. 1.
Circa ſecundum, Epiſcopus idem eſt ac
20 ſpeculator, ſic notat Author noſter in §.
ſimpliciter infra eodem, vbi *glo.* citat *tex.*
in cap. cleros diſt. 21. & Cicero ſcribens
ad Atticum ſic loquitur: Pompeius vo-
luit me Epiſcopum eſſe Campaniæ, ideſt
ſpeculatorem, & ſuperintendentem: ſo-
21 let enim Epiſcopus dici Bidellus, *Alciat.*
lib. 7. cap. 22. & ſuperintendentes rerum
dicuntur Epiſcopi *in l. munerum, ff. de*
muneribus, & honoribus.
Ad Epiſcopum ſpectant Baſilicarum
22 conſecratio, vnctio altaris, diſtributio
ordinum, benedictio virginum, & cæte-
ra, quæ habentur *in cap. 1. diſt. 25.* ex his
autem, quæ ſunt ordinis, non poteſt al-
teri demandare, ſecus verò, quæ ſunt iu-
riſdictionis, *cap. aqua de conſecratione*
23 *Eccleſiæ, vel altaris*; vnde nec poteſt ſa-
cerdos de mandato Epiſcopi reconciliare
Eccleſiam conſecratam, quia ad hoc, vel
requiritur ordo, vel ſpeciale mandatum
Pontificis.
Nota etiam ad intelligentiam primi §.
quod dignitas Epiſcoporum eſt triparti-
ta, alij enim ſunt Patriarchæ, alij Archie-
piſcopi, alij Epiſcopi ſimpliciter, & de
his omnibus hic in ſpecie.

In §. Patriarchæ cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Patriarcha eſt primus gradus Epiſco-*
porum.
2 *quis ſit?*
3 *quo alio nomine vocetur?*
4 *Patriarcharum numerus quadruplex.*
5 *quis præcedat?*

Pon-

Pontifex maximus ſupremus patriarcha.
7 *Patriarcharum poteſtas qualis?*
8 *Cardinalis Epiſcopi Oſtienſis quæ ſit dignitas?*
9 *Patriarcharum priuilegia quæ ſint?*
10 *Patriarcha nullus poteſt vocari vniuerſalis.*

PRimus gradus Epiſcoporum eſt patriarcharum, meritò de ipſis hic, & videbimus primò, quid ſit Patriarcha, & vnde dicatur; ſecundò, qui numerus ipſorum; tertiò, quam habeant poteſtatem.

Circa primũ, Patriarchæ ſunt qui poſt
2 ſummum Pontificem primum obtinent
locum in Eccleſia catholica; ideo hic primi
enumerantur poſt ſummum Pontificẽ.
Item Patriarchæ dicuntur principes, hoc
3 eſt patres Epiſcoporum, vt *in cap. cleros*
diſt. 21. præſunt enim Archiepiſcopis, &
Epiſcopis.

Circa ſecundum, numerus Patriarcha-
4 rum eſt quadruplex, ſcilicet Conſtantino-
politanus, Alexandrinus, Hieroſolymita-
nus, Antiochenus. Verum tamen eſt,
quod antiquus Patriarcha Alexandrinus
præcedebat, vt *in cap. ſacroſanctæ diſt.* 22
in fine, poſtea verò à Concilio Conſtan-
5 tinopolitano, Eccleſia Conſtantinopoli-
tana præcedit, quæ dicitur Roma noua,
cap. Conſtantinopolitana eadem diſt. Sunt
tamen quatuor, & per ipſos deſignantur
quatuor Euangeliſtæ, vt aduertit *Antonius Timotheus hic*.

Obſtat *tex. in cap. cleros diſt.* 21. *§. ordo, verbo in patriarchis*, vbi quinque enumerantur Patriarchæ: ergo falſum eſt, quod diximus.

Reſpondetur negando cõſequentiam,
6 & ratio eſt, quia ibi enumeratur Roma-
nus Pontifex, qui eſt ſupremus Patriarcha
Vicarius Ieſu Chriſti, qui fuit ſuper omnes
Euangeliſtas. Alij verò Patriarchæ ſunt
inferiores his, & aduertit *Catalogna in glo. municip lib.* 4 *conſil.* 9.

Circa tertium, eorum poteſtas magna
7 eſt, ſed partim depreſſa, ſic quod debeant
ſedere immediatè apud ſummum Ponti-
ficem, vt aduertit *glo. hic*, ſed hodie ſunt
Cardinales, qui hoc non permittunt va-
rijs titulis, vt refert *glo.* præcipuè de Car-
dinali Oſtienſi, qui putat debere præfer-
ri ratione Eccleſiæ Oſtienſis, quæ coronat
8 Pontificem, & vngit Imperatorem; & in
cap. à memoria extra vt lite pendente
Habetur, quod priuilegia conceſſa alijs
Patriarchis non debent inferre præiudi-
cium his quatuor ratione antiquitatis:
poſſunt etiam deferre Crucem per totum
9 orbem, præterquam in Vrbe Romana,
vel in præſentia Legati Apoſtolici, qui
vtitur inſignijs apoſtolicæ dignitatis, vt
in cap. antiquum de priuilegijs. vbi con-
firmantur omnia priuilegia Patriarcharũ,
& ibi etiam habetur, quod ab omnibus
prouincijs ſibi ſubiectis ab ipſo appellari
poteſt, dummodo non fuerit appellatum
ad Sedem Apoſtolicam.

Nota demum pro Patriarchis ex *cap.*
10 *nullus diſt.* 99. quod nullus Patriarcha
poteſt vocari vniuerſalis, ne dignitati aliorum Patriarcharum derogetur.

In §. Archiepiſcopi, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopi cur ſic nominentur?*
2 *non habent poteſtatem in ſubditos ſuorum ſuffraganeorum.*
3 *non ſemper ſunt metropolitani.*
4 *Appellatur à decretis ſuffraganei ad Archiepiſcopum:*
5 *Archiepiſcopus habet authoritatem in ſuffraganeos, & eſt eorum ordinarius, licet non receperit palliũ.*
6 *Archiepiſcopi Vicarius habet eandem authoritatem in ſuffraganeos.*
7 *Archiepiſcopus an poſſit vti in Eccleſijs ſuffraganeorum palleo, & cruce?*
8 *poteſt à ſuffraganeo cauſam adſumere, ſi non ſit expedita infra biennium.*
9 *poteſt concedere indulgentias.*
10 *poteſt eligere Vicarium, ſi Capitulũ mortuo Epiſcopo infra octo dies non elegerit.*
11 *poteſt eligi in iudicem à ſubditis ſuffraganei ipſo inconſulto.*
12 *non poteſt deponere Epiſcopum.*
13 *quid non poſſit in diœceſi ſui ſuffraganei?*

VIdebimus hic primò, quid ſit Archiepiſcopus: ſecundò, quid poſſit.

Circa primum aduerte, quod Archie-
1 piſcopi ſunt principes Epiſcoporũ vnius
prouinciæ, vnde reſpectu aliorum Epi-
ſcoporum ſuffraganeorum dicuntur Ar-
chiepiſcopi, non autem reſpectu ſuorum
2 ſubditorum, pro quibus dicuntur potius
Epiſcopi, & nihil exercent in ſuis ſubdi-
tis, quod non exerceant Epiſcopi in ſuis
diœceſibus: Item habent prouincias di-
ſtributas, & vſus diſtinctionis prouinciarum,

rum, erat etiam ante *Chriſti* aduentum;,
cap. prouincia diſt. 99. vbi habetur, quod
ſicut tunc erant iudices prouinciales, ad
quos ſubditi appellabant, ita nunc à ſuf-
fraganeis, & eorum ſubditis ad Archiepi-
ſcopos appellatur; vt habetur in eodem
cap. prouincia. Multi tamen ſunt Archie-
3 piſcopi, qui non ſunt Metropolitani, quia
non habent ſuffraganeos, vt ſunt Archie-
piſcopi Lacianenſis, & Roſſanenſis, qui
habent vſum pallei, & Crucis archiepiſco-
palis; ſed tamen non habent Epiſcopos
ſuffraganeos.

Circa ſecũdũ aduerte, quod ad Archie-
4 piſcopis appellari poteſt à decretis ſuorũ
ſuffraganeorum; ſecundò, poteſt aliqua
demandare dictis ſuffraganeis, licet adhuc
non receperit palleum, vt *in cap. ſuffra-
ganeis de electione*, & eſt ordinarius ipſo-
5 rum, *cap. paſtoralis de officio ordinarij*;
6 imò poteſt etiam per Vicarium aliqua
exercere in ſuffraganeos, *cap. præſenti de
officio ordinarij in 6.* Tertiò poteſt Ar-
chiepiſcopus vti palleo in qualibet Eccle-
ſia ſuæ prouinciæ, *cap. 1. de auctoritate,
& vſu pallei*; & poteſt etiam facere, vt
7 Crux ante ſe deferatur, & poteſt etiam
celebrare in põtificalibus, quia qui poteſt
id, quod eſt plus, poteſt etiam id, quod
eſt minus. Quartò, ſi Epiſcopus infra
8 biennium non expedit litem, poteſt ipſe
cauſam adſumere, *Trid. ſeſſ. 24. cap. 20.*
ergo poteſt concedere indulgentias per
totam ſuam prouinciam, *cap. paſtoralis
de pœnitentijs, & remiſſionibus*. Sextò,
9 mortuo Epiſcopo, ſi Capitulum infra octo
10 dies non eligat Vicarium, poteſt Archie-
piſcopus Vicarium ponere, *Trid. ſeſſ. 24
cap 18. de reformatione*. Septimò, poteſt
eligi in iudicem à ſubditis ſuffraganei in
11 conſulto ſuffraganeo, *Abb. in cap. ſi-
gnificaſti de foro competenti*, & habet
alias prærogatiuas, vt notat *Quaranta in
ſumma bullarum, verbo Archiepiſcopi
authoritas*.

Limitatur tamen authoritas Archie-
12 piſcopi primò, vt non poſſit deponere
Epiſcopum; depoſitio enim ſpectat tãtum
ad Papam, *cap. ſi quis Epiſcopus de accu-
ſationibus*.

Limitatur ſecundò, circa perſonas, vel
13 res exiſtentes in diœceſi ſui ſuffraganei,
Abb. in cap. ſanè de foro competenti, niſi
delictum ſit notorium, & Epiſcopus eſſet
negligẽs in correctione. Idem dic, quãdo
Archiepiſcopus viſitat prouinciam, *Abb.
in cap. ſignificaſti de foro competenti*; vel
Archiepiſcopus eſſet legatus in prouin-
cia, *Abb. in cap. ex frequentibus de
conſtitutionibus*.

In §. Autem, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus quis dicatur?*
2 *Epiſcopo quæ conueniant?*
3 *Epiſcopalis poteſtas duplex.*
4 *ad quæ extendatur?*
5 *Subditi debent obedire canoni Epiſcopi, licet dubitetur de eius iuſtitia.*
6 *Epiſcopus quod ſubſidium charitatiuũ poteſt exigere?*
7 *poteſt dare authoritatem ad carce-randum clericum in fragranti.*
8 *poteſt diſpenſare in omnibus irre-gularitatibus, & ſuſpenſionibus prouenientibus ex delicto occulto.*
9 *poteſt tenere familiam armatam.*
10 *poteſt relicta in vnum vſum ad aliũ commutare.*
11 *poteſt imponere pœnitentias publi-cas.*
12 *eximitur à patria poteſtate.*
13 *ad quid teneatur?*
14 *prædicator debet acriter obiurgare delicta.*
15 *debet eſſe de legitimo matrimonio natus.*
16 *non debet promouere ignorantem, & non habentem patrimonium ad ordines.*
17 *quando teneatur ad patrimonium ordinati?*
18 *ordinans indignum ſuſpenditur.*

VIſum eſt de duobus gradibus Epi-
ſcoporum, ſequebatur videre
de tertio gradu, meritò videbi-
mus primò, quid ſit Epiſcopus; ſecundò
quid poſſit; tertiò ad quid teneatur.

Circa primum, Epiſcopus multipliciter
1 dicitur: *Lancellottus* autem hic ait, quod
Epiſcopus eſt, qui maioribus populis, &
frequentibus ciuitatibus præeſt. Dicitur
præeſt loco generis: nam etiam curatus
præeſt: dicitur frequentibus ciuitatibus
ad differentiam à curatis, qui præſunt
certo determinato quarterio, & ad dif-
ferentiam Archiepiſcopi, qui præeſt pro-
uinciæ, vt diximus. Ex hoc habes, quod
Epiſcopus tenetur reſidere vbi in ſua
diœceſi eſt maior populus, & ratio aſſi-
gnatur hic *ex cap. 1 de priuilegijs, & ex-
2 ceſſibus prælatorum*, ibi; Ne honor, cui
debent excellentiora committi ſui nume-
roſitate vileſcat, &c. Intellige tamen hoc
cæteris paribus, & dummodo non adſit
legitima cauſa in contrarium. Item Epi-
ſcopus idem eſt ac ſpeculator; debet enim

eſſe vigilans circa acta ſuorum ſubditorũ, vt ait Author noſter hic ex iuribus adductis.

Circa ſecundum aduerte primò, quod
3 poteſtas epiſcopalis duplex eſt, ſcilicet ordinis, & iuriſdictionis, vt notatur in *cap. aqua de conſecratione eccleſiæ*, *vel altaris*: quæ ſpectant ad ordinem committere nequit, vt per *Trid ſeſſ. 23. cap. 4 & 7. de ſacramento ordinis*; ſecus autem ea, quæ ſpectant ad iuriſdictionem.

Aduerte ſecundò, quod poteſt Epiſco-
4 pus primò condere canones, vt in *cap. ſi quis veniens de maioritate, & obedientia*, & glo. ibi addit, quod ſi dubitetur de iuſtitia talis canonis, debent ſubditi obedire, ex *cap quod culpatur 22. q. 1.* debent
5 autem ſuas leges populo publicare, *cap. ex reſcripto de locato, & conducto, & glo. ibidem verbo audientia*. Secundò, vbi adeſt conſuetudo, poteſt dare iudicium ordinarium, *glo. in cap. quoniam tit. ne prælati vices ſuas verbo ſtatuantur*. Ter-
6 tiò poteſt exigere a ſubditis charitatiuũ ſubſidium, dummodo non ſit valdè onerosum, *Clementina frequenter de exceſſibus prælatorum*, & ibi *glo. verbo in exigendo*. Quarto, eſt iudex corporum, &
7 animarum, vt *in diſt. 36. in principio*. Quintò poteſt de auctoritatem curiæ ſæculari ad carcerandum clericum in fragranti; ſecus autem non, licet de crimine fuerit diffamatus, *Diaz in praxi criminali cap. 123. nu. 5.* Sextò, poteſt ſtatuere contra ius commune, dummodo id faciat ex cauſa euidenti, & neceſſaria, *Riccius deciſ 261. nu. 2.* Septimò, poteſt
8 diſpenſare in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus prouenientibus ex delicto occulto etiam Papæ reſeruatis, excepta irregularitate ex homicidio, & exceptis alijs irregularitatibus deductis ad forum contentioſum; imò poteſt etiam per Vicarium id facere, *Trid. ſeſſ. 24 cap. 6. de reformatione*. Intellige tamen in ſua diœceſi, & pro ſuis ſubditis, quoad forum conſcientiæ, & in illis tantum regionibus vbi fuit Concilium Tridentinũ acceptatum; *Garzias de beneficijs par. 7. cap. 11. Riccius deciſ. 608.* vbi multa iura
9 adducit. Octauò, poteſt tenere familiam armatam, *iddem Ricc. deciſ. 550. num. 6.*
10 Nonò, poſſunt relicta in vnum vſum ad alium conuertere Epiſcopi ex cauſa rationabili; cæterum Papa ſolus poteſt cõmutare ad ſui libitum, *Riccius deciſ. 76.* Decimò, poteſt imponere pœnitentias
11 publicas, & etiam excommunicare, viſitare, & alia, quæ notat *Lancell.* hic. Item
12 ſunt exempti à patria poteſtate, vt *in Authentica ſanctiſſimos Epiſcopos*, *C. de epiſcopis, & clericis*.

Circa tertium ad multa tenentur Epi-
13 ſcopi, & primò debent eſſe familiares cum ſuis ſubditis, & ipſos debent habere loco fratrum, *cap. eſto ſubiectus diſt. 95.* vbi ſic dicitur, Epiſcopi ſacerdotes ſe eſſe nouerint non dominos. Secundò, debet ſecum habere litteratos, vt *in eodem cap. eſto ſubiectus, & glo. ibidem verbo inuideant*. Tertiò, debet eſſe maturus ætate, & ad minus debet habere triginta ãnos, vt videbimus infra. Quartò debet eſſe ornatus bonis moribus, quia debet prædicare, prædicare autem melius eſt factis, quam verbis; vnde ait Apoſtolus, ne
14 fortè cum alijs prædicauerit ipſos reprobos efficiat, & prædicando debet acriter reprehendere ſcelera; nam in populum iram Dei deſtruit, cum prædicator delinquentes palpat, non corripit, *cap. ſed illud diſt. 45.* & ex hoc etiam oritur, quod debeat eſſe doctus. Quintò, debet eſſe natus de legitimo matrimonio, vt habe-
15 tur in *cap cum in cunctis de electione* ibi, nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui iam trigeſimum annum expleuerit, & de legitimo matrimonio ſit natus, qui etiam ſcientia, & vita commendabilis demonſtretur. Sextò, debet eſſe ſcientificus etiã
16 circa res ſæculates, *glo. in cap. congregatio de electione verbo in litteratura*, & *diſt. 36. & 39. in principio*. Septimò, non debet promouere ignorantes ad ordines, & ſi promoueat, etiam ſi fuerint examinati ab Archidiacono, Epiſcopo imputatur, quia eius eſt onus examinandi, *glo. in cap. ad hæc de officio Archidiaconi*. O-
17 ctauò, ſi quis fuerit promotus ad ſacros ordines abſque titulo patrimonij, vel beneficij, etiam ſi Epiſcopus ſit inſcius, ſi Archidiaconus ſit ſoluendo, tenetur Archidiaconus illum prouidere, ſin autẽ tenetur Epiſcopus id facere dando patrimonium ipſi promoto, *eadem gloſſa ſupra citata*, & ſi ordinauerit indignum,
18 ſuſpenditur à iure ordinandi, *cap. ſi qui epiſcopi prima q. 1. & Diaz in praxi criminali cap. 21. verbo ordinari*, *ex Trid. ſeſſ. 23. cap. 8. de reformatione*, *Riccius deciſ. 397. nu. 2.*

In §. Quod autem dicimus, cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 ***Conceſſit inferiori, ſuperiori nõ denegatur, dummodo ſint eiuſdẽ ordinis.***

Roma-

2 *Romanus Pontifex dicitur caput Eccleſia, quia eſt Vicarius Chriſti.*
3 *Romana eccleſia magiſtra omnium eccleſiarum.*
4 *Romanus Pontifex non poteſt falli in rebus fidei, quæ tantum ſpectant ad ipſum.*
5 *Operatur aſſiſtentia Sancti Spiritus.*
6 *Papa exiſtente ſchiſmatico eccleſia non labitur, ſed regitur à Domino.*
7 *Schiſmaticus quis ſit?*
8 *Nauicula Petri eſt conſcendenda ab omnibus, ne fluctibus periclitentur.*

1 EX his omnibus §§. colliguntur tria:
primum eſt currere regulam, quod
id, quod inferiori conceditur, nō
denegatur ſuperiori, intellige tamen
dummodo ſint in eodem ordine digni-
tatis, itaut minor contineatur ſub maio-
ri, *Oſtienſis, & alij in cap. per venerabilem
extra qui filij ſint legitimi*; vbi addunt
regulæ iſtam aduertentiam, quod ſcilicet
ſint in eodem ordine dignitatis, tamen
regula in vniuerſum probatur *ex præſen-
ti §. quod autem*, vbi id, quod conceditur
Epiſcopis, non denegatur Archiepiſco-
pis, & Patriarchis, quia iſti ſunt in eodem
ordine, & in maiori gradu, *cap. cui licet
de reg. iuris in 6.* vbi ſic dicitur, cui licet,
quod eſt plus, licet etiam quod minus.
Colligitur ſecundò, Romanum Ponti-
2 ficem dici caput Eccleſiæ, quia eſt Vica-
rius Chriſti, qui fuit vetus Eccleſiæ ſpon-
ſus, *cap. fin. de translationibus*, qui cum
reſideat Romæ dicitur Eccleſia Romana
3 magiſtra omnium Eccleſiarum, meritò
Eccleſia Romana magiſtra eccleſiæ, &
Romanus Pontifex vt caput, nec fallere,
nec falli poſſunt in decernendis rebus fi-
dei, vt aduertit *glo. hic*, & Theologi cum
4 *S. Doctore 2.2.q.1.a.10.* vbi ait *S. Doctor*,
quod tantum ad ſummum Pontificem
ſpectat, quid nouum fidei proponere
cum fides videatur repoſita in Petro,
tanquam in capite, & ab illo, & eius ſuc-
ceſſoribus ad fideles tranſit ex illo *Lucæ
22.* Rogaui pro te Petre, ne deficeret fi-
des tua, tu aliquando conuerſus confirma
fratres, &c. Vnde id, quod à Pontifice
declaratum eſt de fide, non poteſt ab alio
5 aboleri, quia Pontifex in his operatur
aſſiſtentia Sancti Spiritus, vt aduertit
Caietanus eodem loco citato, & ait, quod
Papa in rebus fidei excedit ſeipſum, ſicut
fuit ſupra ſeipſum *Dauid*, quando dixit:
Ego dixi in exceſſu meo omnis homo
mendax. Patet hæc authoritas Pontificis
ex *tex. in cap. non licuit cap. multis, cap.
ſynodum, cum alijs ſequentibus diſtin-
ctione 17.*
Nota etiam id, quod ait *Caietanus in
6 S. Doctorem q.37.* quod ſcilicet Papa po-
teſt eſſe ſchiſmaticus, & extra eccleſiam,
non tamen per hoc eccleſia laberetur, ſed
immediatè regeretur à Domino, vt eſt
quando ſedes eſt vacans. Nec facit, quod
tota eccleſia ſit in Pontifice, & ſic quod
non poſſit Pontifex eſſe ab illa ſeparatus;
quia eccleſia in tantum eſt in Pontifice,
in quantum ipſe vult ſe habere vt caput
eccleſiæ; quando autem non vult ſe ha-
bere vt talis, nec ipſe in eccleſia, neque
eccleſia in ipſo eſt, vt docet idem *Caieta-
7 nus loco citato*: ſchiſmaticus autem eſt,
qui ſpontè non vult cōmunicare eccleſiæ.
Tertium, quod erat notandum eſt,
quod omnes debent manere in viſceribus
8 ſanctæ Eccleſiæ, & in nauicula Petri con-
tinentis, alias facilis eſt fluctuatio, & ſi-
cut cætera animalia, quæ fuerunt extra
arcam Diluuij perierunt, ita qui manent
extra nauim Petri facillimè pereunt cum
nullibi ſolidum habeamus fundamētum,
niſi in Petri lapide, *cap. quamuis diſt. 91.
cap. in nouo teſtamento eadem diſt.*

DE ELECTIONE

TITVLVS SEXTVS

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Electio eſt remedium ordinarium iuris.*
3 *Poſtulatio ſupponit priuilegium, & gratiam.*
4 *Electio quomodo definiatur?*
5 *Maſculinum in electione concipit fœmininum.*
6 *Fœminæ in Abbatiſſas eligi poſſunt.*
7 *Electio prioriſſarum debet fieri per vota ſecreta.*
8 *Eligenda in Abbatiſſam debet ad minus habere quadraginta annos ætatis, & 8. profeſſionis.*
9 *debet eſſe honeſta.*
10 *non poteſt eligi vidua, & illegitima.*
11 *Abbatiſſa durat per triennium.*
12 *Abbatiſſæ in conſeruatorijs, & fundatrices monaſteriorum quanto tempore durent?*
13 *non debent eligi niſi virgines:*
14 *corruptæ non poſſunt eſſe ſine diſpenſatione Apoſtolica.*
15 *Electio quomodo aliter definiatur?*
16 *in quid differat à poſtulatione.*

Egi-

Digitized by Google

1 EGIMVS ſupra de prælatis, Epiſcopis, &c. cum autem iſti ad talem gradum promoueãtur, meritò Author noſter hic incipit tractare de modis pro tali promotione, & ſunt, electio, & poſtulatio:
2 electio eſt remedium ordinarium iuris, vt aduertit *glo. hic verbo promouentur*:
3 poſtulatio ſupponit priuilegium, & gratiam, vt aduertit *eadem glo.* pro nunc, tamen videbimus aliqua de electione, & ad huius rubricæ, & duorum paragraphorum intelligentiam. Videbimus primò, quid ſit electio, ſecundò, per quid differat à poſtulatione, & inſtitutione.

Circa primum patet definitio ex *Lan-*
4 *cellotto hic*, qui in §. *caterum* ait, quod electio eſt alicuius hominis ad dignitatẽ, vel fraternam ſocietatem canonicè facta vocatio. Dicitur vocatio, loco generis; nam & poſtulatio ſit petitione. Dicitur canonicè, loco differentiæ à poſtulatione, quæ non eſt remedium canonicum, & iuris, ſed ex priuilegio, vt diximus.

Sed dubitari contingit in hac defini-
5 tione, circa ly hominis, an compræhendatur etiam, & fœmina ſub definitione poſita; facilis tamen eſt ſolutio, vt notat *glo. in Clementina religioſi verbo quicũ-*
6 *que*; nam maſculinum compræhendit etiam fœmininum, tum quia & fœminæ etiam eligi poſſunt in abbatiſſas, & prioriſſas.

Nota tamen pro electione prioriſſarũ,
7 quod hæc electio multa exigit: primò debet fieri per vota ſecreta, *Trid. ſeſſ. 25. cap. 6.* & votũ habent moniales e auſtrales. Secundò, eligenda debet habere ad minus quadraginta annos, & octo per
8 profeſſionem expreſſam, *ibid.* Item quod ſit honeſta, & ſi non ſit talis in vno monaſterio, poterit eligi de alio eiuſdem
9 tamen ordinis, & profeſſionis, *Trid. loco cit. cap. 7.* vel ſi ita videbitur Epiſcopo, ſufficit ſi in eodem monaſterio ſit monialis, quæ habeat ætatem quadraginta annorum, dummodo habeat quinque annos poſt profeſſionem, *Caſtellinus de electione canq. cap. 17. nu. 4. ex tex. & glo. in cap. indemnitatibus, & cap iuuenculas 20 q 1.*
10 Tertiò, non poteſt eligi vidua ſine diſpẽſatione apoſtolica, *Caſtellinus loco cit.* vbi adducit multa iura, & citat *Archidiaconum, Felinum, & alios*, qui etiam tenent nec poſſe eligi illegitimam natalibus ſine
11 diſpenſatione Epiſcopi. Quartò, debet durare tantum ad triennium, *Gregorius XIII. in bulla de Abbatiſſa, & alterius præfata monaſteriorum monialium in Italia exiſtentium ad triennium tantũmodo electione*: Non ſic autem eſt dicen-
12 dum in conſeruatorijs, & in alijs locis, vbi non acceperunt profeſſionem à Sede Apoſtolica, *Quaranta in ſumma bullar. verbo Abbatiſſa*. Idem dic de fundatricibus locorum, patet ex *Caſtellino, & Quaranta citatis*. Super omnia autem virgo
13 eligatur, & nullo modo cognita, vel corrupta, *Caſtellinus loco cit. num. 14. & S. Leo Papa apud S. Doctorem in 4 ſentent. diſt. 18. q. 1. a. 1. 5. ad quartum* tenet *in epiſtola 89.* quod virgines violatæ, etiam ſi à babaris violenter, non ſe immiſceant cum alijs virginibus, ſed potius permaneant in ſua humilitate: item *Tuſcus con-*
14 *cluſ. 39. verbo Abbatiſſa* docet, quod mulier corrupta abſque diſpenſatione eligi nequeat in Abbatiſſam, & *Abb. in cap. cum in cunctis de electione* ait, quod licet ſit ſancta, dummodo non ſit virgo, non poteſt eligi in Abbatiſſam, & alia ponit *Caſtellinus loco cit.*

Definitionem clariorẽ dat *Timotheus hic*, qui ait, quod electio eſt alicuius per-
15 ſonæ idoneæ ad dignitatem, vel fraternitatem, canonicè facta vocatio. cõpræhendit autem hæc definitio electionem etiam nouitiorum ad religionem, vel aliorum ad ſuperioritatem, &c.

Circa ſecundum patet iam electionem
16 differre à poſtulatione; poſtulatio enim eſt petitio diſpenſationis à ſuperiore circa perſonam non eligendam propter aliquem defectum, vt videbimus infra. Item electio ſit per actum voluntaris, poſtulatio exigit vocem neceſſariò, & ſic actum extrinſecum directum ad ſuperiorem, vt notat *Bal. in hac rubrica in definitione*. Item electio debet fieri cum conſideratione, & ſcrutinio, vt patet de electione Matthiæ ad Apoſtolatum, differt etiam à collatione, vel inſtitutione, de quibus infra,

In §. Nam cum viduatæ.

SVMMARIVM.

1 *Electores conuocari debent mortuo ſuperiore.*
2 *Quinam? & quomodo vocandi ſint.*
3 *Certus qui iam eſt, non debet iterum certificari.*
4 *Vocari non debet ad electionem is, qui procurauit, ne ad ipſum citatio perueniret.*
5 *Electores quod tempus habeant, vt poſ-*

ſint accedere ad electionem.

6 *Vota electorum infirmorum accipi debent.*

7 *Electio poteſt fieri etiam abſente, & non citato Decano, ſi periculum ſit in mora.*

8 *Contemptus vnius plus nocet, quam contradictio multorum.*

1 MOrtuo ſupetiote, & viduata Eccleſia, ſiue vniuerſali per mortem Pontificis, ſiue mettopolitana per mortem Archiepiſcopi, &c. debent vocari electores ad electionem noui ſuperioris, vt habetut in hoc §. ad cuius intelligentiam videbimus primò, qui ſint citandi; ſecundò, quid ſi fiat electio aliquo non citato, an valeat electio, & firmitatem habeat.

Circa primum aduerte, quod omnes 2 electores ſunt vocandi, dummodo non ſint in magna diſtantia; tunc enim non ſunt neceſſariò citandi; colligitur *ex cap. in geneſi extra eodem, & in cap. cum inter diuerſas eodem titulo*, quia ſcilicet mora in electionibus eſt ſatis ſuſpecta, & damnoſa; *glo.* tamen *in eodem cap.* ait, quod vocandi ſunt omnes, qui ſunt in eadem prouincia, & omnes alij vocales, dummodo non ſit periculum in mora. Item nec debent vocari illi, qui nouerunt mortem ſuperioris, & non curarunt quamprimum 3 accedere, quia qui certus eſt, non debet iterum certificari, *l. 1 ff. de actionibus empti, & glo. ibidem verbo cognouerunt* notat, quod neque debet vocari is, qui 4 procurauit, ne ad ipſum citatio perueniret, *l. ſi duorum §. ſi præſente, ff. de euictionibus*. Idem confirmat *Innocentius in cap. cum inter extra eodem*.

Aduerte ſecundò, quod de iure com5 muni electores habent tempus trimeſtre accedere ad electionem. Limitatur tamen hoc tempus, ſi periculum ſit in mora, *cap. ne pro defectu de electione*; ſi verò ſint aliqui electores infirmi in eodem claultro 6 vbi fit electio, debe r ab ipſis accipi vota, *Innocentius in dicto cap. quia propter citato titulo*.

Circa ſecundum aduette, quod ſi peri7 culum ſit in mora poteſt fieri electio etiã abſente, & non citato Decano, *Innocentius in cap. cum inter citato, & confirmatur ex capitulo poſt electionem de conceſſione prebendæ*. Si autem non ſit pericu8 lum, & is, qui erat citandus non fuit citatus, poreſt annullari electio eo inſtante, vt notat hic *Lancell.* & reddit rationem, quia ſcilicet plus nocet contẽptus vnius, quam contradictio multorum, *l. ſi duo ex pluribus, ff. de re iudicata, l. ſi in tres, ff. de arbitris*. Quod autem non ſit nulla ipſo iure, ratio patet ex *cap. quod ſicut hoc eodem titulo in 6.* quia ſcilicet ratio nullitatis eſt præiudicium partis: ergo ſi hæc non contradicat, actus debet habere ſubſiſtentiam.

In §. Planè.

SVMMARIVM.

1 *Elector non citatus poteſt electionem factam ratihabere, & oſtendere de nullitate electionis.*

2 *Ratihabitio mandato comparatur.*

3 *Electio fit nomine Capituli.*

4 *Elector eſt pars Capituli.*

5 *Quod ab initio non valuit tractu temporis conualeſcere non poteſt.*

6 *Electio eſt valida, in qua intereſſit maior pars Capituli.*

7 *Elector debet probare ſe non fuiſſe citatum.*

8 *Iuris ſui ceſſio, dummodo non noceat Republicæ, poteſt fieri.*

1 HAbetur hic, quod poteſt non citatus cedere iuri ſuo, quoad oſtendendum de nullitate electionis, & ſic poteſt electionem factam 2 ratihabere, *cap quod ſicut eodem titulo*; nam ratihabitio comparatut mandato, *l. pomponius ff. de negocijs geſtis, & in cap. ratihabitionem de reg. iuris in 6.* ſic dicitur: Ratihabitionem retrottahi, & mandato non eſt dubium comparari.

Sed obſtat primò *tex. in cap. ratum eodem tit. cit.* vbi dicitur, quod ratum quis habere non poteſt, quod ſuo nomine geſtum non eſt, ſed electio non eſt facta nomine talis, qui non fuit citatus: ergo non poteſt ipſe ratum habere talem electionem.

Reſpondetur diſtinguendo minorem, 3 non eſt facta nomine non citati ſpecificè, & vt talis eſt, & concedo, prout eſt de 4 corpore capituli, & nego, ergo cum electio præceſſit à Capitulo, & ipſe ſe habet vt pars Capituli, benè poterit electionẽ ratificare.

Obſtat ſecundò *tex in l quod ab initio,* 5 *ff. de reg. iuris, & cap. non firmatur eodẽ tit. in 6.* non poteſt enim tractu temporis conualeſcere, quod ab initio non valuit, ſed iſta electio fuit nulla ab initio: ergo non poteſt conualeſcere per conſenſum non citati.

Reſpondetur diſtinguendo minorem, fuit nulla quoad eſſentialia, & nego; infirma

Digitized by Google

firma potius quoad aliqua accidentaliter,
& concedo; ſufficit enim, quod in electio-
6 ne intercesſſetit maior pars capituli; quod
autem vnus non fuerircitatus, non irritat
electionem, niſi ipſo reluctante; imò ad
ipſum ſpectat probare ſe non fuiſſe cita-
tum: alias nuncio eredendum eſt, ſi dicat
7 ſe talem citaſſe, cæterum cum electio fue-
rit valida ab initio, hic qui non fuerar ci-
tatus, non facir aliud per ſuum conſ. nſũ,
niſi cedere iuri, quod haber de inrentãda
annullatione electionis, quod introductũ
eſt, ne quis inuirus priuerur iure ſuo. Cę-
8 terum ſi velir poreſt cedere, dummodo
ceſſio non nocear Reipublicæ, noranr *Do-
ctores in cap. ſi diligenti de foro compe-
tenti.*

In §. Sed & ſi quis, vſque ad §. Sed cum abſens.

SVMMARIVM.

1 *Impeditus poteſt pro ſuo voto in electione procuratorem conſtituere.*
2 *Mandatarius tenetur exequi voluntatem mandantis.*
3 *Votum procuratoris, vti principalis, eſt attendendum.*
4 *Nominatus à procuratore videtur nominatus à principali.*
5 *Procurator admittendus eſt pro eo, qui eſt abſens in tali diſtantia, vt non debeat citari.*
6 *Conditio habetur pro adimpleta ſi quis non adimpleuerit eam, dummodo non ſteterit per ipſum.*
7 *Impedimentum debet eſſe legitimum ad hoc, vt poſſit quis procuratorem conſtituere.*
8 *Procurator debet probare impedimentũ, & habere facultatem iurandi de legitimitate impedimenti.*
9 *Impedimentum debet durare vſque ad tempus electionis celebrandæ.*
10 *Elector excommunicatus non poteſt conſtituere procuratorem pro ſe.*
11 *Procurator niſi habeat ſpeciale mandatũ de nominanda certa perſona, non poteſt vnum nominare pro ſe, aliũ pro mandante.*
12 *Procurator exiſtimans idoneum pro ſuo voto, eundem debet exiſtimare pro voto mandantis.*
13 *tenetur eligere optimum ſub peccato mortali.*
14 *diuidens vota peccat.*
15 *impeditus poteſt alium procuratorem conſtituere.*
16 *Elector impeditus poteſt plures conſtituere procuratores, primus autẽ qui ſe intromittit valet.*
17 *Poſſidentis conditio melior eſt.*

AGitur hic de procuratore conſti-
tuendo ab electore impedito, &
videbimus primò, an poſſit con-
ſtitui procurator ad eligendum,
& à quo poſſit conſtirui. Secundò, quem
poſſit nominare procurator, an vnum pro
ſe, alium procuratorio nomine. Tertiò,
an poſſint plures procuratores cõſtirui ad
eundem actum, & quiſnam ex ipſis ad-
mitti debear ad vorum.

Circa primum, air *Lancellottus hic*,
1 quod iuſte impeditus poreſt procuratorẽ
conſtituere, qui pro ipſo nominet eligen-
dum, & poteſt quem vult eligere, niſi ha-
2 buerit mandarum ad aliquem certò eli-
gendum, tunc enim tenetur mandata-
rius ſequi voluntatem mandantis, *l. dili-*
3 *genter, ff mandati*, & vorum procuraro-
ris eſt attendendum vt votum principalis,
quia nominatus à procurarote, videtur
4 nominatus ab ipſo principali, patet ex
l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi, & vi armata.

Aduerre tamen hic primò, quod abſens
5 in tali diſtantia, vt non debear citari, ſi
velir procuratorem conſtituete, eſt au-
diendus, & admitti debet procuratot,
parer ex *cap. cum non ſtat de reg. iuris in 6*
6 vbi habetur, quod ſi quis non adimpleuit
aliquam conditionem, dummodo non
ſteterit pet ipſum, conditio debet habe-
ri pro adimpleta, & ſi talis abſens fuiſſet
vicinus loco electionis, potuiſſet conſti-
tuere procuratorem: ergo poterir etiam
abſens id facere: abſenria enim non rollit
poteſtarem eligendi: ergo ſi poreſt eli-
gere, poteſt conſtiruere procuratorem.

Aduerte ſecundò ex *glo. in cap. ſi quis*
7 *de electione in 6.* quod ad hoc, vt impe-
ditus poſſir conſtiruere procurarorem
requiritur, quod impedimentum ſit legi-
timum, & debet procurator de tali impe-
8 dimento legitimo fidem facete, & prin-
cipalis debet dare faculratem ad iurandũ
pro legitimitate impedimenri, *tex. &*
glo. in dicto cap. ſi quis. Item debet du-
9 rare impedimentum vſque ad rempus e-
lectionis celebrandæ, vt norar *Caſtelli-
nus de legitimis electoribus cap. 5. num. 91*
vt ait ex *Mandagoto in tract. de electione
nouorum prælatorum*, quod elector ex-
10 communicatus non poteſt conſtirnere
procutatorem pro ſe, *ex l. nemo plus iu-
ris, ff. de regulis iuris.*

Circa ſecundũ aduerte, haberi ſolutionẽ
11 in §. *porro, dicti cap. ſi quis*; ibi enim

hab-tur, quod niſi procurator habeat
ſpeciale mandatum de nominanda certa
perſo..a, non poteſt vnum nominare pro
ſe, alium pro mandante, *cap. quod alicui
de reg.iuris in* 6. quod enim non poſſu-
mus facere nomine proprio, neque poſ-
ſumus facere nomine alieno: ergo quem
putat idoneum pro ſuo voto, eundem
12 debet exiſtimare pro voto alterius, *Ta-
biena verbo electio num.* 15. & tenetur
eligere optimum, dum eligit pro alio, *Fe-
linus in cap quamuis de officio delegati*,
13 vbi ait ex *Abb.* dictum procuratorem
peccare mortaliter, ſi id non ſeruet, idem
vult *S.D.*22. *q.*185. *a.*5. Si tamen procu-
14 rator diuidat vota peccat, tamen non
viriatur electio, *Caſtellinus loco cit. in
15 fine capitis*. Quod ſi talis procurator ſit
legitimè impeditus, poreſt alium procu-
ratorem in ſui locum conſtituere, *Man-
dagotus in tract. de electione nouorum
prælatorum par.*1 *nu.*15.

Circa tertium dicimus, quod poteſt
16 principalis vnum, vel plures conſtituere
procuratores, & ſi ſint plures conſtituti in
ſolidum, ille dabit vorum, qui prius ſe
intromittit, quia melior eſt cōditio poſſi-
17 dētis, *c. ſi quis extra eodem*, vbi etiam ha-
berur, quod ſi iſti plures conſtituti omnes
concurrent, tunc debet is admitti, quem
Capitulum acceptat, non poſſunt autem
omnes admitti, ne multiplicarentur vo-
ta, & facerent procuratores, quod non
poteſt facere principalis, contra *tex. in
regula nemo plus iuris*.

In §. Sed cum abſens.

SVMMARIVM.

1 *Elector impeditus non poteſt ſubſtitue-
re aliquem, qui non ſit de corpo-
re Capituli.*
2 *Procurator electoris extraneus poteſt
admitti, & eius votum Capitulo
conſentiente valet.*
3 *Procurator non debet eſſe inuitus.*
4 *Elector non poteſt mittere votum in
ſcriptis.*
5 *Votum debet eſſe ſecretum.*
6 *Confeſſio non eſt facienda in ſcriptis.*
7 *Mandatum dans de publicando non
publicat.*

1 ADuerte primò, quod elector im-
peditus non poreſt ſubſtituere
aliquem, qui non ſit de corpore
Capituli, vt notat etiam *glo. hic ex cap.
quia propter extra eodem, & Caſtellinus
cap.*5. *num.*102. vbi tenet, quod debent
2 capitulares admittere etiam procurato-
rem extraneum ad honeſtatem, & con-
decentiam, dummodo ſit perſona eccle-
ſiaſtica, & honeſta, ac proinde conſentiē-
re Capitulo, valet votum extranei. *glo.
in cap. ſi quis, §. abſens de electione in 6.*
vbi etiam addit, quod licet quis non co-
3 gatur inuitus, accipere procuratorium,
*l. inuitus, C. de procuratoribus, & §. man-
datum inſtitutionibus de mandato*, rene-
tur tamen procuratorium acceptatum
exequi.

Aduerte ſecundò, quod non poteſt vo-
4 tum mitti in ſcriptis, & ratio adducitur
per *Lancellottum hic ex dicto cap ſi quis*,
5 quia ſcilicet votum deber eſſe ſecretum,
quod autem ſcriptum eſt publicum dici-
tur, vnde ſi quis non poſſit aliter mani-
feſtare peccata ſua, non tenetur ipſa ſcri-
bere, vt ſic confiteatur, videbimus infra
*in lib.*2. *cum de ſacramento pœnitentiæ*.
6 Nec facit, quod quando quis dat manda-
tum de eligenda certa perſona videatur
etiam publicare votum, ac proinde quod
poterit etiam votum mittere in ſcriptis.
7 Diſparitas enim clara eſt, nam qui dat mā-
datum de publicando verè non publicat,
ſicut qui dat mandatum de contrahendo
verè non contrahit, cum poſſit ipſum pœ-
nitere, *cap. fin. de procuratoribus in 6.
& glo noſtra hic*.

In §. Sed hæc quidem.

SVMMARIVM.

1 *Electio ſummi Pontificis quæ requirat,
& quomodo fiat?*
2 *Electio ſummi Pontificis quæ requirat
ſecundum bullam Gregorij XV.*
3 *Eligi poteſt extraneus, ſi in Collegio
Cardinalium non ſit perſona
idonea.*
4 *Cardinales tenentur eligere idoniorem
ſub pœna letalis criminis, etiam
alium extra Collegium.*
5 *Cardinales non tenentur ſtare iuramē-
to de dando voto certæ perſonæ.*

1 HAbetur hic, quod electio Summi
Pontificis non requirit hæc om-
nia, & ſignanter nulla ſit citatio.
Verum tamen eſt, quod debet expectari
per decem dies poſt mortem Summi Pō-
tificis, & deinde debent electores ingre-
di conclaue; hoc autem fit ex conſuetu-
dine, vnde cauſa aliqua intercedente
poterit fieri contrarium. Multa pro hac
electione habetur in *cap. in nomine diſt.*
23. *& diſt.*63. ferè per totam, nouiſſimè
accessit

acceſſit bulla Gregorij XV. quæ incipit, Aeterni Patris, &c. per quam multa ſunt
2 reſtricta, & taxata pro tali electione, vt nullo modo poſſit fieri alteratio, vel mutatio votorum, vt notat *Caſtell.cap.10.de electione*.

Nota tamen pro iſta electione, quod
3 ſi inter Cardinales non ſit perſona idonea tenentur eligere alium extra Collegiũ idoneum,& habilem, *Caſtellinus pag.219 Campanile in diuerſorio iuris canonici rubrica 7.cap.6 num.7. & præcipuè in §. & eum de electione* ait, quod tenetur quilibet ex ampliſſimis Cardinalibus ſub
4 pœna lethalis criminis eligere idoniorem, itaut non aſtringantur eligere ex eorũ Collegio, ſed alium quærere idoniorem extra Collegium, & citat pro hac ſuã ſententia *Alciatum, Rebellium, Hieronymum Platum, & alios*; imò in conſtitutione prædicta Gregorij in *§. oſtentatur* ſoluitur quis à qualibet promiſſione,
5 & iuramento de dando voto alicui certæ perſonæ, dummodo nõ ſit magis idonea, & hoc *ex cap. non eſt obligatorium de reg.iuris in 6. & confirmat Concilium Conſtantienſe ſeſſ.40.*

In §. Celebratur.

SVMMARIVM.

1 *Electionis forma quæ, & quotuplex ſit?*
2 *Electio per inſpirationem quomodo fiat?*
3 *vt dicatur facta per inſpirationem quæ requirantur.*
4 *Quaſi particula an importet debitum?*
5 *Electores debent concurrere collectiuè per inſpirationem.*
6 *Deus multoties excæcat corda in pœnã criminum.*

1 HIc aſſignat Author noſter tres formas electionis faciendæ, quodlibet enim negocium certam formam debet habere à iure *cap.2. & fin.de conſtitutionibus*: triplex igitur eſt forma electionis, ſcilicet per inſpirationem, per ſcrutinium, & per compromiſſum, à prima igitur incipientes.

Aduerte primò, quod electio per in-
2 ſpirationem fit quando electores nullo præcedente tractatu quaſi Diuini Spiritus impulſu ſimul omnes repentè in vnum conſentiunt, & vnum nominant, vt patet ex præſenti §. Verum tamen eſt, quod pro hac electione non debent electores omninò muti accedere ad electionem, vt
3 dicatur facta per inſpirationem, ſed poſſunt præmitti quædam verba generalia, ſic exhortare electores ad benè eligendũ perſonam idoneam, &c. poſſunt ſimul orare, & alia generalia facere, vt notat *Ab. in cap quia propter extra eodem*.

Aduerte ſecundò pro definitione poſi-
4 ta, quod particula, quaſi, hic appoſita non facit improprietatem, ſed confirmat locutionem, vt habetur *in cap. parrochianos de decimis*, vbi decimæ, quæ debentur Eccleſiæ de iure diuino ſunt verum debitum, & tamen ibi dicitur quaſi debitum erigi poſſunt, ſic etiam de vero vnigenito Dei, habetur *Ioannis primo*, quaſi vnigeniti à Patre. Item debent omnes
5 concurrere collectiuè, ita vt ſi vnus deficiat, non dicatur electio facta per inſpirationem, *Abb. & Ioannes Andreas apud glo. hic in dicto cap. quia propter*, & ratio reddi poteſt, quia dum Deus omnipotens
6 operatur, non eſt maior ratio, cur vnum moueat non alium, & ſic omnes debent in vnum conuenire ad hoc, vt dicatur per inſpirationem electio facta; inde eſt, quod non ſic de facili euenire ſolet talis electio, multoties enim Deus excæcat corda in pœnam criminum.

In §. Quod ſi fortè.

SVMMARIVM.

1 *Laici in electione eccleſiaſtica nullum ius habent.*
2 *Preces ſimoniam inducunt.*
3 *Electio reijcitur vt ſimoniaca, ſi vnus ex electoribus fuit pecunia corruptus.*
4 *Vox populi non ſemper eſt vox Dei.*
5 *Populus docendus eſt non ſequendus.*

1 ADuerte primò, quod laici in electione eccleſiaſtica nullum ius habent, *cap. Meſſana de electione*, nec debent ipſi ſe immiſcere ne-
2 gotijs eccleſiaſticorum, ſicut iſti abſtinẽt à factis illorum, nec precibus concuttere debent, quia preces ſimoniam inducunt, *cap. illud 8 q.2.*

Aduerte ſecundò, verificari in electio-
3 ne dictum, malum ex ſingulis defectibus; vnde ſi vnus ex electoribus fuerit pecunia corruptus, electio vt ſimoniaca nulla eſt, tum quia communitas non ſemper præſumitur bona, *cap. fin. de præſumptionibus*: ergo multò minus bona præſumitur, quando apparet de aliquo particulari deprauato.

Habes etiam ex hoc §. quod non ſem-
4 per vox populi eſt vox Dei, vnde non ſemper eſt faciendum ſecundum clamorẽ popu-

populorum; quia de facili poſſet induci error, meritò laici non ſunt audiendi in his actibus, ſed potius debent ipſi audire clericos, & exequi conſtitutum iſtorum, vt *in cap. docendus diſt. 61.* vbi ſic dicitur, Docendus eſt populus, non ſequendus.

In §. Per ſcrutinium.

SVMMARIVM.

1 *Electio per ſcrutinium qua fit?*
2 *Eligens etiamſi non habeat ius eligendi acquirit in electione quaſi poſſeſſionem.*
3 *Electores, bini tantum ſufficiunt ad electionem.*
4 *Electio non debet fieri ab excommunicatis, & ſi vnus etiam occultus interueniat eſt nulla.*
5 *Excommunicatus nil poteſt opponere electo.*
6 *Votorum diſtributio quomodo fiat.*

1 PRoponitur hic alius modus electionis, ſcilicet per ſcrutinium, & eſt; quando eliguntur aliqui de Collegio ſaltem, tres fide digni, qui omnium vota diligenter ſecretò exquirant, & in ſcriptis redigant, & in hac electione ille videtur electus, in quem vel omnes de Capitulo, vel maior pars Capituli ſtatim conſenſit, hic habetur in præſenti §. pro quo.

Aduerte primò, circa ly, debent quod
2 ſi interueniat in electione aliquis, qui nõ habet ius eligendi, ſi hic det votum, & coeligat acquirit quaſi poſſeſſionem in electione etiam per vnicum actum. *Marianus Soccinus in c. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis,*
3 vbi alios refert. Item pro ly omnibus nota, quod licet Collegium peruenerit ad ſolum numerum binarium, adhuc poteſt fieri electio, ſic tenet *Ioannes Andreas apud Soccinum in cap. Eccleſia noſtra extra de ſacrilegijs.*

Aduerte ſecundò, quod excommuni-
4 cati non ſunt admittendi ad electionem, ſi tamen aliquis excommunicatus auſus admittatur, & electores non fecerint proteſtationem ſe non intendere cum excõmunicatis coeligere, electio eſt nulla, *Soccinus in cap. ſacris de ſent. excommunicationis num. 51. & deinceps, & idem Soccinus* tenet, quod excommunicatus non poteſt impedire electum, ne confir-
5 metur, vt ait *in eodem cap. num. 370.* vbi etiam tenet, quod non debet opponere electo aliquod crimen, & opponens non debet audiri, quia non ſpectat ad ipſum curare de rebus Eccleſiæ, dum ipſe eſt extra Eccleſiam, nec debet curare de feſtuca in oculo alterius, dum in proprio oculo trabem habet, *cap. vno tantum diſt. 25. cap. infamis 3. q. 7*

Aduerte tertiò ex *glo. noſtra hic,* quod
6 iſti ſcrutatores debent ab initio dare votum ſuum, ſcilicet duo dent votum in poſſe vnius, & hic ſimiliter det ipſis, & hoc ad euitandam fraudem, ne ſcilicet poſtquam viderint aliorum vota vitietur electio, ſi ipſi dent ſua vota ei, qui habuit minora, & forſan eſt indignus, quod non poteſt eſſe, ſi vota fuerint data ab initio, dum nemo poteſt ſcire exitum electionis.

In §. Quod ſi eligentium, cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Electorum minor pars eligens idoniorē poteſt reclamare aduerſus electionem factam à maiori.*
2 *Electorum pars duplo maior praualet electioni minoris, licet de idoniore.*
3 *Eligens non poteſt impugnare electionem, niſi aliquid de nouo ſciat de tali electo.*
4 *Vota bonorum praualent votis malorum.*
5 *Nobiles vocantur maiores natu.*
6 *Nomen debet eſſe conſequens rei.*
7 *Scrutatores poſſunt excedere numerum ternarium.*

1 ADuerte primò, quod ſi minor pars elegerit vnum, & maior pars alium, ſi illi, qui ſunt in minori parte ſint viri probatæ vitæ, bonarũ qualitatum, &c. & elegerint idoniorem, poſſunt iſti illis ſe opponere, & reclamare ab electione facta à maiori parte, dummodo tamen hi, qui ſunt in maiori parte, non ſint in numero duplo maiori, quam ſit maior pars; tunc enim electio illorum ſubſiſtet non obſtante, quod minor pars
2 elegerit idoniorem. Quod ſi contra electum à maiori parte poſſit aliquid crimen opponi, & probari, tunc poterit annullari electio, *cap. ſi quando de electione in 6.*

Aduerte ſecundò *ex cap nulli liceat eodem titulo,* quod ſi quis aliquem elegerit,
3 vel conſenſum in ipſum electum perſtiterit, non poteſt impugnare talem electio-

nem,

nem, niſi aliquid de no 10 ſciat de tali electo, quia forſan nouus defectus publicatur, & tunc in tantum admittitur impugnatio, in quantum cum iuramento probat ſe non fuiſſe conſcium talis criminis tempore electionis, *glo. in dicto cap. nulli licere*.

Ad erte rertiò, quod vota aliquorum
4 bonorum præualent votis multorum, ſed malorum, *cap. multi diſt.* 40. *& glo.* ait,
5 quod votum nobilis præualet voto ignobilis (cæteris paribus) vt *in cap lex diſt.* 2. vbi nobiles vocantur per *glo.* maiores natu, ac proinde nobilitas addit authoritatem rei, *glo. bic verbo de authoritate.*

In §. *vocantur* nihil noui occurrit, niſi
6 quod nomen d bet eſſe conſ quens rei, ac proinde, quia iſti ſcrutari debent ſcrutatores appellantur. Item quod numerus
7 ternarius excedi poteſt.

In §. Per compromiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Electio per compromiſſum facilior, & qualiter fiat?*
2 *Compromiſſarij non poſſunt excedere fines mandati, cum ſe habeant vt mandatarij.*
3 *eliguntur de communi conſenſu electorum.*
4 *Iure ſuo nemo debet inuitus priuari.*
5 *Compromiſſum maioris partis Capituli valet, quando adeſt magna vrgetia Eccleſiæ.*
6 *Compromiſſarius poteſt eſſe perſona extranea à Capitulo.*
7 *Electus à compromiſſarijs debet eſſe idoneus, alias electio non tenet, nec poteſt iterum fieri ab eiſdem.*
8 *Compromiſſum non poteſt reuocari re non integra.*
9 *Compromiſſarius ſolus non poteſt ſeipſum eligere, ſecus ſi vnus eorum eligatur.*

1 DAtur hic tertia ſpecies electionis, quæ eſt per compromiſſum, & eſt, quia facilior, & breuior ad euitandam viam ſcrutinij, in qua etiam viri iuſti periclitantur; fit autem electio per compromiſſum taliter: eliguntur viri idonei, quibus per electores datur plena facultas eligendi ſub certa tamen regula, & forma, vt eligant perſonam idoniorem, ſed pro hac forma eligendi.

Aduerte primò, quod compromiſſarij
2 non poſſunt excedere fines mandati, ſe habent enim vt mandatarij: item nec poſſunt eligi compromiſſarij, niſi de com-
3 muni conſenſu omnium electorum, *Ab. dicto cap. quia propter*. Compromiſſum enim eſt voluntarium, & nemo inuitus debet priuari iure ſuo, *l. inuitum, & l. in*
4 *vendendis, C. de contrahenda emptione*; poteſt tamen fieri electio etiam pluribus contradicentibus, quia dum fit electio nemo priuatur iure ſuo, & ſic vnuſquiſq; eligit prout vult, at per compromiſſum priuantur electores iure ſuo, & non po-
5 teſt vnus facto alterius, ius ſuum amittere, niſi eſſet magna vrgentia Eccleſiæ, quia tunc valeret compromiſſum à maiori parte Capituli, vt notat *Hoſtienſis in cap. quanto de conſuetudine*.

Aduerte ſecundò, quod poteſt com-
6 promiſſarius eſſe etiam perſona extranea à Capitulo, dummodo ſit perſona religioſa, & honeſta, vt notat *Innocentius in cap. cauſam extra eodem, & glo. ibidem verbo contulerit*, vbi Epiſcopus fuit cõpromiſſarius, & electio ſuſtineri debet.

Aduerte tertiò, quod electus à com-
7 promiſſarijs debet eſſe idoneus, & habilis, alias non tenet electio, nec poſſunt compromiſſarij iterum velle eligere, quia iam functi ſunt officio ſuo, *gloſſ. in dicto cauſam verbo ſi tamen*, & patet *ex cap. innotuit, & cap. in cauſis extra eodem, &*
8 *in dicto cap. in cauſis* habetur, quod cõpromiſſum non poteſt reuocari re non integra.

Aduerte quartò, quod compromiſſarius non poteſt eligere ſeipſum, quia ne-
9 mo poteſt à ſeipſo oriri, *glo. in cap. cum non iure extra eodem*; Si verò ſint plures compromiſſarij non implicat, quin vnus ex ip ſ eligatur, dummodo non adſit illud impedimentum, vt tenet *Ioannes Andreas loco cit. apud Socinum in cap. eccleſia de ſortilegijs*.

In §. Quod ſi intra.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum an poſſit reuocari re integra?*
2 *ſe habet vt donatio.*
3 *Facta per facta deleri debent.*
4 *Electio Epiſcopi hodie non eſt in vſu, niſi in Gallia.*
5 *Epiſcopus nominatur à Summo Pontifice in conſiſtorio, & poſtea fit proceſſus de eius vita.*
6 *Epiſcopus qualis debeat eſſe.*

debet

7 *debet eſſe initiatus ſacris ante electionem per ſex menſes.*
8 *debet eſſe doctus in dignitate conſtitutus.*
9 *examinatur rigoroſè coram Pontifice.*

1 DIximus re non integra non poſſe
reuocari compromiſſum, *Innocentius tamen in cap. in cauſis*
ſita; quod neque re integra reuocari poteſt, & adducit ad hoc probandum *textum in §. alia inſtitutionibus de*
2 *donationibus*, ex quo probat, quod donatio eſt irreuocabilis ſine cauſa, ſed compromiſſum ſe habet vt donatio: ergo irreuocabile eſt: Verum tamen eſt, quod ipſemet *Innocentius* id docet, dummodo compromiſſarij acceptauerint dictum compromiſſum intromittendo ſe ad ſubſtantiam ipſius electionis, puta quod cœperint vnum, vel alium nominare; cæterum eſtò electores vellent reuocare com-
3 promiſſum non poſſent id facere, tacitè, patet *ex cap. quia cunctis de conceſſione præbendæ in 6.* facta enim per facta deleri debent.

Quæuſque diximus de electione non
4 ſolent hodie deſeruire pro electione Epiſcoporum, niſi in Gallia, vt docet *Riccius in principio huius tituli*; cæterum pro promotione Epiſcopi fit nominatio à Summo Pontifice in conciſtorio, deinde
5 committitur compilatio proceſſus alicui ex eminentiſſimis Cardinalibus, & interim dicitur Epiſcopus electus, hic Cardinalis in tali proceſſu inquirit de vita, & moribus, & de alijs, quæ requiruntur ad bonum Epiſcopum promouendum,
6 vt *in d. cap. cum in cunctis extra eodem*. Secundum ea, quę exigit Apoſtolus, quod non ſit vinolentus, non vaniloquus, auarus, &c. ſed miſericors, caſtus, ſobrius, &c. Item quod per ſex menſes ante electionem fuerit initiatus ſacris ordinibus, vt vult *Trid. ſeſſ 22. cap. 2. de reformatione*, vbi ſic ait; verum etiam in ſacro or-
7 dine antea ſaltem ſex menſium ſpatio cõſtitutus, *cap cum in cunctis, & cap. cum nobis extra eodem cap. graue nimis de præbendis, cap. innotuit, cap. in cauſis, & cap. nihil hoc eodem titulo*. Debet etiam inquiri de ſcientia, ſic ſi ſit doctor, vel
8 magiſter in ſacra Theologia, vel licentiatus, vel approbatus in aliquo publico gymnaſio, *Trid. loco cit. & Concilium Sardicenſe cap. 13. cap. de Siracuſana diſt. 26. & ferè per totam diſt. 61.* imò vult *Tridentinum* id procedere etiam in regularibus.

Poſt hæc examinatur rigoroſè coram
9 Pontifice, & ſi fuerit approbatus dicitur Epiſcopus confirmatus, deinde fit alter proceſſus de ſtatu, diœceſis, vel prouinciæ, de redditibus, menſæ epiſcopalis, de Eccleſijs, Monaſterijs, & Seminarijs diœceſis, & facta relatione à Cardinali deputato, Epiſcopus coram Summo Pontifice facit profeſſionem fidei, deinde conſecratur, vt videbimus infra.

QVI ELIGERE ELIGIVE POSSVNT.

TITVLVS SEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Electionis forma quomodo introducatur?*
2 *Qui particula, quam vim habeat?*
3 *Electio reſtringitur ad certas perſonas tam actiuas, quam paſſiuas.*
4 *Electio hodierna differt ab antiqua.*

1 VT forma electionis introducatur neceſſe eſt, quod cauſa efficiens ſit habilis, & materia ſit apta recipere formam; benè igitur ponitur præſens titulus, in quo agitur de ijs, qui poſſunt eligere, & qui eligi poſſint, ex poſitione huius ru-
2 bricæ nota particulam, qui, cuius eſt taxare diſpoſitionem, & ſic facit in præſenti; non enim omnibus licet eligere, vt licebat antiquitus, *cap. nulla ratio diſt. 62* vbi habetur, quod electio, vel fit à clericis, vel à plebe, hodie verò non ſic; nam ad certas perſonas reſtringitur electio actiua, & paſſiua, vt oſtendit dicta particula, hic, & in titulo *Codicis, qui admitti titulo qui teſtamenta facere poſſunt*, & alibi. Hodie enim ex regula Cancellariæ electio non ſeruatur modo, quo iura antiqua diſponebant.

In §. Ius igitur.

1 *Electio Epiſcopi ſpectat ad Collegium, & Canonicos Eccleſiæ viduatæ Epiſcopo.*
2 *Canonici ad honorem poſſunt eligere, dummodo non adſit conſuetudo in contrarium.*

Ele-

Digitized by Google

3 *Electio poteſt fieri ab habentibus præſcriptionem in eligendo.*
4 *Præſcriptio conſiſtit in facto.*
5 *Elector quis poteſt eſſe ex conſenſu Capituli per pactum pro vna, vel pluribus vicibus.*
6 *Laicus poteſt admitti ex priuilegio ad eligendum.*

Videbimus primò, ad quem ſpectat
electio Epiſcopi; ſecundò, an
poſſint alij interuenire, præter
Canonicos.
Circa primum aduerte, quod electio
1 Epiſcopi ſpectat ad Collegium, & Cano-
nicos Eccleſiæ viduatæ Epiſcopo, ſic in
præſenti, & in cap. cumana, & cap. in
Geneſi extra eodem, Innocentius enim in
cap. cum M. Ferrarienſis num. 4. Quod ſi
alij admiſceantur à Canonicis in Capitu-
2 lo, qui non habent præbendas, nec per-
ceptiones quotidianas, & ſic tantum ad
honorem ſunt Canonici, iſti etiam
poſſunt eligere, dummodo non ſit con-
ſuetudo in contrarium, patet *ex l. 2. ff. de*
pactis cap. abbate octaua q. 2. & ex alijs
iuribus.
Circa ſecundum, *in tex. noſtro* multi aſ-
3 ſignantur, quibus licet eligere, & primò,
ſi aliqui habeant præſcriptionem, quæ
cum conſiſtat in facto, & cum nemo poſ-
ſit inuitus ſpoliari facto ſuo per cõſequẽs
4 non debet iſte talis priuari tali, quaſi poſ-
ſeſſione, tanto fortius, ſi ſit præſcriptum,
& alia electio à tali facta fuerit confirma-
ta, *Innocentius in cap. cum veniſſet, de*
reſtitutione in integrum, & habetur *in c.*
cum eccleſijs de præbendis in 6.
Secundò, poteſt quis per pactum ad-
5 mitti à Capitulo ad eligendum pro vna,
vel pluribus vicibus, *cap. ſcriptum de*
electione. Verum tamen eſt, quod, vt ad-
uertit *Abb. in d. cap. ſcriptum*, ſi vnus ex
Canonicis contradicat, non poteſt hic
extraneus admitti, ſicut ſupra diximus,
nec poſſe fieri compromiſſum, *Abb. loco*
cit. & Innocentius ibidem nu. 2.
Tertiò, poteſt etiam laicus ex priuile-
6 gio admitti ad eligendum, vt aduertit
glo. noſtra hic ex Abb. in cap. quiſquis cit.
tit. columna 2. verſ. 3. & vltimo quæritur.

In §. Sed neque.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non admittitur ad eligendum.*
2 *Impubes reijcitur ab eligendo, & ab alijs.*
3 *eliciens votum caſtitatis, an, & quomodo teneatur?*
4 *percutiens clericum poteſt ab Epiſcopo abſolui.*
5 *ingredi non poteſt religionem abſq; conſenſu parentum.*
6 *Furioſus reijcitur ab eligendo, & an poſſit contrahere matrimonium?*
7 *Nemo dat quod non habet.*

1 Hic videtur reijci, quod ſupra di-
ximus, ſcilicet, de admittendo
laico ad eligendum, ſed procedit
de lege ordinaria, quod ſupra
diximus habet locum ex priuilegio. Reij-
2 citur etiam hic impubes, quia neſcit quæ
tractet, nec poteſt ſpiritualibus negotijs
ſe intromittere, *cap. ſi annum de foro cõ-*
petenti in 6. nec poteſt profiteri, *cap. non*
ſolum de regularibus eodem lib. nec po-
teſt habere dignitatem, & ideo nec po-
teſt eligere, *cap. indecorum de ætate, &*
3 *qualitate ordinandorum.* Impubes etiam
obligari nequit ad caſtitatem, dum non
habet ſemen prolificatiuum, & votum ab
ipſo emiſſum non ſubſiſteret, *Innocen-*
tius in cap. ſcriptura de voto, & voti re-
4 *demptione*. Item ſi clericum percuſſerit
poteſt abſolui ab Epiſcopo, *Soccinus in*
cap. ſuper eo de ſent. excommunicationis;
5 nec poteſt ingredi religionem abſque
conſenſu parentum, *cap. 1. & 2. q. 2.* &
alia ponit *Soccinus in cap. tuæ litteræ de*
clerico per ſaltum promoto.
Nota hic etiam, quod neque furioſi
6 admitti debent, quia nec matrimonium
contrahere poſſunt, cum non habeant
perfectum vſum rationis, *cap. nec furio-*
ſus 22 q. 7.
Ex verbo attigerunt, colligit *glo. noſtra*
7 regulam, quod nemo dat, quod non ha-
bet, & ſic non poteſt quis eligere aliquem
ad ſacra pertractanda, dum ipſe adhuc
illa non attingit, & ſic non habet cogni-
tionem eorum, vel vult ab alio pertracta-
ri media electione.

In §. Illud, vſque ad §. Alia ſanè.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati maiores non poſſunt eligere, minores verò ſic.*
2 *Suſpenſi à lege poſſunt eligere; à iudice verò non.*
3 *Agitur melius cum lege, quam cum homine.*
4 *Delinquens in iudicem, lædit etiam legem.*
5 *Vincula duo magis ligant.*

Su-

6 *Suſpenſio non tollit quæ ſunt iuriſdictionis.*
7 *Suſpenſus à iudice neque poteſt poſtulare.*
8 *Suſpenſus poteſt excommunicare, & etiam abſoluere ab excommunicatione.*
9 *Suſpenſi ab homine ſi ſteterint per annum in tali ſuſpenſione priuãtur nec poſſunt aliud acquirere.*
10 *Suſpenſus quis poteſt eſſe ſimpliciter!*
11 *Eligere non poſſunt priuati ab* Epiſcopo *voce actiua, & paſſiua.*
12 *Haretici non poſſunt eligere.*
13 *Eligentes prater modos prædictos priuantur electione pro vna vice.*

Hic proſequitur *Lancellottus* oſtẽdere, qui priuentur iure eligendi, videbimus igitur primò, quæ excommunicatione quis priuetur iure eligendi. Secundò, qua ſuſpenſione. Tertiò, quinam alij priuentur ab electione actiua.

Circa primum aduerte, quod illi tantũ
1 priuantur iure eligẽdi, qui vinculo maioris excommunicationis ſunt alligati, *cap. illa de electione vbi glo. verbo canonicum* ait, quod criminoſi à proſequutione ſui iuris non repelluntur, niſi ſint excommunicati excommunicatione maiori: ergo excommunicatio minor non priuat iure eligendi, tum quia neque impedit à communione fidelium, ſed tantum à perceptione ſacramentorum, *cap. ſi celebret, de excommunicato miniſtrante.*

Circa ſecundum dic eodem modo ac
2 diximus de excommunicato, quod ſcilicet ſuſpenſi ſuſpenſione minori, & à lege non priuentur iure eligendi, ſuſpenſi ve-
3 rò à iudice priuantur; mitius enim agitur cum lege, quam cum homine, *l. cel. ſus, ſſ de receptis arbitris;* qui enim delin-
4 quit in iudicem committit duo crimina, lædit enim legem, & iudicem miniſtrum
5 legis; duo autem vincula magis ligant, *Auth. poſt fratres, C. de hæredibus inſti-*
6 *tuendis*. At ſuſpenſus à iure poteſt eligere, quia ſuſpenſio non tollit quæ ſunt iuriſdictionis, & electio ad iuriſdictionem ſpectat, vt aduertit *glo. noſtra hic*. At ſu-
7 ſpenſus à iudice neque poteſt poſtulari, *cap. 1. de poſtulatione prælatorum.*

Nota tamen hic, quod ſuſpenſus poteſt
8 excommunicare, & poteſt etiam ab excommunicatione abſoluere (intellige de ſuſpenſo à lege) *cap. cum dilectus de conſuetudine*. Item ſuſpenſi ab homine ſi ſteterint per annum in tali ſuſpenſione, priuantur beneficio, quod habebant, &
9 interim non poſſunt aliud acquirere, *cap. bona memoria de ætate, & qualitate, &c.*

Habes etiam *ex glo. in cap. quæ ſitum*
10 *de cohabitatione clericorum, & mulierũ*, quod poteſt quis ſimpliciter eſſe ſuſpenſus, & primò quoad ſe tantum, vt *in cap. teſtamentum diſt. 6.* vbi qui nocte polluit, non debet mane celebrare, & tunc hic eſt ſuſpenſus tantum quoad ſe. Secundò, poteſt eſſe ſuſpenſus, & quoad ſe, & quoad alios, vt *in cap. nullus diſt. 32.* vbi ſacerdos publicus concubinarius non debet celebrare, & omnes prohibentur ab ipſo audire ſacrum. Tertiò, poteſt eſſe ſuſpenſus quoad alios, & non quoad ſe, & ſic ratione loci, vt ſi aliqua Ciuitas ſit interdicta ratione laicorum, vel principis, tunc clerici non ſunt ſuſpenſi, & benè poterunt alibi celebrare.

Circa tertium, excluduntur alij ab ele-
11 ctione; primò ij, qui ab Epiſcopo priuantur tali iure; Epiſcopus enim poteſt aliquem ſuſpendere, & priuare voce actiua, & paſſiua, quia poteſt id, quod eſt plus, nempe excommunicare. Secundò, excluduntur etiam hæretici, *cap. miramur, §. his authoritatibus 24. q. 1.* ibi, quos diuina teſtimonia non ſequuntur,
12 quia extra Eccleſiam ſunt, pondus humani reſtimonij perdiderunt aduerſus eos, qui in eccleſia eſſe videntur. Tertiò, priuantur aliqui electione pro vna vice, puta ſi fecerint electionem, præter modos prædictos, *cap quia propter de ele-*
13 *ctione*, vbi dicitur, quod electio facta præter dictas formas, nullius roboris eſt; & alij priuantur, vt *per glo. hic.*

In §. Alia ſanè.

SVMMARIVM.

1 *Electio indigni ſcienter facta, priuat electores iure electionis, & electio defertur ad Papam.*
2 *Eligens aliquem exiſtentem in peccato mortali, peccat mortaliter.*
3 *Hæreditas quæ aufertur ab indigno, fiſco defertur.*

1 Electio indigni ſcienter facta priuat electores iure electionis, & electio defertur ad Papam, nam qui peccat in materiam, deſtruit ædificium, dum in mala materia non poteſt introduci bona forma iuris: *Ab inca. cum in cunctis de electione, & Timo-*
2 *theus hic* ait, quod qui eligit aliquem, quem ſcit eſſe in peccato mortali, peccat mor-

mortaliter, *S.Doctor 2.2.q.185.a.3.* & ratio eſt, quia qui eſt in peccato mortali, non poteſt vti prælatura; gratia autem, & charitas Dei requiritur in prælatis, dũ Chriſtus antequam Petrum faceret paſtorem voluit ter certiorari de ipſius charitate. Ratio autem, cur electio deferatur ad Papam adducitur per *glo. hic* à
3 ſimili, quia ſicut hæreditas, quæ aufertur ab indigno fiſco, defertur non autem ad proximum ſucceſſorem, *l.claudius, & l. mulierem. ff de his, quibus vt indignis,* ita pariter ex crimine electorum ad Papam defertur ius eligendi: Vnde collige, quod nõ immeritò Papa ſibi reſeruauerit electionem, tum quia ipſe eſt Dominus vniuerſalis, tum quia veriſimile eſt, quod infra tot tempora fuerit facta electio alicuius indigni, ac proinde electores fuerint priuati iure eligendi.

In §. Laicis quoque.

SVMMARIVM.

1 *Laici non poſſunt eligere, licet aliquando Imperator elegerit.*
2 *Excommunicatur qui vult dare laicis poteſtatem eligendi.*

1 Licet aliquando Imperator elegerit, tamen hodie laicis eſt interdicta talis poteſtas, *cap. ſi quis deinceps, §.ſimiliter 16. q. 3* vbi excommunicatur qui vellet laicis dare
2 talem poteſtatem, excipe tamen diſpenſationem Pontificis, *cap.nobis de iurepatronatus,* & tunc ſe habebunt vt coelectores.

In §. Oportet.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi quomodo debeant ſe gerere, & cui aſſimilentur?*

1 Habes hic, quod Epiſcopi debent ſe gerere optimis moribus, & correſpondentibus dignitati epiſcopali, qua ornantur, dicuntur enim à multis DD. ſucceſſores ſummi Sacerdotis antiquæ legis, cuius non erat maior dignitas, *Damaſcenus epiſt.3. Hieron. epiſt.80. ad Evagriam. Leo epiſt. 88. ad epiſcopos Germaniæ, & Galliæ, Concilium Hiſpalenſe 2. can.7. Clemens epiſt.7. ad Iacob. Anacletus epiſt.3. Auguſtinus in pſal.44. & in cap. in nouo diſt. 21.* ergo dum ſuccedunt tali dignitati, debent ſe qualitatibus illarum perſonarum conformare.

In §. Igitur cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi debent eſſe Chriſti imitatores.*
2 *debent eſſe in ætate triginta annorum.*
3 *debent concionare.*
4 *Excommunicati excommunicatione minori non poſſunt eligi.*
5 *Habilitas maior requiritur in electo, quam in eligente.*
6 *Eligi non poteſt in prælatum qui non habet ſaltem ſubdiaconatum.*
7 *Superior debet habere ætatem viginti quinque annorum.*

1 Aduerte primò, ad confirmationẽ eius, quod ſupra diximus, quod ſcilicet Epiſcopi debent eſſe Chriſti imitatores; nam ſi debent imitari circa materialia, multò magis circa ſpiritualia, vnde *in §.igitur* hic habe-
2 tur, quod Epiſcopus debet ſaltem eſſe in ætate triginta annorum, quia huius ætatis erat Chriſtus quando cæpit prædicare, *Matth.3.& cap.cum in cunctis de ætate, & qualitate;* nec ſufficit annus inceptus, ſed debet eſſe completus, vt fuit in Chriſto, & notant *DD.cõmuniter apud glo.hic:* vnde collige, quod Epiſcoporum
3 munus ſit concionandi; nam pro cauſa huius ætatis requiſitæ aſſignatur ætas, quam habuit Chriſtus, dum cæpit prædicare, & euangelizare.
Aduerte ſecũdò pro §. *idem iuris,* quod
4 excluduntur ab electione paſſiua excommunicati etiam excommunicatione minori, *cap.illa de electione,* & rationem ad-
5 dit *glo.hic,* quia ſcilicet maior habilitas requiritur in electo, quam in eligentibus; electus enim debet poſſe ſtatim exercere ſuum miniſterium, quod non poteſt hic excommunicatus, *cap. poſtulaſti de clerico excommunicato miniſtrante, & Caſtellinus c.3. de legitimis electoribus, Syluester in ſumma verbo electio num. 15.*
6 Item nec poteſt eligi in prælatum is, qui ſaltem non eſt ſubdiaconus, *cap. cum in cunctis, & cap multis de ætate, & qualitate. Bonauentura in 4. ſententiarũ diſt.*
7 *25.* Item nec in ſuperiorem eligi poterit qui non habet ætatem vigintiquinque

annorum. *Caſtellinus cap.11.de ijs, qui non poſſunt ritè eligi num.8. ex d.cap. cũ in cunctis de electione.*

In §. Neophiti.

SVMMARIVM.

1 *Neophitus quis dicatur?*
2 *Epiſcopus non debet eſſe neophitus.*
3 *Neophitus poteſt eſſe Epiſcopus ex diſpenſatione ſummi Pontificis.*
4 *Electio nullo modo valet, in qua non baptizati eliguntur.*

1 NEophitus dici poteſt quilibet nouus ad aliquid, vnde nouitij dicuntur neophiti, *§. neophiti diſt.* 48. Hic autem dicuntur neophiti, qui de nouo acceſſerunt ad fidem, & non poſſunt iſti eligi, & ſi fuerint electi, non debent confirmari, *cap.quoniam, & cap.ſicut neophitus diſt.* 48. vbi redditur
2 ratio per hæc verba: Aedificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, niſi à nouitatis ſuæ humore ſiccentur, quaſi diceret, non debent eligi ad onera Eccleſiæ, qui adhuc ſint in humiditate malæ vitæ, & hæreſis. Aliam dat rationem Apoſtolus, dum dicit, non neophitus ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli: hi enim, qui dudum accedunt ad fidem, cum non habuerint rerum eccleſiaſticarum notitiam facilè de ſe præſumentes aliquid, incidetent elati in ſuperbiam in laqueum diaboli; & in §. *inter alia*, additur ratio, quodſcilicet non poteſt eſſe magiſter qui non eſt perfectè diſcipulus.

Solet hic dubitari, an poſſit Pontifex diſpenſare cum neophitis.

Reſpondetur affirmatiuè, iuſta cauſa
3 intercedente, & ratio eſt, quia hoc non eſt de iure diuino, ſed tantum de canone Apoſtolorum, vt *in cap. ſtatuimus, §. è contra diſt.* 61. vbi habetur, quod ex cauſa poteſt Pontifex facere, & adducitur exemplum Diui Ambroſij, & Diui Nicolai, in quibus in hoc fuit diſpenſatum, eo quod fecerint magnam repentè mutationem, & *in cap. neophitus eadem diſt.* ait Diuus Ambroſius, quod vbi cauſa non habetet vitium non imputatur; vnde dictũ Apoſtoli procedit cæteris paribus, & in iis, qui adhuc non ſunt baptizati, in
4 quibus nullo modo valet electio, ſic *Antoninus, Timotheus hic, & Alexandro de Ales p.4.q.8.memb.8.a.1.*

DE POSTVLATIONE PRAELATORVM

TITVLVS OCTAVVS.

SVMMARIVM.

1 *Poſtulatio qualiter definitur?*
2 *idem eſt ac gratiæ petitio.*
3 *Eligi qui non poteſt ratione alicuius defectus poſtulare debet.*
4 *Poſtulationis ab electione differentiæ.*

HIC eſt modus extraordinarius, ſeu gratioſus, quo prælati promouentur ad dignitatem, meritò cũ viderimus de modo ordinario, reſtabat videre de hoc modo extraordinario, ad cuius rubricæ, & paragraphi primi intelligentiam, videbimus primò, quid ſit poſtulatio, ſecundò, quis poſtulari poſſit; tertiò, per quid differat poſtulatio ab electione.

Circa primum, definitio aſſignatur hic
1 in § 1. quod ſcilicet poſtulatio eſt eius, qui eligi non poteſt in prælatum conſors Capituli facta petitio, in qua definitione, vt aduertit *Timotheus hic* verè explicantur eſſentialia definiti; ſit enim per
2 modum petitionis gratiæ; & *Goffredus* ait, quod poſtulatio idem eſt ac gratiæ petitio, ad differentiam poſtulationis, quę accipitur pro aduocatione, vt notant Legiſtæ *in tit* C. *de poſtulando*.

Circa ſecundum, is poſtulatur, qui ra-
3 tione alicuius defectus eligi non poteſt, vt ſi ſit ſuſpenſus, bigamus, irregularis, &c. tamen accedente cauſa, benè poteſt Papa in omnibus diſpenſare, vt ſupra diximus, & patet *ex § ſecundum infra*. Item illegitimè natus non eſt eligibilis, tamen poſtulari poteſt, *cap. cum in cunctis extra eodem, Mandagotus in tract. de electione nouorum prælatorum par.1. cap.53. circa finem*, vbi etiam ait: Homicidas, & irregulares poſtulari poſſe, dummodo tamen egerint pœnitentiam ſui criminis, ſecus autem non eſſet admittenda poſtulatio.

Circa tertium, poſtulatio differt pri-
4 mò à nominatione canonica, vt ait *Caſtellinus de poſtulatione cap 2. nu.14. ex glo.in cap.bonæ memoriæ de poſtulatione prælatorum*. Nominatio eſt etiam poſtulatio,

Digitized by Google

ſtulatio, ſed non ſolemnis, ſit tamen nominatio, quando omnes eligentes conſentiunt in aliquem eligibilem aſſumẽdo ipſum, & petendo à ſuperiore exequutionem ſui actus. Secundò, differt ab electione; nam per electionem ſtatim contrahitur matrimonium ſpirituale, *cap. cum inter Canonicos de electione, & Ab. in rubrica extra eodem, Innocentius in cap. 1. eodem titulo*: per poſtulationem verò non ſic. Tertiò, poſtulatio antequam præſentetur poteſt reuocari, non ſic autẽ electio, quæ ſtatim valet, *cap. in cauſis, vbi Abb. & cap. bonæ memoriæ extra eodem*.

In §. Sciendum cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Defectum habentes in corpore nec eligi, nec poſtulari poſſunt, & alij.*
2 *Poſtulari poteſt læſus natalibus, & etiam laicus.*
3 Epiſcopus *vnius loci pro alia eccleſia non eligitur, ſed poſtulatur.*
4 *Epiſcopus qui renunciauit vni eccleſiæ, poteſt eligi ad ſeruitiũ alterius.*
5 *Epiſcopus confirmatus pro vna eccleſia, ſi nõ ſit cõſecratus, nõ poteſt eligi, ſed tantum poſtulari pro alia.*
6 *Bigamus non poteſt eligi, ſed poſtulari ſic.*
7 *Bigamia non tollitur per baptiſmum.*
8 *ſupponit incontinentiam.*

HIc connumerantur plures, qui poſtulari non poſſunt ad excludendam regulam aliquorum, qui putabant, quod omnes illi, qui eligi nequeunt poſtulari poſſent, ſed hoc eſt falſum ideo,

Aduerte primò, quod qui habet aliquod
1 vitium corporis nec eligi, nec poſtulari poteſt, ſic cæcus, claudus, &c. Item baptizatus in infirmitate, quia eius fides redditur dubitabilis, §. *ſed & ſi nullum tit. qui promoueri non poſſunt*. Item rebaptizati ſcienter, vt per *glo. in §. ſcienter citato titulo*; vel defectuoſi in corpore, dummodo ſit defectus notabilis; nam non eſt connumerandus, nec adſcribendus inter Dei miniſtros Is, quem homines deſpiciunt.

Aduerte ſecundò, quod læſus natalibus
2 poſtulari poteſt, item laicus, & alij habentur hic *in §. ſciendum*, ſic eſt ſignan-
3 ter qui eſt Epiſcopus alterius loci; hic enim non eligitur, ſed poſtulatur pro alia diœceſi, vt S. *epiſcopus*, qui alligatus vni eccleſiæ non poteſt ad aliam aſſumi. Vnde collige duo: primum eſt, quod ſi renunciauit vni eccleſiæ, poteſt ad ſeruitium
4 alterius eligi, & valet electio, *Ab. in cap. fin. extra eodem*, quia tunc ceſſat ratio prohibitionis, quod ſcilicet ſit alligatus vni eccleſiæ. Secundum eſt, quod licet
5 Epiſcopus non ſit conſecratus, dummodo ſit confirmatus pro vna eccleſia, non poteſt eligi, ſed tantum poſtulari pro alia, *glo. noſtra hic verbo Epiſcopus*, quia per confirmationem quaſi contraxit cum illa eccleſia.

Aduerte tertiò, quod bigamus, qui
6 propter periculum incontinentiæ eligi non poteſt, non eſt prohibitus poſtulari; poteſt enim Papa moraliter tutus de futura continentia diſpenſare, vt per *Bal. in cap. at ſi clerici de iudicijs*, & notat *glo. hic*, cum qua collige, quod ſi quis ante baptiſmum habuerit vnam vxorem, & poſt baptiſmum aliam, vel ambas ante
7 baptiſmum, hic eſt bigamus, & non poteſt eligi, quia licet baptiſmus remittat peccata, non remittit tamen bigamiam, quia hæc non poteſt non fuiſſe, fundatur enim in contractu matrimonij qui valet etiam ante baptiſmum, licet non ſit ſa-
8 cramentum: ergo dum verè quis ligatus fuit matrimonio, verè eſt effectus bigamus, & ſic promoueri non poteſt, *glo. in cap. vna tantum diſt. 26*. Iura verò, quæ priuant bigamum electione, dignitate, &c. loquuntur de via ordinaria, non autem ex diſpenſatione Pontificis, qui poteſt id facere, cum non ſit de iure diuino.

In §. Non idem iuris.

SVMMARIVM.

1 *Abbates, Archipresbyteri, & alij infra dignitatem epiſcopalem poſſunt eligi.*
2 *Regulares non poſſunt eligi ſine conſenſu ſuperioris, qui poterit cogi ad præſtandum conſenſum propter bonum commune.*

1 ABbates, Archipresbyteri, Archidiaconi, Vicarij, & alij in dignitate conſtituti infra dignitatem epiſcopalem benè poterunt eligi, quia in ipſis ceſſat ratio alligationis, neq; habent illud coniugium cum eccleſia, quod habent Epiſcopi: ergo benè eligi poterunt, *cap. quorundam de electione*
2 *in 6.* vbi etiam prohibitæ ſunt electiones regu-

regularium ſine conſenſu ſuorum ſupe-
riorum ; verum tamen eſt, quod poterit
ſuperior cogi ad dandum talem conſensũ
propter bonum commune, quod oritur
ex tali promotione, *cap. quod Dei de*
ſtatu monachorum.

DE CONFIRMATIONE ELECTIONIS

TITVLVS NONVS.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio quid ſit?*
2 *ſupponit actum legitimum.*
3 *hodie ſpectat ad Papam.*

1 POST factam promotionem modo legitimo eſt confirmandus
actus, vnde ait *Timotheus hic*, quod con-
firmatio eſt iuris pri-
us habiti corrobo-
ratio, *cap. inter dile-*
ctos de fide inſtrumentorum, & colligitur
ex verbis, quibus ſit confirmatio ; nam
dicitur, confirmamus te, ſicut ritè poſſi-
des : ergo in eo, qui non eſt ritè electus
nihil operatur confirmatio, quia ſupponit
2 priorem actum legitimum, *Innocentius*
in cap. cum dilectus de electione, & electi
poteſtate, ex cap. ordinationes 1. q. 1. Ante
quam tamen fiat confirmatio ſunt inter-
rogandi electores, an aliquod habeant
crimen opponendum contra electum,
quod ſi inueniant, inducant ipſum ad re-
nunciandum, ſin autem conſtito de ve-
3 ritate priuetur iure ; hodie verò ad Pa-
pam ſpectat confirmatio, vt *ex regula* 2.
Cancellariæ Romanæ.

In §. Nunc videndum.

SVMMARIVM.

1 *Electores debent ſtatim certum facere electum de electione in ſui perſona.*
2 *Electus infra menſem debet certos facere electores de ſui conſenſu.*
3 *Lex verſatur ad ea, quæ frequentius accidunt.*
4 *Tempus non currit contra legitimè impeditum.*
5 *neq; contra eũ, qui expectat conſenſum ſui ſuperioris regularis.*

1 GRegorius in Concilio Lugdunẽſi
ſtatuit, quod facta electione,
electores ſtatim debeant certum
facere electum de electione in
ſui perſona, qui teneatur infra menſem de
2 tali cõſenſu electores certos facere, quod
ſi non præſtiterit talem conſenſum infra
dictum tempus priuatur iure ſuo, & ele-
ctores licitè iterum alium eligere pote-
runt, vt hic, & in *cap. quam ſit de electio-*
ne, vbi glo. in additionibus notat, quod
hic menſis debet eſſe triginta dierum, nõ
3 viginti octo, nec triginta vnum, quia lex
verſatur circa ea, quæ frequentius acci-
dunt, *cap. de inclita* 24. *q*. 5. quo menſe
elapſo abſque alia ſententia electus pri-
uatur iure ſuo, *glo. in dicto cap. quam ſit*
verbo eo ipſo.

Limitatur tamẽ hoc primò in legitimè
impedito, puta ſi ſit infirmus, quia contra
4 legitimè impeditum non currit tempus ;
cap. quia diuerſitate de conceſſione præ-
bendæ.

Secundò limitatur in eo, qui non po-
5 terit ſtatim præbere conſenſum, forſan
quia eſſet regularis, qui nõ poteſt conſen-
tire ſine licentia ſuperioris, *glo. cit. verbo*
conditio, & debent ipſi electores talem
ſententiam citius procurare, ne eccleſia
diu vacet, *cap. quam ſit de electione*.

In §. Eadem.

SVMMARIVM.

1 *Electus debet infra tres menſes confirmationem petere à ſuperiore.*
2 *Confirmatio poteſt peti ab amico electi.*
3 *Confirmatio poſt trimeſtre non tenet, niſi fuerit à Papa.*

1 IN præſenti §. ſequitur explicatio di-
ctæ conſtitutionis Gregorianæ, & di-
citur, quod eadem conſtitutione ſan-
citum eſt, quod electus poſt conſensũ
præſtitum debet infra tres menſes confir- 1
mationem petere à ſuperiore, quo tem-
pore elapſo electio eſt omninò irritanda,
niſi ſit aliquid impedimentum, vt ſupra
diximus, *cap. cum parati extra de appel-*
lationibus.

Aduerte etiam ex *glo. hic*, quod poteſt
2 amicus petere confirmationem pro ami-
co, quæ erit valida, dummodo infra tale
tempus trimeſtre electus habeat ratam
petitionem, & poteſt etiam per procura-
torem petere, ſufficit autem petijſſe, licet
non fuerit adhuc obtenta, *glo. in d. cap.*
quam ſit verbo petere.

Aduerte ſecundò, quod tali tempore
elapſo

Digitized by Google

elapſo electio euacuatur, & confirmatio
3 non tenet; & licet ſequatur, electus peccat
mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem
fructuum, niſi fuerit confirmatio facta a
Papa, qui poteſt etiam non electum inueſtire
epiſcopatu, vel alia dignitate, *glo. noſtra hic ex glo. in cap. quam ſit, verbo euacuetur*.

In §. Sed cum interdum.

SVMMARIVM.

1 *Electus debet Romam petere cum ſui electione.*
2 *non confirmatus nullum actum exercere poteſt ſub priuationis pœna.*
3 *Ambitio manifeſtatur per celerem introductionem.*

1 HIc quaſi repetitur id, quod ſupra
dictũ eſt, quod ſcilicet pro maiori
diſtãtia maius tempus ſit concedendum;
vnum tamen additur, quod ſcilicet
electus debet Romam petere cum
ſuis iuribus, hoc eſt cum electione facta,
non quod Pontifici afferat leges; nam
Pontifex omnia iura habet in pectore,
ſed potius vt ſua iura iuſtificet.

Pro *§. quamdiu*, aduerte, quod qui non
2 non eſt confirmatus, nullum actum, neque
iuriſdictiones poteſt exercere; & ſi aliquẽ
actum exercuerit, ipſo iure priuatur electione,
cap. auaritia de electione in 6. quia
3 in eccleſiaſticis rebus dubitatur ſatis de
macula ambitionis, quæ manifeſtatur per
hoc, quod quis vult celeriter ſe intromittere,
dum adhuc non habet omnia neceſſaria,
cap. auaritia de electione in 6. Inſuper
ibidem habetur, quod ipſo iure priuatur
quomodocunque id fecerit, & quouis
titulo, ſiue vt œconomus, ſiue vt procurator,
ſiue in totum, ſiue in parte;
vnde & ſi leuem actum fecerit adhuc intelligitur
priuatus, *dicto cap. auaritiæ*,
quod factum eſt, quia electi ſi poſſint quid
exercere, non curarent impoſterum de
confirmatione.

In §. Petet igitur.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura eſt neceſſariò oſtendenda ab Epiſcopo ei, qui petit.*
2 *Actus iuridicus nemini præiudicium infert.*
3 *Priuilegium allegans debet oſtendere.*
4 *Probatio ſemel facta de clericatu ſufficit pro alijs vicibus.*
5 *Pœna non eſt dignus qui non copulatur.*

1 IN præſenti § habetur ſingularis locus,
in quo eſt neceſſaria ſcriptura, & qui
petit ſcripturam ſibi oſtendi non infert
præiudicium ei, à quo id petit,
qui enim facit actum ex iure nemini præ-
2 iudicium infert, *cap. Romana de cenſibus, & exactoribus, & glo. in additionibus verbo in ſcriptis*, vbi connumerat 34. caſus,
quibus ſcriptura eſt neceſſaria, ſignanter
in allegatione priuilegij, *cap. cum perſona de priuilegijs in 6.* vbi habetur, quod allegans
priuilegium tenetur illud oſtendere,
ſed epiſcopatus eſt priuilegiũ, quod
fit tali perſonæ: ergo requiſitus de ſua
confirmatione, vel electione, debet ipſam
oſtendere,

Limita tamen hoc primò, quando præ-
4 latus id fecit ab initio, *cap. ſi iudex de ſent. excomm. in 6.* vbi conſtito ſemel,
quod quis ſit clericus ſtatim eſt credendũ,
nec iterum id probari debet: ergo pariter
in caſu noſtro.

Limitatur ſecundò, quando quis non
5 potuit habere literas forſan propter obitum
Papæ, tunc enim non debet tamdiu
immorari, donec eligatur alius Pontifex,
ſed poteſt accedere ad reſidentiam, & erit
ſtandum eius dicto, nec pœna dignus eſt,
dum non culpatur, *cap. ſine culpa de reg. iuris in 6.*

In §. Is autem cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Confirmator antequam confirmet debet diligenter examinare proceſſum electionis.*
2 *inueniens deficere aliquod votum debet diligenter inquirere ex quo prouenerit.*
3 *ad quid teneatur in examinatione electi?*

1 COnfirmator antequam confirmet
electum, debet diligenter examinare
proceſſum electionis,
quod ſi promoueat, & confirmet
indignum, ipſe venit puniendus, *Trid. ſeſſ. 24 cap. 1. cap. perpetuo, & cap. nihil de electione in 6.* vbi etiam ſi habuerit beneficia,
priuatur perceptione fructuum
donec indulgentiam impetret.

Aduerte etiam hic, quod ſi ex ſcriptu-
2 ris appareat defeciſſe aliquod votum ele-
ctorum,

ctotum, debet confirmator diligenter in-
quirere quomodo id euenerit, & an fuerit
error ſcrutatoris, *Caſtellinus cap. 3. de
caſibus principalibus, in quibus electio eſt
nulla num. 63.* Item debet confirmator
examinare electum de ſcientia, de ætate,
&c. *Timotheus* hic, qui ait peccare mor-
taliter, ſi indignum confirmet; verum
3 tamen eſt, quod hoc limitari poſſit in eo,
qui eſt notus, & communiter dignus exi-
ſtimatur *cap. in Lateranenſi de præbendis,
Nauarr. conſil 2. num. 30.*

In §. Quod ſi fortè.

SVMMARIVM.

1 *Electores ſi ſint diuiſi in duas partes, quid debeat facere confirmator?*
2 *Dignus digniori præferendus, ſi in illo curreret circumſtantia publicæ vtilitatis.*
3 *Benè morigeratus præfertur doctiori.*
4 *Confirmans electionem minus digni peccat mortaliter, valet tamen confirmatio:*

1 IN præſenti §. habetur, quod ſi ele-
ctores in duas partes ſe diuiſerint, de-
bet confirmator illum promouere,
qui meritis, & ſtudijs innatur, ex quo
colligitur, quod digniores ſint præferen-
di, *cap. ſi fortè diſt. 63.* vbi etiam addit
glo. quod Epiſcopus confirmator non de-
bet alium confirmare, niſi vnum ex ele-
ctis ab electoribus, alias ſi aliquem præ-
ter illos confirment ſubditi, quem nolunt
in Epiſcopum, odio habeant, & conte-
mnant.

Limitatur regula huius §. ex *Nauarr.
Reginaldo, & alijs, quos refert Caſtellin.
de legitimis electoribus cap. 5. num. 10.*
2 quando ſcilicet in minus digno concur-
runt circumſtantiæ publicæ vtilitatis, pie-
tatis, &c. tunc enim dignus præfertur di-
gniori, maximè ſi exceſſus votorum ſit
leuis, idem confirmat *S. Doctor in quodli-
beto 4. a. 15. & Doctores in cap. quia de
electione in 6. Trid. ſeſſ. 24. cap.* 18. vbi de-
3 clarauit præferendum eſſe magis notum
bonis moribus, doctiori, ſed incognito
quoad mores. Cæterum ſi ſuperior con-
firmet electionem minus digni, peccat
mortaliter, ſed non cancellatur confir-
4 matio ad amputandas occaſiones litium,
*Caſtellinus de obligatione, quam habent
electores ad eligendum digniorem cap. 9.
nu. 16. vbi etiam citat Rotam Romanam
pro praxi de hoc.*

In §. Et ſi vacante.

SVMMARIVM.

1 *Electus poſtulato præfertur ſtante æquali numero electorum, & poſtulantium.*
2 *Remedium ordinarium extraordinario præfertur.*
3 *Poſtulantes ignoranter indignum ſi ſint in numero duplo maiori, iterum facienda eſt electio; ſi verò ſcienter, electio minoris partis habebit locum.*

1 ADuerte primò, quod ſi electores
ſe diuiſerint in duas partes, &
vna pars eligat vnum, alia verò
poſtulet alium, in primis conſi-
derari debet quiſnam ſit numerus maior;
ſi enim eligentes, & poſtulantes ſint in
numero æquali, potius electus debet con-
firmari, dummodo ſit idoneus, *glo. in cap.
ſcriptum de electione*, quia electio eſt re-
medium ordinarium, quo debemus vti,
& non extra ordinario; ſi verò numerus
poſtulantium ſit duplo maior numero
2 eligentium, tunc poſtulatus eſt confir-
mandus, *dicto cap. ſcriptum*, vbi expreſ-
sè hic caſus habetur, & idem confirmatur
*in cap. licet, & cap. indemnitatibus de
electione in 6.* tunc autem ſequitur reme-
dium extraordinarium, quia maior pars
eligentium illud attēdit, & notat *glo. hic.*

Aduerte ſecundò, quod ſi poſtulantes
3 ignoranter poſtulauerint indignum, &
ſint in numero duplo maiori, quam ſint
electores, tunc neque electio, neque po-
ſtulatio erit confirmanda, ſed iterum fit
electio. Si autem ſcienter indignum po-
ſtulauerint, tunc habet locum electio, li-
cet fiat à minori parte Capituli, vt habe-
betur in fine huius §.

In §. Illud etiam cum ſequenti:

SVMMARIVM.

1 *Clericus iniuria damnatur, probatur ex pluribus.*
2 *Accuſator electi eſt citandus nominatim ante confirmationem, vt ſuum ius dicat.*
3 *Publicatio neceſſario eſt facienda ante confirmationem.*
4 *Tempus peremptorium aſſignandum eſt pro publicatione, quo elapſo non auditur, niſi qui probet legitimũ impedimentum.*

Accu-

Digitized by Google

5 *Accuſator non poteſt ſe pœnitere, ſed debet accuſationem proſequi.*
6 *Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debet.*
7 *Accuſator non probans, qua pœna ſit puniendus.*

1 ADuerte primò hic, damnari nimiam celeritatem tanquam periculoſam, *cap. dilectiſſimi* 8.*q.*1. vbi in fine dicitur, quod in electione antequam quod quis eligatur tamdiu ſubtiliter iudicandus eſt, quamdiu poſtmodum iudicandus non remaneat. Item in ſacramentis miniſtrandis aliquando damnatur etiam celeritas, vt in *cap. iudæi de conſecratione diſt.*4. vbi quia iudæi de facili redeunt ad vomitum; ideo per octo menſes debent eſſe inter catechumenos, & poſtea ſunt baptizandi. Item *ex cap iudicante* 30 *q.*5. Habes, quod Iudex non debet celeriter ferre ſententiam (qualis eſt actus confirmationis) & ibi ſic dicitur, quod frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermiſſum remaneat, & tamdiu actio ventiletur quouſque ad rei veritatem perueniatur. Quando verò ſit adhibenda celeritas diximus *in initio proœmij huius libri*.

Aduerte ſecundò, quod ſi ſit aliquis
2 accuſator particularis electi, iſte eſt vocandus, & citandus nominatim, vt veniat ad ſuum ius dicendum antequam confirmetur electus, & debent exponi edicta publica, vt ſi quis aliquid habeat accedar, *Clementina cauſam de electione*, §. *veram*, & in hoc aduertit *glo.* quod ve-
3 nit damnanda conſuetudo aliquorum, qui hanc publicationem non faciunt, ſed inter aliquos certos amicos faciunt potius nominationem.

Aduerte tertiò, quod in hac publica-
4 tione debet aſſignari tempus peremptorium, quod debet eſſe competens, & non ſatis coarctatum, ne videatur fraus admiſta, quo tempore elapſo, ſi quis velit aliquid dicere, eſt audiendus, dummodo dicto tempore fuerit legitimè impeditus, vt *in cap. cum tua, qui matrimonium accuſare poſſint*; & licet fuerit præſens, & ei fuerit notorium edictum, ſi tamen iuret ſe probaturum ea quæ dicit, & non accedere ex propria paſſione, debet admitti, dummodo iuret etiam ſe non habuiſſe dicti criminis notionem tempore edicti.

Aduerte quartò, quod qui ſemel accu-
5 ſauit non poteſt ſe pœnitere, ſed debet accuſationem proſequi, quia quod ſemel
6 placuit, amplius diſplicere non debet, ex *cap. quod ſemel, & notat glo. in cap. ab eo de electione, & electi poteſtate*: ſecus autem tenetur ad pœnas, ad quas tenetur
7 accuſator non probans, *cap ſtatuimus, §. adicientes de electione in* 6. vbi per triennium ſuſpenditur à beneficijs eccleſiaſticis, & tenetur ad reſtitutionem expenſarum, & intereſſis parti aduerſæ, & hoc abſque ſpe remiſſionis.

In §. De illo.

SVMMARIVM.

1 *Electus poteſt confirmari, ſi abiurauerit ſchiſma, in quo erant, dum fuerit electus.*

1 HIc diſponitur, quod ſi quis abiurauerit ſchiſma, in quo erat, dum fuit electus poſſit confirmari, & Papa in ipſo diſpenſat, dummodo aliter electio fuerit canonicè celebrata, quamuis ex parte electi fuerit nulla, dum fuit electus inelegibilis, ſed poteſt Papa ipſum confirmare, vt aduertit *glo. hic ex cap. quia diligentia de electione*.

In §. Igitur cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt demandare ea, quæ vult iuriſdictionis, non ea quæ ſunt ordinis.*
2 *Matrimonium ſpirituale contrahitur inter Eccleſiam, & Epiſcopum confirmatum.*
3 *Epiſcopus non conſecratus non dicitur abſolutè Epiſcopus; quæ prohibeantur illi?*

1 POteſt Epiſcopus demandare ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non autem ea, quæ ſunt ordinis, vt *in cap. aqua de confirmatione eccleſia, vel altaris*, & alia notat *gl. in §. igitur, & finali*, de quibus ſupra diximus. Verum tamen eſt quod inter confirmatum, & ſuam ec-
2 cleſiam ratificatur matrimonium ſpirituale, ſed non dicitur adhuc conſummatum: vnde non poteſt abſolutè dici Epiſcopus, *Abb in cap etiam vera de reſcriptis*, licet poſſit dici prælatus, quia verè habet ea, quæ ſunt iuriſdictionis, *Ab. in cap. tam literis de teſtibus*: interim verò donec ſit conſecratus, non poterit
3 conferre ordines conſecrare eccleſias, & ſimi-

ſimilia, currente regula, *tex. in l. nemo plus iuris, l. traditio, ff. de acquirenda poſſeſſione, l. ſi vniuerſi, C. de legibus*, nemo enim dat quod non habet.

DE CONSECRATIONE

TITVLVS DECIMVS

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſpirituale Epiſcopatus quando dicatur confirmatus?*
2 *Superior quæ debet aduertere ante conſecrationem Epiſcopi.*
3 *Conſecrandus debet examinari.*
4 *Conſecratus in Epiſcopum, qui non erat adhuc ſacerdos, valet conſecratio, dummodo fuerit in ſacris.*

1 IN *cap. licet in tantum de translatione Epiſcopi* hæc habentur, ſcilicet quod ſpiritua le coniugium Epiſcopatus, in electione initiatum, in cõfirmatione ratum. In conſecratione verò intelligitur conſummatum per conſequens, cum viderimus iam de initio, & ratificatione huius dignitatis, ſequebatur videre de conſummatione meritò, &c. ad cuius tituli, & paragraphi primi intelligentiam.

Aduerte primò, quod debet ſuperior
2 aduertere quod præceſſerit electio communis conſona, & canonica, iuxta *glo. in cap. nullus diſt.* 63. & ſi vnum ex his deficiat, electio non valet; vnde ait *Lancellottus hic*, quod ſi conſecrandus non fuerit canonicè electus, conſecrari non
3 debet, & ſi conſecret tam ipſe, quam conſecratus ſunt deponendi, licet non ſint depoſiti de iure, *dicto cap. nullus*. Item debet examinari conſecrandus modo, quo ſupra diximus, *cap. de Petro diſt.* 47. Sed non eſt omittendum examen, quod habetur *in cap qui Epiſcopus diſt.* 23. vbi adeſt quaſi breuiſſima ſumma theologalis, quam & Epiſcopi, & omnes fideles ſcire tenentur.

Aduerte ſecundò, quod ſi quis fuerit
4 conſecratus in Epiſcopum, qui adhuc nõ erat ſacerdos, tenet conſecratio (dummodo fuerit in ſacris) ſic *Marianus Socinus de clerico per ſaltum promoto in cap veniens*; nam præpoſteratio in collatione ordinum non vitiat, ſed impedit exequutionem ordinis, *cap. ſollicitudo diſt.* 52. vbi ordinatus Diaconus, & Sacerdos, abſque ordine ſubdiaconatus impeditur ab exercitio ordinis ſacerdotalis, donec ordinetur ſubdiaconus, valet tamen collatio ſacerdotij.

In §. Ordinatione cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus antiquitus conſecrabat ſuos ſuffraganeos.*
2 *Pontifex hodie ſolus poteſt committere conſecrationem Epiſcopi.*
3 *Conſecrator debet ſaltem habere facultatem viuæ vocis oraculo ſi ſit Romæ.*
4 *Epiſcopi in conſecratione debent adeſſe duo Epiſcopi aſſiſtentes cum conſecrante.*
5 *Epiſcopus verè eſſet conſecratus, ſi cum minori numero Epiſcoporum conſecraretur.*
6 *Conſecratio Epiſcopi quomodo fiat narratur vſque ad finem explicationis paragraphi.*
7 *Epiſcopus non poteſt concionare in aliena diœceſi.*
8 *Oblatio Epiſcopi in conſecratione non eſt ſimoniaca.*

VIdebimus primò, quis debeat conſecrare; ſecundò, qui numerus Epiſcoporum debeat interuenire; tertiò, an conſecratus cum minori numero ſit vere Epiſcopus.

Circa primum aduerte, quod licet an-
1 tiquitus metropolitanus exerceret vices conſecrandi ſuos ſuffraganeos, dummodo non eſſent confirmati à Papa, quia tunc requirebatur mandatum Pontificis, *glo. noſtra hic ex cap. meminimus extra eodem, & ex Ab. ibidem*, tamen hodie ne-
2 mo poteſt conſecrare ſine mandato, & commiſſione Pontificis, ad quem ſpectat omnis electio, confirmatio, & conſecratio, vt ſupra diximus *ex regula* 2. *Cancellariæ Romanæ*. Imò ex Pontificali Romano habes, quod ſi conſecrator ſit Romæ, ſufficit habuiſſe facultatem viuę vocis oraculo, alias non poteſt ad id procede-
3 re, niſi habeat literas apoſtolicas id concedentes, quod mandatum apoſtolicum debet legi per Notarium Epiſcopi conſecratoris, antequam fiet aliquis actus.

Circa ſecundum, requiruntur in tali
4 conſecratione tres Epiſcopi, vt ſeruarunt Apoſtoli in conſecratione Diui Iacobi, & inter ipſos computatur Epiſcopus conſecrator,

Digitized by Google

craror,vnde debent eſſe duo Epiſcopi aſ-ſiſtentes, & vnus conſecraror; ſic diſpoſitum eſt *in Canone 1. Apoſtolorum*,& referr *Timotheus* hic, & mandauit *Damaſus Papa expreſsè in cap. cum Epiſcopi, §. quod autem diſt.68.* Sicque ſeruatur in praxi, & vidimus eriam id ſeruatum ab Eminentiſſimo Boncompagno in conſecratione Reuerendiſſimi Abbatis generalis Congregationis montis Virginis cũ aſſiſtentia duorum Abbatum eiuſdem religionis.

Circa terrium, *Timotheus* hic ſoluit
5 dubium, & docet ſic practicatum à Gregorio in Anglia nouiter conuerſa, quod intellige fuiſſe factum propter neceſſitatẽ illorum locorum, vnde hic numerus non eſt de eſſentia, & per conſequens ordinatus, cum minori numero eſſet verè ordinatus. Huius occaſione viſum eſt aliqua hic ſubnectere pro ritu, qui ſeruarur in iſta conſecratione, cum non ſic de facili hic eueniat.

Primo itaque locus conſecrationis erit
6 vel Eccleſia electi, vel alius locus magis commodus, & die ante conſecrationem debent ieiunare conſecrandus, & conſecrator, mane autem duæ Cappellæ parantur, vna pro conſecratore, alia pro conſecrando.

Secundò, Epiſcopis aſſiſtentibus, & Epiſcopo conſecratore paratis cum omnibus pontificalibus, & Epiſcopo conſecrando induto ad modum ſimplicis ſacerdotis, ſed cum pluuiali legitur mandatum Apoſtolicum, per quod conſecratori datur poteſtas conſecrandi.

Tertiò, conſecrandus iurat de multis ſeruandis, & inter cætera iurat accedere ad limina Apoſtolorum de triennio in triennium, ſi ſit epiſcopus Italus, alijs autem diuerſa tempora aſſignantur ſecundũ diſtantiam locorum.

Quartò, conſecrator interrogat conſecrandum de multis, ſcilicet, an velit eſſe fidelis, miſericors, patiens, &c. qui tenetur ſemper reſpondere, volo in omnibus conſentire, & obedire; & interrogatus de multis rebus fidei, reſponder ſemper, Credo.

Quintò, hoc peracto conſecrandus accedit ad ſuam Cappellam, & paratur pontificaliter cum caſula, præter mitram, anulum, baculum, & chiroteca, & incipit miſſam vſque ad vltimum verſum ſequentiæ poſt epiſtolam. Idem facit conſecrator in ſua Cappella, poſtea conſecrandus accedit ad conſecratorem, & proſterni ſe à ſiniſtra, dum interim dicuntur litaniæ.

Sextò, imponit inter humeros, & ceruicem conſecrandi librum euangeliorum, adiutus ab Epiſcopis aſſiſtentibus, qui liber interim ſubſtentatur à presbytero, vſque ad tempus, de quo infra.

Septimò, vngit eius coronam ſancto chriſmate ter ſignãdo ſigno crucis, deinde vngit manus, poſtea dat baculum, & anulum, & aufert librum euangeliorum, per cuius tactum datur ei poteſtas concionandi, & dat etiam conſecrator oſcu-
7 lum pacis, non poteſt tamen Epiſcopus per hoc prædicare in aliena diœceſi. *Innocentius in cap. tuam de arctioritate, & vſu pallei*.

Octauò, quiſque proſequitur miſſam in ſua Cappella, vſque ad offertorium incluſiuè: hoc peracto conſecratus offert conſecratori duo intortitia, duos panes, & duo barilia vino plena, neque iſta oblatio eſt ſimoniaca; poteſt enim ex gratitudine, & amoris cauſa aliquid offerri,
8 & non erit ſimonia, vt notat *Soccinus in cap. & ſi quæſtiones de ſimonia in quinto decretalium*.

Nonò, conſectans proſequitur miſſam in cornu epiſtolæ eiuſdem altaris conſecratoris, & cõmunicatus ab eo ſumit eriã de ſanguine conſecrato, & facta ablutione accedit ad complendam miſſam in cornu euangelij, deinde poſt benedictionem miſſæ dat conſecrator ipſi conſecrato mitram, benedictas, chirotechas, & anulum, poſt hæc dicitur, Te Deum.

Vltimò, conſecrator cum aſſiſtentibus detecto capite adſtant, & conſecratus benedicit omnes ſolemniter, & poſtea ter genuflectit ante conſecratorem, dicens ſemper, ad multos annos. Hæc ſunt quę praxis, & Pontificale Romanum docent.

In §. Quod ſi Metropolitanus.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus poteſt demandare Epiſcopis ſuffraganeis ea, quæ ſunt ordinis.*
2 *Epiſcopi poſſunt conſtringi ab Archiepiſcopo, ſunt enim ſubditi.*

1 ADuerte primò, quod Archiepiſcopus legitimè impeditus poterit ſuis ſuffraganeis demandare, etiam ea, quæ ſunt ordinis, patet *ex glo. in cap. aqua de conſecratione eccleſiæ, vel altaris*, ſufficit enim, quod mandatarius ſit ordinatus: ergo poteſt Archiepiſcopus Epiſcopis demandare, *cap.*

ſuffraganeis de electione, ſicque poterit committere collationem ordinum, conſecrationem Eccleſiæ.

Aduerte ſecundò, quod Epiſcopi ſuffra-
2 ganei poſſunt adſtringi ab Archiepiſcopo, vt notat *Abb. in dicto cap. quod ſedem, & cap. paſtoralis de officio iudicis ordinarij*, vbi in fine habetur, quod Epiſcopi ſubduntur eorum Archiepiſcopo, metropolitana lege, vnde non poſſunt conſtringi ad ea, quæ ſe habent extra gubernationem prouinciæ, vt aduertit *glo. in dicto cap. paſtoralis*.

In §. Illud quæſitum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo deficiente in prouincia omne ius archiepiſcopale defertur Epiſcopo, qui adeſt.*
2 *Epiſcopis deficientibus tenentur vicini Epiſcopi accedere ſub pœna peccati mortalis.*
3 *Schiſmaticus potius æſtimatur, quam ſacerdos, qui ſe ſubtrahit ab auxilio alterius.*

Proponitur in hoc §. dubium, quid ſcilicet agendum ſi remaneat vnus Epiſcopus in prouincia, & ſit conſecrandus alius Epiſcopus eiuſdem prouinciæ.

Reſpondet *Lancellottus*, quod in illum Epiſcopum defertur omne ius Ar-
1 chiepiſcopale, vt aduertit *glo. hic argum. to tex. in l. ſicut, §. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine*, vnde poterit iſte
2 Epiſcopus cogere Epiſcopos conuicinos, qui ſi non accedant, peccant mortaliter, *cap. præcipimus diſt.* 90. quod debent etiam facere infirmo Epiſcopo vicino, *cap.*
3 *pontifices 7. q. 1. cap. nulli 3. q. 1.* vbi habetur, quod ſubtrahẽs ſe ab auxilio alterius magis ſchiſmaticus, quam ſacerdos eſſe probatur. Alia habentur in §. hoc, quæ abierunt in diſſuetudinem.

In §. Finali.

SVMMARIVM.

1 *Conſecrationis hora, quæ ſit congrua.*
2 *Epiſcopi vnguntur more Regum.*
3 *quando debent præſtare iuramentũ fidelitatis.*

1 Aduerte primò, quod aſſignatur in hoc §. hora conſecrationis, quæ dicitur hora tertia, propter multas controuerſias, quas adducit *glo. hic*, quia ſcilicet tali hora credimus Spiritum Sanctum deſcendiſſe in Apoſtolos, quorum ſucceſſores ſunt Epiſcopi, *cap. in nouos diſt.* 21. tum quia ea-
2 dem hora Apoſtoli conſecrarunt Paulum, & Barnabam, & ritus Apoſtolorum in conſecrationibus ſeruandus eſt, *cap. ordinationes diſt.* 75. ex quo etiam habetur, quod Epiſcopi ſe habent vt Reges, nam vnguntur more Regum, ibi ſacra vnctione exemplo Prophetarum, & Regum capita eorum more Apoſtolorũ, & Moyſis vngentes.

Aduerte ſecundò, quod Epiſcopus de-
3 bet præſtare iuramentum fidelitatis poſt conſecrationem, ſed hodie in praxi ſeruatur contrarium; nam primum, quod agitur eſt iurare fidelitatem. Alia, quæ hic notantur patent in præcedentibus paragraphis.

DE RECEPTIONE ET AVTORITATE PALLEI.

TITVLVS VNDECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio rubricæ.*
2 *Palleum quomodo ſcribendum?*
3 *quid ſit?*
4 *quando detur?*
5 *Archiepiſcopis conuenit, an poſſit etiam Epiſcopis conuenire?*
6 *Bonus in iuuentute, præſumitur talis in ſenectute.*
7 *Palleum de qua materia conſtare debet, qualis eſt eius forma, & quomodo induatur?*
8 *vnde deſumatur?*
9 *Pallei authoritatem non habens, non poteſt alios ſuffraganeos ordinare.*
10 *Palleo quando poſſit vti Archiepiſcopus, & vbi.*
11 *Palleum eſt perſonale, & commodari nequit.*
12 *Archiepiſcopus tranſiens ad alium archiepiſcopatum, debet aliud palleum habere.*
13 *Palleum eſt addictum Eccleſiæ, cuius ſit mentio in traditione.*

14 *Ar-*

Digitized by Google

14 *Archiepiſcopus cum palleo ſepelitur, etiam cũ duobus, ſi duo habuerit.*

1 EPISCOPI licet ſint
eiuſdem ordinis,
non habent tamen
omnes eandem di-
gnitatem, & maxi-
ma diuerſitas conſi-
ſtit in palleo (quod
litera E. inſcribi de-
bet, vt notat ***Ab. in hac rubrica***) ideo cũ
2 viderimus de conſecratione Epiſcoporũ,
meritò pro Archiepiſcopis, & Parriarchis
(quorum eſt dignitas, & vſus pallei) ſe-
quirur præſens ritulus: ex quo colligẽ,
quod pallei traditio ſupponit dignitatem
epiſcopalem Dicitur enim plenitudo di-
gnitatis epiſcopalis, meritò de ipſa hic,
ad cuius titnli, & paragraphi primi intel-
ligentiam videbimus primò, quid ſit pal-
leum; ſecundò, cui competat; tertiò, ex
quo co ſtet, & vnde ſumatur; quartò,
quid poteſtatis per ipſum recipiarur.

Circa primnm aduerre, quod palleum
3 eſt Metropolitanorum inſignè ornamen-
tum. Dicitur Metropolitanorum, quia
ante receptionem pallei Archiepiſcopus
non debet dici talis, vt aduerrir ***Abb. per
glo. hic in cap. ſuffraganeos, de electione***;
fit autem petitio pallei à Summo Ponti-
fice, ***ex dicta regula ſecunda Cancellariæ.***
4 & non deber differri vltra trimeſtre, quod
datur etiam pro conſecratione, vnde ela-
pſo tali tempore, non poteſt amplius pe-
ti; è contra verò ſufficit infra tale tempus
fuiſſe petitum, licet non fuerit obtentum,
cap. quoniam, diſt. 100.

Circa ſecundum, competir ſolis Ar-
5 chiepiſcopis de iure, ſed ex priuilegio po-
teſt concedi à Pontifice, etiam Epiſcopis
ſimplicibus, ***cap. ſcriptorem diſt. 101. cap.
cum in iuuentute de præſcriptionibus***, ex
quo textu colligitur etiam, quod qui fuit
bonus in iuuentute, talis præſumitur in
ſenectute.

Circa tertium, eius materia eſt lanea,
6 & debet habere quatuor cruces nigri co-
loris, quarum vna ſtet ante pectus, aliã
in brachio dextro, alia in ſiniſtro, alia re-
tro. De ſignificatibus ipſarum videtẽ
Hoſtien in cap. 1. de cura pallei, & debet
7 eſſe figuræ circularis, vt notat *glo. hic*, ex
8 qua etiam habes, quod deſumitur dẽ
ſubaltari, vbi quieſcit corpus Diui Petri,
cuius traditio cum ſit res ſpiritualis, ſine
pretio fieri debet, ***Soccinus in cap. at ſi
quæſtiones, de ſimonia, cap. ſi quis Epi-
ſcoporum 1. q. 2.***

Circa quartum aduerte primò, quod
qui non habet authoritatem pallei, non
poteſt ordinare alios ſuffraganeos, ***cap.***
9 ***quoniam diſt.*** 100. & hoc in pœnam eo-
rum, qui negligunt profeſſionem fidei,
quæ fit in receptione pallei. Item nõ
poteſt quis vti pallio, niſi in ſuij eccleſijs,
10 diœceſis, & tantum ad ſolemnia miſſarũ,
& in ſinodo, ***cap. palleum diſt. cit. & glo.
ibidem ex cap. ſequenti.*** Intellige tamen
de iure communi: ſecus autem ex priui-
legio, ***cap. contra morem diſt. citata.*** Cæ-
terum nec in proceſſionibus extra eccle-
ſiam, ***cap. cum ſuper extra eodem***; nec in
aliena diœceſi, ſeu prouincia, niſi de li-
centia Archiepiſcopi illius loci ex aliqua
cauſa neceſſaria, forſan ad conſecrandos
ſuos ſuffraganeos; & tunc proprio palleo
vti debet, non alieno, ***dicto cap. ex tuarũ***,
11 nam palleum eſt perſonale, & cum per-
ſona ſepelitur, nec poteſt alteri commo-
dari, ***cap. ad hoc extra eodem***, intelligẽ
ad vſum; nam ad videndum benè poteſt
commodari ***glo. in §. ſed, eo verbo commo-
dari, & dicto cap. ex tuorum, verbo con-
ſuetudo.*** Dicitur etiam locale, quatenus
non poteſt vti extra prouinciam.

Aduerte ſecundò, quod ſi vnus Archie-
12 piſcopus palleatus tranſeat ad alium Ar-
chiepiſcopatum, debet accipere aliud pal-
leum, quia in forma tradirionis pallei fit
13 menrio de eccleſia ipſius Archiepiſco-
pi: ergo cum alibi tranſit, aliud debet
habere palleum; vnde ſi moriens inue-
niatur habere duo pallea, vnum induit
de more, & ſepelitur, & hoc debet eſſẽ
palleum eccleſiæ tempore mortis; aliud
14 verò palleum eius capiti ſubponitur, vt
caput ſuper illud quieſcat, ſic vidimus ſer-
uarum, & docet praxis, notant ***DD. in cap.
ad hoc eodem titulo***, & patet ***ex Pontifi-
cali Romano de traditione pallei.***

In §. Cuius receptio.

SVMMARIVM.

1 *Palleum recepturus debet apponentibus reſpondere.*

2 *Pallei traditio, licet fiat elapſo bimeſtri, tamen non clauditur via acquiſitioni.*

3 *Mala ſemper puniri debent.*

1 IN præſenti habemus regulam, quod
opponentibus ſemper eſt reſponden-
dum, & hoc neceſſariò; nullus enim
actus debet temerè celebrari, vnde
debet qui vult recipere palleum ſatisfa-
cere ſibi opponentibus; verum tamen
eſt,

Digitized by Google

eſt, quod opponentes debent obligari ad pœnam talionis, & ad aliam pœnam extraordinariam, iurans, non ex inuidia, nec callidè id facere, & promptam fidem allaturum infra bimeſtre, alias proceditur ad collationem pallei.

Nota etiam hic ex *extrauag. Ioannis*
2 *22. malitijs de auctoritate, & vſu pallei*, quod licet elapſo bimeſtre procedatur ad traditionem pallei, tamen per hoc non
3 clauditur via inquiſitioni, vel denunciationi; mala enim ſemper puniri debent, *l. ita vulneratus, ff. ad legem aquilinam.*

In §. Sed eo cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio titulorum huius libri ponitur in hoc paragrapho.*

1 MVlta, quæ faciunt pro his paragraphis patent ex ſupra dictis *in §. finali*, ponit *Lancellottus* cõtinuationem titulorũ, aſſerens, quod cum viſum ſit de ortu Epiſcoporũ, & de modo, quo procedi debet in electione, confirmatione, & conſecratione ipſorum, meritò erat nunc videndum de progreſſu, & ſic de vita, quam degere debent.

DE VITA

ET HONESTATE

PRAELATORVM

TITVLVS DVODECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Vitæ traditur triplex differentia.*
2 *Vita naturalis quæ?*
3 *non poteſt haberi ſine neceſſarijs.*
4 *moralis quæ ſit? & hæc vel clericorum, vel ſæcularium.*
5 *gratiæ omnium perfectiſſima.*
6 *Honeſtatis etymologia.*
7 *Honeſtum idem ac virtuoſum.*
8 *Honeſtas non ſemper eſt cum delectabili, quod cum inhoneſto plures reperitur.*

OCCASIONE Tituli, videbimus primò quid ſit vita; ſecundò, quid honeſtas.

1 Circa primum *glo.* noſtra hic notat, quod vita ſumitur multipliciter; primò pro vita naturali, & hæc eſt ex ipſa anima, quæ eſt actus corporis organici potẽ-
2 tiam vitæ habentis, & hæc vita non po-
3 teſt haberi ſine neceſſarijs ad ipſam, *l. de*
4 *his ff. de tranſactionibus*. Secunda eſt vita morum, & hæc alia debet eſſe clericorum, alia ſæcularium, *cap. duo ſunt 12. q. 2.*
5 Tertia vita perfectiſſima eſt, vita gratiæ, & qui habent gratiam dicuntur viuere vita Dei, hic agitur de vita Prælatorum quoad mores.

Circa ſecundum, honeſtas idem eſt ac
6 honoris ſtatus, vt refert *S. Doctor 2. 2. q. 45. a. 1. ex Iſidoro*, quem ibi refert: vnde arguit *S. D.* quod cum honor debeatur excellentiæ, & excellentia hominis con-
7 ſiſtat in virtute, vt *5. phyſicorum lib. 7. tex. 17. & 18.* per conſequens idem eſt eſſe honeſtum, ac eſſe virtutibus ornatum, & hoc maximè requiritur in eccleſiaſticis. Ex hoc

Collige, honeſtatem non confundi de
8 facili cum delectabili; ſæpius enim delectat id, quod inhoneſtum eſt, vt ait *S. D. a. 3. loco cit.* Verum tamen eſt, quod honeſtum eſt delectabile ratione virtutis, ſed delectabile non ſemper erit honeſtũ.

In §. Debet igitur Epiſcopus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſunt magiſtri populorum.*
2 *Magiſtri debent alios præcedere.*
3 *Diſcipuli feſtinantes ad cathedram nimis ambitioſi.*
4 *Statutum cui ſuperior non paret præſumitur iniquum.*
5 *Exempla magis mouent, quam verba.*
6 *Eccleſiaſtici debent eſſe magnæ ædificationis.*

1 INcipit hic *Lancellottus* oſtendere
2 qualitates neceſſarias Epiſcopi, quia ipſi ſunt magiſtri populorum, vt in *præſenti §.* & magiſtri debent alios præcedere, *l. magiſtros, C. de magiſtris,*
3 *& profeſſoribus lib.* 10. imò, vt aduertit *glo. hic* hodie multi diſcipuli ſatis feſtinant ad cathedram, & tunc delectantur in loco gloriæ, fiunt alijs occaſiones ruinæ,

cap.

4 *cap. quoniam, diſt* 48. tum quia debent ipſi
Epiſcopi corrigere mores aliorum per
ſtatuta, & ſtatu'um, cui ſuperior non pa-
ret, præſumitur iniquum, *Ab. in cap. om-
nes de conſtitutionibus*.

Aduerte primò, quod in monitore ma-
5 gis mouent exempla, quam verba, *cap.
nemo diſt.* 81. per hæc verba, nemo rectè
monitoris perſonam ſuſcepit, niſi qui a-
ctibus ſuis errata condemnat. &c. Debet
igitur ſuperior factis canonizare, quod
verbis proponit ſubditis.

Aduerte ſecundò, quod quilibet eccle-
6 ſiaſticus etiam in inferiore ordine conſti-
tutus debet eſſe magnæ ædificationis;
ſunt enim ſal, quo populi ſunt condiendi,
& lux, qua illuſtrari debent, *Matthæi* 5.
& cap qualis 8. *q.* 1. vbi etiam habetur,
quod clerici non debent eſſe inferiores
laicis: Hodie tamen experi.ntia docet
contrarium.

In §. Ab improborum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet cauere ab improborum familiaritate.*
2 *debet ſecũ habere viros irreprehenſibiles.*
3 *debet ſuper omnia charitate pollere.*
4 *Amoris ars eſt ſe oſtendere familiarem.*
5 *Epiſcopus debet conceder: beneficia non rogatus.*
6 *qualis erga ſubditos debeat eſſe generaliter?*
7 *quomodo ſubditos alloqui debeat?*
8 *debet ſubditos honorare.*
9 *debet pœnas ſubditorum compati.*
10 *libenter debet accipere reprehenſiones ſubditorum.*

1 ADuerte primò, quod debet Epi-
ſcopus abſtinere à familiaritate
improborum, tum propter ſui
malum, quod in fama pati po-
teſt; nam præſumitur ſimilis illis, inter
quos conuiuit *Ab. in cap. nulli de accuſa-
tionibus*. tum propter malum, quod im-
minet in anima; nam corrumpunt bonos
mores conſortia praua: & *Dauid pſalmo*
17. Cum ſancto, ſanctus eris, & cum per-
uerſo peruerteris. idem habetur *Eccleſia-
ſtici* 3. Qui tetigerit picem inquinabitur
ab ea.

Aduerte ſecundò, quod debet Epiſco-
2 pus ſecum habere viros irreprehenſibiles
ad exemplum aliorum principum, nam
ſæpè qui mollibus veſtiuntur in domibus
principum ſunt, vt reſpondit *Baptiſta* in-
terrogantibus ſe quis eſſet. Debet tamen
3 ſuper omnia charitate pollere in guber-
natione ſubditorum, vt habetur *in cap.
peruenit de exceſſibus prælatorum, & S.
Doctor de regimine principum lib.* 1. *cap.*
10. *&* 14. *Ambroſius lib.* 2. *officiorum cap.*
7. *& tex. in cap. ſicut vir* 7. *q.* 1. Pro hac
charitate ſeruanda multa attendere de-
bent.

Primò, quod ars amoris eſt oſtendere
4 ſe familiarem, & regere maieſtatem, nec
aurem inſulſum ſe oſtendere, vt ſolent
aliqui, *contra textum, in capitulo eccè
diſt.* 99.

Secundò, debet concedere beneficia, &
5 gratias, etiam non rogatus ab ipſis, *c.* 1.
diſt. 84. & in hoc oſtendit etiam magnam
prouidentiam, patet ex *actis S. Caroli lib.*
8 *cap.* 12. *& Ariſtoteles* 3. *polyticorum
cap.* 8. *&* 11.

Tertiò, *Gregorius ſcribens Epiſcopo
6 Siracuſano in cap. quorundam diſt.* 74. ſic
ait, tales erga ſubditos noſtros debemus
exiſtere, quales vobis ſi ſubditi fuiſſemus
noſtros voluerämus habere præpoſitos.

Quartò, non debet vti verbis contu-
7 melioſis, ſed familiariter, & piè alloqui
debet, vt facit ſapientia Diuina, quæ for-
titer, ſuauiterque diſponit omnia, *c. vera
iuſtitia, cap. recedite diſt.* 13. *cap. hoc habet
diſt.* 26. *& diſt.* 95. *cap.* 7. *&* 9. *&* 10.

Quintò, debet honorare ſuos ſubditos,
8 *cap. eſto ſubiectus, & c epiſcopus diſt. cit.*

Sextò, debet condolere, & compati
9 pœnas ſubditorum, *diſt.* 45. *in initio*.

Septimò, debet audire libenter muni-
10 menta, & reprehenſiones ſubditorum,
nam & hoc amorem excitat, *cap. ſi quis
§. ex his omnibus* 2. *q.* 7.

In §. Cum lenitate.

SVMMARIVM.

1 *Superior quo pacto cum lenitate, ſeueritatem admiſcere debeat.*
2 *quomodo gerere ſe debeat in caſtigãdis criminoſis.*

1 NOn ita eſt adhibenda charitas, vt
ſuperior eu adat ludibrium popu-
lorum, ſed debet cum lenitate
ſeueritatem etiam admiſcere,
*cap. ex parte de cenſibus, cap. ſunt namq;
diſt.* 15. ibi: Regat igitur diſciplinæ rigor
manſuetudinem, & manſuetudo ornet ri-
gorem.

Debet etiam ſuperior vbi maximum
eſt

2 eſt crimen correſpondentem infligere pœnam, iuxta *tex. in l. aut facta, ff de pœnis*, abſque tamen liuore, ſed potius ad modum patientis medici, vt ait *Apoſtolus ad Timotheum* 4. Argue, obſecra, increpa cum omni patientia, & doctrina; & verificatur dictum *Dauidis*, Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me: læua enim ſignificat ſiniſtrū, ſeu tribulationem, & dolorem, hac ſi vtatur ſuperior, vti etiam debet dextera conſolationis; idem dic de alio dicto eiuſ- Prophetæ: Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt; quatenus idem bacu-
3 lus, quo vtimur pro ſuſtentaculo, eodem etiam vt debeamus ad percutiendum, vt ſit in correptione charitas, patet *ex tex. & glo. in dicto cap. ſunt namque*.

In §. Præterea.

SVMMARIVM.

1 *Superior tenetur ſubditos caſtigare, & corrigere, etiam cū periculo vitæ.*
2 *non corrigens culpas ſubditorum, ellas refundit in ſe.*
3 *excedens in correptione ſubditorum non debet ab illis veniam petere.*
4 *Sanguis non puniti clamat ad cœlum contra ſuperiorem.*
5 *Superior debet corrigere etiam ſui perſecutores.*
6 *non corrigens crimina ſubditorum eadem pœna eſt puniendus.*
7 *non debet proprijs manibus, neque manibus laicorum punire ſubditos.*

Videndum eſt primò, an ſuperior teneatur corrigere ſubditos; ſecundò, ſi non corrigat ad quid teneatur.

Circa primum, certum eſt, quod ſuperio-
1 ris eſt ſubditorum maleficta pœnis cōpenſare, vt *in diſt. 38 per totam*, & tenetur corrigere etiam cum periculo vitæ, & bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis; tenetur enim ex iuſtitia in ipſos aduertere, non tantum ex charitate, *cap. ſi tuſtos 27. q. 1.*

Circa ſecundum, culpa ſubditi refun-
2 ditur in ſuperiorem non corrigentem, *cap. inferiorem. & cap facientis diſtin. 85*
3 Imò ſi exceſſerit in correptione ipſorum non debet de hoc ab ipſis veniam petere, *cap. neceſſitas, eadem diſt.* Secundò, ſan-
4 guis non punitorum clamat ad cælum contra ſuperiorem, & ab ipſo exquiritur,
5 *cap Epheſijs diſt. 43.* Tertiò, debet corrigere etiam ſui perſecutores, *cap ſeimus*
6 *eadem diſt.* Quartò, ſi non corrigat crimen ſubditi, eadem pœna eſt puniendus, nam culpam facientis habet qui, quod poteſt, negligit emendare, vt hic *in cap. inferiorum, & cap facientis diſt citata*;
7 non debet tamen proprijs manibus punire, nec facere, quod laicus puniat, ſed debet vti eccleſiaſtico ad puniendos eccleſiaſticos, alias incidit *in Canonem vniuerſitatis de ſent. excomm.* quod ſi non habeat clericum, tunc poterit per ſeip ſū id facere pro vna vice, vt per *tex. in cap. non liceat, & per glo. ibidem*.

In §. In primis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus vacare debet orationi.*
2 *Prædicare quid ſit, & quo pacto id ſpectet ad Epiſcopum?*
3 *Sacerdotes*
4 *Diaconi*) *an, & quando prædicare*
5 *Laici*) *poſſint.*
6 *Fœminæ*
7 *Abbatiſſæ ex officio poſſunt prædicare.*
8 *Concio quæ requirat ad ſui perfectionem.*

1 Debet Epiſcopus vacare orationi, & prædicationi, hæc enim ſine illa haberi non poteſt. Videbimus igitur, quid ſit prædicare, & ad quem ſpectat; ſecundò aliqua requiſita boni prædicatoris perpendemus.

Circa primum, prædicare eſt euangeli-
2 cam lectionem legere, *Soccin. in quinto decretalium cap. cum ex iniuncto de hæreticis nu. 12.* & hoc munus ad Epiſcopum propriè ſpectare docet impoſitio libri Euangeliorum, quæ fit in conſecratione Epiſcopi, vt ſupra diximus; poſſunt ta-
3 men alij prædicare. Primò, ſacerdos ſimplex, vt habetur in præſenti §. ibi præconis officium ſuſcipit quiſquis ad ſacerdotium accedit; hoc tamen intellige, quoad habitum, non quoad actum, vt per *tex. in Clementina prima de regularibus, & glo. hic*, cum ſimiliter habent ſacer-
4 dotes in habitu poteſtatem abſoluendi, licet non procedant ad actum. Secundò, poſſunt etiam Diaconi, *cap. perlectis diſt. 25.* Intellige tamen hoc, & ſequentia ex
5 commiſſione. Tertiò, poteſt etiam laicus bonæ vitæ, *DD. in cap. inter cætera apud glo. hic, & Soccinus loco cit. num. 13.* præſentibus tamen clericis, vt ab ipſis corriga-

Digitized by Google

rigatu, ſi quid ma'i dixerit, *glo. in cap.*
6 *mulier diſt.23.verbo præſentibus*. Quartò, poſſunt etiam fœminæ, vt per *glo.in cap.adſcimus verbo ſacerdotes, Socinus tamen loco cit.num.13.* vult id non debere procedere; intellige tamen de fœminis ordinarijs; ſecus autem pro Abbatiſſis, & prioriſſis inter ſuas moniales, quia ad prioriſſam ſpectat cura dictarum anima-
7 rum, *Cardinalis in Clementina prima religioſis domibus*.

Circa ſecundum, primum requiſitum
8 habetur in præſenti §. quod ſcilicet illa debent prædicare Epiſcopi, quæ didicerunt à Deo per orationem, vnde in præſenti paragrapho coniungunt r oratio, & prædicatio. Secundò, quod debent eloquia prædicationis eſſe caſta ad vtilitatē. & ædificationem fidelium corrigendo vitia, exhortando ad virtutes, proponendo pœnam, & gloriam, vt in *cap.erit de verborum ſignificatione*. Tertiò, cum prædicanda, credenda, & agenda, *Trid. ſeſſ. 5.de refor.ca.2.& ſeſſ.23.cap.1.& ſeſſ.24 cap.7. & Concilium Lateranenſe ſub Innocentio Tertio cap.3. de hæreticis*, §.4. Quartò, debent habere zelum, & doctrinam, *Trid. ſeſſ 5. cit.* Quintò, debent prudentiæ eſſe periti, & loqui cum oportet corrigendo malefacta populorum, *cap. ſit rector diſt.43.* per hæc verba, ne aut tacenda proferat, aut proferenda conticeſcat. Sextum requiſitum eſt, quod debet concionator loqui communiter, & non ſatis eleganter, vt in *cap.indignum, & cap.eccleſiaſtica diſt.38.* ibi, Indignum vehementer exiſtimo, vt verba cæleſtis oraculi ſub regulis reſtringam Donati, nec debent vti authoritate Gentilium ad confirmanda ſacra dicta, *cap. ſi quis venit diſt 37.*

In §. Sed nec vtramque.

SVMMARIVM.

1 *Concionatores debent pauperibus ſubuenire.*
2 *Epiſcopi debent eſſe moderati in tributis.*
3 *debent habere affectum moderatum in ditandis conſanguineis.*
4 *debent ſubuenire prius ſenibus, & maximè egenis.*
5 *debent expenſas facere pro Eccleſia ſupellectili.*
6 *tenentur alere parentes, & conſanguineos pauperes.*
7 *nihil debent accipere à ſubditis, nec eſſe auari.*
8 *non debent eſſe prodigi.*

1 Solent aliqui Concionatores multa imponere, ſed pauca, vel nulla exequi; ideo in præſenti paragrapho diſponitur, quod debent Concionatores ſubuenire etiam egenis alienam inopiam ſuam credentes, *cap. non ſatis diſt. 86. cap.aurum habet 12. q.2.* debent igitur ſeruare liberalitatem, pro qua.

Aduerte primò, quod debet ſuperior
2 eſſe moderatus in tributis exigendis, nec debet multum ſubditos grauare, vt in *cap. prohibemus de cenſibus, & cap. plerique de immunitate eccleſiarum*. Secū-
3 dò, debet Epiſcopus moderatum habere affectum in ditandis conſanguineis, *Trid. ſeſſ.25.de refor.cap.1. ex verbis, tex. in cap. eſt probanda diſt. 86.* ibi: neque propterea te Domino dicaſti, vt tuos di-
4 uites facias. Tertiò, plus eſt largiendum ſenibus, & qui non poſſunt laborare, quam alijs, & ſic debet ſubuenire ſuperior diuitibus in egeſtatem collapſis, *cap. conſideranda diſt. cit.* Quartò, debet aliquas facere expenſas pro ſupellectili ec-
5 cleſiæ, *cap. pulchra eadem diſt.* quia prima charitas ab ipſa eccleſia incipere de-
6 bet. Quintò, ſi habeat parentes pauperes, ab ipſis incipere debet, *cap. cæterum diſt. citata*. Sextò, debet ſe conſeruare
7 immunem à muneribus ſubditorū, *Trid. ſeſſ.24.de refor.cap.3. & cap.qui rectè 11 q.3.* ibi; Qui rectè iudicat, & præmium inde remunerationis expectat fraudem in Deum perpetrat, quia vendit iuſtitiam, & per hoc non debet eſſe auarus, *Trid. ſeſſ. 21. cap.1. & ſeſſ.24. cap.6. & 14. & ſeſſ.25 de regularibus, & in Canone Apoſtolorum 43.cap.cum ab omni, de vita, & honeſtate clericorum, Concilium Maguntinum cap.10.*

Nec debet eſſe prodigus, vt in *cap.Do-*
8 *minus diſt.86.* neque debet alteri dare, quod dare non licet, vt *in Canone Apoſtolorum 37. & 39. & Ariſtoteles 4.ethicorum cap.1.* Item debet plus ſubuenire religioſis, quam laicis, *glo. hic verbo parentibus*, & omnibus ſubuenire debet, cum ipſe ſit ſeruus fidelis, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, *Lucæ 2. & Diuus Hieronymus* ait, quod gloria Epiſcopi eſt pauperum inopia prouidere, & ignominia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs.

In §. Res ſuas.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non debet alere iſtriones, nec*
ſcœnicos.
2 *Iſtriones repelluntur ab Eccleſia.*
3 *Iſtriones, meretrices, &c. ſi ſint in ne-*
ceſſitate, ſunt ſubueniendi ab
Epiſcopo.
4 *Venatio probibenda Epiſcopis, & cle-*
ricis.
5 *Venatio triplex eſt.*

1 SVnt Epiſcopi lux mundi: ergo de-
bent alijs aditum oſtendere ad vi-
tam beatam, vnde diſponitur in
præſenti, quod debent ipſi paupe-
ribus ſubuenire, non tamen iſtrionibus,
2 vel ſcœnicis, tum quia hoc eſſet ſcandalũ
ſubditorum, tum quia iſti repelluntur ab
Eccleſia, & derogantur ipſis ſacramentis,
cap. pro dilectione de conſecratione diſt. 2.
& in cap. donare diſt. 86. etiam hoc pro-
hibetur; ait tamen *glo. ibidem*, quod po-
3 terit & his, & meretricibus etiam dare,
dummodo ſint in neceſſitate; & redditur
ratio, quia licet non ſit fouendum vitium,
tamen natura eſt ſubſtentanda; & ibidem
habetur, quod poterit Cythariſtis dare, vt
pſallant ad Dei gloriam, & ad licitam
recreationem.
Nota etiam pro hoc paragrapho, quod
4 nec debet Epiſcopus venationibus da-
re, vt ſecum habeat, quia clericis inter-
dicta eſt venatio cum clamore, ſecus ſine
clamore; hæc enim permittitur argumẽ-
to, *tex. in cap. numquam de conſecratio-
ne diſt.* 5. vbi licet monacho conficere
retia: ergo licet etiam talis venatio ſine
clamore, laicis verò omnis venatio per-
miſſa eſt, dicente Domino *Geneſis primo*,
Dominamini volatilibus cæli, & piſcibus
maris, quod firmat *S. Doctor* 1. *p. q* 96. *a.* 1
& Diuus Antoninus 1. *p. cap.* 3 *§. mecha-
nica*, vbi diſtinguit venationem in tres
5 ſpecies, ſcilicet in ferinam, aucupiam, &
piſcariam, quæ omnes ſunt permiſſæ eadẽ
ratione, igitur ſi aliter non repugnet, be-
nè poterit his laicus delectari.

In §. Sobrius.

SVMMARIVM.

1 *Ebrietas in Epiſcopis maximè damna-*
bilis.
2 *quando ſit peccatum mortale?*
3 *inducit luxuriam.*
4 *Epiſcopus non debet eſſe percuſſor.*
5 *Actus vnicus non facit quem vitioſum.*
6 *Epiſcopus debet punire malefacta ſub-*
ditorum.
7 *Iuſtitia vera compaſſionem habet.*
8 *Epiſcopus debet etiam eſſe inſtructus*
de rebus ſæcularibus.

1 ADuerte primò, quod ebrietas ma-
ximè damnatur in eccleſiaſticis,
ſignanter in Epiſcopis, *cap. eccle-
ſiæ principes diſt.* 31. vbi habe-
tur, quod ſunt eijciendi in tenebras ex-
teriores, & ratio datur *in cap. ibi ſequenti*;
nam vbi ebrietas, ibi libido dominatur,
& furor, *& ferè per totam diſtinctionem
citatam*. Imò etiam laicus, qui tali vitio
laborat, priuatur communione, & in
principio dictæ diſtinctionis afferuntur
damna per ebrietatem inducta, *glo. tamen
in præſenti* §. ait, quod ebrietas non eſt
2 peccatum, moraliter intellige, tamen, ſi
non fuerit præuiſa; alias peccat mortali-
ter, qui voluntarie in ipſam incidit tanto
3 fortius, quia inducit luxuriam, *cap. ſanè*
15. *q.* 1. *& glo. in cap. inebriauerint eadem
cauſa, & quæſtione citata*, quando ait nõ
eſſe peccatum, intelligitur, ſi non fuerit
præuiſa, vt confirmat *Antoninus*, *Timo-
theus hic ex S. Doctore*.
Aduerte ſecundò, quod Epiſcopus non
4 debet eſſe percuſſor, quod intellige im-
moderatè, ſi enim ſemel aliquem leuiter
percuſſerit non ex hoc poteſt dici per-
cuſſor ex multis paritatibus, quas addu-
cit *glo. hic*, in quibus per vnicum actum
5 quis non poteſt dici vitioſus: Item prohi-
bitionem intellige proprijs manibus; at
alienis manibus miniſtrorum benè po-
teſt, & debet punire malefacta ſubdito-
rum, *cap. non liceat diſt* 86. tamen debet
6 habere compaſſionem; nam vera iuſtitia
compaſſionem habet, *cap. vera iuſtitia
7 diſt.* 45. poteſt autem punire odendo pec-
cata hominum, non autem homines, *glo.
in dicto cap. verbo falſa, & cap. odia
diſt.* 86.
Aduerte tertiò, quod debet Epiſcopus
8 eſſe inſtructus, etiam de rebus ſæculari-
bus, vt poſſit prudenter gubernare. ſic *in
diſt.* 89. *in principio*, cum ipſe omniũ ani-
marum ſit paſtor: ergo debet ſcire ipſas
dirigere, hoc autem fieri nequit ſine no-
titia rerum ſæculariũ; non tamen hoc de-
bet eſſe ipſis occaſio ſcãdali, itaut vellent
ſe immiſcere negotijs ſæcularibus; hoc
enim prohibetur ex toto titulo, *ne cle-
rici, vel monachi ſæcularibus negotijs*.

In

Digitized by Google

In §. Sicut autem.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet eſſe immunis ab omni vitio.*
2 *Lucri cupidus non debet vniri* Deo *per ordinem.*
3 *Epiſcopus non debet ſe omnino expropriare.*
4 *Viuere ſine proprietate maioris eſt perfectionis.*
5 *Epiſcopus lucri gratia non poteſt ſe immiſcere operationi, alias licita.*

1 ADuerte primò, quod qui eligitur in Epiſcopum debet à quolibet crimine eſſe immunis, vt hic per illa verba, nullo errore conuenit inuolui, ſignanter debet eſſe immunis à turpi cupiditate lucri, *cap. non liceat, diſt. 85. §. probibetur etiam, cap. virum catholicum diſt. 44. cap. omnes huius ſaculi, eadem diſt cap. bonorum, eadem diſt.* vbi qui cupidus eſt non debet vniri Deo per ordi-
2 nem, *cap. non liceat citato*, vbi redditur ratio. ne ſcilicet propter lucri cupiditatẽ, ex aliquo inhoneſto negotio victum ſibi quæreret vellet.

Aduerte ſecundò, quod nõ debet om-
3 ninò ſe expropriare, nam hoc non eſt de præcepto, ſed totum facit ad ſtatum perfectionis, vnde Dominus *Matthæi 16.* dixit, Si vis ad vitam ingredi ſerua manda-
4 ta, deinde, Si vis perfectus eſſe vade vẽde omnia, &c. Itaque viuere ſine proprietate facit ad maiorem perfectionem, ſed nõ obligat ex præcepto, *Sanctus Doctor 2. 2. q. 85. a 6.*

Aduerte tertiò, quod lucri gratia neq;
5 poteſt Epiſcopus ſe immiſcere operationi, alias licitæ, vt aduocando, vel exercendo tabellionatum, &c. quæ habentur per *glo. hic*, niſi pro viduis, vt *in cap. licet orphanis §. viduis in initio diſtinctionis*: vel deſtitutis auxilio, vt *in cap. defenſionis & in alijs, quæ ponit eadem glo.*

In §. Pudicus:

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi antiquitus non poterant cum matre, & ſororibus cohabitare.*
2 *Caſtitas quid ſit? eius etymologia.*
3 *Pudicitia, & caſtitas promiſcue accipiuntur. Differunt inter ſe num. 4.*
5 *Caſtitas requirit munditiam mentis, & corporis.*
6 *Clericus non debet conuiuere cum mulieribus.*
7 *Mens prius quam corpus mœchatur.*
8 *Corpus corruptum inuoluntariè dicitur caſtum.*
9 *Eccleſiaſticis quæ prohibeantur?*
10 *Caſtitas fuga conſeruatur.*
11 *Caſtitatis boni effectus qui ſint?*
12 *priuatio malos effectus producit.*

1 PVdicitia maximè commendatur Epiſcopis, & alijs eccleſiaſticis, vt de antiquitus prohibebatur etiam cohabitatio cum matre, vel ſororibus, & *glo.* limitat hoc, dummodo eſſent perſonæ ſuſpectæ. Cæterum ait *Beda per glo. hic*: Sacerdotibus, vt ſemper altari adſiſtant, ſemper caſtitas obſeruanda præcipitur. Videbimus igitur ad intelligentiam huius paragraphi primò, quid ſit caſtitas; ſecundò, quomodo acquirenda, & conſeruanda; tertiò, de eius effectibus, & de malis, quæ cauſat eius priuatio.

Circa primum, caſtitas eſt virtus, per
2 quam concupiſcentia caſtigatur, ſic dicta à caſtigatione, *S. Doctor 2. 2 q. 151. a. 1.* & dum in paragrapho noſtro commendatur pudicitia, intelligitur etiam commen-
3 data caſtitas, tum quia promiſcuè accipiuntur pudicitia, & caſtitas, vt ait *S. Doctor a. q citata*, tum quia pudicitia eſt virtus inferior, & præparatoria ad caſtitatẽ: ergo dum præcipitur pudicitia, multo magis præcipitur ſeruanda caſtitas. Dif-
4 ferunt autem pudicitia, & caſtitas quatenus pudicitia tendit ad actus extrinſecos, aſpectus, tactus, &c. caſtitas verò tendit ad coniunctionem refrœnandam.

Circa ſecundum, caſtitas eſt acquirenda
5 cum munditia mentis, & corporis, non enim erit caſtus qui conſciuit cum malis, *Soccinus in c. in iuuentute de purgatione canonica*, vbi ait, nec licere clerico cõuiuere cum mulieribus, quia non eſt tutus de caſtitate ſeruanda. Idem habetur in
6 *cap. monaſteria de vita, & honeſtate clericorum*, vbi *Hieronymus contra Iouinianum* ſic inquit, Quomodo qui ignem tetigerit ſtatim aduritur, ita viri tactus, & fœminæ ſtatim ſentit naturam ſuam, & diuerſitatem ſenſuum intelligit; ponit etiam ibi *Soccinus* communes verſus,

Viſus, alloquia, tactus, poſt oſcula factum
Ni fugias tactus, vix euitabitur actus.

Patet etiam exemplo *Dauidis*, qui ſolo viſu captus eſt, & Samſonis, qui in ſinu fœminæ vires amiſit, & quidam Heremita poſt triginta annorum pœnitentiam

Digitized by Google

viſu captus, in laqueum incidit. Debet
igitur quilibet cautè procedere, vt caſti-
tatem acquirat, & acquiſitam conſeruet;
magis enim in mente, quam in corpore
attenditur, vt *in tota q 5. cauſa 32. & in*
cap.de pudicitia ſic habetur: Non poteſt
7 fieri, vt niſi quis mœcetur prius in corde,
mœcari poſſit in corpore· vnde licet q is
per vim corrumperetur, & inuoluntariè
non deperderet caſtitatem, quia corpus
mulieris non vis maculat, ſed voluntas,
8 *dicto cap.de pudicitia* §.*corpus*, & alii ſa-
tis diffusè *in dicta q.* habentur, multa
etiam colligun ur *ex Trid.ſeſſ. 25.de re-*
gularibus cap.5.& 7.

Hui s occaſione multa prohibentur
9 eccleſiaſticis, & primo, ne poſſint eſſe
patrini, ne forſan occaſione viſitandi cō-
matres, dæmonis calliditate decipiantur,
ca peruenit 18.q.2. Item quod conſtituti
in ſacris non accedant conuiuia nuptiarū,
nec videat obſcœnas ſaltationes, & cor
poris motus, *cap.presbyteri diſt.34.* Item
qui ſe emendauit a tali culpa, debet mu-
tare locum, & habitationem, vt tollat
occaſionem, ne forſan iterum commotus
incidat, *cap valet diſt.81.* magis enim fuga
conſeruatur caſtitas, *S.Doctor q.35.art.1.*
ad quartum.

Circa tertium, plures ſunt effectus ca-
11 ſtitatis, & primo, caſtitas facit hominem
Deo familiarem, ſic *Ambroſius ſermone*
de virginibus lib.1. vbi *ait*, quod hac vir-
tus tranſcendit omnia, etiam Angelos, &
accedit ad verbum Dei in ſinu Patris.
Secundò, caſti ſemper Deo vniti ſunt; vn-
de *Ioannes in Apocalypſi* ait, Ij ſunt, qui
cum mulieribus non ſunt coinquinati, ij
ſequuntur agnum quocunque ierit. Ter-
riò, facit bonum miniſtrum eccleſiaſticū,
Trid.ſeſſ.25.de regularibus cap.1.2.& 3.
& Concilium Maguntinum canone 9.&
10. Quartò, facit dignū eccleſiaſticis pro-
uentibus, & beneficijs, vt *in extrauagāti*
execrabilis de præbendis, & dignitatibus;
eſt enim legi amica caſtitas, vt *per glo.*
ibidem verbo, vita puritate.

Circa damna, quæ infert eius priuatio,
primò, clericus frequentans domum mu-
lieri deponi debet, *cap.clericus diſt. 86.*
Secundò, *S.Doctor q.15.a.3.ad quartum*:
multos prauos effectus connumerat, pri-
mo ſui amorem; ſecundo odium Dei; ter-
tio, affectum præſentis ſæculi; quarto, de-
ſperationem futuri; quinto, cæcitatem
mentis, ſexto, inconſiderationem; ſepti-
mo, præcipitationem; octauo, incon-
ſtantiam, & ex ipſa etiam oriuntur qua-
tuor inordinati modi loquendi, ſcilicet,
turpiloquia, ſtultiloquia, ſcurrilia, & lu-
dicra; idem *S.Doctor loco cit.* apud quem
vide alia pro conſeruatione virtutis caſti-
tatis, & de vitijs contrarijs.

In §. Oportet.

SVMMARIVM.

1 *Interiores qualitates ab extrinſecis de-monſtrantur.*
2 *Externa honeſtas eccleſiaſticis eſt re-quiſita.*
3 *Clerici veſtes quas deferre debeant.*
4 *poſſunt veſtes mutare inter infide-les.*
5 *Pralati debent vti veſtibus ſibi conue-nientibus.*
6 *Clerici tenentur deferre tonſuram.*
7 *Corona clericalis quare ſit rotunda.*
8 *Capilli clericorum qualiter ſituentur: & veſtes.*

1 INteriores qualitates demōſtrātur per
extrinſeca; vnde *glo.hic* ponit verſum
Intima per mores cognoſces exte-
riores.

Ad intelligentiam igitur huius para-
2 graphi colligemus hic aliqua, quæ faciunt
circa externam honeſtatem eccleſiaſtico-
rum, non enim ſufficit tantum benè vi-
uere, niſi & id exteriora manifeſtent; ideo
dicebat etiam Dominus, Videant opera
veſtra bona, & glorificent patrem veſtrū,
&c. Verum tamen eſt, quod honeſtas ex-
terior debet potius eſſe ſequela honeſta-
tis interioris, interim ſaltem hæc extrin-
ſeca procurari debet.

Aduerte tamen primò, quod clericis
3 cuiuſcunque ordinis prohibetur veſtem
deferre partitam, vt ſolent pſeudoclerici,
quos vocant abbates, & plures pœnæ im-
ponuntur contra deferentes huiuſmodi
veſtes, *in Clementina quoniam, de vita,*
& honeſtate clericorum.

Excipe tamen primo, ſi quis id faceret
4 propter metum hæreticorum, vel infide-
lium, *cap.1.de eo quod metus cauſa*, ſic
Ieſuitæ apud Indos veſtibus mercatorum
vtuntur, vt poſſint illos ad fidem induce-
re; idem dic quotieſcunque legitima cau-
ſa concurrit, vt per *glo. in cap. ſi quis ex*
clericis de vita, & honeſtate clericorum,
vbi ponit etiam verſus,

Tutius vt peterem laici ſub imagine
Romam
Fas fuit vt finerem luxuriare co-
mam.

5 Secundo, ſi quis fuerit creatus prælatus,
nam habent prælati diſtinctas veſtes, &
habitus

habitus pro ſuo ſtatu, *cap. monachus 11. q. 1. & glo. hic verbo vrgenti.*

Aduerte ſecundo, quod tenentur cle-
6 rici deferre tonſuram, vnde *Ab. in cap. ſi quis ex clericis de vita, & honeſtate clericorum* tenet, clericum non deferentem tonſuram peccare mortaliter; intellige tamen dummodo id faceret in contemptum eccleſiæ, alias non peccaret mortaliter, imò licet id faceret in contemptum non eſt excommunicatus ipſo iure, ſed eſſet excommunicandus. Ton-
7 ſura autem debet eſſe ad modum coronæ in ſignum regni, & perfectionis. Item debet eſſe rotunda (quia in angulis ſordes ſunt) & per hanc coronam deſignatur, quod debent clerici ſe, & alios regere, nec debent ſordes admiſcere.

Aduerte tertio *ex eadem glo.* inferius,
8 *ex cap. penultimo diſt.* 24 quod clerici non debent nutrire comam, ſed debent habere capillos ſupra frontem, & oculos, & ſupra aures ad oſtendendum, quod curæ ſæculares (deſignatæ per capillos) non debent impedire cogitationes cæleſtes, & aſpectum ad gloriam, ad quam omnes ſuſpirare debemus. Item debent clerici deferre caligas honeſti coloris, patet ex *dicta Clementina quoniam, & ex glo. ibidem verbo vtantur*, quæ etiam ait, nec poſſe clericos deferre ſcarpitulas valde inciſas, & perforatas.

In §. Finali.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi ſunt mediatores inter Deum, & hominem.*
2 *Sacrum à ſacerdote iniquo, & ſcandaloſo audiri poteſt, dummodo non ſit excommunicatus notorius.*
3 *Malitia miniſtri non nocet ſacramentis.*

1 HAbetur hic, quod cum Epiſcopi ſint mediatores inter Deum, & hominem, ideo debent eſſe ornati omni virtute, & gratia Dei, ne fortè dum ad Deum exorandum accedant, ipſum potius ad indignationem concitarent.

Quæres hic, an poſſit quis audire ſacrũ
2 à ſacerdote iniquo, & ſcandaloſo.

Reſpondetur, audientes ſatisfacere,
3 dummodo non ſit quis excommunicatus notorius, cæterum etiam per malos miniſtros bona Dei perueniunt ad fideles, *cap. chriſtus quod fecit* 1. *quaſt.* 1. & ſacramentis malitia miniſtri non nocet, *cap. non nocet cauſa, & quaſt. citata*: Sacerdotes enim inuocant nomen Domini, Deus autem eſt, qui benedictionem dat, *cap. dictum eſt 1. q. 1. & glo. ibidem verbo prodeſſe* ait, quod licet ſacerdos non haberet voluntatem vt ſacrificium prodeſſet, prodeſt tamen.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI

TITVLVS DVODECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Archidiaconus quis ſit?*
3 *Archidiaconi dignitas eſt perpetua.*
4 *Diaconi honorandi ſunt ab inferioribus.*
5 *Diaconorum officium, & dignitas.*
6 *Sumptio corporis, & ſanguinis Chriſti quid ſignificent?*
7 *Archidiaconus plura debet ratione officij ſui.*

1 VISVM eſt ſupra de Epiſcopis, & de alijs prælatis verum, quia ipſis addi ſolet adiutorium aliorum, inter quos eſt Archidiaconus, meritò videndum eſt, quid ſit Archidiaconus, quod ius habeat, & quid facere teneatur, cum ipſe ſit primus poſt Epiſcopum, vt habetur in hoc eodem titulo.

Circa primum dicimus, quod Archi-
2 diaconus eſt vicarius, & oculus Epiſcopi. Dicitur vicarius ad oſtendendam poteſtatem Archidiaconi, ſe habet enim, vt alter Epiſcopus, nec poteſt ad nutum Epiſcopi tolli, ſed eius dignitas eſt ſpecialis, & perpetua, *Ab. in cap.* 1 *eodem titulo*; &
3 eſt oculus eiuſdem Epiſcopi, vt omnia videat, & cognoſcat, quæ faciunt ad ſalutem animarum, *cap. Diaconi diſt.* 93

Circa ſecundum, Diaconi debent ab
4 omnibus alijs inferioribus ordinibus honorari, *cap. nõ oportet, & cap. à ſubdiacono*
5 *diſt.* 93. Secundo, ſunt Angeli eccleſiarum, & candelabra diuini tabernaculi. Tertio, ſacerdos in miſſa ſolemni non ſumit calicem de altari, niſi per manum Diaconi, vnde *glo. in* §. *peruenit eadem diſt.* ait, Diaconus profert calicem Epiſcopo, & ipſe Epiſcopus ſumit corpus Chriſti;

Digitized by Google

Chriſti; nam ſumptio corporis Chriſti ſignificat etiam eius reſurrectionem, quæ
6 facta eſt propria virtute eiuſdem; at ſumptio ſanguinis ſignificat reſurrectionem peccatorum; hæc autem fit interceſſionibus aliorum, *cap. presbyteros diſt.* 50. *cap. anima* 13 *q.* 3. Quartò, Diaconi offerunt oblationes in altari, componunt menſã, ſacerdotibus pro ſactis adſiſtunt, & alia, quæ videri poſſunt in *cap. Diaconi ſunt diſt. cit.*

Circa tertium, tenetur Archidiaconus
7 cuſtodire Epiſcopum prædicantem, *cap. Diaconi qui quaſi diſt.* 93. Secundò, debet obſeruare non tantum peccantes, ſed etiã vicinos præcipitio peccati, vt ſuggerat Epiſcopo. Tertiò, debet curare omnia, quæ faciunt ad cultum eccleſiæ, & auxilium pauperum, & ideo dicitur oculus, *dicto cap. Diaconi eccleſiæ*. Debet etiam inuigilare circa doctrinam, & honeſtam vitam clericorum, vt *in cap. vt Archidiaconus extra eodem*, vnde Epiſcopus in ordinatione ab ipſo exigit approbationẽ ordinandorum, dum ait, ſcis illos dignos eſſe, & alia habentur *in cap. vt noſtram extra eodem*.

In §. Ea propter cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Archidiaconus quæ non poſſit facere?*
2 *quæ poſſit, & quas cauſas cognoſcere?*

1 NOn omnia poteſt Archidiaconus ex ſe, multa enim te etur referre Epiſcopo, ſic non poteſt facere literas dimiſſoriales pro ordinandis, *cap. ſignificaſti extra eodem*, nec poteſt excommunicare delinquentes, *cap. Archidiaconis eodem tit.* nec generaliter ſe extendere ad ea, quæ nequit facere Epiſcopus ſine conſenſu capituli, *Abb. in cap. ad hæc, & cap. quãto de his, quæ fiunt à prælatis, &c* Poteſt autem multa ex ſe,
2 ſic terminare leues contentiones inter clericos, corrigere pro irreuerentia illata, imponere leuem pœnitentiam, ſuſpendere ad modicum tempus, vt notat *glo. hic ex Innocentio, & Hoſtienſi*; ſecus autem ſi vellet deponere, vel ſuſpendere in perpetuum, quia non poteſt ipſe cognoſcere de cauſis criminalibus, ſed tantum debet audire aliorum quærelas, vt Epiſcopo referat, *Innocentius in cap. ad hæc extra eodem*, neque habet curam animarum de iure communi, *cap. cum ſatis de officio Archidiaconi*.

In §. Finali.

SVMMARIVM.

1 *Diœceſis venit appellatione parochiæ.*
2 *Archidiaconi authoritas imminuitur, vel augetur ab Epiſcopis.*

1 EX priuilegio poteſt Archidiaconus excommunicare ſubditos, vel ex commiſſione Epiſcopi pro tota diœceſi, hæc enim venit appellatione parochiæ, *cap.* 1. *hoc titulo*; hodie
2 autem eſt aucta, vel diminuta authoritas hæc pro libito Epiſcoporum, quibus Archidiaconi ſubduntur; tum quia datur hoc munus in adiutorium Epiſcopi: ergo poteſt Epiſcopus cedere iuri ſuo, & in ſe aſſumere totum onus.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI

TITVLVS DECIMVSTERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Archidiaconi maior iuriſdictio, quam Archipresbyteri.*
3 *Archipresbyter habet forum pœnitentiarium, Archidiaconus contentioſum.*
4 *ſubeſt Archidiacono, quoad iuriſdictionem.*
5 *non poteſt procedere circa ea, quæ ſpectant ad iuriſdictionem.*
6 *Archipresbyteri vrbani officium quale, rur. lis quale?*

1 EGIMVS ſupra de Archidiaco is, qui licet ſint minores in
2 ordine Archipresbyteri, ſunt tamen maiores quoad iuriſdictionem, meritò præcedere debebãt, *cap. ſtatuimus de maioritate, & obedientia, glo. ibidem*; habet enim Archipresby-
3 ter forum pœnitentiarium tantum, Archidiaconus verò forum contentioſum, meritò ipſe præferri debet: Igitur ad huius tituli, & trium paragraphorum intelligentiam,

Aduerte primò, quod Archipresbyter
4 ſubeſt Archidiacono, quoad iuriſdictionem,

nem, *Innocentius in cap. 1. eodem tit. & cap. puta 2. q. 7.* habet autem Archipresbyter curam animarum, vnde notat *Timothene hic.* quod ſi quis moriatur abſque ſacramentis ex negligentia Archipresbyteri ipſe reddet D o rationem de tali anima, ſiue ſit Archipresbyter vrbanus, ſiue exterus; cæterum non poteſt procedere circa ea, quæ ſpectant ad iuriſdictionem, niſi de licentia Epiſcopi, *Innocentius in cap. miniſterium extra eodem*; vel niſi ſint res leuioris momenti, quia poteſt
5 pro talibus rebus remedium adhibere, *cap. ex literis de conſanguinitate, & affinitate.*

Adue te ſecundò, quod munus Archipresbyteri vrbani eſt, abſente Epiſcopo celebrare miſſas ſolemnes, benedicere in
6 lectionibus matutini, &c. quando verò Epiſcopus celebrat, debet curare, vt ſacerdotes induant ſacras veſtes. Item debet aduertere, vt parochi inuigilent circa infirmos, ſit ſacra euchariſtia pro ipſis, & ſimilia, quæ faciunt ad curam animarum, *cap. officium extra eodem, & glo. hic*, Archipresbyter tamen ruralis debet inuigilare non tantum ſupra laicos, ſed etiam ſupra clericos ſuæ parochiæ, non vt puniat, ſed vt Epiſcopo referat, *Innocentius in cap. vt ſingulæ plebes extra eodem, glo. hic verbo audere, & verbo matrici.*

In §. Finali.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa iuſta accedente quis releuatur à culpa.*
2 *Dignitas amittitur, ſi quis infra annum non fuerit ordine dignitati congruo inſignitus.*
3 *Nomen debet eſſe conſequens rei.*

1 HIc datur regula, quod iuſta cauſa accedente quis benè releuatur à culpa ſecus autem ſi culpa caſum præceſſit, *cap. 1. de clerico ægrotante*; vnde vocatus ad dignitatem Archidiaconatus, vel presbyterij, ſi infra
2 annum non fuerit tali ordine inſignitus amittit dignitatem, & præbendam: ſic habetur in præſenti paragrapho, quia
3 nomen debet eſſe conſequens rei *§. eſt & aliud de donationibus.*

DE OFFICIO VICARII

TITVLVS DECIMVSQVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Vicarij in triplici genere accipiuntur.*

1 VISVM eſt de his, qui deſeruiunt Eccleſiæ iure proprio, & ex proprij obligatione, nunc reſtat videndum de his, qui deſeruiunt nomine alieno, & ex commiſſione, & ſic ſunt Vicarij, vt notat *glo. in explicatione huius rubricæ in titulis decretalium*; meritò igitur ponitur præſens titulus, ad cuius intelligentiam, ſciendum eſt, quod triplex eſt genus Vicariorum: alij ſunt temporales, alij perpetui, per *glo. in cap. extirpanda, §. qui verò de præbendis, & dignitatibus*: Alij demum ſunt a-
2 poſtolici, qui à Pontifice mitti ſolent, vel propter crimen Epiſcopi, vel propter defectum capituli, quod non elegit vicariũ capitularem ſede vacante, *cap. adijcimus 16. q. 1.*

In §. Per Vicarium.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius quis ſit?*
2 *Vicarij dignitas quæ?*
3 *Vicarius habet iuriſdictionem, quam habet Epiſcopus, & poteſt illam alteri demandare.*
4 *poteſt conferre beneficia.*
5 *poteſt eſſe delegatus à Papa.*
6 *debet eſſe ſacerdos, licet vt non ſit poteſt diſpenſari ab Epiſcopo.*
7 *poteſt remittere denunciationes matrimoniales.*
8 *Excommunicatus à ſuo Epiſcopo, cuius eſt vicarius poteſt tamen aliquas cauſas committere.*
9 *habetur vt iudex ordinarius circa ea, quæ requirunt ſpeciale mandatum.*
10 *poteſt inquirere de crimine vſurarū*
11 *poteſt facere omnia, quæ conceduntur Epiſcopo, niſi taxatiuè concedantur.*

12 an

12 *an poſſit diſpenſare circa impedimẽta matrimonij ex conceſſione Epiſcopi, cui etiam hac authoritas ſit conceſſa.*
13 *foraneus quam authoritatem habeat?*
14 *an præferatur propoſitio Eccleſiæ collegiatæ.*

VIdendum eſt hic primò, quid ſit Vicarius, ſecundò, quænam ſit eius poteſtas?

Circa primum, Vicarius eſt, qui
1 alterius vices gerit, ſiue in officio contentioſo, ſiue non, ſic aduertit *Timotheus in præſenti rubr.* & notat *Abb. in rubr. decretalium extra eodem.*

Circa ſecundum, Vicarius generalis
2 habet totam authoritatem iuriſdictionis, quam habet Epiſcopus ipſe, & poteſt etiã alteri demandare ſuam iuriſdictionem,
3 *idem Timotheus hic ex glo. in Clementina, quæ in Eccleſijs de officio vicarij, & Innocentius in cap. tua nobis eodem titulo.*

Secundò, poteſt conferre beneficia;
4 dummodo ſit vicarius generalis, de quo loquimur, ſic *glo. in cap. ſtatutum de præbendis, & dignitatibus in 6.*

Tertiò, poteſt eſſe delegatus à Papa,
5 *glo. in Clementina & ſi principalis de reſcriptis.*

Quartò, eius poteſtas debet ornari ſa-
6 cramento, *cap. ex parte extra eodem, & dicta Clementina, quæ in Eccleſijs, glo. tamen ibidem verbo ſacerdotium* tenet, quod poſſit Epiſcopus diſpenſare, vt quis ſit Vicarius per ſeptennium, licet non ſit ſacerdos.

Quintò, Vicarius generalis poteſt re-
7 mittere denunciationes matrimoniales, *Riccius deciſ. 259.* vbi etiã probat quod ea, quæ ſunt iuriſdictionis eandem eſſe authoritatem Epiſcopi, & Vicarij, & *in eadem deciſ. num. 5.* vult hoc non habere locum in Vicario foraneo.

Sextò, licet ſit excommunicatus ab eo-
8 dem ſuo Epiſcopo, cuius eſt vicarius, poteſt tamen aliquas cauſas committere, *Innocentius in cap. Romana Eccleſia in fine hoc eodem titulo.*

Septimò, in cauſis, quæ requirunt ſpe-
9 ciale mandatum habetur pro iudice ordinario, *Soccinus in cap. qualiter, & quando de accuſationibus num. 178.*

Octauò, poteſt inquirere de crimine
10 vſurarum, *idem Soccinus num. 163. & num. 175.* ait, quod poteſt etiam facere compoſitiones pecuniarias.

Nonò, poteſt facere omnia ea, quæ conceduntur Epiſcopo, niſi taxatiuè Epi-
11 ſcopo tantum concedantur, *Riccius dec. 208. num. 308.* vnde non poteſt diſpenſare in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus prouenientibus ex delicto occulto, quia in tali conceſſione fuit dictum, quod Epiſcopus tantum id faciat.

Decimò, poſito quod Epiſcopo ſit con-
12 ceſſa anthoritas diſpenſandi in impedimento matrimonij, dummodo adſint iſta quatuor, ſcilicet publicus contractus matrimonij, ſecundo impedimentum occultum, tertio quod matrimonium non poſſit diſſolui ſine magno ſcandalo, quarto, paupertas, vel infirmitas, ex quo non poſſint adire Romam, poterit tamen hæc authoritas ab Epiſcopo vicario concedi, *Riccius deciſ. 265. in fine, & Paludanus in quarto ſent. diſt. 78.*

Vndecimò, Vicarij foranei non habent
13 authoritatem ordinariam, ſed delegatã, *Rota deciſ. 297. p. 2.* nec præfertur Vicarius foraneus præpoſito Eccleſiæ collegiatæ, quia tales præpoſiti habent dignitatem, *cap. cum acceſſiſſent de conſtitutionibus,* foranei verò habent officium potius quam dignitatem. Alia multa, quæ faciunt ad authoritatem tam vicarij vrbani, quam foranei videtc per *Riccium loco citato.*

In §. Debet autem.

SVMMARIVM.

1 *Laici aliquando habent ius in clericos.*
2 *Laicus non poteſt ab Epiſcopo eligi in vicarium neque clericus coniugatus, num. 3.*
4 *non poteſt regere Eccleſias, cum præſumatur clericis inſidiare.*
5 *neque eſſe iudex cauſarum eccleſiaſticarum.*
6 *neque accuſare clericum bonæ famæ, & in quo caſu poſſit?*
7 *poteſt plura facere in clericos.*
8 *excommunicare ex commiſſione Pontificis.*
9 *baptizare.*
10 *quando poſſit conueniri coram iudice eccleſiaſtico?*
11 *quando poſſit carcerare clericum?*
12 *Clericus in quibus caſibus poteſt à laico iuſtè percuti, poteſt etiã carcerari.*

1 LAici aliquando habent ius in clericos, vt notatur *in cap. vbi periculum, §. præterea de electione in in 6. & ibi glo. verbo præſumant*; tamen

in

in præſenti paragrapho habetur, quod Epiſcopus non poteſt eligere laicum in
2 vicariũ: imò *Timotheus* hic ait id prohibitum eſſe in perſonam clerici coniugati,
3 vt notat *Ab. in cap. 2. tit. de clericis coniugatis*, non enim debent ſcire laici, quod faciunt clerici, tum quia, vt habetur in præſenti §. in eodem officio non debet eſſe diſpar profeſſio; videbimus igitur, quid poſſint laici ſuper clericos, quid non poſſint.

Primo, prohibentur laici regere eccle-
4 ſias, *glo. in cap. cupientes de electione in 6. verbo electi*; nam laici ſemper clericis inſidiantur, *cap clerici de immunitate eccleſiarum in 6.*

Secundo; non poteſt laicus eſſe iudex
5 cauſarum eccleſiaſticarum, *glo. in cap. nullus diſt 79.*

Tertio, non poteſt admitti ad accuſan-
6 dum clericum bonæ vitæ, & famæ, *glo. in cap. cleros 2. q. 9. & Soccinus in cap. qualiter, & quando de accuſationibus*; poſsũt tamen multoties ipſos accuſare, vt ſi clerici eſſent falſarij, ſi vellent facere ſchiſma, & contenderent excommunicationem, *glo in cap. principes 23. q 7. verbo inter eccleſiam.*

Poſſunt laici multa in clericos, ſignãter
7 ſi ſint incorrigibiles, *glo. in dicto cap. principes*. Item ſi ſint valde ambitioſi, *cap. ſi quis pecunia diſt. 79.* Tertio, quando vel-
8 lent ſubuertere fidem, *cap. quo iure diſt. 8. & cap. nec licuit diſt. 17.* Idem dic ex commiſſione Pontificis, quia vt ſic poterit etiam laicus excommunicare clericos, & ſuſpendere, *glo. in cap. benè quidem diſt. 96. verbo laico, & in cap. præter hoc diſt. 32. §. ad hoc verbo duci*. Item poteſt
9 laicus aliquando baptizare, *Sotus in 4. diſt. 4. q. vnica a. 2.*

Nota etiam, quod laici non poſſunt
10 indiſtinctè conueniri coram iudice eccleſiaſtico, ſed tantum in certis, & quibuſdã caſibus, *Riccius deciſ. 549. numer.* Item poſſunt laici de licentia prælatorum capere clericos, *cap. vt fama de ſent. excomm,*
11 & aliquando etiam ſine licentia intercedente tamen iuſta cauſa. & ſemper iuſta cauſa æſtimatur, quando ex ipſa poſſet percuti, quia qui poteſt percutere poteſt carcerare, *Ioannes Andreas in cap. cum non ab homine de iudicijs*, & colligitur *ex tex. in l nec in ea. ff. de adulterijs*. Alia pro laicis diximus ſupra de electione, &
12 ponit *Soccinus in cap. peruenit de ſent. excom. n. 394* Quid de ſententijs laicorũ contra clericos videte *Soccinum in c. intelleximus de noui operis renunciatione, n. 25. ex c. quod clericis de foro cõpetenti.*

In §. Inde, & bonorum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia adſtringit clericos, vt aſcendant ad ſacros ordines priuando illos fructibus.*
2 *Vicarius perpetuus debet eſſe ſacerdos elapſo ſeptennio.*
3 *quinam dicatur?*
4 *in vno loco non poteſt eſſe in alio.*

PErpetuum habens vicariatum, tenetur aſcendere presbyterium, vt notatur in præſẽti paragrapho. Ad cuius intelligentiam,

Aduerte primo, hoc eſſe remedium, quo
1 vtitur Eccleſia in coercendis, & adſtringendis clericis, vt aſcendant ad ſacros ordines, nempe priuare illos ſuis fructibus, ac prouentibus, *cap. quæris de ætate, & qualitate*. Idem debet facere Epiſcopus in Vicario perpetuo; ſi nolit aſſumere
2 onus presbyteratus, debet enim ipſum priuare redditibus, donec ordinetur, a iam ſi nolit ordinari debet ipſum priuare vicariatu elapſo ſeptennio modo quo diximus.

Aduerte ſecundo, quod Vicarius per-
3 petuus dicitur ille, qui ab Epiſcopo ſic conſtitutus eſt, & habet certam portionẽ, *cap. extirpandæ § quia verò de præbendis.*
4 Item qui habet vnum vicariatum non poteſt ad alium aſcendere ſimul, & ſemel, ſicut diximus de eo, qui habet vnum beneficium curatum, *cap. 1. & fin extra eodem*, & aduertit *glo. in præſenti §.*

In §. Inter Vicarium.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in eodem tribunali non valet.*
2 *non eſt licita à Vicario ad Epiſcopos, niſi in caſu ſuſpectionis.*
3 *valet à delegato ad Epiſcopum delegatum, & ab Archidiacono.*
4 *ad Papam omnibus licita.*

1 ADuerte primo, quod appellatio cum debeat eſſe ab inferiori ad ſuperiorem, iuxta *tex. in cap. 2. de cõſtitutionibus in 6.* Ideo ſupponit diſtinctionem inter ipſos iudices, *dicto cap. 2.* alias in eodem tribunali non valet appellatio.

Aduerte ſecundo, quod cum eadem ſit

I pote-

po'eſtas inter Vicarium, & Epiſcopum,
inde ſequitur, quod non ſit licita appella-
tio à Vicario ad Epiſcopum, niſi quando
2 quis vellet allegare Vicarium pro ſuſpe-
cto, tunc enim coram Epiſcopo probat
cauſam ſuſpicionis, *cap. ſi contra vnum de officio delegati*.

Limit: etiam hoc in delegato ab Epi-
3 ſcopo, quia benè int:rponitur appellatio
à delegato in cauſa ſpeciali ad delegatum
cap. ſuper quaſtionum de officio delegati.
Item ab Archidiacono ad Epiſcopum à
Vicario verò non niſi ad Archiepiſcopum
appellare, licet, vt expreſsè habetur in
4 præſenti §. Item ad Papam cuique licet
directè appellare, vt expreſsè *glo. noſtra hic verbo appellandum*.

DE COADIVTORE
TITVLVS DECIMVS SEXTVS.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor quid ſit?*
2 *quando, & à quo dari poſſit?*
3 *an poſſit eſſe plus quam vnus?*
4 *in quibus caſibus detur?*
5 *Epiſcopus tenetur ex officio dare coadiutorem parocho illiterato.*
6 *Epiſcopus tantum poteſt dare coadiutorem beneficiatis.*
7 *Coadiutor datur à Papa, vel à Capitulo, ſi periculum ſit in mora, & alias etiam cum authoritate Apoſtolica.*
8 *Epiſcopus in caſibus magni momenti habet authoritatem apoſtolicam.*
9 *Sacerdos quilibet in caſu neceſſitatis, & articulo mortis habet etiam Pontificiam authoritatem.*
10 *Coadiutor poteſt ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non ordinis.*
11 *Coadiutores qualiter ſint alimentandi de redditibus Eccleſiæ.*
12 *Coadiutor qualis debeat eſſe?*
13 *expirat per mortem principalis.*
14 *non poteſt Eccleſiam vnitã diſmembrare.*
15 *tenetur ad reſidentiam.*
16 *Superior exoſus populo in totum remoueri debet, nec propterea dandus coadiutor.*
17 *Alimentandus eſt primo prælatus, poſtea coadiutor.*
18 *Alimenta ſi non ſufficiant, coadiutor præfertur prælato.*

VISVM eſt hucuſque
de Archidiacono, Vi
cario, & alijs, quo
coadiuua tur Epi-
ſcopi in ſuis mune-
ribus, & oneribus;
verum quia ſolet ali-
quando ipſis Epiſco-
pis dari coadiutor, merito de ipſo hic, &
videbimus primo, quid ſit coadiutor, ſe-
cundo, quando, & quibus dari poſſit, &
debeat; tertio, de authoritate eiuſdem.

Circa primum, coadiutor eſt perſona
1 data prælato, vel beneficiato, qui propter
aliquid impedimentum corporis, & ani-
mi ſuum miniſterium exercere nequit; ſic
patet ex *Lancellotto hic*; vnde datur coad-
iutor propter ſenectutem, propter pro-
digalitatem, &c. *Abb. in cap venerabili de*
2 *officio delegati*, & non poteſt dari, niſi à
Sede Apoſtolica, vt habetur *hic in §. acce-
dit*; itaut nec Patriarchæ, nec Legati à
latere poſſint id concedere; cæterum ſi
3 officij, & oneris vaſtitas id exigat, pote-
runt dari etiam duo coadiutores, ſed non
plures, ne ſatis grauetur Eccleſia, quam
gubernant, de cuius redditibus ſuſten-
tari debent, *cap. vnico de clerico ægrotan-
te in 6. & ibi glo. verbo aut duos*.

Circa ſecundum, datur coadiutor pro-
4 pter infirmitatem incurabilem, *cap. ex
parte de clerico ægrotante in 6. & cap. 1.
7. q. 1.* Secundo, propter perpetuam con-
ualeſcentiam, & non perfectam ſanitatẽ,
*cap. niſi cum pridem §. alia vero cauſa de
renunciatione*. Tertio propter ſenectutẽ,
vt diximus *dicto cap. ex parte, & Firmia-
nus in tract. de Epiſcopis parte 1 quaſt. 3.*
Quarto propter lepram; *cap. tua nobis de
clerico ægrotante, cap. qualiter 7. quaſt. 1*
Quinto datur ei, qui amiſit vſum linguæ,
*cap fin. de clerico ægrotante, & dicto cap.
vnico §. ſi verbo*. Sexto datur propter
populi numeroſitatem, *Graſſus dec. vnica
de parochis*. Septimo datur ſuſpecto di-
lapidationis bonorum Eccleſiæ, *Abb. in
cap. venerabili de officio delegati in quarto
notabili, & Mandoſius in regula 11. de
reuocatione reſeruata q. 5. nu. 6.* Octauo
datur parocho illiterato, itaut non poſſit
ſuo muneri incumbere, & hoc poteſt fa-
cere Epiſcopus ex officio, etiam non re-
quiſitus ab alio. Imo tenetur ad hoc,
*Trid. ſeſſ. 21. cap. 1. de reformatione, &
5 Zabarella conſilio 70. num. 1. Gonzales in
regula 8. Cancellariæ, glo. 5. §. 9. num 27.
Mandoſius in praxi ſignaturæ gratiæ in
titulo coadiutoria*. Datur autem coadiu-
tor beneficiatis, vel curatis ab Epiſcopo,
nec venit in generali commiſſione facta

Vica

Vicario, quod proc. dit ſiue in coadiuto-
6 ria ſpirit ali, vt in parochia, ſiue in coadiu
toria temporali, vt in beneficio, vel in
perceptione fructuum, *Puteus deciſ.226. lib.3. & Coſta de remedio ſubſidiario remedio* 113.

Epiſcopis autem, vel Archiepiſcopis
7 datur à Papa, *dicto cap. vnico, quod ſi Ecclesia* ſit valde diſtans, & periculum ſit in
mora poterit prælatus cum conſenſu Ca-
pituli ſibi prouidere de coadiutore, & id
facit authoritate apoſtolica, quod ſi præ-
latus ſit mente captus id poterit facere
Capitulum pariter authoritate apoſtolica.

Nota tamen in hoc, quod in caſibus
8 magni momenti Epiſcopus habet autho-
ritatem apoſtolicam, & procedit ac ſi eſ-
ſer expreſsè delegatus à Papa in tali ne-
gotio, *glo in cap. vnico citato verbo authoritate apoſtolica*, ſicut etiam in articu-
lo mortis quilibet ſacerdos habet omnẽ
9 authoritatem; nam in rebus magni mo-
menti habemus voluntarium interpreta-
tiuum Pontificis.

Circa tertium, poteſt coadiutor ea, quę
10 ſunt iuriſdictionis, at quoad ea, quæ ſunt
ordinis ſupplent Epiſcopo vicini, *glo. in cap ſcripti 1.q.1. verbo curam omnem*,
& ſic habent generalem curam quoad il-
la, *eadem glo. ex cap. cum nobis olim de*
11 *electione, & cap. relatio 25.q.1.* Secundò,
licet ſint alimentandi de redditibus Ec-
cleſiæ, quam gubernant, tamen in hoc
debent eſſe prouidi, non prodigi, quia
tenentur reddere rationem, & prælato,
& ſucceſſoribus, *dicto cap. vnico in fine*.
12 Tertio debet eſſe deuotus erga Deum,
circumſpectus cum proximis, & plenus
oculis, *glo. in cap. grandi de ſupplenda negligentia prælatorum in 6* & *ex eadem*
13 *glo.* habes, quod coadiutoris poteſtas
expirat per mortem principalis, nec facit,
quod in quodam Rege coadiutor datus
ſucceſſit; ſucceſſit enim, ut proximior non
14 ſic coadiutor. Quarto, non poteſt Eccle-
ſiam diſmembrare vnitam, & erigere
iuſpatronatus quia diſmembratio eſt alie-
natio, quæ coadiutori interdicitur, *Riccius decI.47. num.2 & ſequentibus*. Quin-
15 to, tenetur reſidere, ſicut & rectores, &
presbyteri ipſi tenentur, *Riccius dec.*374
num. 13. Vnde collige, quod abſentia,
quæ conceditur Epiſcopis, & prælatis con-
ceditur etiam coadiutoribus.

Nota etiam ex *glo. hic*, quod ſi ſuperior
16 ſit exoſus populo, propter aliquod deli-
ctum, & publicum ſcandalum in totum
remoueri debet, ac proinde non eſt pro-
uidendum de coadiutore, *Innocentius in cap. niſi, §. propter infirmitatẽ de renunc.*

Circa id, quod diximus de ſuſtentando
17 coadiutore de redditibus Eccleſiæ. Intel-
lige cum hac regula, vt ſcilicet primo pro-
uideatur principali rectori, vel prælato,
quantum opus eſt pro ſuis neceſſitatibus,
deinde prouidendum eſt coadiutori, & ſi
quid ſuperſit erit ipſius principalis, quod
ſi redditus non ſufficiant ad ſuſtentandũ
vtrumque, tenentur ſubditi ad alimenta
18 coadiutoris, *Riccius deciſ. cit. num. 11. & Abb. in cap. de rectoribus num.6. de clerico ægrotante, Ancharanus conſilio* 279.
quia hoc ſpectat etiam ad bonum ipſorũ
ſubditorum: ergo omnes concurrere
debent.

Titulus de Corepiſcopis cũ ſit de iure
inanis, quia vſus Corepiſcoporum eſt ſub-
latus omninò per cõſequẽs, & nos ipſum
miſſum facimus, pro §. vidimus. Notabi-
mus aliqua in continuatione præſentis
tituli.

DE TRANSLATIONE

TITVLVS DECIMVS SEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2. *Poteſtas quot modis expiret?*
3 *Præter particulæ efficacia, & vis perpenditur.*

1 VISVM eſt ſupra de
ortu ad dignitatem,
& ſic de electione,
poſtulatione, & con-
firmatione; item de
moribus prælatorũ,
de eorum coadiutori-
bus, & de alijs, quæ
faciunt ad vitam, & progreſſum, nunc eſt
videndum de egreſſu, ſeu interitu, meritò
ponitur præſens titulus, pro quo

Sciendum eſt, quod expirat poteſtas,
2 primo per translationem, ſecundò per
renunciationem, tertio per degradatio-
nem, de primo modo agitur hic.

Aduerte tamen, quod cum *in §. finali*
3 *præcedentis tituli glo.* ait, ſoluitur tale
coniugium, præter mortem tribus modis,
quod ly præter ſumitur dupliciter, ali-
quando includit, ſeu confirmat, vt quando
ponitur exceptuando aliquid, quod non
eſt coniunctum cum oratione præcedenti,
vt ſi quis diceret: lego tibi animalia, præ-
ter libros, tunc enim libri etiam cenſe-
rentur legati, alias fruſtra apponeretur
illa particula, præter, & nihil valeret ope-

Digitized by Google

rari, vt aduertit *glo. noſtra hic*; aliquando autem excludit, vt cum ponitur inter eadem, puta lego tibi animalia, prætet boues; nam boues non cenſerentur legati, ſic *Abb. in cap. dudum de electione*.

In §. Translationes.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlatio qualiter definiatur? & quibus conueniat.*
2 *propter quas cauſas fieri poſſit.*
3 *propter vtilitatem Eccleſiæ ſit.*

DVo ſunt hic notanda; primo, quid ſit translatio, ſecundo, quando fieri debeat.

Circa primum ſic definit *Timo-*
1 *theus hic*, translatio eſt ab vna Eccleſia in aliam facta mutatio; ponitur autem ſic generaliter, vt competere poſſit non tantum prælatis, ſed etiam beneficiatis, vnde & Cardinales transferuntur de titulo in titulum, *cap. dilectus de præbendis*, & *glo. hic verbo Epiſcopus*.

Circa ſecundum, cauſæ, propter quas poteſt fieri translatio ſunt quamplures in ſpecie, ſed reducuntur ad duo genera, ſcilicet, vel ad neceſſitatem, vel ad vtili-
2 tatem Eccleſiæ, pro vtilitate Eccleſiæ aſſignatur cauſa in præſenti paragrapho, dũ dicitur, quod poteſt fieri tranſlatio Epiſcopi vnius Eccleſiæ ad aliam, ſi exiſtimetur maior profectus, & vtilitas præuenienda à prælato in Eccleſia (hic enim debet eſſe finis prælatorum, non autem
3 propria vtilitas) Affertur in hoc paragrapho exemplum Diui Petri, qui cum eſſet Pontifex, cognita tamen maiori vtilitate Eccleſiæ ex translatione Sedis Romæ ſic fecit, dum de Antiochena Ciuitate Romam petijt, & ibi perſtitit vſque ad ſanguinis effuſionem, & amiſſionem vitæ.

In §. Neceſſitate.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlatio poteſt fieri propter neceſſitatem.*
2 *Vtilitas neceſſitati comparatur.*
3 *Tranſlatio ſit etiam propter metum.*
4 *Epiſcopus tranſiens propter metum hoſtium ad aliam Eccleſiam, ceſſante metu oſtium, & liberata Ciuitate, remanet Epiſcopus duarum Eccleſiarum.*
5 *Tranſlatio facta propter auaritiam, vel ambitionem eſt excluſiua finis publicæ vtilitatis.*
6 *Epiſcopus non poteſt effici monachus inuito Papa.*
7 *Salus publica præfertur ſaluti priuatæ.*

1 ALia cauſa translationis faciendæ eſt neceſſitas Eccleſiæ, *cap. mutationes 7. q. 1.* Vnde habes, quod maxima vtilitas neceſſitati comparatur, vt per *glo hic in §. 1. verbo prin-*
2 *ceps*. Secunda cauſa eſt metus, *vt in cap. temporis 7 q. 1.* vt ſi quis dubitet de inuaſione inimicorum, poteſt enim ad aliam
3 Eccleſiam ſe transferre, vt tutior ibi permaneat, liberata tamen priori Ciuitate ab hoſtibus, erit etiam epiſcopus eiuſdẽ,
4 nam non deſinit eſſe Epiſcopus illius, ſed tantum fuit impedita gubernatio, vnde remanet deinde Epiſcopus duarum Eccleſiarum, *glo. in cap. paſtoralis 7. q. 1.* At qui transfertur pro vtilitate non poteſt ad priorem redire, *dicto cap. paſtoralis*, *§. qui verò*, quia cauſa vtilitatis ſemper eadem perſeuerare præſumitur.

Nota etiam in hoc paragrapho id quod
5 dicitur *in cap. ſciat 7. q. 1.* quod qui facit mutationem ductus auaritia, vel ambitione, vel delectationis cauſa, non habet finem tranſlationis, in qua eſt attendenda publica vtilitas, quæ præfertur vtilitati priuatæ, vnde *glo. in dicto cap. verbo plurimorum* ait, quod ideo Epiſcopus nõ
6 poteſt effici monachus inuito Papa, quia ſcilicet monachus conſulit tantũ propriæ vtilitati, & ſaluti, Epiſcopus verò ſaluti propriæ, & aliorum, quæ præferri debet,
7 *cap. ſancta 2. q. 7.* ſicque Epiſcopus ex tali cauſa faciens translationem, licet ſedem mutaret, tamen non diceretur mutaſſe mentem. Verum tamen eſt, quod hoc limitari debet, ſi vtilitas publica inferret damnum priuatæ, & periculum propriæ animæ, quia vt aduertit *glo. loco cit.* charitas debet incipere à ſeipſo, & parum refert mundum lucrari, ſi propria ſalus pereat.

In §. Sciendum eſt autem.

SVMMARIVM.

1 *Tranſlatio Epiſcoporum ſpectat ad Sũmum Pontificem.*
2 *Matrimonium ſpirituale carnali præfertur.*
3 *Tranſlatio Epiſcoporũ eſt vna ex cauſis maioribus.*

4 *Diſpen-*

Digitized by Google

4 *Diſpenſationis verba pro translatione ſunt attendenda ſtrictè.*
5 *Tranſitus ad maiorem Eccleſiam continetur nõ ad minorem indiſpenſatione.*
6 *Epiſcopus tranſiens ex ſua authoritate de vna in aliam Eccleſiã, qualiter ſit puniendus?*
7 *antequam priuetur debetur ei obedientia à ſuis clericis.*

VIdendum eſt primo, ad quem ſpectet tranſlatio Epiſcoporum. Secundò, an poſſit alius, præter Romanum Pontificem facere tranſlationem, & quid de pœnis, quæ contrauenientibus imponuntur.

Circa primum, tranſlatio antiquitus
1 ſpectabat ad Archiepiſcopos, quia ad
ipſos ſpectabat confirmatio; hodie verò
ſpectat tantum ad Romanum Põtificem,
vt habetur hic, quia matrimonium ſpirituale
eſt validius matrimonio carnali, ſed
diſſolutio matrimonij carnalis eſt Deo
reſeruata, dicente Domino, quod Deus
2 coniunxit, homo non ſeparet; ergo multo
magis diſſolutio matrimonij ſpiritualis,
& quod facit Papa, videtur factum ab
ipſo Deo qui eſt Dei vicarius, *cap. 2 extra
eodem.* & ex pluribus capitulis idem habetur
in eodem titulo.

Circa ſecundum patet ſolutio *ex cap.
cum ex illo de tranſlatione*, vbi aſſignatur
3 ratio, nam tranſlatio Epiſcoporum eſt
vna de cauſis maioribus; ſed omnes cauſæ
maiores ſpectant ad Summum Pontificem;
ergo etiam hæc, quod amplia, licet
Epiſcopus non fuerit conſecratus, ſed tãtum
confirmatus, *vt in cap. inter corporalia
extra eodem*, vbi ſic dicitur expreſsè:
Dubitari non debet, quod ſpirituale
coniugium, quod eſt inter Epiſcopum, &
Eccleſiam ſuo tantum iudicio reſeruauerit
diſſoluendum.

Aduerte etiam hic, quod ſi Papa ali-
4 quando in hoc diſpenſaret ſunt omninò
ſtrictè attendenda verba diſpenſationis,
dum ſit res magni momenti, vnde vt habetur
in cap. fin. eod. tit. ſi quis habuerit
diſpenſatione à Papa, vt electus ad maiorem
dignitatem poſſet ad illam tranſire,
iſte talis non poſſet tranſire ad dignitatẽ
parem, licet poſſit ad maiorem, & hoc
confirmat *glo. ibidem.*, quod licet videa-
5 tur paradoxa, tamen res nõ ita ſe habet,
quia, vt ibi notatur, facilius diſpenſat ſuperior,
vt quis tranſeat ad maiorem Eccleſiam
ratione maioris vtilitatis, quam
inibi habere poteſt, quæ non ſic de facili
reperitur in dignitate pari, quia forſan
potius oſtenderet ambitionẽ, vel aliũ finẽ

Circa pœnas, quæ imponuntur con-
6 trafacientibus multa habentur *in ca. cum
ex illo, & cap. inter corporalia extra eodẽ*:
ſi autem Epiſcopus de ſua authoritate
tranſiret de vna Eccleſia in aliam, hic
venit priuandus vtraque, *cap. quando extra
eodem*; & hoc ne ſit dare aditum præſumptionibus,
requiritur tamen decretũ
priuatiuum, vt per *Ioannem Andream*,
& Abb. & dicto cap. quanto; vnde ante-
7 quam declaretur hoc debetur ei obediẽtia
à clericis ſuæ primæ propriæ Eccleſiæ,
vt patet ex caſu ſimili *in cap. nonne prima
quaſt. 4.*

In §. Ea propter.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus obtinens licentiam tranſeundi, ſi tranſierit ad aliam, pro qua non habuit licentiam, vna tãtum priuari debet.*
2 *Violentia qualis excuſet à culpa?*
3 *Peccatum non eſt ſine voluntate.*

SIcut non licet viro propria authoritate vxorem relinquere, ita nec licet Epiſcopo eccleſiam deſerere, & meritò priuatur vtraque; nam primam eccleſiam ſpreuit, & ſecundam ambitioſè concupiuit.

Aduerte igitur primo pro hoc §. quod
1 ſi Epiſcopus non commiſerit duplex crimen,
non venit puniendus duplici pœna;
vnde ſi obtinuerit licentiam tranſeundi
ad aliam, non debet priuari illa, eo quod
non tranſierit ad eam, pro qua habuit licentiam;
ſufficit enim primam licitè reliquiſſe:
ergo licet ſecunda priuetur, eo
quod ipſam aſſumpſerit inconſulto Romano
Pontifice, tamen prima priuari nõ
debet, vt per *glo. hic verbo nec qui in illis
Abb. in dicto cap. quanto*, & colligitur ex
*cap. quaſiui de his, quæ fiunt à maiori
parte capituli.*

Aduerte ſecundo, quod violentia non
2 excuſat à culpa, dummodo non ſit talis,
quæ ponat inuoluntarium, quia ſic operando
quis non peccat; nullum enim
3 peccatum ſine voluntario, *Auguſt. lib. 1.
retractationum*; ſi autem ex metu leui
quis inducatur ad tranſlationem, punietur
aliquo modo mitiori, vt aduertit
Antoninus, Timotheus hic.

In

In §. Non abſimilis, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ eccleſiaſticæ eodem modo ac Epiſcopi procedunt quoad tranſlationem.*
2 *Iudicium idem debet eſſe de ſimilibus.*
3 *Permutatio quid ſit?*
4 *non poteſt fieri ſine conſenſu ſuperioris.*
5 *Honeſtas cauſæ non excuſat pœnam paruipendentiæ ſuperioris.*
6 *Permutatio neque de beneficio ſimplici poteſt fieri.*
7 *Collatio facta à ſuperiore, dum beneficia reſignantur, eſt nulla.*
8 *Permutatio inter perſonas multum ætate differentes poteſt fieri authoritate ſuperioris.*
9 *Permutatio ne ſit fraudulenta, tria concurrere debent.*
10 *Permutans propria authoritate, quas pœnas incurrat.*
11 *Conferre non potens, neque permutationi valet authoritatem dare.*
12 *Permutatio ſolis Epiſcopis eſt permiſſa in caſu maioris vtilitatis, vel neceſſitatis.*
13 *Capitulum ſede vacante poteſt permutare.*
14 *Permutatio non ſapit omnino naturam collationis.*
15 *quem tractatũ excludat inter partes de ipſa facienda.*
16 *Beneficium reſignatum ab vno ex permutantibus in manus Epiſcopi alio nolente reſignationem facere, non per hoc beneficium dicitur vacãs, ſed reſignãti reſtitui debet.*
17 *Lex adiuuat deceptos, non decipientes.*
18 *Reſignans beneficiũ cauſa permutationis, hac non ſequuta, ſi in beneficio reſignato inueniat detentorem poteſt amouere.*

Videndum eſt primo, an poſſit fieri translatio inter alias perſonas eccleſiaſticas circa beneficia. Secundo, an poſſit fieri inter priuatos, & de pœnis impoſitis contrafacientibus. Tertio, quis poſſit facere has tranſlationes. Quarto, quæ regula ſit habenda in permutationibus.

Circa primum dicitur **in § non abſimi-**
1 ***lis***, quod ſupra dicta de Epiſcopis proportionaliter, dici debet de alijs perſonis eccleſiaſticis, quod ſcilicet poſſint hæc tales perſonæ facere translationes, dum dicitur hic, quod non abſimilis ratio eſt habenda: ergo vnico verbo valet hic dicere quidquid ſupra diximus de tranſlatione
2 Epiſcoporum; nam de ſimilibus idem debet eſſe iudicium, ***glo. in cap. inter corporalia de translatione Epiſcoporum.*** Verum tamen eſt, quod hæc, quæ fit in inferioribus dici ſoleat permutatio: eſt
3 autem permutatio ſecũdum ***Timotheum hic*** vnius rei pro alia vicaria præſtatione mutatio.

Circa ſecundum aduerte primo, non
4 tantum priuatos, impediri ab iſta priuatione ex ſe, ſed etiam, ſi cauſa adſit, id eſſe ipſis illicitum ſi e conſenſu ſuperioris; vnde ***glo. hic*** notat, quod honeſtas cauſæ, propter quam quis moue ur ad operandũ non excuſat à pœna, ſi operans neglexe-
5 rit authoritatem ſuperioris, vel formam iuris, ***tex. & glo. in cap. vt communes de rerum permutatione.***

Aduerte ſecundo, quod nec de benefi-
6 cio ſimplici poteſt fieri permutatio, ***Ab. in cap. quæſitum de rerum permutatione in primo notabili.*** Verum tamen eſt, quod in permutationibus dum reſignantur be-
7 neficia in manus ſuperioris, non poteſt hic illa conferre, & ſi conferat, eſt nulla collatio, ***glo. in cap. vnico de rerum permutatione in 6. verbo reſignent, & in Clementina vnica eo. tit.*** Poteſt autem fieri per-
8 mutatio authoritate ſuperioris etiam inter perſonas, quæ multum differunt in ætate, vt ***de praxi in curia archiepiſcopali Neap. deciſ. 568.*** ait enim, quod ad fraudẽ incurrendam in his permutationibus tria
9 concurrere debent copulatiuè, ſcilicet magna beneficiorũ inæqualitas, conſtitutio perſonarum, mors ſequuta infra octo dies, alias nulla datur ſuſpicio fraudis.

Aduerte tertio, quod qui permutant
10 propria authoritate amittunt beneficia, ***vt in cap. cum olim de rerum permutatione, vbi glo.*** addit alias pœnas, neque poſſunt curati id facere ad inuicem, & regulam generalem dat ***Soccinus in cap. ſicut vnire de exceſſibus prælatorum num. 19.*** quod ſcilicet qui non poteſt cõ-
11 ferre, neque poteſt authoritatem dare permutationi; cæterum ſi iuridicè fiat permutatio, dum ſit ad hunc finem reſignatio in manus Epiſcopi, beneficia non dicuntur vacantia; at ***in extrauaganti vnica de ſede vacante verbo vacante circa medium.***

Circa tertium patet iam per argumẽ-
12 tum à contrario ſenſu, quod dum non poſſunt

poſſunt inferiores id facere, per cõſequens ſolis Epiſcopis id reſeruatum. *cap. quaſiti de rerum permutatione*; vbi etiam additur, quod debet Epiſcopus id facere cauſa cognita, ſcilicet ex maiori vtilitate, vel
13 neceſſitate, vt diximus ſupra, *Rota Romana in deciſionibus nouiſſimis dec.* 41 1. imò poterit etiam Capitulũ ſede vacante
14 id facere, *glo. in dicta Clementina vnica de rerum permutatione verbo conferatur*, quia licet hæc videatur collatio, tamen non ſapit omnino collationis naturam.

Circa quartum, Epiſcopus debet attēdere in talibus permutationibus vtilitatem, & ideo debet fieri permutatio cauſa cognita, vt habetur in fine huius paragraphi, *& glo. ibidem verbo vtiles*; id au-
15 tem habetur *in* §. *ſubuentum*. quod ſcilicet nullo modo poſſit ſi ritractatu per par es de tali permutatione facienda, non tolli quemdam tractatum generalem potius informatiuum de redditibus, de qualitatibus beneficiorum, de modo permutationis faciendæ, &c. hæc enim permictuntur inferioribus præſtare verò cõſenſum ſolius Epiſcopi eſt *glo. in dicta Clementina vnica verbo volentibus*. Si
16 verò ex permutantibus vnus iam reſigna erit ſuum beneficium in manus Epiſcopi, & alius id facere nolit, primum beneficium non dicitur vacans, vt diximus, ſed debet reſtitui ipſi reſignanti, vt
17 *in dicto* §. *ſubuentum*, quia lex adiuuat deceptos, non decipientes, *cap cum vniuerſorum de rerum permutatione*.

Nota etiam, quod ſi in tali beneficio
18 per ipſum reſignato inueniat quemlibet iniuſtum detentorem, poteſt illum amouere, vt *in dicto cap. vniuerſorum*; non debet tamen id facere propria anthoritate, ſed Epiſcopo id præcipiente, vt habetur in fine dicti paragraphi.

In §. Et generaliter, cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Reſignationis cauſa debet exprimi in reſignatione beneficij.*
2 *probari poteſt coniecturis.*
3 *Priuilegium habens à Papa, vt inueſtiatur primo beneficio vacaturo non poteſt velle obtinere beneficiũ reſignatum ad permutantem.*
4 *Beneficium tenue non poteſt reſignari in præiudicium habentis bullam à Pontifice, vt poſſit obtinere primum vacaturum.*

Quæ faciunt ad *paragraphum, & generaliter* iam ſupra diximus, quod ſcilicet beneficia reſignata pro permutatione non poſſũt alijs conferri, & ſi co feratur collatio eſt nulla: hæc habentur in prædicto §.

Quantum facit ad §. *finalem*, aduerte
1 primo, quod debet in reſignatione beneficij exprimi cauſa reſignationis, alias ſi ſimpliciter fiat reſignatio, videtur potius facta renunciatio, vt in titulo ſequenti; non ſic autem ſi cauſam exprimat, *gloſſa verò verbo ex cauſa* ait, quod licet in reſignatione non fuerit expreſſa cauſa, tamen ex coniecturis probari poteſt, & citat *textum in Clementina prima de rerũ*
2 *permutatione*; poſito igitur, quod ad talem finem reſignauerit, & quis habuerit à Papa priuilegium, vt inueſtiatur primo beneficio vacaturo, non poteſt velle obtinere tale beneficium reſignatum ad
3 permutandum, quia hoc non dicitur vacans, vt ſupra diximus, & habetur in præſenti paragrapho.

Nota ſecundo congruenter ad caſum
4 prædictum, quod ſi quis habuerit hanc bullam à Papa, vt inueſtiatur beneficio proximè vacaturo, & quis ſciens vacaturum aliquod beneficium pingue renunciat ſimpliciter beneficium leue, quod ipſe habet, vt tali beneficio inueſtiatur, qui bullam habet, & ipſe poſſit deinde obtinere beneficium pinguius, quod vacabit, hic venit priuandus vtroque, & debet dari hoc beneficium pingue habēti talem bullam à Papa, quia eius renunciatio videbitur facta in fraudem, quæ apparet ex coniecturis prædictis; caſum autē expreſſum habemus *in cap ſi tu prabenda de renunciatione in 6. & aduertit glo. ibidem*.

DE RENVNCIATIONE TITVLVS DECIMVS OCTAVVS,

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Iuri ſuo nemo poteſt cedere quando illud alteri eſt quæſitum.*
3 *Renunciatio quid ſit?*
4 *coacta non valet.*
5 *in dubio præſumitur ſpontanea.*
6 *à quibus cauſis inducatur.*
7 *ſit ex defectu requiſitionum.*
8 *Epiſcopi non debent renunciare eccleſias ſibi copulatas.*

Nihil

1 NIhil eſt ſub Cælo adeo
firmum, quod non
poſſit de facto, vel de
iure infringi, vt no-
tat *glo. in hac rubr.*
in 6. ideo cum vide-
rimus de promotio-
nibus ad prælaturas,
etat. videndum quomodo iſtæ deſinant
ſignanter per renunciationem, ideo vi-
debimus primò quid ſit renunciatio; ſe-
cundò, quæ ſint cauſæ renunciationis; li-
cet enim poſſit vnuſquiſque cedere iuri
ſuo, vt in *l. penul. C. de pactis*, id tamen
non procedit quando ex tali iure alteri
2 etiam quæſitum eſt ius, *l. ab emptione, ff.*
de pactis, & ſic eſt in prælaturis, & digni-
tatibus eccleſiaſticis, per quas eſt quæſitũ
ius eccleſiæ,

Circa primum in præſenti paragrapho
3 noſtro ſic definitur renunciatio; dicitur
enim quod eſt iuris proprij, vel rei ſpon-
tanea refutatio; verum tamen eſt, quod
Timotheus addit ly, rei; non enim appo-
nitur in litera §. Dicitur ſpontanea, quia
4 ſi ſit coacta non tenet; imò poteſt quis
admitti ad recuperationem beneficij, vel
eccleſiæ, *cap. 2 de eo, quod metus cauſa*;
non autem in dubio non præſumatur
5 ſpontanea, vt notat *Abb. in cap. ſuper hoc*
eodem tit. num. 30. Ideo debet aſſignari
cauſa, vt ſi quis velit deinde intentare
recuperationem beneficij renunciati non
ſit audiendus, eo quod velit allegare
coactionem, ſi in renunciatione cauſam
expreſſit.

Circa ſecundum, cauſæ enumerantur
6 hic, ſcilicet conſcientia criminis, puta
ſi quis ſit ſimoniacus, vel homicida, &c.
debilitas corporis, vt ſenectus, vel infir-
mitas, defectus ſcientiæ, ſi non habeat
ſcientiam ſufficientem, malitia plebis,
puta ſi ſit populus incorrigibilis, & in
quo non exiſtimetur profectus, graue
ſcandalum, quod ipſe forſan dedit, pro-
pter quod amiſit famam, & eſt effectus
ludibrium hominum, & propter ſimiles
cauſas, quas comprehendit *glo.* ſub his
carminibus,

Debilis, ignorans, malè conſcius, irre-
gularis,
Quem mala plebs odit, dans ſcandala
cedere poteſt.

Nota etiam ex *glo. hic in ſecundo no-*
7 *tabili*, quod cauſæ renunciationis ſunt de-
fectus requiſitorum ad electionem; vnde
vt quis in renunciatione audiatur, debet
probare defectum vnius ex requiſitis ad
electionem, vel inueſtituram beneficij, vt
aduertit *glo cit. ex dicto cap. niſi extra*
eodem, vbi renunciantes ſine cauſa ex-
pelluntur, & ſignanter dicitur ibi de Epi-
ſcopis, quod non debent ſe putare ſan-
ctiores Baptiſta, qui cum exiſtimaret ſe
indignum Chriſti famulũ, munus tamen
8 concionandi nunquam omiſit (quod ſpe-
ctat ad Epiſcopos) & *in § verum eiuſdẽ*
cap. habetur, non debes propter labo-
ris anguſtiam deſerere, cui per fidem co-
pulaſti te, ſiue per electionem cum ipſa
matrimonium contraxiſti.

In §. Propter.

SVMMARIVM.

1 *Criminis expers nemo viuit.*
2 *Renunciatio non fit per quodlibet cri-*
men.
3 *Crimina, quæ relinquant perpetuam*
maculam?

1 NOtat *glo. hic*, quod nemo ſine
crimine viuit ex authoritate *D.*
Pauli (ſubiecit Deus omnia ſub
peccato) idem patet *ex S. Do-*
ctore 2.2. *q.* 109. *a.* 8. & aduerti *Timoth.*
hic; vnde non pro quolibet crimine quis
2 debet renunciare, ſed debet eſſe crimen
tale, quod licet per pœnitentiam remit-
tatur à Deo, relinquat tamen infamiæ no-
tam, vt *in præſenti* §. per illa verba: Non
cuiuslibet, ſed illius propter quod ipſius
officij excuſatio poſt peractam pœniten-
3 tiam impeditur; relinquunt enim perpe-
tuam maculam, & infamiam, vt homici-
dium, ſimonia, &c. *cap. infamis* 3. *q.* 7. *&*
in principio q. citatæ habetur, quod non
poteſt eſſe iudex, qui cum reo, pari, vel
maiori macula inficiatur.

In §. Non abſimilis.

SVMMARIVM.

1 *Infirmus qualis poſſit renunciare?*
2 *Senectus qualis inducat renunciatio-*
nem?
3 *Debilitas corporis feruore ſpiritus cor-*
roboratur.

1 ADuerte primò, quod non quili-
bet valetudinarius, vel leuiter
infirmus renunciare poteſt, ſed
debet eſſe talis, vt Eccleſiæ de-
ſeruire non poſſit, vnde propter leuem
infirmitatem, vel breuem conualeſcentiã
non debet quis audiri, ne Eccleſia priue-
tur

rur ſuo paſtore, *cap. niſi, §. alia vero extra eodem*, tum quia, ait Apoſtolus, cum infirmor, tunc fortior ſum; & alibi, gloriabor in infirmitatibus meis, ad cuius exemplum idem facere debent prælati, vt *in cap, literas extra eodem*.

Aduerte ſecundò, quod admittuntur
2 ſenes ad renunciandum, dummodo non
ſint ſatis fortes, & bonæ complexionis,
quia iſti non poſſunt tuta conſciencia renunciare; ideo debet eſſe ſenectus talis,
quæ infirmitati comparetur, vt *in dicto cap. niſi, & cap. literas*, ſic habetur per
Alexandrum Papam Epiſcopo Lugdunenſi vergente deorſum conditione corporea feruor ſpiritus in ſublimiora con-
3 ſcendat; vnde *glo. noſtra* hic ait *verbo permanere*, quod debilitas corporis feruore ſpiritus corroboratur.

In §. Propter defectum.

SVMMARIVM.

1 *Scientiæ defectus cauſat renunciationē.*
2 *Scientia practica neceſſaria eſt Epiſcopo.*
3 *Epiſcopus debet ſemper diſcere, nec id erubeſcere etiam à minimis.*
4 *Scientia diuinarum ſcripturarum, & ſacrorum canonum Epiſcopo neceſſaria.*
5 *Ignorans repellitur ab epiſcopatu, & à ſacerdotio.*
6 *Capacitas ad diſcendum æſtimatur ſufficiens.*
7 *Aetas nulla ſera eſt ad diſcendum.*
8 *Scientiæ defectus ſuppletur per virtutem.*

1 ALia cauſa renunciationis eſt defectus ſcientiæ, ideo videbimus primò, quam ſcientiam debeant habere prælati; ſecundò quæ ſufficiat.

Circa primum, multa diximus de ele-
2 ctione, tamen præter ibi dicta hic, notādum eſt, quod tenetur Epiſcopus habere etiam ſcientiam practicam, ne alijs indigeat ad animarum gubernationem, *§. damnamus authentico de ſanctiſſimis Epiſcopis, & cap. conuenientibus 1. q 7.*
debet autem ſemper diſcere, quia & hoc
3 profitebatur *Auguſtinus, vt per glo. hic, & Iuriſconſultus in l. apud Iulianum, ff. de fideicommiſſarijs liberalitatibus*, ait, Si vnum pedem tenerem in ſepulchro, adhuc diſcere vellim, tanto magis prælati, qui debent populis lumen dare; vnde
in *cap. fin. diſt. 38.* habetur, quod Epiſcopus non debet erubeſcere diſcere etiam à paruulis, licet ipſe ſit ſenex, & nobilis, & addit *textus*, quod ſi id erubeſcat, magis diaboli, quam Chriſti membrum eſſe oſtenditur, & *in cap. de Conſtantinopolitana diſt. 22.* habetur, quod ſtultus eſt qui bona, quæ videt diſcere contendit.
4 Debet etiam habere ſcientiam diuinorū;
nam à Domino ignorantur ij, qui, & quæ Dei ſunt ignorant, *cap. qui ea diſt. 38.* debet etiam habere ſciētiam ſcripturarum; nam ignorantia ſcripturarum eſt Chriſti ignorantia, *cap. ſi iuxta diſt. cit.* & ſcientiam ſacrorum canonum, *cap. omnes eadē diſt.* Cæterum benè ignorans repellitur ab epiſcopatu, & à ſacerdotio; ait enim Do-
5 minus *Iſaia 4.* Tu ſcientiam repuliſti, &
ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi.

Circa ſecundum ſufficit, ſi habeat ca-
6 pacitatem ad ſtatim addiſcendum, *gloſſa*
noſtra hic verbo plerumque, & moralis philoſophus dicebat, quod nulla ætas ſera
7 eſt ad diſcendum: ſufficit igitur medio-
cris ſcientia cum bona vita; nam defectus ſcientiæ ſuppletur per virtutem, *dicto cap.*
8 *niſi, §. pro defectu, cap. cum nobis de electione, & cap. venerabilis de præbendis.*

In §. Propter malitiam.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt relinquere Eccleſiam propter incorrigibilitatem ſubditorum, ſecus ſi ex correctione fructus ſperetur.*
2 *item propter ſcandalum.*
3 *Scandalum quid ſit?*
4 *duplex eſt.*
5 *actiuum quale?*
6 *paſſiuum quale, & qualiter ſe habeant?*
7 *ſemper eſt peccatum, poteſt etiam eſſe actiuum, licet non ſequatur paſſiuum.*
8 *Prælatus non tenetur renunciare, ſi ex bonis operibus prælati, populus paſſiuè ſcandalizetur.*
9 *Populus ſcandalizans eſt puniendus, niſi erret ex ignorantia.*
10 *Scandalum eſt impedimentū electionis.*
11 *Iuris ſeueritas remitti debet propter ſcandalum.*
12 *Scandali occaſionem ſumens ex bono opere, eſt certificandus de ſua falſa apprehenſione, nec illud opus eſt relinquendum.*

13 *Scandalum ad euitandum non eſt noui crimen committendum.*
14 *Crimina aliquando tolerantur ratione ſcandali, ſed non in totum pœna remitti debet.*
15 *Prælati tenentur obuiare ſcandalis.*

DVo hic erunt examinanda, primò
quando propter malitiam poſſit
Epiſcopus relinquere Eccleſiam;
Secundò, breuiter aliqua de
ſcandalo percurremus occaſione ſecundæ
partis huius paragraphi ibi: Item pro
graui ſcandalo, &c.

Circa primam, aduerte, quod ſi plebs,
1 cui Epiſcopus præeſt ſit adeo incorrepti-
bilis, vt deſperetur fructus correptionis,
tunc poteſt Epiſcopus eccleſiã relinquere,
*dicto cap. niſi, § propter malitiam, & cap.
fin. hoc eodem tit.* Si autem ſperetur ali-
quis fructus, tunc non poteſt Epiſcopus
tutus in conſcientia renunciare, *Ioannes
Andreas, & Butrius in eodem cap. &
aduertit Timotheus in præſenti* §. qui ait
ex Diuo Gregorio, quod æquaniniter
portandi ſunt mali.

Circa ſecundum, propter ſcandalum,
2 ſiue actiuum, ſiue paſſiuum Epiſcopus re-
nunciare poteſt; vtrumque enim eſt con-
trà chariratem. Ideo pro ſcandalo

Aduerte primò, quod ſcandalum eſt
3 factum, vel dictum minus rectè præbens
alteri occaſionem ruinæ, ſic patet ex *Sã-
4 cto Doctore 2.2 q.43. art.1 in corpore*:
eſt autem ſcandalum duplex, ſcilicet a-
ctiuum, & paſſiuum: ſcandalum actiuum
5 eſt cum quis inducit aliquem ad peccan-
dum verbis, vel factis, vt ſi quis faceret
aliquem actum prauium peccato publi-
cè, & hoc, ſiue operans intendat inducere
alium ad peccandum, ſiue non, ſufficit
quod opus ſit malum; poſito enim tali
6 opere, quod ſit præter rectitudinem de-
bitam, dicitur inductum ſcãdalum actiuũ.
Paſſiuum ſcandalum eſt, quando quis ex
facto alterius, licet bono, ſumit tamen
occaſionem peccandi. Dicitur autem
paſſiuum, nam qui rectè operatur ex ſe,
non dat occaſionem peccandi, alius au-
tem inde ſumit dictam occaſionem, ac
proinde poteſt eſſe ſcandalum paſſiuum,
ſine actiuo. Item poteſt eſſe ſcandalum
actiuum ſine paſſiuo, vt cum quis vult ali-
quem inducere ad peccandum dicto, vel
facto; ſed tamen hic non conſentit. Item
poſſunt eſſe ſimul ſcandalum actiuum, &
paſſiuum, quando quis dicit, vel facit ali-
quid, vnde alius ſumit occaſionẽ peccari:
ſic *S. Doctor loco cit. ad quartum, & in
a. 2. eiuſdem quæſtionis in corpore* ait,
quod ſcandalum paſſiuum ſemper eſt pec-
7 catum, tanto magis ſi non præceſſerit a-
ctiuum, ſic è contra poteſt eſſe peccatum
ſcandalum actiuum, licet non ſequatur
paſſiuum.

Aduerte ſecundò, quod ſi populus, cui
8 prælatus præeſt ſcandalizetur paſſiuè ex
bonis operibus prælati, tunc prælatus
non tenetur renunciare, ſic *Diuus Gre-
gorius homil. 7. in Ezechielem p. 2. ibi* (Si
de veritate ſumitur ſcandalum, vtilius
naſci permittitur ſcandalum, quam veri-
tas relinquatur, *cap. qui ſcandalizauerit
de re iudicata*, & idem confirmat *Sãctus
Doctor q. cit. a. 7 & 8.*

Aduerte tertiò, quod quando multi-
9 tudo, ſeu populus ſcandalizat, & tuetur
etiam ſuum errorẽ puniri debet, propter
ſcandalum, *cap. cum quiſquis 22. quæſt. 4.*
ſecus autem ſi allegaret cauſam ignoran-
tiæ, vt *in cap. commeſſationes, & ibi glo.
verbo cum multitudine cap. lator de cler.
excommu. miniſtrante, cap. vt conſtitue-
retur diſt. 50.*

Aduerte quartò, quod ſcandalum gra-
10 ue, de quo dubitatur de electione, vel
confirmatione alicuius in prælatum im-
pedit actum, quia de matrimonio carnali
ad ſpirituale valet argumentum, ſed gra-
ue ſcandalum, de quo dubitatur impedit
matrimonium carnale contrahendum, vt
docet *Soccinus in cap. cum in tua, de
ſponſalibus nu. 9.* ergo debet etiam im-
pedire matrimonium ſpirituale, quod eſt
inter Epiſcopum, & Eccleſiam.

Aduerte quintò, quod ad euitandum
11 ſcandalum debet remitti ſeueritas iuris,
*cap. cum ex iniuncto de noui operis nun-
ciatione num. 16.* & qui non obuiauerit
peccato proximi, peccat, *idem Soccinus
num. 17.* vnde ſi nouerim, quod ex meo
12 bono opere alius ſumat occaſionem ſcã-
dali, licet non tenear ab opere deſiſtere,
vt diximus, debeo tamen illum certificare
de ſua falſa apprehenſione, ſic Epiſcopus
non tenetur relinquere Eccleſiam, niſi
ratione ſcandali irreparabilis, & ad ſcan-
13 dalum euitandum non eſt nouum crimen
committendum, *idem Soccinus nu. 15.*

Aduerte ſextò, quod ratione ſcandali,
14 de quo dubitatur tolerantur crimina
aliquando, ſaltem quoad pœnam, *cap. non
poteſt 23. q. 4.* itaur mitior pœna ſit infli-
gendo, non autem in totum pœnam re-
mittendo, ne populi putarent id licitum
eſſe, *glo. in cap. denique diſt. 4 verbo venia*:
vbi ait, quod *textus in cap. non poteſt*,
non procedit hodie ſimpliciter, & indi-
ſtinctè, ſed modo, quo diximus, cum in-
oratione pœnæ.

Aduerte

Aduerte vltimò, quod debent prælati
15 obuiare ſcādalis etiam de motu proprio,
præuidendo antequam ad ſcandalum perueniatur, ſicfecit *Sixtus Quartus in extrauaganti de reliquijs, & veneratione Sanctorum, §.nos igitur, §.graue nimis, & in extrauaganti cum præexcelſa citato titulo*. Alia multa pro materia ſcandali videte per *Archidiaconum in cap. ſin. 7. q. vltima, & Soccinus notat in cap. qualiter, & quando de accuſationibus in 5. decretalium nu.460.& 461.*

In §. Item ab irregularitate.

SVMMARIVM.

1 *Bigami, & nati de illegitimo matrimonio admittuntur ad renunciandum.*
2 *Culpa priuata poteſt inducere irregularitatem.*
3 *Bigamia quid ſit? & eius etymologia.*
4 *Bigamus non poteſt eſſe clericus.*
5 *non poteſt deferre tonſuram ſub pœna excommunicationis.*
6 *non dicitur ſi quis cognouit virginem, & deinde cum ipſa contraxit matrimonium.*
7 *non dicitur ſi quis contrahat cum fœmina alteri nupta, ſed non ab ipſo cognita.*
8 *neque qui plures habuit concubinas.*
9 *Bigami quare probibeantur?*
10 *Bigamus priuatur omni priuilegio eccleſiaſtico.*
11 *Bigamus illegitimè cōtrabens non amittit priuilegia clericalia.*
12 *Bigamiæ effectus quales ſint?*

1 Bigami, & nati de illegitimo matrimonio admittuntur ad renunciandum, ſicut etiam ob ſimilem irregularitatem, ſi tamen culpa ſit priuata, & prælatus ſit vtilis ſuæ eccleſiæ poterit cum ipſo diſpenſari impoſita pœnitentia, vt habetur in præſenti paragrapho, ex quo collige, quod etiam culpa
2 priuata poteſt inducere irregularitatem, vt per *glo hic* ex pluribus iuribus. Videbimus igitur quid ſit bigamia, quid bigamus, & quibus priuentur bigami.

Circa primum, aduerte primò, quod
3 bigamia eſt impedimentum oriens ex ſecundis nuptijs. Dicitur autem à verbo græco, gamos, quod ſignificat, coniux, vt idem ſit bigamus, ac bis coniux, *glo, in cap vna diſt.26.* Bigamus autem eſt ille, qui habuit vxorem viduam, vel duas virgines, *cap. vnico de bigamis in 6.* Debet autem qui vult eſſe clericus vnam tantum habuiſſe vxorem, & virginem, quia, vt ait *glo. in cap. 1. de clericis coniugatis, verbo*
4 *contraxerunt*, vnio perſonæ ad Eccleſiā, ſignificat vnionem Verbi cum natura humana, quæ facta eſt in vtero Virginis, nec perſona Verbi cognouit aliam naturam, præter vnam: ergo ſic qui vult ad Eccleſiam accedere, cæterum bigamus, nec tonſuram deferre poterit ſub pœna ex-
5 communicationis, *cap. altercationis de bigamis in 6.*

Aduerte ſecundò, quod ſi quis cogno-
6 uit virginem; & deinde cum ipſa ſic deflorata contraxit matrimonium, hic non dicitur bigamus, *glo. ſupra cit. verbo contraxerunt*, vbi poſt multa ſic tandem concludit; qui verò ſcienter rem habet cum vxore ſua adultera, hic bigamiam contrahit, *glo. in cap. ſuper eo de bigamis verbo in bigamis*.

Aduerte tertiò, quod ſi fuerit virgo
7 alicui deſponſata, ſed non ab ipſo cognita (forſan propter ſuperuenientiam mortis, ſiue naturalis, ſiue ciuilis) ſi alius cū ipſa contrahat, non dicitur bigamus, quia nō diuiſerat illa pluribus carnem ſuam, *c.*
8 *debitum eod. tit.* Item nec dicitur bigamus qui plures habuit concubinas, *cap. quia circa extra de bigamis.* Prohibentur autem bigami ex quatuor rationibus.
9 Primum, propter defectum ſacramenti vnitatis. Secundò, propter reuerentiam ſacrorum ordinum. Tertiò, propter ſignū irreuerentiæ. Quartò, quia non poteſt exhortare viduas ad viduitatem ſeruandam, dum ipſe non fuit continens; & Epiſcopi munus eſt hoc, non poteſt autem feſtucam eijcere de oculo alterius, trabē habens in oculo proprio, *glo. verbo ſequitur diſt.26. in principio*.

Circa ſecundum, in primis bigamus
10 priuatur omni priuilegio eccleſiaſtico, tam canonis, quam fori immunitatis, & gabellis, quibus gaudent alij clerici, vt per *glo. in cap. altercationis verbo omni priuilegio*. Intellige tamen ſi matrimonium fuerit legitimè contractum, & ſic
11 de iure, non autem de facto; vnde ſi monachus, vel ſubdiaconus contraheret cum vidua hoc matrimonium eſt de facto, tamen de iure eſt nullum, & licet iſti veniant puniendi pœna bigamorum, tamen non amittunt priuilegia clericalia, *Archidiaconus hic in cap. quiſquis diſt. 82. & Soccinus in quinto decretalium in cap. peruenit de ſent. excommunicationis*.

Secundò, neque poteſt deferre tonſu-
12 ram, vt notatur *in fine dicti cap. altercationis*.

rationis. Tertiò, etiam ſi contraxerit ignotanter cum vidua putans illam eſſe virginem, tamen nec promoueri poterit ad ſacros ordines, *glo. in cap. nemo diſt.* 32. Quartò, bigamia eſt omnino contraria clericatui, *Soccinus in quinto decretalium, cap. preterea de apoſtatis, & reiterantibus baptiſma num.* 8. Quintò, contrahitur bigamia etiam per ſimplex matrimonium contractum poſt ſuſceptos ordines; vnde impeditur exercitium ordinis, *Soccinus loco cit. in cap. ad audientiam de homicidio num.* 368. Sextò, bigamus eſt irregularis, vt *in tota diſt.* 25. Septimò, etiam ſi bigamus ſit occultus, tamen non poteſt miniſtrare, ſicut nec homicida, vt *in cap. fin. de tempore ordinandorum cap. quicunque, & cap. ſatis placet diſt.* 81 vbi tenentur ſua crimina nota facere. Octauò, bigamus non poteſt legitimè clericum accuſare, vnde ante litis conteſtationem benè reijcitur, *Soccinus in c. cum P. Manconella de accuſationibus num.* 20. & idem ſequitur *Innocentius*, quem ipſe citat, rationem addens, quia bigami ſunt inimici clericatus.

In §. Cæterum.

SVMMARIVM.

1 *Otium plurima mala producit.*
2 *damnabile in prælatis nec ſunt audiendi, ſi propter illud velint renunciare.*
3 *inſtrumentum dæmonis.*
4 *retributorium quale ſit pro ſenibus.*

1 Otium inimicū habet laborem, cuiuslibet erroris radix, & incitamentum eſt ad libidinem, & alia ſcelera, vt docet *Sanctus Doctor de regimine principum cap.* 3. & quam maximè damnatur *in cap. nunquā de pœnit diſt* 5. vbi *Hieronymus ſcribens ad Ruſticum* ait: nunquam ſine labore inueniri debere, vnde ad otium euitandū docet texere retia licitum, & *Salomon in prouerbijs cap. 6.* ait: Vade ad formicam, ò piger, & vide quomodo operatrix ſit,
2 & caſtum opus faciat. Item quam maximè damnatur otium in ſuperioribus, & prælatis, *Trid. ſeſſ. 7 cap. 9 & in canone Apoſtolorum* 35. vnde benè in præſenti paragrapho dicitur, quod prælatus non debet audiri ſi velit otij cauſa renunciare ad effugiendum laborem, tum quia otium
3 eſt inſtrumentum dæmonis ad laqueādas animas, *cap. niſi cit. S. verum. & cap. vos autem 16, q. 1.* & *Seneca* dicebat: Non eſt
4 viri timere ſudorem, & generoſum nutrit labor, vt aduertit *glo.* hic, & ponit verſus ad oſtendendum prauum effectum otij,

Quæritur Egiſtus quare ſit factus adulter
In promptu cauſa eſt deſidioſus erat.

ſolis autem ſenibus permittitur, & vocatur potius requies, ſeu otium retributorium, vt aduertit *Timotheus* hic: verum tamen ſit, quod & hoc otium retributorium debent quantum poſſunt auertere.

In §. Accidit interdum, cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Multa poſſunt fieri ex voluntate, quæ deſtrui non poſſunt.*
2 *Epiſcopus renuncians non eſt in ſui poſſe iterum velle redire.*
3 *Deſcendere poſſumus voluntariè, ſed non aſcendere.*
4 *Renuncians poteſt redire de licentia Papæ.*
5 *Renuncians ratione adipiſcendæ doctrinæ poteſt iterum redire illa adepta.*

1 Aduerte primò, quod poteſt quis multa facere ex ſua voluntate, quæ tamen deſtruere nequit, ſic Epiſcopus, ſi ex ſua voluntate renunciauerit propriæ eccleſiæ, & tranſie-
2 rit ad vitam monaſticam, ſi velit poſtea redire non eſt in ſua poteſtate, quia ſtatus epiſcopalis eſt altioris ordinis, quam ſit ſtatus regularis, vt aduertit *glo.* hic;
3 vnde collige, quod benè poteſt quis voluntariè deſcendere; ſed non eſt in ſui electione aſcendere iterum, ſic de facili homo deſcendit per culpam in barathrum errorum, ſed non eſt in ſuo poſſe ſurſum iterum aſcendere ſine Dei adiutorio.

Aduerte ſecundò dictum *textus* noſtri
4 probari *ex cap. hoc nequaquam 7. quæſt* 1 ſed *glo.* id limitat accedente licentia Papæ, & probat ex *cap. poſt tranſlationem de renunciatione*, vbi etiam habetur, quod ſi quis voluntariè renunciauerit aſſignando aliquam cauſam, quæ poſtea ceſſauerit, poteſt tamen de licentia Papæ redire ad eundem, vel alium epiſcopatū, *ex cap. cum ceſſante de appellationibus*; non tamen reconſecrari, ſufficit enim prima conſecratio, vt *in cap. poſt tranſlationem*

Digitized by Google

tionem de renunciatiõne, verbo quanquã, & ſequentibus.

Aduerte tertiò, quod ſi quis ſe contu-
5 lerit ad ſtatũ regularem, adipiſcendi cauſa doctrinam, cum hoc ex ſuperuenientia doctrinæ, tanquam ex inuentione margaritæ, vt habetur hic in §. *idem iuris* valet diſpenſari, *cap. poſt translationem, verbo item ſi quis propter literaturã; glo.* autem ibi commendans doctrinam prælatis, qui alios ducunt ad vitam æternam ſuis exemplis, & verbis, ponit hos verſus,

Si cæcus cæcum conatur ducere ſecum;
In foueam ductor primus cadit, indè ſequutor.

In §. Rurſus.

SVMMARIVM.

1 *Simonia commiſſa à parentibus nocet filio electo, vel ordinato.*
2 *Simoniacè inſcienter ordinatus, ſtatim ac habuerit de eo notitiam, debet diſpenſationem petere.*
3 *Epiſcopus ſimoniacè ordinatus ingrediens religionem, non poteſt ad eundem epiſcopatum redire.*
4 *Simonia eſt crimen execrabile.*

IN hoc paragrapho verificatur regula patres veſtri peccauerunt, & nos iniquitates eorum portauimus, quod eſt contrarium regulæ; filius non portabit iniquitatem patris.

Aduerte tamen hic primò, quod ſi quis
1 fuerit ſimoniacè ordinatus, eo quod parentes eius dederunt, vel promiſerunt aliquid pro tali ordinatione, non valet electio, nec confirmatio, *cap. præſentium 1. q. 1.* & videbimus infra *in lib. 4 tit. de ſimonia.*

Aduerte ſecundò, quod Epiſcopus ſic
2 ordinatus, ſtatim ac habuerit notitiam dictæ promotionis, debet ſuper hoc petere diſpenſationem à Pontifice, alias videretur ratificare, & conſentire in crimen, *vt in cap. ſicut de ſimonia.* Imò ſi
3 ordinatus ſimoniacè ingrediatur religionem, ſi velit poſtea redire ad ſtatum epiſcopalem, non poteſt ad eandem eccleſiã gubernandam aſſumi, ad quam fuerat; & ſi inſcius promotus, & hoc in pœnam ſimoniæ, quæ eſt execrabilis. *cap. erga*
4 *ſimoniacos 1. q. 1.* ſed benè poterit aſſumi ad aliam eccleſiam, quia non eſt crimen voluntarium, & proprium, vnde poteſt cum ipſo diſpenſari, vt in *præſenti §. & in dicto cap. poſt translationem.*

In §. Abbas quoque.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare poteſt vnuſquiſque, cui vult, niſi ſit in præiudicium communitatis.*
2 *Filiusfamilias poteſt renunciare beneficio* legis quod cum eo.
3 *Creditor poteſt renunciare beneficio præuentionis.*
4 *Fideiuſſor poteſt renunciare priuilegio excuſſionis cum principali.*
5 *Donans poteſt renunciare priuilegio* legis ſi vnquam.
6 *Reus poteſt renunciare forum voluntarium.*
7 *Beneficium renunciatum, vel ceſſum dicitur vacare.*
8 *Beneficium iurispatronatus non poteſt renunciari inuito patrono.*
9 *Iuspatronatus à ſe fundatum, alteri legatum, tali legato poteſt accedere conſenſus Epiſcopi, ſi autem laico fiat renunciatio nihil prodeſt cõſenſus.*
10 *Epiſcopus, vel Legatus Apoſtolicus non poteſt cõferre beneficium iurispatronatus contradicente patorno.*
11 *Legatus Apoſtolicus poteſt præiudicando patronis eccleſiaſticis conferre beneficium iurispatronatus.*
12 *Patronus poteſt conualidare renunciationem, vel permutationem tacitè, vel expreſſè.*
13 *Renunciatio eſt facienda in manibus eius, ad quem ſpectat collatio.*
14 *facta à procuratore valet, licet fuerit reuocatum procuratorium, dummodo eius notitia habita non ſit.*
15 *debet fieri in manus inſtituentis eccleſiaſt.*
16 *Renuncians beneficium in manus laici, ſi deinde illud recuperauerit, amittit in pœnam.*
17 *Electus tantum renuncians beneficium in manus electorum quamuis laicorum, valet renunciatio.*
18 *Renunciatio facta laico non valet.*
19 *Laici ſunt incapaces ſpiritualium.*
20 *Superior poteſt diſpenſare, vt laici poſſint acquirere ſpiritualia.*

DAtur nobis hic materia generalis pro renũciatione beneficiorum; ideo videbimus primò, quis poſſit renunciare. Secundò, cuius authoritate ſit cõfirmanda renũciatio. Tertiò, an poſſit laico fieri renũciatio.

Circa

Circa primum videtur, quod poſſit v-
1 nuſquiſque renunciare cui vult, *ex l. ſi
quis in conſcribendo, C. de pactis*. Con-
trarium tamen habetur hic, ſi currat præ-
iudicium communitatis, tunc enim non
diceretur cedere iuri ſuo, ſed potius alte-
ri præiudicare; ſic notat *glo. hic in figu-
ratione caſus, ex cap. ad apoſtolicam, de
renunciatione, & ex glo. in l. ſi quis in
conſcribendo, C. de pactis*.

Currit cæterum axioma in multis. Pri-
2 mò, poteſt filiusfamilias renunciare be-
ficio *legis quod cum eo, Francus dec.* 181.
3 Secundò, poteſt creditor renunciare be-
neficio præuentionis, *idem Francus dec.*
4 630. Tertiò, fideiuſſor poteſt renunciare
priuilegio excuſſionis cum principali,
Comnchius in deciſione Rotæ Lipſienſis
5 *prima*. Quartò, donans poteſt renuncia-
re beneficio *legis ſi vnquam, C. de reuo-
candis donationibus, Miſin. centuria* 5.
6 *obſeruatione* 63. Quintò, reus poteſt re-
nunciare foro voluntario, *Miſin. centuria*
1. *obſeruatione* 88. & poteſt etiam renū-
ciare appellationi, *Gratianus deciſ.* 123.
& alios multos, qui renunciare poſſunt,
videte per *Riccium deciſ.* 188 *num.* 1. *per
totam*.

Circa ſecundum aduerte primò, quod
7 beneficium renunciatum, vel ceſſum,
videtur vacare, *Lambertinus de iurepa-
tronatus par.* 1. *lib.* 2. *pagina* 513. *num.* 2.
per conſequens debet ipſe confirmare
ceſſionem, vel renunciationem, qui po-
8 teſt beneficium conferre, vt notat hic
Lancellottus. Et ideo ſi quis renunciet
alteri iuspatronatus inuito patrono, po-
terit patronus alium præſentare, *Lamber-
tinus loco cit. num.* 1. & renuncians habe-
tur pro mortuo, quoad tale beneficium,
cap. ecce in quibus 2. *q.* 1. dummodo tamen
renunciatio fuerit liberè facta, ſecus au-
tem ſi interceſſerit conditio, accedente
conſenſu patroni, *Doctores communiter
in cap.* 2. *vt lite pendente in* 6. *& Clemen-
tina* 1. *eodem titulo*.

Limita hoc ratione vltimæ voluntatis,
9 ſi quis enim alteri legaret iuspatronatus,
quod ipſe fundauit, benè poterit deinde
accedere conſenſus epiſcopi. Confirmat
idem *Lambertinus* 2. *p. primi libri fol.*
269. *num.* 4. Non ſic autem ſi laico fieret
talis renunciatio, tunc enim non valet,
nec confirmatio Epiſcopi aliquid opera-
tur; *Lambertinus loco cit. num.* 3. Ratio
autem eſt, nam quod ab initio non valuit
tractu temporis conualeſcere non poteſt
ex regula, quod ab initio *Innocentius in
cap. cum conſuetudinis, de conſuetudine*.

Nota etiam hic primò, quod non po-
10 teſt Epiſcopus, nec etiam Legatus Apo-
ſtolicus in præiudicium patroni laici, &
ipſo contradicente conferre beneficium
iurispatronatus, etiam ſi patroni eſſent
miſti, ſcilicet laici, & eccleſiaſtici; nam
quoad hoc omnes reputantur laici, & non
poterit legatus prouidere, *Felinus in
tractatu quando litera apoſtolica noceant
patrono in* 4. *columna in* 6. *ampliatione* 3
par. ſecundi lib. fol. 523. *num.* 36. ſi autem
11 patroni omnes eſſent eccleſiaſtici, tunc
poterit Legatus conferre iuspatronatus,
quia poteſt Legatus Apoſtolicus præiudi-
care patronis eccleſiaſticis, *cap. dilectus
de officio legati, & cap. cum dilectus de
iurepatronatus*.

Nota ſecundò, quod poteſt patronus
12 conualidare renunciationem, vel permu-
tationem tacitè, vel expreſsè, & hoc intra
tempus, quod habet ad præſtandum con-
ſenſum, *Romanus conſilio* 356. *& Felin.
in cap. cum Bertoldus de re iudicata in* 6.
columna ante finē in quinta limitatione.
Si autem fuerit facta permutatio iurispa-
tronatus, cum alio beneficio ſpreto pa-
trono; ſic diſtinguit *Lambertinus fol.* 526
num. 40. *& ſequentibus*, vel fuit ſpretus
patronus ab Epiſcopo ignorantibus per-
mutantibus, & tunc iſti non ſunt priuan-
di beneficijs, ſed quiſque redit ad ſuum,
quia non fuit in culpa, vel permutantes id
nouerant, & tunc priuari debent tali iu-
re, quia non poterant, nec debebant pa-
trono præiudicare.

Nota tertiò, quod in manibus eius eſt
13 facienda renunciatio, ad quem ſpectat
collatio, *Clementina vnica de renuncia-
tione*, vbi etiam habetur, quod ſi quis
14 fecit procuratorem ad renunciandum,
valet renunciatio facta ab hoc, non ob-
ſtante, quod fuerit reuocatum procura-
torium, dummodo reuocatio non perue-
nit ad procuratorem, vel ad ſuperiorem.

Quod ſi ſimus in beneficio, in quo v-
15 nus inſtituat, & alius confirmet actum,
debet in manus inſtituentis fieri renun-
ciatio, *glo. ibidem verbo manibus in adi-*
16 *tione*: dummodo inſtituens ſit perſona
eccleſiaſtica, ſecus ſi ſit laicus, quia in ma-
nus laici non poteſt fieri renunciatio, &
facta non valet; imò ſi quis renunciauerit
in manus laici, licet deinde recuperauerit
beneficium renunciatum, tamen illud
amittit, *cap. quod in dubijs de renuncia-*
17 *tione*; ſi verò quis ſit electus tantum, &
non confirmatus poteſt fieri renunciatio
in manus electorum. *glo. hic. & Abb. in
cap. cum venisſet de in integrum reſtitu-
tione*.

Circa tertium, non valet renunciatio
facta

Digitized by Google

18 facta laico, *dicto cap. quod in dubijs*, *&*
glo ibidem; & redditur ratio, quia ſpiri-
tualia nec ſunt renuncianda laicis, nec ab
19 ipſis acceptanda, niſi intercedat accepta-
tio ſuperioris; tunc enim poteſt conna-
lidari actus, vt notat *Abb. in dicto cap.*
quod in dubijs.

In §. De Romano Pontifice.

SVMMARIVM.

1 *Papa poteſt renunciare, & ratio traditur.*
2 *Cardinales interpretatiuè ſe haberent vt ſuperiores reſpectu Pontificis renunciare volentis.*
3 *Papa poteſt renunciare, ſi ſe cognoſcat inſufficientem.*
4 *Papa à nemine confirmatur.*
5 *Renunciatio Gregorij XII. qualiter facta.*
6 *Legislator debet prauidere euentum.*

1 PՕnitur hic ſpecialis caſus pro Sum-
mo Pontifice, de quo dubitari po-
terat, an poſſet renunciare, & ra-
tio dubij eſſe poteſt, quia renun-
ciatio fieri debet in manus ſuperioris, ſed
ſupra Papam non eſt ſuperior: ergo non
poteſt renunciare. Hoc tamen non ob-
ſtante, deciditur hic affirmatiuè, vt notat
glo. in figuratione caſus in §. *Abb. quoque*
in ſecundo notabili, ait enim, quod Car-
2 dinales interpretatiuè ſe haberent vt ſu-
periores reſpectu Pontificis renunciare
volentis. Secunda ratio eſt, quia licet nec
Cardinales eſſent ſuperiores, tamen poſ-
ſet Pontifex renunciare, ſi ſe cognoſcat
3 inſufficientem, vt ait *Bonifacius in cap.*
1. de renunciatione in 6. Tertia ratio eſt
quia reſignatio fit in manus eius, à quo
electus confirmatur; ſed Papa à nemine
4 confirmatur; ergo poteſt ex ſe renun-
ciare. Quarta ratio eſt, quia quod eſt de
facto negat quæſtionē de poſſibili, ſed de
5 facto hoc facit *Gregorius XII. vt in Pla-*
tina de vita Pontificum, cuius procurator
ad renunciandum fuit Angelus Coraſius,
vt *Concilio Conſtantinop. ſeſſ. 14.* ergo
poteſt Papa, vel per ſe, vel per alium re-
nunciare.

Collige ex hoc §. ex illis verbis (hæſi-
6 tationis cuiuslibet volens occaſionem
amputare) quod legiſlator debet præui-
dere quemlibet euentum futurum, & pro-
uidere de remedio, vt in Concilio Late-
ranenſi ſub *Innocentio Tertio Can. 13.*

In §. Poteſt autem.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtica perſona debent eſſe ſtabiles, non leues.*
2 *Procurator in matrimonio carnali, ſi fuerit reuocatus matrimonium per ipſum contractum, non valet.*
3 *Procurator in matrimonio ſpirituali, ſi fuerit reuocatus, ſi reuocatio non peruenerit ad notitiam, valet geſtum ab illo.*
4 *conſtitutus ad certum tempus nihil firmi agit tempore tali elapſo.*

1 HIc habetur, quod perſonæ eccle-
ſiaſticæ debent eſſe ſtabiles, non
leues, vt expreſsè *in Clementina*
prima de renunciatione; vnde
infertur, quod in pœnam contrauentio-
nis huius Clementinæ, qui fecit procura-
torem ad renunciandum, ſi ipſum reuo-
cet non data ei notitia ante renunciatio-
nem, valet renunciatio facta, vt *in dicta*
Clementina, & in præſenti §.

Nota hic pro procuratoribus duo. Pri-
2 mum eſt, quod in hoc differt procurator
in matrimonio carnali à procuratore pro
matrimonio ſpirituali; nam procurator
3 pro matrimonio carnali, ſi fuerit reuoca-
tus etiam inſcius, ſi de facto contrahat,
nullum eſt matrimonium, *cap. fin. de pro-*
curatoribus in 6. non ſic autem pro ma-
4 trimonio ſpirituali, vt diximus. Secundū
erat notabile, quod procurator conſtitu-
tus ad certum tempus nihil firmi agit ta-
li tempore elapſo, *glo. hic verbo liberè*;
vnde debet ſaltem intercedere ratihabi-
tio ipſius principalis mandantis, *gloſſa*
verbo facienda, *&* *expreſsè in dicta Cle-*
mentina vnica.

In §. Aliud iuris eſt.

SVMMARIVM.

1 *Renunciandi licentia impetrata prælati ſunt compellendi renunciare.*
2 *Renunciatio quare poſſit reuocari, cum per procuratorem eſt facienda, non ſic quando licentia fuerit impetrata.*

1 IN beneficiatis, & alijs prælatis non
ſic erit dicendum, ſi petierint licen-
tiam ad renunciandum, & deinde
noluerint renunciare; habetur enim hic,
quod

quod compellendi ſunt renunciare, & *glo. verbo compellendos* dat rationem, ne ſcilicet Papa illudatur, qui licentiam conceſſit, tum quia amplius diſplicere non debet, quod ſemel placuit, notat pro nobis *glo. in cap quidam de renunciatione.*

Quæres quænam ſit ratio diſparitatis,
2 cur ſcilicet poſſit reuocari procurator conſtitutus ad renunciandum, & tamen qui petijt veniam ad renunciandum non poſſir illa non vti.

Reſpondetur diſparitatem eſſe, nam is, qui petijt veniam ad renunciandum, & habuit à ſuperiore conſenſum, habet actum perfectum quoad id, quod ſpectat ad ſuperiorem meritò non debt illius
2 poteſtatem eludere, & notat etiam *gloſſ.* hic, quod idem ſit petere veniam ad renunciandum, ac renunciare, quantum ſpectat ad ſuperiorem; procurator verò in totum, & per totum dependet à principali: ergo reintegra reuocari poteſt.

DE DEPOSITIONE,

ET DEGRADATIONE

TITVLVS DECIMVSNONVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Degradatio quid ſit?*
3 *in quid differat à depoſitione.*

1 VLTIMVS modus, quo ceſſat poteſtas, & dignitas eſt depoſitio, & degradatio merito, &c. ad cuius intelligentiam, aduerte, quod degradare eſt deponere
2 ab ordine, vel dignitate in perpetuum, ſic notat *Timotheus* hic, & promiſcuè accipi ſolent, deponere, & degradare, vt aduertit *Abbas in capitulo ad audientiam de crimine falſi*; ſed realiter
3 differunt. Simplex enim depoſitio ſpectat ad dignitatem; degradatio verò ad ordinem. Item depoſitio verbalis tantum non eximit depoſitum à poteſtate iudicis eccleſiaſtici; degradationem verò ſequitur conſignatio curiæ ſeculari cum proteſtatione, quod puniatur conſignatum citra pœnam ſanguinis, *Speculator in §. 2. verſ vel dici poteſt, tit. de accuſat. & in §. Clericus igitur hoc eod. tit. idem habetur.*

In §. Per degradationem cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Degradatio definitur, & eius ſimilitudo traditur.*
2 *actiua qualiter differat à depoſitione paſſiua.*
3 *Percutiens clericum degradatum eſt excommunicatus.*
4 *Percutiens decurionem in odium prateritæ dignitatis punitur.*
5 *Sacerdos degradatus celebrans conficit.*
6 *Detrudendi perpetuo in carcerem antiquitus degradabantur.*
7 *Degradatus in ſacris tenetur recit re officium, nec dicere debet Dominus vobiſcum, nu. 9.*
8 *Delictum non inducit impunitatem ab onere.*
10 *Clericus in minoribus degradatus non tenetur ad recitationem officij ratione beneficij.*
11 *Degradatio duplex eſt.*
12 *verbalis qualis ſit?*
13 *Depoſitio Epiſcoporum quæ requirat?*
14 *Degradatio actualis quæ ſit?*
15 *qualiter fiat?*
16 *debet eſſe de quolibet ordine.*

VIdebimus hic primò, quid ſit degradatio; ſecundò quotuplex; tertiò quomodo fiat.

Circa primum aduerte primò
1 definitionem degradationis ex *Timotheo* ſupra poſitam, & deſcribitur, quod ſit de gradu deiecti inſtituta ad ſimilitudinem degradationis militis armatæ militiæ, cui tam militaris ordo, quam etiam inſignia ob defectum detrahuntur, vt habetur ex §. 1. hic. Differt autem degradatio hæc
2 paſſiua à depoſitione actiua, quia hæc eſt potius renunciatio, & requirit cauſam, paſſiua verò eſt voluntaria, quo ad actum ſupponit antem crimen, vt *per glo. hic in principio*, & delictum voluntarium eſt, alias non eſſet culpabile, *S. Doctor* 1, 2. *q.* 6 *per totam.*

Aduerte ſecundò, quod degradati à
3 militia armata differunt à degradatis à militia ſpiritnali, nam illi nullum ius retinent impoſterum, ſecus autem eccleſiaſtici; vnde ſi quis percutiet clericum etiam degradatum, eſt excommunicatus, quia degradatio non tollit ordinem, vt diffusè *per gloſſ. in cap. accedens diſt.* 50. *verbo presbyteri, & cap. oſtendatur de*

con-

Google

*conſecratione diſt.*4. ſicut etiam qui percutit Decurionem in odium preteritæ dignitatis punitur, *l. vltima, ff. de decurioni-*
4 *bus*, & ſacerdos degradatus celebrans
5 conficit, ſic *Theologi communiter ex cap. ſi quis presbyter de clerico excommunicato, &c. vbi glo. verbo degradatus ex cap. neque prima q.1. cap. quod quidam cauſa, & q. cit. cap. licet* 22. *q.* 7. Item olim
6 qui perpetuo detrudendus erat in carceribus, debebat prius degradari, vt ex *conſtitutione Vrbani Quarti*; Sed an teneatur recitare officium? Prima facilè videtur dicendum, quod non, ex *cap. qui ſentit*, quia dum hic non ſentit commodum ab Eccleſia, neque incommodum ſentire
7 debet. Dic tamen teneri ad recitationem officij; dummodo ſit in ſacris, quia remanet ratio characteris, vnde oriebatur obligatio, nec delictum inducit impunitatē ab omni onere, *cap. ſi neceſſe de donationibus inter l. relegatorum, ff. de interdictis, & relegatis*; tamen non debet dicere, Dominus vobiſcum; ſed potius debet
9 dicere vt priuatus, *Ioannes Andreas in cap. 1. de ſent. excomm. in 6. & Soccinus in cap. clerici, de clerico excommunicato, vel depoſito in 2. p. quinti decretalium.*
10 Non ſic autem ſi ſit in minoribus, & beneficiatus, quia dum amittit lucrum beneficij, debet etiam ceſſare onus acceſſorium.

Circa ſecundum duplex eſt degrada-
11 tio, ſcilicet verbalis, & actualis; verbalis eſt cum ab eo, qui auctoritatem habet aſſiſtente certo numero epiſcoporum depoſitionis fertur ſententia, ſic in §. *eſt*
12 *autem*; ſed videtur definita potius depoſitio epiſcoporum, in quorum depoſitione requiruntur duodecim Epiſcopi vltra Metropolitanum, *Innocentius in c. graui*
13 *de præbendis*; pro alijs verò ordinibus id limitatur *Trid. ſeſſ.* 13. *cap.* 3.

Actualis depoſitio, ſeu degradatio eſt
14 cum ab Epiſcopo deponitur ſacerdos, vel clericus ordine inuerſo, quo fuit promotus, & ſubſequitur vt plurimum conſignatio curiæ ſeculari.

Circa tertium, forma degradationis
15 conſtituitur à *Bonifacio in cap. degradatio de pœnis in 6.* Primò igitur debet legi ſententia cauſæ, propter quam quis degradatur, & ante eccleſiam paratur thalamus, in quo ponuntur duo ſcamna, vnū pro Epiſcopo, & eccleſiaſticis, aliud pro Iudice ſeculari, & eius aſſeſſoribus, & poteſt fieri etiam intus Eccleſiam, vt ſeruauit Neapoli Illuſtriſſimus Ricciullus intra Eccleſiam Patruum Oratorij, Secundò, degradandus induit veſtes ſui ordinis, & ſi ſit ſacerdos induit tunicam, dalmaticam, & caſulam, & ſumit calicem cum patena, & hoſtia in manibus, tanquam celebraturus, quæ omnia gradatim auferuntur cum aliquo improperio particulari, vt in Pontificali Romano. Tertiò, ablato calice, cum patena, & hoſtia abradūtur quatuor digiti nempe duo, pollices, & indices, eo quod indignè tetigerint Dominum, & poſtea ſucceſſiuè auferuntur omnia aliorum ordinum, liber euangeliorum, cereus, liber exorciſmorum, claues ſacrarij, &c. Quartò, auffertur ſuperpelliceum, & de capite abraditur corona, non enim fuit Rex, ſed ſeruus; alia ponit *Tartaglia in praxi criminali cap.* 14. *de ordine iudiciorum, & Follerius in eadem praxi folio* 272. *num.* 9. *& Archidiaconus in cap. epiſcopus* 11. *q.* 3. poſtquam autem epiſcopus aliquos capillos abſtulerit, Barbitonſor præſens ipſum abradit omnino Epiſcopo dicente, Te velut ingratum à ſorte Domini, ad quam vocatus fueras abijcimus, & coronam tui capitis realem quidem ſacerdotij ſignum de tuo capite amouemus propter tui regiminis prauitatem, &c. idem *Tartaglia loco cit.*

Notā denium, quod requiritur degra-
16 datio à quolibet ordine, & etiam à prima tonſura, alias nō intelligeretur ab illa depoſitus, quia depoſitus à maiori dignitate non eſt depoſitus à minori. *glo. in ſequenti § verbo minoribus, & Abb. in cap. veritatis de dolo, & contumacia.*

In §. Quod autem, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus confirmatus, & non conſecratus non poteſt degradare.*
2 *Degradatio fit pro varijs criminibus.*
3 *verbalis poteſt fieri per ſententiam Vicarij.*

1 PRobatur hic limitatio ſupra poſita, quod ſcilicet in degradatione à minoribus non requiritur aſſiſtentia Epiſcoporum, imo etiam quoad ſacerdotes degradandos limitatum eſt dictum per *Trid. loco cit.* Vnum tamen notabile eſt per *glo.* hic, quod ſcilicet non poteſt Epiſcopus confirmatus, & non cōſecratus degradare, ſic *Abb. & Doctores in cap. at ſi clerici de iudicijs*, quia Epi-
2 ſcopus confirmatus tantum non poteſt ordinare, ergo neque degradare. Cæterū non tantum pro crimine hæreſis, ſed

etiam pro alijs criminibus poteſt fieri de-
gradatio ab Epiſcopo, præſente Vicario,
Capitulo, & alijs perſonis ſingularibus
3 ſuæ diœceſis; degradatio autem verbalis
poteſt fieri à ſolo Vicario de licentia Epi-
ſcopi, *Trid. ſeſſ.13.cap.4.de reform.*

In §. Clericus igitur.

SVMMARIVM.

1 *Delictum vnicum poteſt duplici pœna puniri.*
2 *Degradatus traditur curiæ ſæculari puniendus extra pœnam ſanguinis.*
3 *Degradatio non facit clericum ſubditũ curiæ ſæculari.*
4 *Degradatus non ſemper traditur curiæ ſæculari.*
5 *euadens pœnam mortis non poteſt miniſtrare, ſi tamen de facto miniſtret conficit, & non eſt reordinandus, ſi Papa illi gratiam faceret.*

1 ADuerte hic primò, quod poteſt
aliquando vnicum delictum du-
plici pœna puniri, vt *in cap. de
his de accuſationibus*, ac proinde
2 poſtquam clericus fuit degradatus, tradi-
tur curiæ ſæculari puniendus cum pro-
teſtatione ſupra dicta, vt puniatur citra
pœnam ſanguinis, *cap. nouimus de verb.
ſignificatione*. Requiritur autem conſi-
gnatio, quia ſola degradatio non facit ip-
ſum ſubditum curiæ ſæculari, *Soccinus in*
3 *2.p. quinti decretalium in cap. ad falſa-
riorum de crimine falſi*, nec ſemper da-
4 tur curiæ ſæculari, ſed tantum quando cri-
minis immanitas id poſtulat, vel apparet
incorrigibilis, *idem Soccinus in cap. cle-
rici de clerico excommunicato, vel depoſi-
to num.*10

Aduerte ſecundò, quod ſi degradatus
5 euadat pœnam mortis à curia ſæculari
non poteſt miniſtrare de iure, ſi tamen
de facto miniſtrat conficit, quia poteſtas
ſacerdotis non dependet à bonitate vitæ
illius, ſed à charactere ordinis, quem
non amittit per degradationem; vnde ſi
degradato videretur auctoritas per Papã
hic non eſſet reordinandus, quia iam ha-
bet characterem ordinis, ſed tantum de-
beret reaſſumere veſtes, & res ſuorum
officiorum de manu Epiſcopi, *Archidiac.
in cap. quod ſit diſt. 2. de conſecr. Soc. in
c. clerici de clerico excommunicato, vel de-
poſito in 2 p. quinti decretalium nu.*16.

In §. Quod ſi cingulo.

SVMMARIVM.

1 *Degradatus noua accedente culpa poteſt ab Epiſcopo excommunicari.*
2 *Pœna rei minoratur, vel augetur, quã- do crimen minoratur, vel augetur.*

1 QVæ faciunt ad hunc paragraphũ
patet ex ſupra dictis; vnum ta-
men hic nota, quod degradatus
poterit etiã puniri ab Epiſcopo
noua pœna, vnde poterit etiã excõmuni-
cari, ſi noua culpa accedit, pœna enim
2 reiteratur, vel augetur, cum reiteratur,
vel augetur crimen, vt notat *glo.* hic.

DE SACERDOTIBVS IN INFERIORI GRADV CONSTITVTIS.

TITVLVS VIGESIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Sacerdotes in genere ſacerdotali nec à Pontifice differunt.*
3 *Sacerdotis etymologia.*
4 *Sacerdotes vocantur conſtituti in ſacris.*

1 VISVM eſt ſupra de ſa-
cerdotibus conſtitutis
in altiori gradu, con-
gruum erat videre de
ſacerdotibus ſimplici-
bus, merito, &c. Vnde
colligunt ſacerdotes ſe
in genere ſacerdotali, nec à Pontifice
differre, quia hic non habet maiorem au-
2 thoritatem ſupra reale corpus Chriſti,
quam quod habeant alij. Comprehendi
etiam poſſunt ſub hoc titulo, alij conſti-
3 tuti in ſacris, quia ſacerdos idem eſt ac
ſacra dans, *glo. in cap. cleros, verbo ſacer-*
4 *dos diſt.*21. & conſtituti in ſacris etiam
ſacra dant, & miniſtrant, tum quia alij
infra presbyteros dicuntur etiam ſacer-
dotes, vt ait *Soccinus in cap. cum inhibi-
tio de Clandeſtina deſponſatione in quar-
to decretalium*, de ipſis tamen infra ſub
ſuis titulis diſtinctim.

In

In §. Nunc deſcendamus, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotum figura qualis in teſtamento veteri.*
2 *Sacerdotes ſunt coadiutores Epiſcoporum,*
3 *Sacerdotes in ſuperiori gradu ſunt Epiſcopi.*
4 *alij ſunt noua legis, alij veteris.*
5 *alij ſunt noua legis conſecrati immediatè à Chriſto, alij ab Epiſcopis.*
6 *alij ſunt mala, alij bona vita.*
7 *debent eſſe ſancti, licet ex opere operati, ſceleſti etiam conficiunt.*
8 *ex opere operantis validiores preces fundunt boni, quam peccatores.*
9 *idoniores eligi debent pro confeſſionibus.*

PRo hoc paragrapho nihil occurrit præter ſupra dicta pro §. *non inelegatur.* Videbimus primò, quomodo fuerint figurati ſacerdotes. Secundò de diſtinctione eorum.

Circa primum, figuram ſacerdotum
1 habemus *Exodi 29.* vbi Dominus præcepit Moiſi, quod non tantum Aron, ſed etiam eius viri in ſacerdotes conſecrarentur; & *numerorum cap. 11.* vbi eidem præcepit, quod ex populo ſeptuaginta ſibi dicaret, quibus dedit Dominus eũdem ſpiritum, quo repleuerat Moiſen ad oſtendendum, quod ſacerdotes ſunt coadiuto-
2 res Epiſcoporum, & quod habent eandẽ poteſtatem ſacerdotalem cum ipſis; ſic oſtendit etiam Dominus in lege euangelica, vbi electis duodecim Apoſtolis, quibus correſpondent noſtri Epiſcopi deſtinauit alios ſeptuaginta duos diſcipulos, quibus noſtri ſacerdotes correſpondent, & miſit binos ante faciem ſuam prædicare verbum Dei, *Lucæ cap.* 10

Circa ſecundum, prima diuiſio eſt de
3 ſacerdotibus in altiori gradu, & ſunt Epiſcopi, qui & ſacerdotes appellantur, *cap. olim diſt.* 86. *cap clericos diſt.* 21. & de ſacerdotibus in inferiori gradu, vt ſunt ſimplices ſacerdotes, de quibus hic.

Secunda diuiſio eſt inter ſacerdotes
4 veteris, & nouæ legis, qui conueniunt etiam in aliquibus, *Abb. in cap. nouum de decimis*, & diffusè habetur *in diſt* 82. *per multa capitula*. Tertia deciſio eſt de ſa-
5 cerdotibus nouæ legis conſecratis immediatè à Chriſto, & ab Epiſcopis, & inter hos nulla eſt differentia, niſi extrinſeca: Cæterum Dominus eandem dedit auctoritatem Apoſtolis, & Epiſcopis ſucceſſo-
6 ribus. Quarta eſt diuiſio ſacerdotum malę, & bonæ vitæ, & ſacerdos ſanctus eligi de-
7 bet, licet enim ſacerdos degradatus, & excommunicatus etiam validè conficiat corpus Chriſti, vt *in cap. veſtra de cohabitatione clericorum, vel mulierum, & cap. ſi iuſtus fuerit* 1. *q.* 1. tamen ex opere
8 operantis valent plus preces iuſti, quam peccatoris; hunc enim Deus non exaudit, quia ſi is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, iratianimus ad vlteriora prouocatur, *cap. iudicet, & cap. in grauibus* 3. *q.* 7 *Soccinus in* 2. *p. quinti decretalium cap Deus qui de pœnitentijs, & remiſſionibus*, & idonior ſacerdos eligi debet pro confeſſione, *cap. qui vult. de pœnit diſt.* 6.

In §. Presbyterum autem.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes tenentur obedire epiſcopis.*
2 *Epiſcopus quomodo ſe gerere debeat cũ ſacerdotibus.*
3 *Sacerdotes nolentes obedire Epiſcopis dicuntur acefali.*
4 *habentes priuilegium à Pontifice tenentur illud oſtendere.*

ANtiquitus Epiſcopi ſe gerebant ad modum aliorum ſacerdorum, & habebant maiorem auctoritatẽ circa alios, non autem circa ſacerdotes, hodie verò creuit eorum poteſtas, vt Eccleſia Dei tranquillo ordine dirigatur, vt patet ex litera huius §.

Aduerte tamen hic primò, quod licet
1 iſta obedientia inceperit antiquitus de conſuetudine, hodie tamen eſt ex conſtitutione, *cap. presbyter diſt.* 95. *& ibi glo. verbo conſuetudine*, vnde hodie tenentur ſacerdotes obedire Epiſcopis, & iſti debent illos viciſſim pro fratribus habere, nec præcedere, ſed comitari, *cap. non oportet, & cap. eſto ſubiectus eadem diſt.*
2 vbi debent ſe ad inuicem honorare, & debet Epiſcopus ſe gerere vt collega presbyterorum, *cap. epiſcopi eadem diſtinct.* memor ſe eſſe illorum conſocium, *cap. epiſcopus in eccleſia diſt cit.*

Aduerte ſecundò, quod qui nolunt o-
3 bedire Epiſcopis dicuntur acefali, hoc eſt ſine capite, *cap. qui ſuis diſt.* 63. & ſunt eijciendi ab Eccleſia, *cap.* 2. *de parochis, & alienis parochianis*; qui verò habent

4 priuilegium à pontifice, tenentur illud oſtendere alias coguntur Epiſcopo obedire, & in ſubſidium excommunicantur, *cap. qui verò 16. q. 1.*

In §. Presbyteri.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes ſub presbyteri vocabulo dicuntur ſeniores.*

2 *in qua ætate poſſint eſſe.*

1 SIc dicuntur ſacerdores quaſi ex populo ſeniores, & aduertit *Timoth.* hic; intellige tamen quoad mores, nam certum eſt *ex Trid* ſufficere pro presbyt:rio ætatem vigintiquinque annorum, licer vigeſimus q .intus ſit inceptus; vnde dicitur *Sapientiæ 4.* ætas ſenectutis vita immaculata: ſenectus enim
2 venerabi'is eſt, non annorum numero computata, *cap quiſquis, §. presbyterorũ, & cap. porro diſt.* 84. Vnde eſt, quod c :m multi in leg: ve'eri ſa'is vixerint, ſolus autem Abraham dictus eſt presbyter ratione morum, & prudentiæ; nam quoad ætatem plures habuit maio:es, *gloſſa hic verbo canitiem.*

In §. Epiſcopi igitur, vſque ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos poteſt conficere corpus Chriſti, baptizare, abſoluere, &c.*

2 *quamuis malus poteſt v:i priuilegio clericali.*

3 *habet poteſtatem circa pœnitentias, & canones pœnitentiales.*

4 *poteſt admittere laicos ad officium pſalmiſtatus.*

5 *poteſt excommunicare.*

6 *Dei nomine inſignitur.*

7 *poteſt abſoluere à qualibet excommunicatione.*

8 *poteſt de licentia Epiſcopi virgines Deo dicare.*

9 *non poteſt pluries in die celebrare.*

10 *in quibus caſibus poſſit pluries celebrare?*

11 *non poteſt celebrare ſine miniſtro; & in quo caſu poſſit? num. 13.*

12 *Conſuetudo ponit legem.*

14 *Actum facienti ex voluntate, non ex neceſſitate lex non ſubuenit.*

15 *Fœmina non poteſt eſſe miniſtra in miſſa, neque in caſu neceſſitatis.*

16 *Sacerdos non poteſt aliquid ex pacto accipere pro diuinis, ſed tantum pro laboribus.*

17 *non poteſt celebrare in loco non ſacro ſub pœna peccati mortalis.*

18 *neque in altari non lapideo.*

19 *neque ſine miſſali.*

20 *Memoria hominum labilis eſt.*

21 *Sacerdos non poteſt Eccleſia, conſecrare, & chriſma conficere.*

22 *tenetur ſeruare puritatem, & caſtitatem.*

23 *tenetur ad doctrinam, & libros vanos fugere.*

24 *tenetur celebrare aliquoties in anno.*

25 *Parochus tenetur ſemper celebrare, vel ſupplere per alium.*

VIdebimus hic primò, quid poſſit ſacerdos. Secundò, quid non poſſit. Tertiò, ad quid teneatur.

Circa primum, omiſſis communiori-
1 bus, puta conficere corpus Chriſti baptizare, abſoluere, &c. Poteſt primò vri quolibet priuilegio clericali, etiam ſi ſit ma-
2 lus ſacerdos, & hoc rarione impreſſi characteris, *glo. in cap. D:minus noſter diſt. 93. verbo ſacrilegium, & cap. ſacerdoti-*
3 *bus* 11. *q.* 1. Secundò, circa pœnitentias; & Canones pœnitentiales haber plenam poteſtatem, *cap. de his diſt* 50. *vbi glo. & cap tempora* 26 *q.* 7. Tertiò, poteſt ad-
4 mittere laicos ad officium pſalmiſtatus, ſed per hoc non gauderet l:icus priuilegio eccleſiaſtico, niſi ab Epiſcopo accipiatur in talem, & deſtinetur ſer :itio Eccleſiæ, *cap. pſalmiſta diſt.* 23. Quartò po-
5 teſt excommunicate, *glo. in cap miramur 24 q 1. § his auctoritatibus, verbo cum ergo, cap nemo 2. q. 1 cap cum ab eccleſiarum de offi:io ordinarÿ.* Quinrò, ta .ta
6 eſt ſacerdotis poteſtas, vt ſacerdotes Dij vocentur, *Soccinus in cap. cum ex iniuncto nu. 10. nu. 8. in quinto decretalium.*
7 Sextò, poteſt abſoluere a qualibet excõmunicatione, ſtante legitimo impedimẽto, *Soccinus :n cap. nuper de ſententia excommu. in 2. p. quinti de:retalium nu.* 14. & vidimus ſeruatũ à maximis Theologis Societatis Ieſu (e iam pro caſibus Papæ reſeruatis) circa milites, qui eranr
8 diſceſſuri mi:itiæ cauſa. Seprimò, poteſt de licenti: Epiſcopi virgines Deo dicare, vt §. *Epiſcopi hic*, poteſt & alia, de quibus infra ſuis locis.

Circa ſecundum, licet poſſit conficere
9 corp :s Chriſti, tamen non poteſt pl:ries in die celebrare ſine ſpeciali priuilegio, *cap.*

Digitized by Google

cap. ſuffi it de conſe diſt. 1. cap. conſuluiſti & cap. te referente de celebratione miſſarum, Genuenſis in praxi cap. 77. num 2.

Limitant tamen aliqui, ſi eſſet dandũ
10 viaticum infirmo, & non adeſſet particula conſecrata, ſic *Maioronus in 4 diſt. 9 q. 3. ad tertium, Toletus in ſumma lib. 1. cap. 3. num 7* Alij contrarium ten nt, ſic *Gabriel q. 2. a. 5. Victoria in ſumma num. 83. Paludanus ibidem diſt. 8. queſt. 2 num. 9. Nauarrus in manuali cap. 21. nu. 53. & Suarez tomo 3. diſput. 66. ſect. 5.* poſſet tamen prima opinio ſuſtineri, ſi ſacerdos non ſ mſiſſet purificationem. *Squillante de obligationibus clericorum parte 2 num. 20. limitatione 2.*

Secundò, nõ poteſt ſacerdos celebrare
11 ſine miniſtro, & hoc ratione conſuetudi
12 nis Eccleſiæ, quæ ponit legem, *l. minimè, & l. ſine interpretatione, ff. de legibus.*

Limitatur tamen hoc, ſi ex caſu for-
13 tuito non haberet miniſtrum, & eſſet magnum feſtum, vel eſſet dandum viaticum, ad quod eſſet conſeruanda particula; tunc enim niſi habeat miniſtrum, poteſt ipſem t celebrare, & reſpondere, *glo. in cap hoc quoque d: conſecratione q. q. 1. Durandus lib. 2 de ritibus cap. 25. Azzorius lib 10 inſtitutio um moraliũ cap. 29. q 3. Sotus, & alij.* Intellige dum-
14 modo no, voluntariè priuat ſe ſocio, puta in heremita, v. g. quia hic non facit actum ex n. ceſſitate, ſed ex voluntate, cui lex non ſubuenit, *Suarez tom. 3. diſta 87. ſect. 1.*

Sed quid ſi adeſſet aliqua fœmina, an poſſet ipſa mi..iſtrare.

Reſpondetur negatiuè, & prohibitio-
15 nem habemus expreſſam *in c. 1. de cohabitatione cler corum, & mulierum*; eſt enim ſatis indecens, & euirandum conſortium ipſarum, *Suarez loco cit. tom. 3.*

Tertiò, nec poteſt aliquid ſumere ex
16 pacto pro diuinis, niſi tantum pro laboribus; imò hoc debet habere in intentione, vt ſum r pro laboribus, non autem pro ſpiritualibus, *Innocent. in quinto decretalium. cap. quoniam enormis, ne prælati vices ſuas num 3. & 4.*

Quartò, non poteſt celebrare in loco
17 non ſacro, *Trid. ſeſſ. 22 in decreto de obſeruandis in celebratione miſſarum, Nau.*
18 *cap. 25. num. 81.* & ſi ſecus faciat, peccat mortaliter. Idem dic de alt ri lapideo, *Azzorius lib. 10. quæſtionum moralium*
19 *cap. 27. q. 1.* Item nec poteſt celebrare ſine miſſali, licet Canonem ſciret, quia me-
20 moria labilis eſt, *l. 1. C. de veteri iure enucleando, Nau. cap. 25. num 84.*

Quintò non poteſt conſecrare Eccle-
21 ſias, reconciliare, conficere ſacrũ Chriſma, vt hic *in §. fin.* neque id licuit antiquitus, quando ſacerdotes erant æquales Epiſcopis; nam id proeedebat quoad extrinſeca, ſecus autem quoad poteſtatẽ ordinis; hæc enim ſemper fuit maior in Epiſcopis, *Timotheus in dicto §. fin. ex Sancto Doctore 2. 2. q. 184. & ex D. Auguſtino lib. 1. de hæreſi.*

Circa tertium, tenentur ad multa, &
22 primò, ſeruare puritatem, ſancta enim ſanctè fieri debent; imò nunquam ipſis fuit licitum coniungi (licet diſpenſetur pro Græcis, vt infra) ait enim *Paulus*, ab vxoribus eſt ceſſandum, vt expeditius orationi vacemus, *cap. ante triennium, ca. ſacerdotibus, cap. epiſcopos, & ferè per totam. diſtin. 31.* vbi etiam leuitis id præcipitur.

Secu dò, tenentur ad doctrinam, ait
23 enim Dominus per *Malachiam*: Labia ſacerdotis cuſtodiant ſcie tiam, & legem requirent de ore eius. & Dominus ſacerdo ibus loquens, dicebat: Vos eſtis ſal terræ, ſiue ſapientia, qua condiendi ſunt populi, vt ait *Ambroſius*, & lux, qua mundi tenebræ illuſtrantur. Idem commendatur quam maximè *in diſt. 36. per totam, & in cap. epiſcopos, & cap. ſacerdotis* repreh nduntur vacantes libris vanis. Imò *in cap. legimus diſt. 37.* habetur, quod *Diuus Hieronymus* verberabatur ab Angelo eo quia libros Ciceronianos legebat, & *in cap. non omnis eadem diſt.* nõ excuſat r à pœna ſacerdos ignorans, multa ponit *Diuus Gregorius homilia 17. in cap. 10. Lucæ, & Trid ſeſſ. 23 de refor. cap. 14. cap. 5. diſt. 51.*

Tertiò, tenentur celebrare aliquoties
24 in anno, puta præcipuis feſtiuis diebus, ſi non ſit impedimentum, alios fruſtra accepiſſ nt poteſtatem, & characterem, *Sanctus Doctor 3. p. q. 82. ar. 11. Riccardus in quarto diſt 13. q. 2. ar. 2. Silueſter verbo miſſa q. 7. ver. 4. Nauarr. in manuali loco cit. num. 88.* vnde ſaltem ter in anno celebrare tenetur, ali s peccat mor aliter, idem *Nauarr. loco cit. & Toletus in ſumma lib. 1. cap. 3.* Parochus autem tenetur
25 ſemper c lebrare, maximè quando fid les tenentur audire ſacrum, vel debet à iũ in ſuum locum ſubſtituere, *Toletus loco cit. & videbimus infra de ſacrificio miſſæ.*

De

Digitized by Google

DE HIS, QVI IN SACRIS SVNT CONSTITVTI

TITVLVS VIGESIMVS PRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Diaconus quis ſit?*
3 *Minor maiori deſeruire debet.*
4 *Dignitatis ratione maior ætate, tenetur ſeruire minori.*
5 *Diaconus poteſt abſente ſacerdote ex officio baptizare.*
6 *poteſt prædicare.*
7 *tenetur ad caſtitatem.*
8 *multa ſeruare debet.*

1 SACERDOTIBVS immediatè ſuccedũt
miniſtri in ſacris, mediatè verò clerici in
minoribus; cum igitur viderimus iam de
ſacerdotibus, congruum erat hic videre de miniſtris in ſacris, ad cuius tituli,
& duorum paragraphorum intelligentiã.
Videbimus primò, quid ſit Diaconus.
Secundò, quid poſſit. Tertiò, ad quid
teneatur.

Circa primum, Diaconus eſt ſacerdo-
2 tis immediatus miniſter, ſic *Antonius, Timotheus hic*. Dicitur autem miniſter
loco generis, in quo conuenit tam cum
ſubdiacono, quam cum alijs clericis. Dicitur immediatus loco differentiæ, per
3 hoc enim ipſe differt ab omni alio miniſtro, dum primus aſſiſtit ſacerdoti, & hoc
dictat ipſa ratio, vt minor maiori deſeruiat, *cap. eſt ordo 33. p. 5.*

Aduerte etiam, quod ſi Diaconus ſit
4 in maiori ætate, quam quod ſit ſacerdos,
adhuc Diaconus tenetur colere ſacerdotem, & ei miniſtrare; ſolet enim Dominus
præcipere, vt qui maior eſt ætate deſeruiat minori ratione dignitatis, vt fecit
Eſau Iacob, *gloſſ. in dicto cap. eſt ordo, verbo minor.*

Circa ſecundum, poteſt Diaconus pri-
5 mo baptizare abſente ſacerdote, dummodo neceſſitas id expoſtulet, & in tali
baptiſmo non tantum miniſtrat, vt poteſt
facere quilibet alius in caſu neceſſitatis,
ſed facit iure ſuo, *vt hic. & in cap. præſente diſt. 93.* Secundò, poteſt ex commiſ-
6 ſione Epiſcopi prædicare, & de hoc ei datur facultas, dum in ordinatione ei dicitur ab Epiſcopo, cogitate magnopere
ad quantum gradum aſcenditis; Diaconũ
enim oportet miniſtrare ad altare, baptizare, & prædicare: Idem habetur hic in
§. 1. *in fine*. Alia de poteſtate Diaconi
vidimus ſupra *in tit. de officio Archidiaconi*.

Circa tertium patent multa, etiam ex
7 dictis in *eodem tit.* hic tamen add:, quod
tenentur ad caſtitatem ſeruandam, vnde
Diaconis fuit ſemper interdictum coniugium, & vſus eius, vt ait *Vrbanus II in cap. eos qui diſt. 32.* & Dominus, mundamini qui fertis vaſa Domini. Item
8 *Paulus prima ad Timoth. cap. 3. num. 8.*
ait, Diaconos ſimiliter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non
turpe lucrum ſectantes, habentes miſterium fidei in conſcientia pura, &c. vnde
nota ly bilingues; nam cum Diaconi lingua proferant Euangelium, non debent
poſtea verbis, vel factis contradicere, ſed
debent eſſe velut lucernæ ardentes in caliginoſo loco, vt ſcilicet lumen prodeat
ex propria aduſtione.

In §. Subdiaconos, cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconatus ordo ſacer eſt.*
2 *Subdiaconi fuerunt à primitiua Eccleſia.*
3 *Subdiaconi officium qnale ſit?*
4 *Ordines ſacri obligant ad caſtitatem, ex vi voti ſolemnis in ipſa ſuſceptione incluſi.*
5 *Subdiaconi tenentur ad recitationem diuini officij.*
6 *Cæcus, & ſurdus tenentur ad recitationem officij, ille ſi ſciat memoriter, hic ſi poteſt dicere ſine ſocio, alias non tenentur.*
7 *Infirmus grauiter neque tenetur ad recitationem officij.*
8 *Eccleſia non vult magnum detrimentũ inferre ſuis filijs.*
9 *Medici dicto ſtandum de leuitate, vel grauitate infirmitatis.*
10 *Officij recitationem quæ aliæ cauſæ excuſent.*
11 *Officium non potens recitare, neque tenetur ad partem.*
12 *Subdiaconus tenetur ad recitationem officij ab illa hora, qua ſuſcepit ordinem.*

13 *In-*

13 *Infirmus neque alias preces recitare tenetur pro officio.*
14 *Ordinatus per vim, & metum, non tenetur ad recitationem officij, niſi ordinem ratificet.*
15 *Attentio præter prolationem extrinſecam requiritur in recitatione officij.*
16 *Eccleſia licet non poſſit præcipere actum internum, tamen illum vnitum externo præcipit.*
17 *Attentio actualis requiritur in recitatione, ſed ſufficit virtualis.*
18 *Diſtractio inuoluntaria non facit quin recitans non ſatisfaciat.*
19 *Officium poteſt recitari alias actiones faciendo.*
20 *recitans abſque intentione ſatisfaciendi, ſatisfacit, peccat tamen mortaliter.*
21 *qua voce recitandum?*
22 *Ordo non eſt de eſſentia officij.*
23 *Ordinem officij inuertens ſine cauſa, peccat venialiter, ſecum cauſa, nullatenus peccat, ſi autem propter contemptum, peccat mortaliter.*
24 *Interruptio in officio conſiderabilis qualis ſit?*
25 *Officium pro officio non poteſt recitari.*
26 *recitans ex errore, non peccat mortaliter.*
27 *Officium totum vnius diei omittens, vnum peccatum mortale cõmittit.*

1 ADuerte primò, ordinem ſubdiaconatus eſſe vnum ex ſacris, licet antiquitus de hoc dubitaretur, vt in S. *ſubdiaconos*, ceſſat tamen dubium, conſideranti ſubdiaconos fuiſſe etiam à primitiua Eccleſia, *cap. E-*
2 *piſcopus diſt.35.q.1.& fin. diſt. 25.* Eſt autem eius officium miniſtrare ſacerdoti mediante Diacono, vt patet ex ipſa voce ſubdiaconus, ſic explicat *Timotheus hic*;
3 poteſt autem miniſtrare vaſa ſacra nuda manu, & dum hæc dat Epiſcopus tangenda in ordinatione ſubdiaconi ait: Videte cuius miniſterium vobis traditur; ideo vos admoneo, vt ita vos exhibeatis, vt Deo placere poſſitis.

Aduerte ſecundò, quod caſtitas, quæ
4 annexa ſacris ordinibus eſt voti ſolemnis ex conſtitutione Eccleſiæ, quæ vult, vt per ſuſceptionem ſacrorũ ordinum quis illomet actu ſuſceptionis intercedente pro voluntario expreſſo, obligetur Deo ad obſeruantiam caſtitatis; vnde licet videatur potius caſtitas obſeruanda ex præcepto Eccleſiæ, tamen non ita ſe habet, ſed videtur potius pactio inter Eccleſiam, & ordinatum, itaut videatur Eccleſiam pactum apponere in traditione dictorum ordinum, vt aduertit *gl. in cap nullum diſt.28.* meritò qui ordinem accipit caſtitatem etiam promittit, & *in eodem cap. præcipitur caſtitas ſubdiaconis*; idem habetur *in cap. decernimus, & cap. de ijs eadem diſt.*

Quartò, tenetur ſubdiaconus ad reci-
5 tationem diuini officij, colligitur ex *cap. presbyter diſt.91.* quod licet videatur loqui de ſacerdotibus, tamen antiqua conſuetudo Eccleſiæ, quæ habet vim legis id extendit etiam ad Diaconos, & Subdiaconos *Nauarrus in tract. de oratione cap. 7.num. 2. Azorius lib. 5. inſtitutionum moralium cap.5.q.1. Leſſius de iuſtit. & iure lib.1.cap.37.dub.9. num. 45.* Huius igitur occaſione aliqua hic colliges moralia circa obligationem recitandi officiũ. Ideo

Quæres primò, an cæcus, qui memo-
6 ria ſcit officium, vel poteſt commodè cũ ſocio recitare, teneatur ad hoc.

Reſpondetur affirmatiuè, ita *Nauarr. de oratione cap.11. Graffius lib.2. deciſionum cap.55. num.4. Azorius lib.10. inſtitutionum moralium cap. 13.q.9.* Idem dic de ſurdo, dummodo tamen videat, ſi autem non poſſet recitare, niſi ſimul cum ſocio non teneretur ad hoc, quia eſt magnum grauamen illa vociferatio ſocij, *Suarez tomo 2. de religione lib.4. cap.27. num.17.*

Quæres ſecundò, an infirmus teneatur recitare officium.

Reſpondetur, quod vel infirmus eſt
7 grauis, vt nimius dolor capitis, vel vexatio corporis & tunc excuſatur, colligitur ex *cap. clericis victum diſt.91. & cap. ad audientiam de clerico non reſidente*, ex
8 quibus iuribus habemus, quod Eccleſia non vult magnum damnum inferri ſuis
9 filijs. Vel infirmus eſt leuis, & tenetur ad hoc: at pro grauitate, vel leuitate infirmitatis poterit ſtare dicto medici, ſicut etiam in materia ieiunij, *Silueſter verbo hora q.4. Azorius lib.10. inſtitutionum moralium loco cit.* Item neque tenetur
10 quis ratione grauis occupationis, quæ naſcitur, vel ex vrgenti neceſſitate, vel ex metu mortis, vel ſi amiſerit librum officij inculpabiliter, & non habet deinde vnde emat, *Nauarrus loco cit. cap.11 num.34. Azorius q.15. 16.& 19. Toletus lib.2 cap.14.n.5.*

Quæres tertiò, an qui non poteſt recitare totum officium teneatur ad partem.

Reſpondetur negatiuè, niſi clarè appareat

11 pareat poſſe illam partem recitare, ita *Garzias 3. p. cap. 4. num. 116.* nec obſtat, quod non teneatur ad alias horas, quia obligatio vnius horæ non retrotrahitur ad tempus alterius. *Azor. loco cit. q. 16.*
12 ſicut in eo, qui ordinatur ſubdiaconus: incipit enim obligatio ad recitandum officium ab hora ordinis ſubdiaconatus.

Cæterum non tenetur infirmus recitare preces, vel aliud pro officio, *Siluester*
13 *verbo hora q. 4. Azor q. 18. loco cit. & Suarez cap. 27. num. 29.*

Quæres quartò, quid ſi quis fuerit ordinatus per vim, & metum, dummodo non ratificauerit ordinem, nec tacitè, nec expreſsè, an teneatur ad recitationem diuini officij.

Reſpondetur negatiuè, & ratio eſt,
14 quia inuoluntariè aſſumit ordinem: ergo ad nihil tenetur, *cap. maiores, §. finali de baptiſmo, & eius effectibus, & Squillãte de obligationibus clericorum parte prima num. 8.* ſi autem poſtea ratificet ordinem ſuſceptum, tunc tenetur ad recitationem, ſic *Sanch. disp. 29. num. 7. & 9.*

Quæres quintò, quænam attentio requiratur in recitatione diuini officij?

Reſpondent in hac re varij varia. Dic
15 tamen, præter prolationem extrinſecam requiri etiam, quod recitans attendat huic recitationi, ita vt ſciat ſe voce proferre: licet enim Eccleſia non poſſet præcipere actum internum, vt vult *Medina de oratione q. 16. & Sanctus Antoninus 3. p. tit. 13. cap. 4.* tamen poteſt præcipere
16 actum internum, vt vnitum cum actu exteriore, cum hæc attentio interior, ſit forma exterioris. Hanc opinionem tuentur *Doctores communiter, quorum caput eſt S. D. 4. diſt. 15. q. 4. art. 2. quæſtiuncula 4. Nauarrus de oratione c. 13. num. 19. Sotus de iuſtit. & iure lib. 10. q. 5. art. 5. concl. 7. Suarez tomo 2. de religione lib. 4. cap. 26. num. 3. & tomo 5. disputat. 4. ſect. 2. num. 25. Lessius de iuſtit. & iure lib. 2. cap. 37. dub. 11. num. 64. Garzias tomo 1. parte 3. cap. 1. num. 183.* Requi-
17 ritur igitur actualis intentio, ſed ſufficit virtualis, quod ſcilicet ſi quis, dum recitet interrogetur, quid faciat? poſſit reſpondere ſe dicere officium. Idem eſt, ſi habuerit intentionem recitandi officium, dum accepit breuiarium, tunc ſi poſtea
18 ſuperueniat inuoluntaria diſtractio, benè ſatisfacit, nec tenetur repetere, *Azorius lib. 10. inſtitutionum moralium cap. 12. q. 3. 6. & 12. Lessius loco cit. nu. 67. & 70.*

Ex hoc habes, quod ſi quis dum recitat officium, induit veſtes, lauat faciem, &
19 ſimilia facit, quæ non impediant animi attentionem, verè ſatisfacit, ita *Caietanus 2. 2. q. 83. art. 13.* vbi expreſsè. *Medina in ſumma lib. 1. cap. 14. §. 11. Sotus lib. 10. de iuſtitia, & iure quæſt. 5. art. 5. concl.* 86.

Quæres ſextò, ſi quis recitet officium abſque intentione ſatisfaciendi, & cum negatiua intentione oppoſita, puta ſi dicat, nolo ſatisfacere, an ſatisfaciat?

Reſpondetur affirmatiuè, dummodo
20 mutet illam voluntatem, etiam poſt recitatum officium, quia Eccleſia non præcipit finem rei, ſed ſubſtantiam, quam iſte verè adimpleuit, ſic *Valentia tomo 3. diſput. 6. q. 2. puncto 10 §. finali, Suarez tomo 3 diſp 88. ſect. 3. & tomo 1. de religione lib. 4. cap. 26. num.* 8. *Garzias de benef. tomo 1. par. 3. §. 1. num.* 198. imò hic cum *Valentia* tenet, illum ſatisfacere, etiam non retractata priori voluntate, peccaret tamen mortaliter, propter prauam voluntatem inobediendi Eccleſiæ.

Quæres ſeptimò, quæ vox ſit tenenda in recitatione officij?

Reſpondetur, quod ſi recitet ſolus, ſuf-
21 ficit ſi ſeipſum audiat, ſi autem recitat cũ ſocio, debet ita dicere, vt audiat ſocium, & audiatur ab illo, *Suarez de religione lib. 4. cap. 7. num. 2. Medina de oratione q. 7.* In Choro autem debet dici alta voce, vt audiatur à fidelibus, hic enim eſt finis Eccleſiæ in officio recitando in Choro.

Quæres octauò, an ordo ſit ſeruandus in officio? an peccat mortaliter qui ipſum inuertit?

Reſpondetur non eſſe eſſentia, & ad
22 ſummum eſſe peccatum veniale: eſt enim defectus circa accidens, non circa ſubſtantiam, *Siluester verbo hora q. 9.* ſecus
23 autem ſi eſſet propter contemptum, tunc enim peccaret mortaliter: imò ſi inuerteret ordinem rogatus à familiari, vel ſocio, vt ſecum recitet, vel ob aliam iuſtam cauſam, tunc neque peccaret venialiter. *Toletus in ſumma lib. 2. cap. 13. nu. 4. & Lessius de iuſtitia, & iure lib. 2. c. 37. dub. 12. num.* 80.

Nota etiam, quod ſi quis interrumpat
22 officium, etiam in medio pſalmi, per horam, vel circa, ſatisfacit etiam, quia vnuſquiſque verſiculus pſalmorum, habet ſuũ ſenſum diſtinctum ab alio verſiculo, *Lessius de iuſtitia, & iure lib. 2. c. 37. dub. 10. num.* 35. imò in recitatione matutini, etiam interruptio duarum horarum, inter pſalmum, & pſalmum, valeret ad ſatisfaciendum.

Quæres nonò, an officium pro officio valeat?

Reſpondetur negatiuè, & hoc ex bulla
23 Pij Quinti, quæ apponitur in principio

Bre-

Breuiarij, quia expreſſè præcipitur, officium recitandum ſub rubricis ibi appoſitis: ergo non eſt immutandus ordo, ſi tamen quis dixiſſet officium vnius Sancti pro alio, poterit repetere hymnos, v.gr. lectiones, & alia, quæ ſunt propria ipſius Sancti, & ſic ſatisfaciet, *Toletus in ſumma lib. 2. cap. 13. num. 6. Garzias tomo. 1. p. 3. cap. 1. num.* 126. imò ſi quis ex ignoran-
24 tia culpabili recitauerit officium vnius Sancti pro alio (dummodo ſit Sanctus, qui habeat officium) non peccat mortaliter, *Suarez tomo 2. de religione lib. 4. cap. 23. num.* 11.

Quæres vltimo, an omittens officium, tot peccata mortalia committat, quot ſunt horæ?

Reſpondetur negatiuè, ſed vnum tan-
25 tum peccatum committit, *Sylueſter in ſumma verbo hora q. 12. n. 15 & alij, licet Tabiena verbo hora, q.* 18. ſentiat contrarium. Alia multa de hac materia videbimus infra de præbendis.

In §. Sicut cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Maior ætas requiritur in eo, cui maiora committuntur.*
2 *Aetas non eſt de eſſentia ordinis, ſed tantum de neceſſitate præcepti.*
3 *Ordinatus in minori ætate recipit characterem, non tamen tenetur ad caſtitatem, neque ad recitandum officium.*
4 *Aetas poſita in ablatiuo ſufficit vt ſit incepta, in genitiuo requiritur, vt ſit completa.*
5 *Aetas ordinum minorum debet eſſe maior infantia.*

1 ADuerte primò, quod in eo, cui maiora committuntur, maior etiam ætas requiritur, ſic in præſenti §. noſtro, & *l quod vulgo, ff. ad Macedonianum*: in Subdiacono igitur minor ætas requiritur, quia ei minora
2 creduntur, ait enim *Silueſter* hic, quod ſi impubes, & carens perfecto iudicio ordinaretur in ſacris, reciperet characterem, quia ætas non eſt de eſſentia ordinis, ſed tantum de neceſſitate præcepti: hoc autem patet etiam à poſteriori, quia in diuerſis temporibus, diuerſa ætas fuit exigita pro ordinibus, *Tridentinum ſeſſ. 23. cap.* 12. ergo dum fuit mutata ætas, ſignū
3 eſt, quod non ſit de eſſentia; ea enim, quæ eſſentialia ſunt, mutari nequeunt. Verum tamen eſt, quod in tali ætate ordinatus non teneretur ad votum caſtitatis, neque ad recitandum officium, *Sanch. tomo 2. lib. 7. diſput. 13. nu.* 11. *&* 18. *Trid. ſeſſ. 25. cap. 18. de regularibus*, vbi ſtatuit ætatem ſexdecim annorum ad votum ſolemne caſtitatis: ergo ordinatus ante pubertatem, non tenetur ad tale votum ſolemne.

Aduerte ſecundò, quod ætas ſacrorum ordinum hodie eſt determinata per *Tridentinum*, & pro requiſito ætatis ſciendū
4 eſt, quod ſi dicatur v.g. qui non fuerit vigintiduo annorum, tunc debet compleuiſſe dictum annum, & ratio eſt, quia caſus genitiui importat poſſeſſionem, vt hæc domus eſt Petri, at ſi ponatur ætas in ablatiuo, tunc ſufficit attigiſſe talem ætatem, vt vigeſimo anno faciam hoc, ſemper enim poteſt dici vigeſimus annus ab inceptione illius, & ſufficit habere partem illius anni, quæ licet ſit minima, verificat tantum ſenſum legis, puta ſi quis ſtaret cum pede in Eccleſia, valeret dicere, eſt in Eccleſia, ſic explicat requiſitum ætatis *Bannes in l ſi is cui, ff. de legatis primo ex Ioanne de Lignano in Clementina gene-*
5 *ralem, de ætate, & qualitate, &c.* tem ætas minorum ordinum debet eſſe maior infantia, *cap. de alijs diſt* 28. *cap. nullus de tempore ordinandorum in* 6. Alia, quæ faciunt, ad §. *finalem* patent ex ſupradictis.

DE HIS, QVI SVNT IN MINORIBVS CONSTITVTI.

TITVLVS XXII.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Ordines minores quot ſint?*
3 *Prima tonſura non eſt ordo.*
4 *Ordines minores quādo fuere inſtituti?*
5 *quem finem habeant?*
6 *Clerici tenentur viuere caſtè, poſſunt tamen eſſe coniugati.*
7 *coniugati non poſſunt eſſe Vicarij, ſi autem ex diſpenſatione non poſſunt cognoſcere de cauſis criminalibus.*
8 *beneficiati tenentur deferre tonſuram.*
9 *impetrantes beneficium requirens ordinem, tenentur illum ſuſcipe-*

M re

re infra annum, & infra duos
menſes facere professionem fidei
coram Ordinario.
10 *exercentes ordinem non ſuum, peccant, niſi fecerint ex ignorantia.*

1 VISVM eſt ſupra de
conſtitutis in ſacris,
reſtabat videre de
clericis in minori-
bus, merito ponitur
præſens titulus, pro
quo videbimus pri-
mò, quot ſint mino-
res ordines. Secundò, quando inſtituti
(de eorum figura diximus ſupra de iure
patronatus). Tertiò, quid poſſint. Quar-
tò, ad quid teneantur.

Circa primum, minores ordines ſunt
2 quatuor, ſcilicet oſtiariatus, lectoratus,
exorciſtatus, & acolytatus, quibus, vt di-
ſpoſitio, præit pſalmiſtatus, ſeu prima ton-
ſura, vt notat *Abb. in cap. cum contingat.*
de ætate, & qualitate, & in fine dicti ca-
pituli habetur, per primam tonſuram,
iuxta formam Eccleſiæ datam, conferri
ordinem clericalem. Intellige tamen, vt
3 non ſit ordo in ſtricta ſignificatione, ſed
potius diſpoſitio, & ordinatio quædam,
quia dum alibi fit mentio de alijs ordi-
nibus, nihil dicitur de prima tonſura,
tum quia clericus in prima tonſura dici-
tur pſalmiſta, nec habet aliquam poteſta-
tem circa confectionem corporis Chriſti,
ſed eius officium eſt tantum canere, quod
antiquitus concedebatur etiam laicis, vt
ſupra diximus.

Circa ſecundum, acolytatus fuit inſti-
4 tutus, quando Dominus *Ioannis* 8. dixit:
Ego ſum lux mundi, qui ſequitur me, non
ambulat in tenebris. Exorciſtatus fuit
introductus, quando Dominus eiecit dæ-
monium mutum, dicens *Matthæi* 7. Ep-
pheta, quod eſt adaperire. Lectoratus
fuit inſtitutus, quando Dominus in me-
dio ſeniorum legit librum Iſaiæ prophe-
tæ, *Lucæ* 4. Oſtiariatus autem, quando
eiecit ementes, & vendentes de templo,
Matthæi 21. Omnibus autem his ordini-
bus, dedit Dominus continuationem, &
firmitatem in ſacerdotio, dum dixit in
cœna, Hoc facite in meam commemora-
tionem, *Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 3.*

Circa tertium, finis horum ordinum
5 (per quem deſignatur eorum poteſtas)
eſt, vt in Eccleſia Dei tranquillo ordine,
& hyerarchicè procedatur, debet enim
ad ſacrificium miſſæ peragendum prius
aperiri Eccleſia, vt fideles ingrediantur,
& expellantur indigni, & hoc ſpectat ad
oſtiarios, *cap. oſtiarius diſt. 23. & cap.*
cleros in fine diſt. 21. vbi etiam habetur,
quod oſtiarius eſt veluti ærarius rerum
Eccleſiæ. Aperta Eccleſia, ſunt inſtruen-
di fideles circa rudimenta rerum fidei, &
ſunt aperiendæ ſcripturæ; & hæc poſſunt,
& tenentur facere lectores, *cap. lector*
diſt. 23. & in cap. cleros, vbi dicitur, quod
lectores debent dicere populis, quid ſe-
quantur, hoc eſt quid credant. Sunt ali-
quando inter fideles energumeni, qui ſo-
lent inter ſacra vociferando impedire de-
uotionem aliorum, & ſuper Angelos ma-
los datur poteſtas exorciſtis, vt poſſint
illos reprimere, *cap. exorciſta diſt. 23.* Hinc
collige, quanta ſit excellentia ſancti ordi-
nis, vt homo ſuper Angelos ſubleuetur,
& Angeli propter peccatum homini ſub-
dantur. Dicuntur autem illi energumeni,
quod ſignificat deficientes in labore, vt
per *gloſſam in d. cap. exorciſta.* Poſt hæc
ſunt accendenda luminaria, vt ſacrum
fiat, ſunt præparanda vaſa, vrceola, &c. &
hoc facit acolytus, vt *in cap. acolytus diſt.*
citata; cum igitur ad ipſos ſpectet lumen,
debent ſe taliter gerere, vt populi eorum
opera videntes, & tanto lumine illuſtrati
glorificent patrem, &c.

Circa quartum, tenentur viuere caſtè,
6 poſſunt tamen coniugari, ſi velint, *toto*
titulo extra de clericis coniugatis; tamen
per matrimonium amittunt beneficia ec-
cleſiaſtica, ne ſanguine Chriſti malè vtan-
tur. Secundò, nec poſſunt eſſe Vicarij, ſi
7 ſint coniugati, *cap. 2. de clericis coniuga-*
tis, cap. 1. citato tit. in 6. Quod ſi ex di-
ſpenſatione ad id aſſumantur, interdicitur
ipſis cognitio cauſæ criminalis, *Abb in*
cap. 2. de iudicijs, vt neſciant laici quid
faciant clerici. Tertiò, ſi ſit clericus, be-
neficiatus, vel in ſacris, tenetur deferre
tonſuram, & habitum clericalem decen-
8 tem, *cap 2. 21. q. 4. cap. Ioannes de clericis*
coniugatis, cap. clerici il ſecondo, de vita,
& honeſtate clericorum, & ex conſtitu-
tione Pij V. cum ſacroſanctam, de habi-
tu, & tonſura deferendis per clericos.
clericus tamen beneficiatus in tantum te-
netur ad hoc, in quantum vult gaudere
priuilegio clericali, *cap. finali, de clericis*
coniugatis, Abbas, & alij ibidem, & Ge-
9 *nuenſis in praxi cap. 45.* Quartò, ſi impe-
trauerit aliquod beneficiũ, quod habeat
curam animarum, vel requirat perſonam
in ſacris, debet infra annum ad talem or-
dinem promoueri, *cap. commiſſa, de ele-*
ctione in 6. & Clementina, vt his qui, de
ætate, & qualitate, Tridentinum ſeſſ. 22.
cap. 4. de reformatione. Item poſt impe-
tratum tale beneficium curatũ, vel cano-
nica-

Digitized by Google

tum, debent infra duos menſes facere profeſſionem fidei coram ordinario, alias peccat mortaliter, quia *Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 12. de reformatione* ait (teneantur) quod verbum inducit peccatum mortale, *Silueſter verbo præceptum, nu. 2. Nauarrus in manuali cap. 23. num. 50. Abbas, & Felinus in cap. nam concupiſcentiam, de conſtitutionibus*: hoc autem ideo fit, vt fides magis firmetur in primaribus, & perſonis graduatis. Quintò de-
10 bet de ſuo ordine eſſe contentus, vnde ſi miniſtret in alio ordine, puta ſi canat epiſtolam cum manipulo, efficitur irregularis, & ſuſpenditur ab vltimo ordine ſuſcepto, *cap. 1. & 2. de clerico non ordinato miniſtrante*, niſi id faceret ignoranter, tunc enim excuſaretur à peccato, & ab irregularitate, *Silueſter verbo irregularis, num. 14.*

DE HIS, QVÆ SVNT communia, tam maiorum, quam minorum.

TITVLVS XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Reuerentia quid ſit?*
3 *cui debeatur?*
4 *Obedientia quid ſit?*
5 *Actus intellectus, & voluntatis ſoli Deo ſubijciuntur.*
6 *Eccleſia non poteſt præcipere intentionem finis poſitiuè.*
7 *Reuerentia ſuperioris eſt primus gradus obedientiæ.*
8 *Superioris mandatum, licet dubitetur de eius iuſtitia, vt iuſtum accipiendum eſt.*
9 *Superioris ſententia eſt obedienda prius quam faciat tranſitum in rem iudicatam.*
10 *Obediendum eſt ſuperiori præcipienti rem etiam vix tolerabilem.*
11 *Bonum proprium omittendum, vt obedientia ſatisfiat.*
12 *Superior præcipiens id, quod non facit ad ſuum officium, vel quid malũ, non eſt ab inferiore obediendus.*
13 *Obedientia melior eſt victima.*
14 *debetur Pontifici de neceſſitate ſalutis.*
15 *Subditus non poteſt præſcribere libertatẽ ſe ſubtrahendo à ſuperiore.*
16 *non poteſt punire ſuperiorem, licet delinquentem in ſuo territorio, in quo non eſt illi ſubditus.*
17 *Superior ſemper vt talis, & vbiuqe haberi debet.*
18 *debet eſſe amabilis.*
19 *non debet diſſimulare delicta ſubditorum.*
20 *tenetur defendere ſubditos à periculis.*
21 *debet præmiare præclare geſta à ſubditis.*
22 *debet reſidere in loco ſui regiminis magis commodo ad regendum.*

1 IN §. *finali præcedẽtis tituli* ponitur continuatio; dicitur enim ibi, quod poſtquam viderimus in ſuperiore de his, quæ ſpectant ad clericos in ſacris, & in minoribus, nunc reſtabat videre de his, quæ ſunt communia, tam maioribus, quam minoribus, meritò, &c. ad cuius tituli, & duorum paragraphorum intelligentiam, videbimus primò, quid ſit reuerentia, quibus, & à quibus debeatur. Secundò, eadem de obedientia. Tertiò, quomodo debeat ſe gerere ſuperior cum inferiori.
Circa primum, reuerentia eſt actus
2 cultus, qui debetur ab inferiori ſuperiori,
gloſſa in cap. non eſt ſine culpa, verbo non ſine circa medium, de regulis iuris,
& ex hac definitione remaneret ſoluta
prima pars præpoſita, tum S. *Doctor p. 2.
q. 102. art. 4. ad octauum*, ait, quod reuerentia
eſt digna res, excellentior; vnde
3 colligitur, quod qui eſt in ordine excellenti,
is reuerentia dignus eſt: ergo benè
in textu noſtro hoc præcipitur ſeruandum
inter minores, & maiores clericos; iſti
enim ratione maioris ordinis, habent
maiorem excellentiam, & per conſequens
ſunt reuerentia digni; vnde, vt ait
S. Doctor loco cit. tectum tabernaculi tribus
pretioſiſſimis operimentis operiebatur,
ad oſtendendam magnam excellentiam
domus Dei.
Circa ſecundum, dat definitionẽ obe-
4 dientiæ *Timotheus* hic, dum ait, quod eſt
virtus, qua legitima ſuperiorum præcepta
exequuntur, & eſt pars iuſtitiæ; eſt enim
iuſtitia inter inferiorem, & ſuperiorem,
5 & addit, quod non poteſt ſuperior præcipere
actus interioris intellectus, & voluntatis,
quia iſtæ potẽtiæ ſoli Deo ſubijciuntur,
l. cogitationes, ff. de pactis.
Ex hoc colligitur, quod Eccleſia in ſuis
6 præceptis non poteſt præcipere intẽtionem
finis poſitiuè, vt ſcilicet quis tenea-

tur dicere, quando vult aliquid opus fa-
cere, v.gratia, officium, audire ſacrũ, &c.
volo ſatisfacere; non enim præcipitur a-
ctus interior. Tamen pro hac materia
obedientiæ

Aduerte primò ſecundum *gloſſam*
7 *in eadem diſt.93.* quod obedientia conſi-
ſtit in tribus principalibus, quorum pri-
mus gradus eſt reuerentia, & per hanc
tenetur ſubditus exurgere tranſeunte ſu-
periore; & debet etiam ei cedere primum
locum, ſiue ſuperior ſit maioris ordinis,
ſiue minoris, ſufficit ſi habeat maiorem
adminiſtrationem, vt *in cap. 1. diſt. 25.*
8 Secundus gradus obedientiæ eſt, accipere
mandatum ſuperioris, ſi tamen quis du-
bitet de mandato, an ſit ſecundum re-
ctam rationem, & iuſtum, debet putare
iuſtum eſſe, propter aſſiſtentiam Spiritus
ſancti in ſuperioribus, quibus etiam in
dubio eſſe obediendum, docet *gloſſa*
in cap. quid culpatur 23. quæſtione 1.
verbo antiquitus, vbi adducit multa iu-
ra, & ait, quod licet ſuperior peccet, im-
perando iniquitatem, ſubditus tamen nõ
peccat operando in dubio, dum ait *Apo-*
ſtolus, Obedite præpoſitis veſtris etiam
diſcolis, *glo. in cap quid ergo 11. quæſt.3.*
9 Tertius gradus eſt, ſubire eius ſententiam
in iudicio, vnde ſi fecerit tranſitum in rem
iudicatam, peccat inobediens, ex ratione
glo. in dicta diſt.93.

Aduerte ſecundò, eſſe obediendum
10 ſuperiori præcipienti rem etiam vix to-
lerabilem, dummodo ſit quid conſonum
ration, *cap. in memoriam diſt. 19.* & pro
obedientia, bonum eſt pati etiam, quod
iuſtum eſt, *glo. in c cõtra morem diſt.100.*
ex cap. ante triennium, diſt.31. dicto cap.
in memoriam, & cap. quid culpatur 23.
q.1. immo vt ſatisfaciamus obedientiæ,
eſt etiam proprium bonum omittendum,
11 quia bonum publicum, quod per obe-
dientiam conſeruatur, cuiuſque priuati
commodo præferri debet, *cap. monachi 16*
q.1. l.3 §. in bello, ff. de re militari, cap. de-
nique, diſt.21.

Aduerte tertiò, quod ſi ſuperior præ-
12 cipiat id, quod non facit ad ſuum officiũ,
inferior non tenetur obedire, ex *l. factũ*
à iudice, ff. de re iudicata, & cap. quia
frater 7 q.1. ſi non præcipiatur id, quod
omninò malum eſt, non debet inferior
obedire, *cap. qui reſiſtit 11.q.3. cap. ſi Do-*
minus, & cap. Iulianus cauſa, & q. cit.
13 ſecus autem in dubio, quia tunc, vt di-
ximus, tenentur ſubditi obedire, & me-
lior eſt obedientia, quam victima, vt *in*
extrauaganti illud de maioritate, & obe-
dientia, & glo. in cap. quorundam de ver-
borum ſignificatione; verbo meritò. O-
bedientia autem Pontifici debet r de
14 neceſſitate ſalutis, *Clementina ad noſtrã*
de hæreticis, vbi glo. verbo Eccleſiæ, & c.
ſignificaſti de electione, S. Doctor 2. 2. q.
104. art.1.

Aduerte quartò, quod non poteſt ſub-
15 ditus præſcribere libertatẽ, ſe ſubtrahẽ-
do à iuriſdictione ſuperioris, vel illum nõ
recognoſcendo, *cap cum non liceat, de*
præſcriptionibus, Socinus in cap. ſutri-
na de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, in
ſecundo decretalium, l. 2. C. ne quid in
loco ſacro. l. competit, C. de præſcriptio-
nibus triginta, vel quadraginta annorũ,
cap. in apibus 7 q.1.

Aduerte quintò, quod non poteſt ſub-
16 ditus punire ſuum ſuperiorem delinquẽ-
tem in territorio ipſius ſubditi, licet eſſet
territorium, in quo ſubditus non reco-
gnouit illum ſuperiorem, vt ſi quis v.gr.
haberet duas eccleſias, in vna cognoſcit
Archiepiſcopum in ſuperiorem, in alia
non, ſi in hac delinquat Archiepiſcopus,
neque poterit ab Epiſcopo puniri, quia
17 ſuperior ſemper eſt talis, & vbique ho-
norari debet, *Innocentius, & Doctores*
communiter in cap. cum inferior de maio
ritate, & obedientia, Archidiaconus in
cap. 2. de conſtitutionibus in 6. & Ancha-
ranus in repetitione in 6. contrario, ſi ve-
ro ſubditus accuſauerit ſuum ſuperiorem,
non tenetur ei obedire in ijs, quæ im-
pediunt proſequutionem accuſationis,
cap. nonne 8 q 4.

Circa tertium breuiter aliqua videbi-
18 mus de ſuperiore circa ſubditos, & pri-
mo, quod ſuperior debeat eſſe amabilis,
potius quam odibilis, amor enim vnit,
timor ſegregat, vnde debet potius corre-
ctione timeri, quam verberibus exaſpe-
rari, *cap. quid autem, cap. neminem, cap.*
non ſeueritate, cap. qui ſincera, & ferè
in tota diſt.45.

Secundò, non debet ſuperior diſſimu-
19 lare delicta ſubditorum, maximè ſi obſit
mala fama, *Soccinus in quinto decretaliũ*
cap qualiter. & quando de accuſationibus
num 22.

Tertiò, tenetur ſuperior defendere
20 ſubditos à periculis; eſt enim ipſe caput,
cuius eſt membra dirigere, & tueri, S. *D.*
de regimine principũ lib.1. cap.15. & lib.2.
cap.11. & 12.

Quartò, debet clarè geſta ſubditorum
21 præmiare, vt alij ad merendum exciten-
tur, *Baſilius in regula breui q.17.*

Quintò, debet reſidere in loco ſui re-
22 giminis, præclarè geſſit Eminentiſſimus
Bellarminus, qui reſpondit Pontifici ſe

tener.

teneri de iure diuino ad reſidendum, nec poſſe Pontificem in hoc diſpenſare, vt patet ex *c.20.eius vita*, patet *ex Tridentino ſeſſ.6.de reformatione, cap.1.& 2 & ſeſſ.7.cap.3.ſeſſ.13.cap.1.ſeſſ.23.& 24 cap.ex parte de officio vicarij, toto tit. extra de clericis non reſidentibus cap.7 diſt. 92.cap.1. diſt.10.* Locus autem reſidentiæ debet eſſe magis commodus ad regendum, & ad influxum in ſubditos magis adaptatus, *cap. fraternitates, cap. vrbes, diſt.8.* Multa ad hæc patent ex ſupra dictis, & colligit abundanter *Panonius in opuſc.de ethicis, politicisque actionibus, 2. parte introductionis in ſacram doctrinã.*

In §. Item ſub graui.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus debet docere, & inſtruere clericos.*
2 *Clericus ſi ignorans inueniatur, culpa eſt Epiſcopi, licet ad Archidiaconum ſpectet inſtruere.*
3 *Epiſcopus ordinando ignorantem peccat mortaliter.*
4 *Multiplicationes inutiles reijciendæ.*
5 *Sacerdotes paucos melius eſt habere, quam multos ignorantes.*

1 MVnus Epiſcopi eſt docere, & inſtruere ſuos clericos, ne indigni miniſtri efficiantur, vnde, vel debet ipſe illos inſtruere, vel per alios id efficere.

Aduerte tamen primò, id quod ſupra
2 diximus de officio Archidiaconi, quod
licet hoc ſpectet etiam ad ipſum de mandato Epiſcopi; ſi tantum quis ignorans inueniatur, Epiſcopus eſt in culpa, vt aduertit *glo hic*; vnde collige regulam, quod non ſufficit alteri committere opus, per nos conſequendum, ſed quod debemus etiam in illud aduertere, iuxta regulam iuris, *qui facit*, aliàs nobis imputatur malum, quod ille exequitur.

Aduerte ſecundò, quod ſi Epiſcopus
3 ordinet ignorantem, peccat mortaliter,
eo quod promoueat indignum; nulla autem maior indignitas allegari poteſt, quã neſcire id, ad quod eligitur. *S. Doctor in 4 ſententiarum diſt.24.q.1.* vnde etiam regulares ſunt examinandi, licet ſint in ſtatu perfectionis, *glo. hic in figuratione caſus*, ordines enim, & beneficia non ſunt ſine cognitione concedenda.

Aduerte tertiò, ex ly (paucus honor,
4 &c) quod inutiles ſunt multiplicationes,
quæ non producunt diuerſum effectum; *cap ordo 24. q.1.cap.non mediocriter, de conſecratione, diſtinctione 5.l.1.§.contrarium, C. de veteri iure enucleando*, ad materiam itaque noſtram, ſic inducito,
5 quod melius eſt paucos habere ſacerdo-
tes peritos, quam multos ignorantes, vnde dicitur hic *in fine* §. quod ſi cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt.

In §. Præcedet.

SVMMARIVM.

1 *Requiſita pro ſubdiaconatu quæ ſint?*
2 *Ordinandus debet eſſe ex bonis, & honeſtis parentibus, & matre etiam num.9.*
3 *Pater, & filius præſumuntur ſimiles.*
4 *Hæreſis parentum nocet filijs.*
5 *Filius non portabit iniquitatem patris.*
6 *Filius ſentit iniquitatem patris, quando atrocitas criminis expoſtulat.*
7 *Pater magis in filio, quam in ſeipſo cruciatur.*
8 *Pœna imponitur filijs, vt parentes coarceantur à criminibus.*
10 *Patria etiam ordinandi perquirẽda eſt.*
11 *Aetas ordinandi eſt determinata.*
12 *Fides ordinis præcedentis eſt neceſſaria ordinando.*
13 *Fides doctrinæ eſt etiam ab ordinando præſentanda.*
14 *Epiſcopus debet aſſiſtere in examine, in quo debet habere duos examinatores benè peritos.*
15 *Examen circa quæ debeat eſſe?*
16 *Doctus cõmuniter exiſtimatus pro examinato habetur.*
17 *Scholaris etiam peritus exiſtimatus, poteſt ſine examine admitti.*

IN hoc paragrapho agitur de examine, & cæteris requiſitis pro ordinatione; ideo videbimus primò, quæ ſint requiſita communia pro quolibet ordine. Secundò, quis debeat examinare. Tertiò, circa quas res debeat eſſe examen.

Circa primum, dixi requiſita omnia,
1 nam aliqui ordines habent requiſita par-
ticularia, ſic pro ſubdiaconatu, titulus beneficij, vel patrimonij, & poſſeſſio eiuſdem, in diaconatu perceptio fructuum, & cõtinuatio poſſeſſionis. Generaliter ita-
2 que requiritur primò, bonum genus, ſiue
bona cognatio parentum; vnde eſt, quod ſi quis ſit, ex patre infami, vel matre ma-

læ

læ vitæ, non debet ſic de facili admitti,
niſi poſt longam probationem ſuorum
morum, itaut bona eius vita deſtruat æ-
dificata per patrem, alias contra ipſum
3 præſumitur, cum non poſſit arbor mala
bonos fructus facere, & pater, & filius
præſumuntur ſimiles, vt in *l. quod ſi nolit*
§. quia aſſidua, ff. de adilitio adicto; vnde
4 hæreſis parẽtum nocet filijs in iure quæ-
rendo, vt *in extrauaganti execrabilis, de*
prabendis, & dignitatibus, vbi glo. verbo
reum.

Dices, contrarium habetur in ſacris li-
5 teris, dicitur enim, quod filius non por-
tabit iniquitatem patris, & idem habetur
in l. ſancimus C. de pœnis ergo licet pa-
ter ſit malæ conditionis, non debet tamn
id nocere filio.

Reſpondetur ex *glo. in extrauaganti*
6 *diem, de ſententia excommunicationis*, id
procedere in criminibus ordinarijs, ſecus
autem in atrocibus, quando enim atro-
citas criminis expoſtulat, poterit etiam ad
filios extendi pœna, *l. quiſquis, C. ad l. Iu-*
liam maieſtatis, *& cap. filius extra de*
pœnis. Tum etiam, quia in ſimilibus cri-
minibus puniuntur filij, vt per ipſos ma-
gis puniantur parentes; pater enim magis
7 in filio, quam in ſeipſo cruciatur, *l. iſti*
quidem, ff quod metus cauſa, per conſe-
8 quens imponitur pœna filijs ob delictum
patris, vt patentes coarceantur à crimi-
nibus, idem habetur *in cap. ſtatutum de*
9 *hæreticis in 6*. Amplia demum etiam in
matre, ſi ſit perſona ſuſpecta, *glo. in cap.*
ex literis, de conuerſione infidelium, ver-
bo perducimus, vbi multa circa hoc in-
uenies.

Secundum requiſitum eſt parria, pro
10 qua dic idem, quod diximus de genere
(numquid à Nazareth aliquid boni) idem
habetur *ex l. quod ſi nolit*, *§. qui manci-*
pium, ff de ædilitio ædicto, & glo. hic ver-
bo patriam.

Tertium requiſitum eſt ætas, quæ ha-
11 betur iam determinata per Tridentinũ.

Quartum requiſitum eſt fides ordinis
12 præcedentis, ne quis per ſaltum promo-
ueatur, vt *in tit. de clerico per ſaltum pro-*
moto.

Quintum requiſitum eſt fides ſtudij,
vel profeſſionis, requiritur enim quam
13 maximè doctrina in clericis, cum ſint
miniſtri, & lumina populorum, vt ſupra
diximus.

Circa ſecundum, debet Epiſcopus aſſi-
14 ſtere in examine, aliàs ſi fuerit promo-
tus indignus, ipſe peccat, vt ſupra dixi-
mus *ex S. Doctore in 4*. Debet etiam ſe-
cum habere peritos, tam in ſcripturis, &
legibus, quam etiam in inſtitutionibus ec-
cleſiaſticis, vnde debet ſecum habere,
ſaltem duos examinatores, patet *ex cap.*
Epiſcopus diſt. 24. quando autem dicitur,
quod Epiſcopus ſolus poteſt ordinare, id
intelligitur de collatione ordinum, in
quibus habet ius ſcriptum, circa modũ,
ſecus autem in examine ad promouen-
dum, in quo tot ſunt intelligenda.

Circa tertium debent examinari de
15 credendis, & agendis, & primò ſi fidem
firmiter teneant, & ſi ſciant hoc commu-
nicare verbis ſimplicibus, vt *in cap. quan-*
do diſt. 25. & hoc eſt, quod practicatur in
curia Archiepiſcopali Neapolitana, quod
ſi clerici in minoribus promouendi, inter-
rogentur de doctrina chriſtiana, qua
plebs, & populi vtuntur ad memoriam
credendorum, & agendorum, & hodie,
vtinam non eſſent plerique ſacerdotes,
qui neſcirent Deum vnum, & trinum, &
alia, quæ habentur *in cap. qui Epiſcopus*
diſt. 22.

Limita tamen hoc primò, in communi
16 teſtimonio, ſi quis enim communiter
æſtimetur doctus, hic habetur pro exa-
minato; nam attenditur intentio legis,
quæ eſt ordinare dignos, & habiles, &
talis eſt hic, qui communiter ab omnibus
idoneus æſtimatur, *cap. nullus ordinetur*
diſt. 24. dicto cap. qui Epiſcopus, vbi *gloſſ.*
verbo examinetur, Mandoſius in regula
24. de malè promotis, q. 3. num. 4. Riccius
diſt. 112. num. 183. limit. 2.

Limita ſecundò in ſcholari, communi-
17 ter æſtimato perito, hic enim poteſt ad-
mitti ſine examine, *cap. conſtitutus de*
appellationibus, colligitur ex *glo. verbo*
teſtamento.

In §. Quod beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Examen debet præire beneficij collatio-*
nem, non autem ſi in alterius col-
latione fuerit repertus idoneus.
2 *debet reiterari etiam ſi in alia colla-*
tione fuerit examinatus, quando
requiritur pro conualidatione
actus.
3 *debet reiterari in beneficio curato, ſi*
pro beneficio ſimplici fuerit prius
examinatus.

1 DEbet etiam beneficij collationẽ
præire examen, vnde habetur in
hoc paragrapho, quod ſi quis
fuerit examinatus pro collatione vnius
bene-

Digitized by Google

beneficij, non eſt iterum examinandus.
(dummodo primo fuerit repertus ido-
neus) in collatione alterius, *Riccius deci-*
ſ.2.num.283.& in cap.accepimus, de
ætate, & qualitate, &c. & ſic pluries ſer-
uatum in Rota Romana videre eſt apud
*Seraphinum deciſ.*1323.*& Caputaq. dec.*
377. *lib.*2.

Limita hoc primò, quando examen re-
2 quireretur pro conualidatione collatio-
nis: nam tunc debent examinari pro va-
liditate actus, vt vult *idem Riccius loco*
citato.

Limita ſecundò, ſi fuiſſet examinatus
3 pro beneficio ſimplici, & deinde vellet
inueſtiri beneficio curato, tunc enim
ratione curæ, de alijs interrogari debet,
quæ non ingrediuntur examen commu-
ne; limitatio autem procedit cæteris
paribus. Cætera, quæ ponit *glo.hic* ſupra
diximus.

In §. Ipſi verò.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacè ordinatus, eſt ſuſpenſus à*
tali ordine, & ab alio, quod habe-
bat antea.
2 *Simoniam quis incurrit, ſi aliquid da-*
ret pro prima tonſura.
3 *Simonia cõmittitur dando aliquid exa-*
minatoribus.

EST hic agendum de ſimonia, ſed
quia de ipſa videbimus *lib.*4. ideò
breuiter hic
Aduerte primò, quod ſimonia-
1 cè ordinatus eſt ſuſpenſus à tali ordine,
& ab alio, ſi ãtea habebat, *Diaz in praxi*
criminali cap 85. & hæc ſimonia habet
connexam excommunicationem, vt in
extrauaganti cum deteſtabile de ſimonia,
vbi etiam habetur, quod ſimoniaci ſunt
reuelandi Pontifici, *dict. extrauagantem*
declarat *Nauarrus in manuali cap.* 27.
*num.*106. *& Gutter lib.* 1. *canonicarum*
*quæſtionum cap.*90.

Aduerte ſecundò, quod incurrit quis
2 ſimoniam, etiam ſi aliquid daret pro pro-
motionè ad primam clericalem tonſurã.
Quaranta in ſumma bullarum verbo ſi-
monia; idem dic, ſi detur aliquid ad
procurandas literas dimiſſoriales pro ſu-
ſcipiendis ordinibus. *Nauarr. conſil.*58.
de ſimonia in antiquis, Tridentinum
*ſeſſ.*24.*de reformatione*.

Aduerte tertiò, quod ſi quis aliquid
3 daret examinatoribus, vt ipſum appro-
bent, eſt etiam ſimoniacus, vt *in præſenti*
§. vel ſi aliquid daret miniſtris, vel famu-
lis Epiſcopi, vt ipſum adiuuent ad pro-
motionem, *Tridentinum ſeſſ.*21.*cap.*1.
de reformatione, & Toletus apud Qua-
rantam loco citato.

In §. Igitur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus non eſt de ſubſtantia ſacra-*
menti ordinis.
2 *Papa non habet poteſtatem circa eſſen-*
tialia ſacramenti ordinis.
3 *Actio vt ſit bona exigit quamplures cir-*
cumſtantias præſertim temporis.
4 *Bonum ex integra cauſa.*
5 *Interſtitia temporis ſunt ſeruanda.*
6 *Epiſcopus poteſt diſpenſare ſuper tem-*
porum interſtitijs.
7 *Diſpenſatio quid ſit?*
8 *Epiſcopus diſpenſans ſine cauſa ſuper*
temporum interſtitijs, peccat, ſi-
cut etiam ſi non diſpenſat cum
cauſa.
9 *poteſt diſpenſare pro regularibus*
habita relatione à ſuperiore.
10 *Vicarius capitularis poſt annum di-*
ſpenſat.

1 TEmpus non eſt de ſubſtantia ſa-
cramenti ordinis patet hoc, tum
quia Papa nõ ſubditur tali tem-
pori, tum quia recipit tale tem-
pus mutationem: ergo non eſt de eſſen-
tia, quia circa eſſentialia ad ſacramentũ,
nulla datur mutatio, nec Papa poteſtatem
habet, *Abb.in cap de eo, de tempore ordi-*
2 *nandorum*, & habetur *in præſenti* §. Ta-
men circa tempus,

Aduerte primò, quod qualibet actio,
3 vt ſit bona, exigit quamplures circum-
ſtantias, & ſignanter temporis, alias non
poteſt dici ſimpliciter bona, *cap.non ſatis*
4 *diſt.*86. bonum enim eſt ex integra cau-
ſa, *cap.*2.*&* 3. *diſt.*29. quibus idem con-
firmatur.

Aduerte ſecundò, quod inter ordines
5 conferendos eſt etiam ſeruanda interſti-
tia temporis, ſecundum *Trident.ſeſſ.*23.
*cap.*9.*&* 14. ſcilicet à minoribus, vſque
ad ſubdiaconatum debet currere annus,
inter ſubdiaconatum, & diaconatum
alius annus: idem dic de presbyteratu,
Trid.loco cit. Hoc poſito.

Dubitatur, an poſſit Epiſcopus in hoc
6 tempore diſpenſare, & in hac difficultate
Nauarrus ſubſtinet ſententiam contra-
riam

rianè in conſilio 19. de voto, & Vgolinus de poteſtate Epiſcopi p.2. cap. 26. § 27. n. 3.

Dico tamen primò, quod iuſta cauſa intercedente, & cognita maiori vtilitate Eccleſiæ, poteſt Epiſcopus diſpenſare. Hęc
7 autem maior vtilitas poſſet aſſignari defectus miniſtrorum, vt videtur concedere *Trid. etiam loco cit. & Bonuinius conſilio 23. num. 4.* Ratio autem eſt, quia diſpenſatio ſemper requirit cauſam: eſt enim diſpenſatio iuris communis vulnus, ſeu relaxatio, *Summiſtæ verbo diſpenſatio, & Couarr. in 4. decretalium p. 2. cap. 6 § 9. Azorius lib. 5. cap. 15.* Vnde ſi cauſa
8 non ſit ſufficiens, Epiſcopus peccare videtur, patet ex *Silueſtro in ſumma, verbo diſpenſatio num. 3.* Sicutè contra peccare videtur, ſi poſita cauſa ſufficienti, non diſpenſet.

Dico ſecundò, poſſe etiam Epiſcopum
9 diſpenſare pro regularibus; cauſa autem ſufficit, ſi ei proponatur à ſuperiore regulari, hic enim non poteſt diſpenſare, ſed tenetur Epiſcopum certum facere de neceſſitate, & cauſa diſpenſationis, *Quarãta in ſumma bullarum verbo ordine*, vbi ponit verba Sacræ Congregationis Concilij, quæ hoc expreſsè dicunt. Idem
10 dic de Vicario capitulari ſede vacante, quod intellige elapſo anno accedente authoritate Apoſtolica, *idem Quaranta verbo Capitulum q. 10.* vbi refert deciſionem Sacræ Congregationis Concilij, vbi *Bonuinius conſil. 6. num 7.*

In § Quod ſi fortè.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus extra tempus, recipit characterem.*
2 *Baptizatus ab infideli, non eſt rebaptizandus.*
3 *Ordinatus ab hæretico, qui habuerit veram intentionem, eſt benè ordinatus.*

HIc verificatur regula, quod multa facta tenent, quæ antea fieri nequibant, quare

Aduerte primò, quod licet
1 quis ordinetur extra tempus, recipit tamen characterem, & in ſimili habetur in *cap. vel non eſt vnquam, de tempore ordinandorum*, & tamen non debuiſſet ordinari, quare in præſenti paragrapho imponitur pœna ordinanti, & ordinato.

Aduerte ſecundò, idem eſſe dicendum
2 in baptizato ab infideli; nam non debebat ab infideli baptizari (extra caſum extremæ neceſſitatis) tamen non eſt rebaptizandus, *cap. 1. de ſumma Trinitate & fide catholica.* Idem dic de ordinato ab Epiſcopo hæretico, dummodo habuerit intentionem faciendi id, quod facit Eccleſia, & adhibuerit eius requiſita, *Petrus Lombardus in 4. ſententiarum diſt. 25. & Diuus Bonauentura ibidem num. 1 q. 2.*

In §. Sed nec.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari non poteſt quis pluribus ordinibus vno, vel duobus diebus continuatis.*
2 *Prohibito vno, non cenſetur aliud conceſſum.*
3 *Pontifex poteſt diſpenſare, vt quis ordinetur pluribus ordinibus vno die.*

1 HAbetur in præſenti paragrapho, quod non poteſt quis ordinari pluribus ordinibus, nec in vno, nec in duobus diebus continuatis, *Trid. de refor. ſeſſ. 25. cap. 11.* in quo nota ly, continuatis, quod non valet hic regula, vt vno prohibito, cenſeatur aliud conceſſum; hoc enim currit, quando aliter non eſt diſpoſitum in iure, v.g. iura prohibent quem occidi in Eccleſia, non
2 valet dicere: ergo licet occidere extra Eccleſiam, quia adeſt præceptum negatiuum in contrarium, non occides, ſic in caſu noſtro, habemus enim legem expreſſam *in præcedentibus §§.* in quibus ſtatuuntur tempora ordinandis, & patet *ex toto tit. de tempore ordinandorum.*

Limita tamen hoc ex diſpenſatione
3 Pontificis, quia in hoc ipſe poteſt ad libitum diſpenſare, cum ſit de iure merè poſitiuo, *cap. de eo, de tempore ordinandorum.*

In §. Diuerſum.

SVMMARIVM.

1 *Ordines minores poſſunt vnica die conferri.*
2 *Ordinationis tempus quale?*
3 *Prima tonſura poteſt conferri qualibet die.*
4 *Ordines quare in ſabbato conferantur?*

O. di-

1 Ordines minores poſſunt vnica
die conferri, *dicto cap. de eo*, vbi
Abb. & cap. penul. & fin. de eo,
qui furtiuè ordinem ſuſcepit,
tamen debet eſſe dies feſtus, vel dies ab
Eccleſia deſtinatus, vt ſunt quatuor anni
2 tempora. Eſt tamen notandum, quod
quando conferuntur diebus dominicis,
vel alijs diebus feſtiuis, non debet eſſe
talis concurſus ordinandorum, vt videa-
tur ordinatio generalis, *cap. 1. & 2. de*
3 *tempore ordinandorum*: at prima tonſu-
ra poteſt conferri qualibet die, & hora,
Trid. ſeſſ. 23. cap. 8. de reformatione.
Nota tamen, quod ordines vt plurimū
4 conferuntur in ſabbato, vt ſciant cleri-
ci ſe dum vocantur ad ordines clericales
vocari ad veram quietem, quæ oſtenditur
die ſabbathi, quo quieuit Dominus ab
vniuerſo opere, quod parrarat, vt in
Sacra Geneſi, & in c. fornicari diſt. 88.
& firmat *Hoſtienſis in ſumma de ſacra-*
mento ordinis.

In §. Per ſaltum.

SVMMARIVM.

1 *Ordine vno prætermiſſo, ſi quis tranſeat ad alium, poteſt diſpenſari repetito illo.*

2 *Ordinari debet ignoranter, vt quis ſit capax diſpenſationis.*

3 *Epiſcopus poteſt diſpenſare eum ignoranter promoto.*

4 *Laicus ſi ordinaretur ſacerdos nullo præuio ordine ſuſciperet ordinē.*

5 *Ordinatus Epiſcopus nullo præuio ordine, non recipit ordinem epiſcopalem.*

6 *Ampliationem pati non poteſt quod non eſt.*

7 *Epiſcopus ordinatus qui tantum ſacerdos erat, inualidè confert ordines, quibus caret.*

8 *Subdiaconus tranſiens ſine diaconatu ad ſacerdotium, in perpetuum eſt irregularis, & aliter punitur.*

9 *Clericus degradatus neque poteſt ſæcularia negotia exercere.*

10 *Ordinatus ante baptiſmum non eſt ordinatus.*

11 *Præpoſteratio facti ipſum aliquando non vitiat.*

12 *Suſpenſio contrahitur ſine peccato.*

Liqua ſupra tetigimus de ordina-
tis per ſaltum, ideo cum denuo
materia præſefert, breuiter ali-
qua percurramus. Quare
Aduerte primò, quod ſi quis præter-
1 miſſo vno ordine tranſeat ad alium, po-
teſt cum ipſo diſpenſari repetito tali or-
dine prætermiſſo, *cap. ex literis, de exceſſi-*
bus prælatorum, & glo. hic.
Aduerte ſecundò, quod ad hoc vt ſit
2 capax diſpenſationis debet ignoranter
ordinari, ſecus ſi ſcienter, *cap. vnico de*
clerico per ſaltum promoto, ſi autem ve-
rè ignoraret ſe accepiſſe talem ordinem,
non diceretur ignoraſſe, quia non dicitur
iteratum quod factum eſt ignoranter,
tex. & glo. in dicto cap. in figuratione ca-
ſus.
Aduerte tertiò, quod in tali ſic igno-
3 ranter promoto poteſt Epiſcopus diſpen-
ſare, *cap. ſollicitudo, diſt. 52. qui tex. ex-*
preſsè. At in tali ordine prætermiſſo, non
debet ordinari, niſi in ſequentibus tem-
poribus, interim remanet ſuſpenſus ab
adminiſtratione ordinis per ſaltum ſu-
ſcepti, ſecus aliorum, *dicto cap. ſollicitudo*.
Aduerte quartò, quod ſi laicus ordina-
4 retur ſacerdos nullo præuio ordine, nec
minori, nec ſacro, ſuſciperet ordinem,
character enim imprimitur, ſi conſertur
in forma Eccleſiæ ab eo, qui poteſtatem
habet, *glo. in dicto cap. verbo ſubiacona-*
tus, vbi ſoluendo alia iura, hoc concludit,
& ampliat etiam in epiſcopatu.
Nota tamen, quod ſi quis ordinaretur
5 Epiſcopus per ſaltum, vel nullo præuio
ordine, non reciperet ordinem epiſcopa-
lem, quia ordo epiſcopalis eſt ampliatio
ordinis ſacerdotalis, quod autem non eſt
6 ampliationem pati non poteſt *glo. in cap.*
tua litera de clerico per ſaltum promoto
verbo de miſericordia, vbi citat etiam
textum in c. ex literis, de exceſſibus præ-
7 *latorum*. Si verò habuiſſet ordinem ſa-
cerdotalem per ſaltum, non poſſet illos
ordines conferre, quibus careret, *c. quo-*
modo de conſecratione diſt. 4. nemo enim
dat quod non habet, *cap. gratia 1. q. 1.*
Aduerte quintò, quod ſi quis ſcienter
8 tranſiret de ordine ſacro ſubdiaconatus
ad ſacerdotium, hic in perpetuum eſt ir-
regularis, & priuatur etiam beneficijs, ſi
quæ habeat. Verum tamen eſt, quod po-
terit priuari fructibus beneficiorum ad
tempus, *cap. ex literis de clerico non or-*
9 *dinato miniſtrante*, ne ductus inopia re-
diret ad ſæcularia negotia, quæ neque
ſunt licita clerico degradato, vt colligitur
ex *eodem cap.* Vnde habes etiam per ar-
gumentum à contrario ſenſu, quod ſi ha-
N beat

beat aliunde, ex quo viuere poſſit, in perpetuum priuatur beneficijs, in pœnam tanti facinoris, & inordinationis eccleſiaſticæ.

Aduerte vltimò, hoc limitari in eo, qui
10 fuit ordinatus ante baptiſmum, & dum adhuc erat catechumenus; hic enim, quia nõ habebat ianuam ſacramentorũ, quæ eſt baptiſmus, per conſequens nullum ſuſcepit ordinem, nec per ſaltum, nec ordine ſuo, *cap. eum Paulus 1. q. 1.*

Ex dictis habes præpoſterationem facti
11 ipſum non vitiare, notat *glo. ex dicto cap. ſollicitudo, verbo ſubdiaconatus.* Secundò
12 ſuſpenſionem contrahi etiam ſine peccato, qui enim ignoranter per ſaltum promouetur, adhuc eſt ſuſpenſus ab ordine ſic ſuſcepto. Ordinatus autem ſcienter eſt irregularis, vt confirmat *Caterua Doctorum apud Riccium deciſ.* 318. *nu.* 1.

In §. Quod ſi furtiuè.

SVMMARIVM.

1 *Ordines ſuſcipiens furtiuè ſcienter, eſt puniendus; ignoranter verò eſt dignus diſpenſatione.*

2 *Approbatus pro minoribus accedens ad ſacrum, tanquam furtiuè ordinatus, eſt puniendus.*

3 *Excommunicatio debet eſſe lata ante ſuſceptionem ordinis, ſecus autem furtiuè ſuſcipiens peccat tantum mortaliter.*

4 *Irregularitas purgatur per ingreſſum religionis.*

1 ADuerte primò, quod ſi quis furtiuè ſacros ordines ſuſceperit, puta non examinatus, vel non adhibitis adhibendis; ſemper enim cõmittit furtum, etiam in rebus ſpiritualibus impropriè loquendo, *glo. hic in figuratione caſus in ſecundo notabili ex cap: extra conſcientiam diſt.* 64. Hic ſi non fuerit monitus ſub anathemate, antequã ad ordinẽ accederet, ſed acceſſerit ignoranter, eſt dignus diſpenſatione, pœnitentia impoſita, *glo. in c. 1. de eo, qui furtiuè ordinem ſuſcepit;* ſecus autem ſi ſcienter id fecerit, hunc enim eſt monendus ab Epiſcopo, vt ingrediatur monaſterium pro pœnitentia, qua peracta ad aliquod tempus poſt modũ ſuſcepti ordinis exultatione lætetur pœnitentia impoſita ab Epiſcopo, *cap. innotuit in fine eit tit.*

Aduerte ſecundò, quod ſi quis fuerit
2 approbatus pro minoribus, & deinde accedit etiam ad ſacrum, adhuc dicitur furtiuè ordinatus, & debet ingredi religionem, vt cum ipſo deinde diſpenſetur, *cap. cum hoc nomine eit. tit.* Verum tamen eſt,
3 quod excommunicatio debet eſſe lata ante ſuſceptionem ordinis; ſi enim fuerit tantum comminata, is qui ſic accedit, peccat tantum mortaliter, & Epiſcopus diſpenſare poteſt, *glo. in cap. veniens citato tit. verbo ſi verò interminatio.* At in pri-
4 mo caſu eſt irregularis: hæc tamen irregularitas purgatur per ingreſſum religionis, *dicto cap. veniens, & cap. ſi quis omnem prima q.* 7.

In §. Quod ſi is qui.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtica non debet exercere non ordinatus.*

2 *Eccleſiaſtica exercens non ordinatus, qualiter puniatur?*

3 *Hæreticus poteſt baptizare in caſu neceſſitatis.*

4 *Clericus poteſt canere epiſtolam ſine manipulo.*

5 *Epiſtolam canens cum tunicella ſine manipulo, non dicitur ſolemniter canere.*

1 DIſponitur in hoc §. quod non ordinatus non exerceat eccleſiaſtica, vt miniſtrare ſacramenta, vel alia facere, quæ ſpectant ad eccleſiaſticos ordines, quare contrafacientes in primis reputãtur falſarij; falsò enim volunt haberi pro miniſtris in dignitate conſtitutis; ſimile habemus in *l. eos, ff. de falſis.* Secundò, priuantur beneficijs ec-
2 cleſiaſticis, ſuſpenduntur, & excommunicantur; hoc enim deſignatur per ly abijciendus, quod eſt in §. *noſtro, & docet Abb. in cap. 1. de clerico excommunicato miniſtrante,* alias nõ poſſet dici abiectus, ſi poſſet miniſtrare in ordine, vel retineret beneficia eccleſiaſtica: ergo per tale verbum priuantur his omnibus. Tertiò, efficitur irregularis quoad alios ordines ſuſcipiendos; hoc enim deſignatur in §. *per ea verba, & nunquam ordinandus.*

Limita tamen prædicta in caſu neceſſi-
3 tatis, in quo poteſt etiam hæreticus baptizare, dummodo habeat intentionem faciendi id, quod facit Eccleſia, *cap. ſi quem 24. q. 1. cap. 1. §. ſacramentum, de ſumma Trinitate, & fide catholica.*

Limita ſecundò in eo, qui id faceret,
4 ſed non ſolemniter, vt ſi clericus caneret

epi-

Digitized by Google

epiſtolam ſine manipulo, patet *ex cap. quiſquis de vita, & honeſtate clericorum, & glo. hic verbo ordinandus*.

Dices, manipulus eſt parua res: ergo
5 videtur ſolemniter canere qui canit cum tunicella, per quam oſtenditur maxima ſolemnitas, ergo ſi celebrans cum tunicella non eſt irregularis, neque celebrans cum manipulo.

Reſpondetur negando conſequentiam; & ratio eſt, quia cum ſolemnitas debeat conſtare ex omnibus capitibus, per conſequens defectus vnius rei, licet minimæ facit, quod actus non dicatur omninò ſolemnis; nam bonum eſt ex integra cauſa: ergo ſi quid deficiat ſolemnis non eſt.

In §. De eo.

SVMMARIVM.

Baptiſmus tollit omnes defectus, & remittit culpam.

OMnia, quæ faciunt pro hoc paragrapho fuerunt à nobis ſupra dilucidata; hic tamen notandũ eſt, quod ſi laicus ante baptiſmũ fuerit ord..atus, nõ impeditur quin promoueri poſſit deinde poſt ſuſceptum baptiſmum, quia per baptiſmum tollitur omnis defectus, & remittitur culpa.

In §. Illud cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Abbates habentes pontificalia, poſſunt minores ordines conferre.*
2 *Ordinatus verè dicitur qui recepit ordines ab Epiſcopo, qui renunciauit.*
3 *Ordinatus ignoranter ab Epiſcopo, qui renunciauit, poterit habere diſpenſationem ab Ordinario ſuo pro exercitio ordinis.*
4 *Datum ab eo, qui dare non poteſt, habetur pro non dato.*
5 *Ignorantia probabilis facti excuſat ignorantem.*
6 *Cauſa debet aſſimilari effectui.*
7 *Epiſcopatus eſt dilatatio characteris ſacerdotalis remanens in anima, etiam poſt renunciatum epiſcopatum.*

1 AD intelligentiam horum paragraphorum, aduerte primò, quod poſſunt etiam Abbates conferre minores ordines, intellige tamen de Abbatibus, qui habent pontificalia; ſecus autem de ſimplicibus beneficiatis, *cap. quoniam diſt. 69. & cap. cum contingat, de ætate, & qualitate ordinandorum*.

Aduerte ſecundò, quod ſi quis recepe-
2 perit ſacros ordines ab Epiſcopo qui renunciauit epiſcopatui, & dignitati, verè eſt ordinatus, licet ſcienter id fecerit, vt patet hic *ex §. finali*, in quo impeditur tali ordinato exequutio officij, & ordinis: ergo recepit ipſum ordinem, *glo. in cap. requiſiuit de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit epiſcopatui*; ſi quis tamen à tali Epiſcopo ignoranter ordinem ſu-
3 ſceperit, poterit ab eius ordinario, & legitimo Epiſcopo diſpenſari, *cap. cum clericis citato tit.* Indiget tamen diſpenſatio-
4 ne, quia licet verè ſit ordinatus, tamen impeditur ei exercitium ordinis, habetur enim pro non dato id, quod habetur ab eo, qui dare non poteſt, *cap. quod autem de iurepatronatus*, quod extende ad caſus ſimiles.

Dices probabilis facti ignorantia excu-
5 ſat ignorantem, *l. regula, ff. de iuris, & facti ignorantia*: ergo hic, qui fuit ordinatus à tali Epiſcopo, non indiget diſpenſatione, ſed poterit exercere ſuos ordines.

Reſpondetur negando cõſequentiam,
6 & ratio eſt, quia vel fuit ignorantia craſſa, & non excuſat, vel non eſt ignorantia craſſa, & tunc indiget diſpenſatione, quia recepit ordinem ab eo, qui non habebat exequutionem ſui ordinis: ergo neque ordinatus ab ipſo habet exequutionem ordinis, & cauſa aſſimilatur effectui, *glo. in cap. requiſiuit de ordinatis ab Epiſcopo, qui renunciauit epiſcopatui, verbo ignorantia*.

Aduerte tertiò, ex hoc cõfirmari, quod
7 epiſcopatus ſit ſaltem dilatatio characteris ſacerdotalis, alias ſi conſiſteret tantum in extrinſeca denominatione, & nihil haberet intrinſecum in anima, quando quis renunciauit epiſcopatui, ſpoliaretur omni poteſtate, ſed de facto valent ordines ab ipſo collati, vt probauimus: ergo ſignum eſt, quod remanet character in anima, *gloſſa in §. illud in figuratione caſus*.

DE HIS QVI PROMOVERI NON POSSVNT.

TITVLVS XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Indigni non ſunt promouendi.*
3 *Futura præuidere ſapientis eſt.*
4 *Promotio impeditur ex quatuor cauſis.*

1 VISVM eſt ſupra de promotione clericorum, verum quia multi prohibentur promoueri ad ſtatū clericalem, meritò de ipſis hic, & iure optimo indigni ſunt
2 reijciendi, ne ſequeretur ludibrium rotius clericatus, ſapientis autem eſt præuidere futura, *cap. Adrianus diſt. 64. cap. conuenientibus* 1. *q.* 7. ibi, dignum eſt, vt
3 de futuris inquiramus, *& cap. inſtruendi de ſeruis non ordinandis*. Aſſignantur itaque quatuor cauſæ generales, ex quibus quis promoueri impeditur. Primò, quia forſan non ſit ſui iuris. Secundò, ob commiſſum delictum. Tertiò, ex ſuſpicione criminis forſan committendi, diximus ſupra eſſe inquirendum de origine, & patria. Quartò, ob læſionem corporis, de quibus omnibus hic in paragraphis.

In §. Ratione cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Subiectus ex natalibus dicitur is, qui naſcitur ſeruus.*
2 *Eccleſia plus curat de libertate, quam de nobilitate.*
3 *Monachus, qui voluntariè ſubijcitur ſuperiori dicitur potius liber.*
4 *Dei ſub lege qui eſt, non eſt ſub dominio hominis.*
5 *Seruitus eſt neceſſaria in captis ab hoſtibus.*
6 *Seruitus quaſi neceſſaria eſt ratione iuriſdictionis.*
7 *Clericus vnius diœceſis non poteſt ordinari ab Epiſc. cui nō ſubditur.*
8 *Seruus ordinatus domino contradicente, deponitur, conſentiente, liber efficitur.*
9 *Epiſcopus ſcienter ordinans ſeruum, tenetur pro illo reddere domino duos ſeruos.*
10 *Seruus ordinatus in minoribus inſcijs domino, & Epiſcopo, deponitur, ſi in ſacris, ſi poteſt, debet ſubſtituere ſeruum vicarium.*
11 *Seruus ordinatus ſacerdos eſt liber, ſed amittit peculium, quod ſi non habet, ſeruitium diuturnorum præſtare tenetur Domino.*
12 *Seruus ſi efficitur monachus, & à Domino per triennium non reuocatur, efficitur liber.*
13 *Dominus in manumiſſione ſerui ad clericatum, poteſt conditionem apponere.*
14 *Seruus manumiſſus cum pacto, vt ſeruiat Domino in diuinis, ſi nolit, reuocatur in ſeruitutem, niſi ſit ſacerdos.*
15 *Partus ſequitur ventrem.*
16 *Natus ex matre libera poteſt ordinari.*
17 *Dominus tacens in ordinatione ſui ſerui videtur conſentire.*
18 *Clericatus libertas magna.*

HIc de prima cauſa quare quis promoueri non poſſit, ſcilicet ratione ſubiectionis; quare
Aduerte primò, poſſe quem
1 ſubijci ex pluribus cauſis. Primò, natalibus; debet enim quis liberè naſci, plus
2 enim curat Eccleſia de libertate, quam de nobilitate, *cap. 1. de ſeruis non ordinandis, cap. 2. de filijs presbyterorum*.
3 Secundò, quis ſubijcitur voluntariè, ſic eſt monachus, ſed hæc potius debet dici libertas; nam qui eſt ſub lege Dei, non
4 eſt ſub dominio hominis, *cap. duæ* 19 *q.* 1. *& Innocentius in cap. obligatus titulo de obligatis ad ratiocinia*. Tertia eſt ſeruitus
5 neceſſaria, vt ſunt capti ab hoſtibus, *Innocentius in cap. ſicut de iureiurando*.
6 Quarta dicitur quaſi neceſſaria, vt eſt ratione iuriſdictionis, ſic clericus vnius diœceſis non poteſt ordinari ab alio Epi-
7 ſcopo, cui non ſubditur, vt videbimus infra.
Aduerte ſecundò, quod ſeruus ante plenam manumiſſionem non eſt ordinan-
8 dus, & ſi ordinaretur ſine licentia Domini, eſt deponendus, & reſtituendus Domino, *cap. 1. & 2. de ſeruis non ordinandis*; ſed diſtinguendi ſunt plures caſus Primò, vel dominus ſcit, & contradicit, & tunc remanet ſeruus, & reſtituitur domino,

mino, *cap.ex antiquis diſt.* 54. Secundò,
vel dominus ſcit, & non contradicit, &
tunc liber eſt ſtatim, *cap. ſi ſeruus ſcien-
te diſt cit.* Tertiò, vel dominus eſt igno-
rans, ſed Epiſcopus, vel præſentator ſcit
conditionem ſerui, & tunc is, qui culpa-
9 tur tenetur domino dare duos ſeruos, &
ordinatus efficitur liber, *cap. ſi ſeruus
diſt.* 54. Quartò, vel nec dominus, nec
Epiſcopus, nec præſentator id nouerunt;
10 & diſtingue, vel eſt ordinatus in minori-
bus, & deponitur, & remanet ſeruus, *cap.
ex antiquis diſt. cit.* vel eſt ordinatus in
ſacris, & debet ſubſtituere ſeruum vica-
rium, ſi habeat, ex quo poſſit, ſecus autem
ipſemet ſeruire debet modo, quo habe-
tur *in dicto cap.ex antiquis, & cap. mira-*
11 *mur de ſeruis non ordinandis*. Vel eſt
ordinatus ſacerdos, & eſt liber, ſed amit-
tit peculium, ſi habeat, vt in *dicto cap.*
quod ſi non habeat, præſtat in diuinis of-
ficijs ſeruitia Domino, qui poteſt ei præ-
cipere, vt oret, pro ipſo celebret, &c. *In-
nocentius in cap.nullus eodem tit. & cap.
frequens diſt.cit.* Vel efficitur monachus,
12 & ſi dominus per trienniũ non reuocet,
ſtatim efficitur liber, *cap. ſeruus ſciente
diſt. cit.*

Aduerte tertiò, quod poteſt dominus
13 in manumiſſione ſerui ad clericatum
conditionem apponere, *cap.nullus erit.tit.
de ſeruis non ordinandis, & glo.ibidem*.
14 Si tamen fuerit manumiſſus cum pacto,
vt ſeruiat Domino in diuinis, ſi nolit ſer-
uire, ſi non ſit ſacerdos reuocatur in pri-
ſtinam ſeruitutem, *glo.in dicto cap nullus
verbo degradetur*, vbi poſt multa, ſic tan-
dem concludit.

Aduerte quartò, quod ſi quis ſit natus
15 de patre ſeruo, & matre libera, hic eſt
reputandus liber; nam partus ſecundum
legem imperialem, ſequitur ventrem,
licet Longobarda lex aliud ſenſerit, *l.idem
Pomponius, §.idem ſcribit, ff. de rei ven-
dicatione*. Immo, vt aduertit *gloſſa in
16 cap.dilectus citato tit.* quando lex Longo-
barda ait partus ſequi deteriorem partẽ,
poteſt intelligi, quod loquitur de fœmina,
& eſt argumentum, quod fœmina eſt de-
terior homine; vnde ſic natus poterit
ordinari, *cap.dilectus filius de ſeruis non
ordinandis*.

Collige ex hoc paragrapho primò, ve-
17 rificari hic regulam, quod qui tacet affir-
mat; Dominus enim tacens in ordinatio-
ne ſui ſerui, videtur in illam conſentire, &
nulla ei infertur iniuria, volenti enim, &
conſentienti, nulla fit iniuria.

Collige ſecundò, admirabilem liber-
18 tatem clericalem, vt non poſſit laicis
ſubijci, dum ſeruus eſt ordinatus clericus;
ſed tantum poterit ſpiritualia exhibere;
non autem ſeruilia, patet hic ex *verbis*,
§.nec qui retento obſequio; vnde licet li-
berti laici reuocentur ad libitum domi-
norum, non ſic tamen in clericis dicendũ
erit, *Innocentius in cap.de famulis tit.de
ſeruis non ordinandis*.

In §. Quod ſi quis.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia habet ſuos ſeruos; quomodo cũ illis ſe habeat in manumiſſione, & quem pactum in illa poſſit apponere?*

2 *Intitulatus in vna Eccleſia, non poteſt ad aliam tranſire ſine licentia Epiſcopi.*

1 COlligitur ex hoc §. quod Eccleſia
poteſt etiam habere ſuos ſeruos,
quorum filij ſi ab Eccleſia manu-
mittantur, vt ſeruiant eidem
Eccleſiæ, non poſſunt ad aliam tranſire,
ſecus autem ſi liberè manumittantur: tũc
enim poterunt ex ſui libito ad ſeruitium
alterius Eccleſiæ conuolare, *cap.eo liben-
tius de ſeruis non ordinandis*. Idem patet
ex l.multo, §.ſub conditione, ff.de tutelis.
2 Intellige tamen de licentia Epiſcopi; nam
intitulatus in vna Eccleſia non poteſt ad
aliam tranſire ſine licentia Epiſcopi, *cap.
ſanctorum diſt.*70. & *cap.*1.21. *q.*1. quod
ſeruatur Neapoli in confeſſarijs, quibus
datur facultas audiendi confeſſiones in
tali eccleſia, nec poſſunt ad aliam tranſire
ſine noua licentia.

In §. Monachi cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Promotio prohibetur non tantum ſeruis ratione neceſſariæ ſubiectionis, ſed etiam voluntariæ.*

2 *Monachus ratione ſubiectionis non poteſt ordinari ſine licentia ſui ſuperioris, & abbatis.*

3 *ratione ordinationis videtur aliquo modo ſubijci Epiſcopo.*

4 *Superior poteſt cogi ab Epiſcopo, vt det licentiam pro ordinatione ſui monachi.*

5 *Monachus poteſt ordinari ab Epiſcopo loci, vbi moratur, & ab Epiſcopo originis,*

6 pro-

6 *promoueri poteſt in rectorem eccle-*
ſiæ ſæcularis.
7 *non poteſt eligi ad aliquod munus*
ſine licentia ſui ſuperioris.
8 *Ambitio quã maximè viget in religioſis.*

HIc verificatur id, quod ſupra diximus in initio paragraphi, non tantum ſerui ratione ſubiectionis paſſiuè promoueri prohibentur,
1 ſed etiam alij ratione voluntariæ ſubie-
ctionis, vt clarè patebit ex *§. pari ratione*,
nunc autem pro ſubiectione monachorũ.
Aduerte primò, monachos non poſſe
2 ordinari abſque licentia ſui ſuperioris, &
Abbatis, vnde aduertit *glo. hic verbo Ab-*
batis, quod non tantum licentia Abbatis
requiritur, ſed etiam conſenſus aliorum
3 monachorum; nam quando monachus
ordinatur ab Epiſcopo, videtur aliquo
modo ei ſubijci, quod eſt in præiudicium
monaſterij, cuius libertas per talem actum
videtur aliquo modo læſa, *cap. fine 1 q. 1.*
cap. ſtatuimus 17 q. 3. & cap. cum pro vti-
litate, & cap. ſi quis monachus 16. q. 1.
4 Verum tamen eſt, quod poterit aliquando
cogi ſuperior ad concedendam talem facultatem, & hoc ratione boni communis, puta ſi eſſet defectus ſacerdotum in aliqua diœceſi, vt notat *Abb. in cap. quod Dei de ſtatu monachorum, & Antoninus, Timotheus hic*.
Aduerte ſecũdò, quod licet monachus
5 moriatur ciuiliter, tamen tenet prima iura natiuitatis; vnde nota regulam, in qua fallit Conſtitutio *Sacri Trident.* quæ vult religioſos non poſſe ordinari, niſi ab Epiſcopo illius diœceſis, vbi morantur; poteſt enim religioſis ordinari ab Epiſcopo illius diœceſis, vnde eſt oriundus, licet alibi moraretur, vt colligitur *ex Abb. in cap. poſtulaſti de foro competenti*, retinet tamen monachus iura natiuitatis.
Aduerte tertiò, quod poteſt monachus
6 promoueri in rectorem Eccleſiæ ſæcularis, *Soccinus in cap. ſicut tuis num.* 2. & poteſt etiam monacho committi eccleſia, cui ſit annexa cura animarum, quod ſeruatur in praxi, & docet *ibidem Soccinus in quinto decretalium in cap. quia de magiſtris num.* 20.
Aduerte quartò, quod non poteſt mo-
7 nachus eligi ad aliquod munus ſine licentia ſui ſuperioris, rationem autem dat *glo. hic verbo ſignum*, ne ſcilicet ambitioni daretur aditus; ambitio autem quam maximè viget in religioſis, *cap. quorundam de electione in 6.* Omnes enim aliæ paſſiones votis conteruntur, vt diuitiarum, carnis, &c. tamen hæc paſſio remanet ſic infrunita; meritò conſenſu ſuperioris indiget ad dignitates, quia ſuperior videtur conſideraſſe eius habilitatem ad tale
8 munus exequendum, vt patet *ex litera*
huius, §. Alia, quæ habentur *in §. ſtri-*
ctius fuerunt à nobis dilucidata, quando egimus de electione.

In §. Pari ratione.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non poteſt ordinari ab Epiſco-*
po alterius diœceſis abſq; licentia
ſui Ordinarij.
2 *quot modis poteſt eſſe ſubditus ali-*
cuius Epiſcopi.
3 *ratione leuis beneficij volens effuge-*
re ſuum Ordinarium, eſt decla-
randus ſuſpenſus.
4 *Vicarius poteſt facere dimiſſorias ab-*
ſente Epiſcopo, & etiam præſente
de ſui licentia.
5 *Capitulum ſede vacante poteſt dimiſſo-*
rias facere elapſo anno à die
mortis Epiſcopi.
6 *Papa eſt Ordinarius omnium.*
7 *Romæ quilibet poteſt conueniri.*

1 SIcut non poteſt Epiſcopus ordinare monachum inuito ſuperiore, ita nec poteſt clericus vnius diœceſis ordinari ab alio Epiſcopo abſque licentia ſui Ordinarij, vt habetur in præſenti paragrapho. Pro quo
Aduerte primò, quod poteſt quis eſſe
2 ſubditus alicuius Epiſcopi, & ab ipſo ordinari ex pluribus rationibus. Primò ratione originis; ſecundò ratione domicilij, quod debet duraſſe ſaltem per decenniũ; tertiò ratione beneficij ab ipſo impetrati, *glo. in cap. cum nullus de tempore ordinãdorum in 6. verbo cum nullus*; tamen ex
3 noua Conſtitutione ſub Vrbano Octauo, anno 1630. fuerunt declarati ſuſpenſi ij, qui ad effugiendum ſuum Ordinarium leue ſibi fundant beneficium.
Aduerte ſecundò, quod poteſt etiam
4 Vicarius abſente Epiſcopo in longinquas regiones, facere dimiſſorias, vt *in eodem cap. cum nullus*, quæ autem ſint remotæ regiones remittitur in arbitrium iudicis, *glo. in dicto cap. verbo remotis*, tamen in additionibus ait *glo.* quod hodie Epiſcopi dant licentiam Vicarijs, vt etiam ipſis præſentibus poſſint facere dictas dimiſſorias. Item poteſt idem facere Capitulũ ſede vacante, elapſo anno à die mortis
5 Epiſcopi, vt per *glo. hic verbo Capitulum*

ex

Digitized by Google

ex Trid. per quod declarantur ſuſpenſi ij, qui ante tale tempus ſuſceperunt ab alienis Epiſcopis ſacros ordines, & priuati beneficio clericali, ſi tantum ſuſceperint minores.

Limita hoc generaliter in Papa, qui eſt
6 ſuperior vniuerſalis, *cap. 1. de tempore ordinandorum, & glo.in cap. cum nullus eit.tit.verbo in eodem*, vbi ait, quod Papa
7 eſt Ordinatius omnium, *cap. cuncta per mundum 1. q.3.* & Romæ poteſt quilibet conueniri, *cap. fin de foro competenti.*

In §. Et hoc quidem.

SVMMARIVM.

1 *Vltramontani non poſſunt ordinari ab Epiſcopis Italis abſque dimiſſoria ſuorum Epiſcoporum.*

2 *Itali non poſſunt ordinari ab vltramontanis ſine dimiſſoria ſuorum Epiſcoporum.*

3 *Pœnæ ſunt reſtringendæ.*

4 *Ampliatio non eſt quando idẽ eſt caſus.*

5 *Ordinatus ab Epiſcopo non ſuo, eſt ſuſpenſus ab exequutione ordinum, & Epiſcopus per annum à collatione.*

6 *Scientia præſumitur, niſi ignorantia probetur.*

7 *Epiſcopus ſi ſit ſuſpenſus, eius ſubditi poſſunt ordinari ab Epiſcopis viciniorbus.*

8 *Litteras dimiſſoriales habens, eſt etiam examinandus.*

1 Solebant antiquitus vltramontani irregulares, vel ſuſpenſi aufugiẽtes ſuos Ordinarios ab alijs Epiſcopis Italis velle ordinari, hodie tamen *Clemens Quartus in cap. ſæpè de tempore ordinandorum in 6.* ſtatuit, quod nullus Epiſcopus id faciat, niſi expreſſa licentia obtenta à Pontifice, vel niſi iſti tales vltramontani habeant literas dimiſſoriales ſui Ordinarij, quæ exprimant cauſam legitimam, quare tales ab ipſo non fuerint ordinati.

Aduerte tamen hic primò, quod dictũ
2 Capitulum extenditur pari ratione ad Italos, qui non poſſunt ordinari ab Vltramontanis, quia militat eadem ratio, *glo. ibidem verbo Italiæ*, nec obſtat, quod
3 iſtud ius ſit pœnale, & pœnæ ſint reſtringendæ, *cap ſtatutum de electione in 6.* nã
4 non eſt ampliatio, quando caſus eſt idem, *l. à titio, ff. de verborum obligationibus.* Sunt tamen aliqui moderni, quos affert *glo. ibidem*, qui putant eſſe diſparem rationem in Italis, quia Vltramontani exiſtentes in Italia faciliimè poſſunt impetrare veniam à Summo Pontifice, non ſic autem Itali exiſtentes vltra montes; tamen cum hæc ratio ſit valdè leuis, ideo puto adhærendum *gloſſæ*, quæ contrarium dicit.

Aduerte ſecundò, quod ſi quis ſic ſit
5 ordinatus, eſt ſuſpenſus ab exequutione ſuorum ordinum, *glo. in dicto cap. ſæpè in figuratione caſus*, & ordinator per annũ
6 eſt ſuſpenſus à collatione ordinum, dummodo ſcienter id fecerit, præſumitur autẽ ſcientia, niſi ignorantia probetur, *cap. innotuit de electione in 6.* & occurrente tali ſuſpenſione poſſunt ſubditi talis Epiſcopi
7 ordinari ab Epiſcopis vicinis, *glo in cap. eos qui eitato tit. verbo eos.*

Aduerte tertiò, quod quando iſti ha-
8 bent literas dimiſſoriales, tunc debent etiam examinari, *Trid. ſeſſ. 7. cap. 1. & glo. bic verbo Conſtitutione*: Neapoli verò ſeruatur id in quocunque qui hic accedit literis dimiſſorialibus.

In §. Patrati delicti, vſque ad §. Idem de clericis.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis ex homicidio promoueri nequit.*

2 *Homicidium quid ſit? Eſt delictum horribilius.*

3 *Homicida clericus non tantum eſt irregularis, ſed etiam deponendus, & priuandus beneficio. num. 4.*

5 *pendente prolatione ſententiæ, fructus facit ſuos.*

6 *Ius quærendum non habet vim, ſi beneficium vacet poſt commiſſum homicidium.*

7 *Homicidium quibus modis cõmittatur? & in illis ſemper clericus eſt irregularis.*

8 *Iudex, exequutor, &c. in cauſis criminalibus, eſt irregularis.*

9 *Peccare nequit qui ius dicit, & exequitur.*

10 *Irregularitas non contrahitur per homicidium commiſſum ante baptiſmũ, ſecus ſi vt iudex commiſerit.*

11 *Baptiſma remittit culpam, & maculam ab ipſa proueniente.*

12 *Homicidium caſuale dantis operam rei licitæ, non cauſat irregularitatẽ.*

13 *Campanam pulſans pro Eccleſia, ſi percuſſerit aliquem malleo, non eſſet*

irre-

irregularis, ſecus ſi ad alium finẽ, & ſine vllo propoſito.

14 *Dans operam rei licitæ, & debitam non adhibens diligentiam, ſi aliquem occiderit eſt irregularis.*

15 *Dans operam rei illicitæ ſemper eſt irregularis, ſi ſequatur homicidium.*

16 *Diſpenſatio quæ, & à quo requiratur pro homicidio commiſſo ad propriam defenſionem.*

17 *Irruens ſuper gladium clerici, quem habet in manibus ad defenſionem, non facit vt clericus ſit irregular.*

18 *Homicidium cũ moderamine inculpatæ tutelæ eſt licitum, etiam in presbytero celebrante.*

19 *Lex fauet magis facienti actum ex neceſſitate, quam ex voluntate.*

20 *Irregularitas ex homicidio quot alijs modis committatur.*

21 *Agentes, & conſentientes in delictis pari pœna puniuntur.*

22 *Pœna ſemper ſupponit culpam.*

23 *Medicus adhibens omnem diligentiam, non eſt irregularis.*

24 *Præceptor ex nimia ſæuitia in correctionibus, efficitur irregularis.*

25 *Sæuitia nimia præceptoris culpæ comparatur.*

26 *Infantes non incurrunt irregularitatẽ, & à quolibet delicto excuſantur ſecus in conſcientia, ſi malitia ſuppleat ætatem. num. 28.*

27 *Infantes qui dicantur?*

29 *Furioſus excuſatur ab irregularitate.*

30 *ſi inferat damnum, non tenetur ad reſtitutionem, ſed ipſius parentes, ſi culpauerint in cuſtodia.*

31 *ſatis punitur ſuo furore.*

32 *Afflicto non eſt addenda afflictio.*

33 *Furioſus ſi dum habet lucida interualla malè operetur, peccat.*

34 *non poteſt teſtari, nec vouere, nec contrahere matrimonium, nec baptizart ex defectu intentionis.*

35 *Dormientes etiam excuſantur.*

1 IN his paragraphis proponuntur varia impedimenta, ex quibus quis promoueri non poſſit, & vnum ex talibus impedimentis, eſt irregularis ex homicidio, & licet prima facie videatur dicendum, quod homicidæ poſt peractã pœnitentiam ſacramentalem promoneri poſſunt, quatenus eſt remiſſa culpa, & pœna, vt patet à ſimili *ex l. ex hoc adiecto, §. fin. ff. de alienatione iudicij mutandi, &c.* tamen non obſtat hæc ratio; nam dignitas ſacrorũ ord. id exigit, vt ſcilicet nec vmbra maculæ in ordinando fuerit.

Aduerte igitur hic primò, quod homi-
2 cidium, quod eſt hominis ab homine occiſio connumeratur inter horribiliora delicta, *Abb. in cap. cum contingat de foro competenti columna 6. ex cap. quæſitum de tempore ordinandorum, cap. miror, diſt. 50.* ideo clericus homicida non tantum eſt irregularis, verum etiam erit de-
3 ponendus, *cap. presbyter diſt. 81. & cap. inquiſitionis de accuſationibus*, & poſt depoſitionem detruditur in monaſterio ad agendam perpetuam pœnitentiam, *cap. cum non ab homine, & cap. tua de pœnis, & Ioannes de Anania in cap. 1. de patribus, qui filios occiderunt columna pœnult.*

Aduerte ſecũdò, talẽm clericum homi-
4 cidam poſt depoſitionem eſſe etiam priuandum beneficijs, non enim eſt priuatus ipſo iure, *Innocentius in cap. cum noſtris de conceſſione præbendæ, Bald. in l. quod frater, C. de his, quibus vt indignis, Dec. conſil. 166. in primo volumine, Ananias, & Felinus in dicto cap. inquiſitionis, vbi de communi opinione teſtantur.* Ex hoc
5 habes, quod pendente prolatione ſententiæ, fructus facit ſuos, & tenentur ad reſtitutionem, *Felinus in cap. de quarta de præſcriptionibus num. 33. Boerius dec. 98. num. 4. Couarruuias in quarto decret. in 2. p. cap. 6. §. 8. num. 7.* Hoc autem benè
6 currit in iure quæſito, ſecus autem in iure quærendo, vnde ſi quis habeat ius ad proximum beneficiũ vacaturum, ſi vacet poſt commiſſum homicidium, non debet illo inueſtiri, quia per irregularitatem ex homicidio expirat tale ius, *Martinus Nauarrus apud Diaz in praxi criminali fol 404. ante verbum diſpenſare.*

Aduerte tertiò, quod ſolet clericus cõ-
7 mittere homicidium facto, præcepto, conſilio, & defenſione; in quolibet autem ex his caſibus ſemper eſt deponendus, vt per *glo. in cap. ſicut dignum, §. clericum, de homicidio, verbo conſilium, & §. ſi quis*
8 *viduam diſt.* 20. vbi etiam aduertit *glo.* quod iudex aſſeſſor, & exequutor in cauſis criminalibus non poſſunt promoueri propter irregularitatem, quam ex tali facto
9 contraxerunt, non quod peccauerint, qui enim ius dicit, & exequitur, peccare nequit, *cap. quæſitum 23. q 4. cap. miles q. 5.*

Aduerte quartò, quod ſi quis infidelis
10 ante baptiſmum aliquem occiderit, poteſt poſt baptiſmũ promoueri, vt aduertit *glo. in cap. ſi quis vidua verbo poſt baptiſmum*; quod intellige ſiue occiderit pec-
11 cando, ſiue condemnando, & vt iudex; nam *Bazianus ibi* vult, quod ſi quis occiderit aliquem peccando, puta in confli-

ctu,

ctu, poſſit deinde poſt baptiſmum ordinari, ſecus autem ſi id fecerit vt iudex, & dat rationē, quia per baptiſmum tollitur peccatum: ergo tollitur etiam macula per peccatum relicta, non ſic autem reſpectu ſententiæ. Dic tamen cum *gloſſa* ibidem eodem modo in omnibus, quia non debet eſſe melioris conditionis peccans, quam innocens.

Aduerte quintò, quod ſi homicidium
12 fuit caſuale, & quis dabat operam rei licitæ, & adhibuit omnem diligentiam, quam potuit, puta emiſit lapidem, qui eum impediebat, ſed autem proſpexit, & neminem vidit tranſeuntem, licet quis caſualiter tranſierit, non eſt in culpa is, qui eiecit, *cap. ſi duo fratres diſt.* 50. Idem dic, ſi pulſabat campanam ad conuocandos fideles in eccleſia, neque haberet animum aliquem interficiendi, ſi enim ex malleo cadente fuerit aliquis læſus, vel occiſus, non eſt irregularis pulſans; ea
13 enim, quæ fiunt propter bonum finem, non poſſunt malum inducere, *glo. hic in* §. *diuerſum verbo conueniret, & verbo irregularitatem.* Non ſic autem ſi aliquis priuatus vellet in propria domo campanā habere, vel ſi clericus, ſiue laicus pulſarēt in eccleſia abſque vllo propoſito, & pro delectatione, tunc enim ſi caſus eueniret, iſti eſſent irregulares, quia darent operā rei illicitæ, *Abb. in cap.* 1. *de officio cuſto-*
14 *dum.* Idem dic ſi dabat operam rei licitæ, ſed non adhibuit diligentiam, quam debebat, & tunc quia negligentia culpæ comparatur, eſt irregularis, quoad ordines ſuſceptos, & ſuſcipiendos, *cap ad audientiam de homicidio voluntario, vel caſuali, & cap. clerico iacente diſtinct* 50.
15 Vel dabat operam rei illicitę, vt eſt, ludere ludo prohibito clericis, *glo. hic in* §. *de eo verbo ludo*, & tunc ſiue adhibuerit diligentiam, ſiue non, ſemper eſt irregularis in pœnam rei illicitæ, quam non debebat exercere, *dicto cap. clerico, & cap. illud* 15. *q.* 1.

Aduerte ſextò, quod ſi homicidium
16 fuit ad defenſionem vitæ, & ſic propter neceſſitatem, & tunc diſtinguo aut poterat euitari, & eſt irregularis quoad ordines ſuſcipiendos, ſed poteſt miniſtrare quoad ſuſceptos cum diſpenſatione, *cap. de his clericis diſt.* 50. Vnde ſi habet ordines minores, pro miniſterio in illis diſpēſat Epiſcopus iure ſuo, ſi verò habet ordines ſacros, & tunc diſpenſat ordinarius, vt Papæ delegatus, *cap. continebatur de homicidio voluntario, vel caſuali*: aut non poterat euitari, & tunc ſine diſpenſatione poteſt adminiſtrare. Idem eſt ſi quis ir-
17 ruat ſuper gladium clerici, quem habet in manibus ad defenſionem, tunc ſi clericus non culpatur, *cap quia te diſt.* 50. indiget tamen diſpenſatione quoad alios ordines ſuſcipiendos, *gloſſ in* §. *clericos, verbo conſilium circa finem.*

Aduerte ſeptimò, quod cum modera-
18 mine inculpatæ tutelæ, licet aggreſſorem occidere, itaut valeat etiam in presbytero celebrante, qui ſi nullo modo poſſit mortem effugere, poteſt occidere aggreſſorē, & non erit irregularis, immo poterit id facere, & proſequi miſſam, *Clementina vnica de homicidio in fine, & Abb. in cap.* 2. *de vita, & honeſtate clericorum, cap. de his*, §. *quod vero diſt.* 50. Si autem poterat aufugere, debet potius hoc eligere, quam ſe defendendo alium occidere, vel quomodolibet lædere, vt per *Doctores in cap. ſuſcepimus de homicidio.*

Dices, presbyter occidens ſuum aggreſſorem non eſt irregularis: ergo multo minus iudex, qui condemnat.

Reſpondeur negando conſequentiam,
19 & diſparitas eſt, quia lex magis fauet facienti actum ex neceſſitate, quam ex voluntate; Iudex autem facit actum voluntariē, quem poterat non facere; poterat enim reſpuere munus iudicandi cæteris paribus, & dummodo non ſit damnum Reipublicæ, presbyter autem, quia facit ad defenſionem, ſupponimus, quod nullo modo poſſit id euitare.

Aduerte octauò, quod pro homicida
20 habetur conficiens, & dans venena ad procurandum abortum, & per cōſequens eſt irregularis, *cap. ſi aliquis de homicidio voluntario, vel caſuali*, ſed pro hoc vide, quæ diximus *lib.* 4. *tit. tit.* Item aſſocians homicidam, ne impediatur ab opere exequendo, eſt etiam irregularis, *cap. ſicut dignum*, §. *illi etiam de homicidio.* Item conſilium dantes, §. *qui vero eiuſdem, ca. ſicut dignum.* Item qui cū alijs concurrit licet ipſe non lethaliter percuſſerit, ſed ex vulneribus cōſociorum quis expirauerit, *cap. ſignificaſti eodem tit.*

Collige ex hactenus dictis *cum glo. in figuratione caſus*, primò, quod in delictis agentes, & conſentientes pari pœna pu-
21 niuntur, *cap.* 1. *de officio delegati.* Secūdò, quod ſemper pœna ſupponit culpam, & ſic quamuis iudex ſententiam iuſtam ferēdo, non peccet, eſt tamen in culpa pro irre-
22 gularitate, quia ſe intromittit in ijs, quæ prohibet eccleſia, notant *Doctores in dicto cap. quæſitum, & cap. miles.*

Aduerte nono, quod ſi quis fuit medi-
23 cus, v. g. & in curandis infirmis adhibuit omnem diligentiam, licet aliquis ab eo

curatus moriatur, medicus tamen non
erit irregularis, *Abb. in cap. ſententia
extra ne clerici, vel monachi*, quia tamen
nemo poteſt eſſe ſecutus de omni diligen-
tia adhibita; ideo ad maiorem cautelam
impetranda eſt diſpenſatio.

Nota tamen è contra, quod ſi ex nimia
24 ſæuitia præceptoris percuſſus puer infir-
metur, licet conualeſcat (dummodo non
ſit perfectè ſanus) ſi poſtea reincidat, &
moriatur, erit irregularis præceptor, *cap.
presbyterum de homicidio*; non enim
quælibet percuſſio permittitur, ſed tantũ
leuis correctio, *l. ſed etſi cum l. ſequenti,
ff. ad l. aquiliam*, alias nimia ſæuitia præ-
25 ceptoris culpæ comparatur, vt *hic in §.
ſed etſi ex l. præceptoris, ff. ad l. aquiliam.*

Aduerte vltimò pro §. ide conſtitutum
26 eſt, quod infantes eximuntur ab iſta pœ-
na irregularitatis; ſunt autem infantes ij,
qui ſunt minores ſeptennio, *l. infanti, C.
de iure deliberandi*, & iſti excuſantur à
27 quolibet delicto, quia eis nihil imputari
poteſt, *l vnica, C. de falſa moneta*: quid-
quid enim talis ætas videt ignorat. Non
28 ſic autem in foro conſcientiæ, nam ſi ma-
litia ſuppleat ætatem, tunc enim iſti pec-
cant.

Pro furioſis nota primò, quod ſiue quis
29 ſit continuò amens, ſiue habeat lucida
interualla, dummodo delinquat tempore,
quo habet amentiam excuſatur, *l. illud ff.
de iniurijs*, & confirmat *tex. in cap. illud
15. q. 1.* Item ſi inferant damnum, non
30 tenentur ad reſtitutionem, *l. ſed & ſi
quæ unque §. 2. ff. ad l. aquiliam*; ſed ha-
betur, ac ſi quadrupes feciſſet pauperiem,
vnde tenentur eius cuſtodes, vel parẽtes,
&c. qui ipſum furioſum non vinculant, &
cuſtodiunt, vt diſponitur pro animalibus
*in tit. ſi quadrupes pauperiem feciſſe
dicatur*; ipſis verò nulla pœna eſt impo-
31 nenda, ſatis enim puniuntur ſuo furore,
l dices 1 ff. de officio præſidis, & hoc ipſum
colligitur *ex cap percuſſio 7. q. 1.* Afflictis
32 enim non eſt addenda afflictio, *l. cum
dementis, C. de epiſcopali audientia*, me-
ritò neque furioſus irregularitatem in-
currit, *Clementina 1. de homicidio cap. in-
dicas 3. q. 1.*

Limita pariter in conſcientia, nam ſi
33 furioſus operetur dum habet lucida in-
teualla, peccat, & tenetur ad reſtitutio-
nem, quia voluntariè operatur, *cap. nullus
de regul. iuris in 6. Sanchez in præceptis
lib. 1. cap. 7.*

Nota ſecundò, furioſus nec poſſe teſta-
34 ri, & teſtamentum ipſorum factum in
amentia non valere, *l. furioſus, C. qui te-
ſtamenta facere poſſunt*, nec poſſe vouere,
nec profiteri in religione, *c. Gondiſlauus
q. 1.* nec valere eorum matrimonium. *cap.
dilectus de ſponſalibus*, nec baptiſma ab
ipſis collatum ex defectu intentionis, *glo.
verbo furioſus circa finem*. Pro dormien-
35 tibus verò dic eadem, quæ diximus, &
notat *glo. verbo dormientibus*.

In §. Idem de clericis.

SVMMARIVM.

1 *Clerici criminaliter agentes debent ſe proteſtare non intendere procedi ad pœnam ſanguinis.*

2 *... proteſtationem debent facere per inſtrumentum ad maiorem illorum ſecuritatem, alias in ipſo libello facere poſſunt.*

3 *Epiſcopi ſententiam mortis proferre nequeunt.*

4 *Actus quilibet, ex quo ſanguinis effuſio ſequitur, eccleſiaſticis prohibetur.*

5 *Sententiam ſanguinis proferentes, vel illam procurantes ſunt ſuſpenſi, & ergaſtulo detrudendi.*

6 *Clerici beneficiati tenentur accuſare inuadentes bona ſuorum beneficiorum.*

1 DEbent clerici criminaliter agẽtes
proteſtari publicè, & expreſſè ſe
non intendere procedi ad pœ-
nam ſanguinis, non debent ta-
men deſiſtere ab accuſationibus pro iniu-
rijs illatis, vel ſibi, vel ſuæ eccleſiæ, vel
conſanguineis, miſerabilibus perſonis,
&c. pro quibus poſſunt aduocare, & ratio
redditur *in præſenti §.* nam ſi clerici de-
ſiſterent ab accuſationibus, aperiretur
via, vt poſſent ab omnibus, & occidi, &
lædi in bonis, &c. quod non eſt admitten-
dum: ergo benè permittitur accuſatio,
ſed cum proteſtatione. Tamen ad intelli-
gentiam huius paragraphi.

Aduerte primò, quod debent clerici
2 facere hanc proteſtationem per inſtru-
mentum publicum, & præſentare illud in
iudicio; colligitur *ex cap. 2. de homicidio
in 6. & cap. cum in iure de officio delegati.*
Id tamen intellige ad maiorem ſecuritatẽ
ipſius clerici, cæterum ſufficit expreſſim
facere proteſtationem in eodem libello,
quod non ſuppletur per equipollens, ſci-
licet quod non petant pœnam ſanguinis,
glo. hic verbo proteſtantes.

Aduerte ſecundò, non poſſe Epiſcopos,
3 nec alias perſonas eccleſiaſticas ferre ſen-
tentiam ſanguinis, *cap. ex literis de ex-
ceſſibus*

ceſſibus prælatorum, nec poſſunt aſſiſtere
dum profertur ſententia mortis;nam etſi
per hoc tantum non efficiantur irregula-
res, tamen puniri debent, quia faciunt
contra *textum in cap. ſententiam extra
ne clerici,vel monachi,&c.* per illa verba:
4 Aut vbi exerceatur interſit, nec debent
dictare, nec ſcribere literas, quibus pœna
ſanguinis contra aliquem procuratur, vt
in eodem cap. vbi etiam prohibetur quod
cunque exercere, ex quo ſequatur ſangui-
nis effuſio.

Aduerte tertiò, quod *ij*, qui vel ſen-
5 tentiam ſanguinis proferunt, vel profe-
rendam curant quomodolibet, ſunt ſu-
ſpenſi ab ordine ſuſcepto detrudendi in
paruulo ergaſtulo, & tamen in fine vitæ
refici debent ſancta communione, *cap.is,
à quibus 23.q.8.*

Aduerte quartò, teneri clericos bene-
6 ficiatos pro defenſione bonorum ſui be-
neficij inuadentes accuſare, alias ſi poſte-
ris ex omiſſione ipſorum aliquod damnũ
inferatur ipſi tenentur propter omiſſio-
nem proſequutionis delicti, quam dam-
nat præſens §. *in fine*.

In §. Pœnitentes cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Publica pœnitentia imponebatur anti-
quitus pro delictis atrocibus.*
2 *Cæremonia antiqua cum publicis pœni-
tentibus.*
3 *Clerici nullatenus publicam pœnitentiã
facere debent.*
4 *Pœnitentes ex neceſſitate Eccleſiæ poſ-
ſunt admitti ad ordines minores.*
5 *Vtilitas,& neceſſitas ſunt cauſa diſpen-
ſationis.*
6 *Diaconus pœnitens miniſtrare debet ex
diſpẽſatione tãtũ in ſubdiaconatu*

1 ADuerte primo, quod antiquitus
pro delictis grauibus publica im-
ponebatur pœnitentia, hoc ſci-
licet modo, vt ij, qui erant ſic
puniendi feria quarta Cinerum, veniebãt
ante ianuas Eccleſiæ epiſcopalis, vt *in c.
in cap.diſt.50.* induti ſacco, capite aper-
to, pedibus nudis, & ſic genuflexi demiſ-
ſo capite, actibus etiam exterioribus ſe
reos eſſe profitentes, introducebantur
ab eorum parochis intus eccleſiam, vbi
proſtrati ab Epiſcopo, & Clero dicebãtur
pſalmi pœnitentiales cum lacrymis pro
eorum remiſſione, & poſtea Epiſcopus
ſurgens, ipſos aſpergebat aqua benedicta,
2 deinde immittebat cinerem ſuper eorum
capita, & poſtea conſignabat cilicium cũ
maximis doloribus, & gemitibus, ipſis
aſſerens, quod ſicut Adam fuit eiectus de
paradiſo propter peccatum, ita & ipſi ab
eccleſia Dei deijciebantur, & canebant
presbyteri verſiculum: In ſudore vultus
tui veſceris pane tuo; & iſti erant publici
pœnitentes, quorum vſus hodie non da-
tur, & ſi quis talem pœnitentiam fecerit,
erit excludendus ab omni gradu eccleſiæ,
*cap.illud quoque, & cap.canones diſt.50.
cap.maritum diſt.33.*

Aduerte ſecundò, quod nec debent
3 clerici talem pœnitentiam publicè exer-
cere, *cap.confirmandum, & cap.illud, &
cap.alienum eadem diſtinctione*, ne totus
clericatus vileſcat; vnde priuatim pœni-
tentiam exercere debent, *primo Regum
cap.2.* Sacerdos ſi in Deum peccauerit,
quis orabit pro eo? & *Gregorius in mo-
ralibus in eodem loco* ait, Sacerdoti quis
intercessor remanet, qui ad interceden-
dum pro alijs ordinatus eſt, vnde non
debet eis hæc publica pœnitentia imponi.

Aduerte tertiò, dictum paragraphum
4 limitari per paragraphum ſubſequentem,
in quo ex diſpoſitione *Concilij Toletani*,
quod ex neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ
poſſunt iſti pœnitentes admitti ad ordi-
nes minores, quia vtilitas, & neceſſitas
ſunt cauſæ diſpenſationis, *cap.placuit diſt.*
5 50. vbi etiam habetur, quod ſi Diaconus
talem pœnitentiam egerit, debet mini-
ſtrare tantum ex diſpenſatione in officio
ſubdiaconatus, non debet tamen mini-
ſtrare ea, quæ ſpectant ad Diaconum.
6 Fallit igitur aliquando hæc regula, quod
afflictis non eſt addenda afflictio: hic enim
pœnitentibus noua pœna imponitur.

In §. His illi.

SVMMARIVM.

1 *Negotiantes excluduntur ab ordini-
bus, & quare?*
2 *Negotiator qualiter differat ab artifice?*

1 ADuerte primò, negotiantes ex-
cludi ab ordinibus, quia cum
iſti vt plurimum multis grauã-
tur oneribus, & quia poſſent in
præiudicium creditorum confugere ad
forum eccleſiæ, ideo rationabiliter ſtatu-
tum eſt, quod prius ſatisfaciant, quod ſi
ſecus factum fuerit, & ordinentur, non
ſunt irregulares, ſed bona ipſorum inſolu-
tum debent dari creditoribus, *cap. 1. de
dilectationibus*. Idem dic de tutoribus,
curatoribus, &c.

Aduerte ſecundò, negotiatorem dif-
2 f.rte ab artifice; negotiator enim eſt,
qui rem non mutata forma emit, & ven-
dit; artifex verò eſt, qui reducens rem in
aliam formam, vendit deinde; cum autẽ
clericis liceat aliquid artificium exerce-
re, vt per *glo. hic verbo negotijs*, per con-
ſequens non excluduntur artifices ab
eccleſiaſticis ordinibus, quia non debent
impedire id, quod alias permittitur; tum
quia cùm ſimus in contrarijs, excluſio
negotiorum eſt ammiſſio artificum.

In §. Quod ſi quis cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarius excluditur ab ordine.*
2 *Vſurarius ordinatus debet degradari.*
3 *Simoniacus ordinari non debet.*
4 *Incorrigibiles excluduntur ab ordinibus.*
5 *Iſchirognomones viri propriæ ſententiæ.*
6 *Vltor ſemel propriæ iniuriæ non poteſt dici pertinax.*

HIc agitur de alijs impedimentis ad ordines, de quibus videbimus infra *lib.4.* Tamen quantum facit ad præſentem materiam.

Aduerte primò excludi vſurarium ab
1 ordine, *cap. omnes, & cap. de Petro diſt.*
47. Immo ſi quis vſurarius ſit ordinatus,
2 debet degradari, *cap. ſi quis diſt. eit. cap.*
quoniam 14. q.4 & in cap. ſi quis verbo
abſtinere, redditur ratio; nam mens aui-
da, nec abſtinere noluit vetitis, nec gau-
dere conceſſis, *& in cap. maritum diſt. 33*
idem habetur; immo vſurarijs denegan-
tur ſacramenta, donec pœnitentiam ege-
rint, vt per *glo. in dicto cap ſi quis.*

Aduerte ſecundò, excludi etiam ſimo-
3 niacos, vt *in dicto cap. maritum*, & hæc
eſt vna ex pœnis ſimoniacorum, de alijs
infra *lib.4. de ſimonia.* Item excluduntur
4 etiam pertinaces cultores propriarum
iniuriarum, & vocantur *ab Ariſtotele*,
5 Iſchirognomones, quod idem eſt ac viri
propriæ ſententiæ, qui nolunt audire
correctionem fraternam, & bona docu-
menta, vt ait *Iſidorus lib.6 etymologiarũ*,
& habetur *in cap. qualiter de accuſationi-*
6 *bus*; quod ſi quis propriæ iniuriæ ſemel
vltor fuerit, non poteſt dici pertinax, &
poterit ordinari, vt *per glo. hic*, neque erit
ſeditioſus is, qui cum moderamine in-
culpatæ tutelæ committeret homicidium
occidendo aggreſſorem, licet ſæpius id
feciſſet; per hoc enim non fit irregularis,
vt ſupra diximus *in §. patrati delicti.*

In §. De fure.

SVMMARIVM.

1 *Fures promoueri nõ poſſunt, niſi quinque requiſitis concurrentibus.*
2 *Lex fauet magis ſponte confitenti, quam conuicto.*
3 *Infamia non currit in ſponte confitente.*
4 *Actum faciens ex neceſſitate, toleratur à iure.*
5 *Fur non eſt irregularis, ſi tantum adſit infamia iuris, in quam per furtũ incidit, niſi etiam concurrat infamia facti.*

1 FVres nec promoueri poſſunt, niſi
quinque concurrentibus. Primum
requiſitum eſt, quod ſuum delictũ
ſponte profiteatur, & ratio eſt,
2 nam lex magis fauet ſponte confitenti,
quam conuicto, vt *in cap. non dicatis 12.*
q.1. & cap. presbyterum diſt. 50. tum quia
in eo, qui ſponte profitetur, non currit
3 infamia; nam cum ſponte profitetur, ſi-
gnum eſt, quod maxima adſtrictus ne-
ceſſitate id fecerit, & qui facit actum ex
4 neceſſitate toleratur à iure, vt ſupra di-
ximus, & probatur ex §. *de eo itaque hoc*
eodem tit.

Secundum requiſitum eſt, quod reſti-
tuat ablatum, vna cum damno paſſo, vt
videbimus infra *de reſtitutione lib. 4. tit.*
de furtis.

Tertium requiſitum eſt, quod ſe pœ-
niteat de errore, & pœnitentiam agat, vt
oſtendatur non recidiuus, & accedat ad
Deum cum propoſito correctionis.

Quartò, quod alia habeat requiſita ad
ordines, quod non ſit irregularis, ſit le-
gitimè natus, &c. ſecundum ea, quæ ſupra
diximus *ex Trid.* pro requiſitis generali-
bus, & particularibus.

Quintò, quod non ſit notatus infamia;
5 vnde habes, quod licet fur committendo
furtum incidat ſtatim in infamiã iuris, ta-
men per hanc tantum non eſt irregularis,
niſi concurrat etiam infamia facti, qua-
talis exiſtimetur apud homines, *c. tantis,*
Daniel diſt. 81. & c. omnipotens Deus, de
accuſationibus. Colligitur *ex l.2. ff. de ob-*
ſequijs libertorum. Alia pro hac materia
furti *infra in lib.4.*

In

Digitized by Google

In §. Sed & ſi nullum.

SVMMARIVM.

1 *Infidelis baptizatus in ægritudine promoueri nequit, ſic ſi poſt reconualeſcentiam benè regeſſerit.*
2 *Factum bonum ſubſequens, tollit malè geſta priora.*
3 *Intentio ſaltem virtualis requiritur ad hoc, vt ſacramentum valeat in recipientibus baptiſmum.*
4 *Intentio in pueris baptizandis ſuppletur ab Eccleſia.*
5 *Irregularitas ſupponens peccatum tollitur per baptiſmum, alia non.*
6 *Conceduntur aliqua propter hominum raritatem, quæ alias non concederentur.*
7 *Raritas hominum quæ permittat?*
8 *approbat actum illegitimum.*

1 ADuertè primò, quod infidelis baptizatus in ægritudine non poteſt promoueri. Ratio aſſignatur in præſenti paragrapho, quia ſcilicet eius fides non videtur libera, ſed neceſſaria, quippequi ex imminentia mortis ad fidem aduenerit, tamen ſi poſt reconualeſcentiam benè ſe gerat, itaut per opera ſubſequentia confirmetur bonum initium, & elidatur præſumptio fidei neceſſariæ ſumptæ, poteſt cum ipſo diſpenſari; nam bonũ factum ſubſequens
2 deſtruit malè geſta priora, *l. diuus, ff. de reſtitutione ſpoliatorum, & cap. tunc valere de conſecratione diſt. 4. cap. cum per bellicam 34 q. 1.* ergo multo fortius, dum tollit factum, debet tollere præſumptionẽ facti, quæ eſt in tali ſic baptizato, *cap. ſi quis diſt. 67.*

Aduerte ſecundò, quod in ſacramentis
3 recipiendis requiritur intentio ſuſcipientis, ſaltem virtualis, alias non tenet ſacramentum, quod licet limitetur in pueris, vt *in cap. ſi quis puerum de baptiſmo, & eius effectibus*: nam pro ipſis ſupplet
4 Eccleſia cum patrinis, & parentibus, qui pro ipſis atteſtantur, tamen in adultis hoc non currit, *cap. maiores, de baptiſmo, & eius effectibus.*

Dices, per baptiſmum tollitur omne peccatum: ergo debet tolli omnis irregularitas.

Reſpõdetur diſtinguendo conſequens,
5 irregularitas, quæ ſupponit peccatum; & concedo, quæ cõtrahitur ſine peccato, & nego; tum quia hæc irregularitas contrahitur per ipſummet baptiſmum: ergo non poteſt per eundem tolli; nam eſſet generatio, & corruptio in eodem actu.

Aduerte tertiò, fallere etiam doctrinã huius paragraphi, quando neceſſitas, & penuria clericorum id exigit, vt aduertit *glo. hic verbo raritas*: nam propter hominum raritatem aliqua conceduntur,
6 quæ alias non concederentur, *dicto cap. ſi quis, & cap. tali 1. q. 2.*

Ex hoc collige multa licere ex raritate
7 hominum; primò laico baptizare; ſecundò ſimplici ſacerdoti abſoluere; tertiò, vt valeat electio neophyti quartò, vt valeat depoſitio textus minus idonei, *cap. ſi teſtes §. idem in criminalibus 4. q. 3. cap. 2. 14. q. 2.* quintò, penuria hominum appro-
8 bat actum alias illegitimum, *l. generaliter, §. penul ff. de decurialibus, glo. in cap. priſcis diſt. 55. verbo vel ſufficientibus.*

In §. Scienter.

SVMMARIVM.

1 *Rebaptizatus ordinari non poteſt, niſi fecerit ignoranter.*

1 SCienter rebaptizatus nõ poteſt ordinari, & ſi fuerit ordinatus non tranſit ad vlteriora poſt rebaptiſmũ ſuſceptum, vt *in cap. qui bis de conſecratione diſt. 4.* Si tamen quis ignoranter fuerit rebaptizatus, puta dormiens, tunc quia hæc eſt ignorantia facti, quæ omnino excuſat, ideo non efficitur irregularis; ſecus autem in ignorantia iuris, puta ſi neſciebat id eſſe prohibitum, vel ſi fecerit ad bonum finem, nam hic eſt etiam irregularis, vt aduertit *glo. in dicto cap. qui bis, verbo ordinari.*

In §. Presbyterorum cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Filij illegitimi presbyterorum promoueri nequeunt.*
2 *non ſunt vocandi filij, & ſunt adulterini ſpiritualiter.*
3 *Illegitimi ſunt ſui iuris.*
4 *qua ratione excluduntur ab ordinibus.*
5 *Filius quoad naturalia ſequitur veſtigia patris.*

6 Irre-

6 *Irregularitas contrahitur etiam ſine peccato.*

7 *Filij puniuntur propter delictum patris, vt pœna parentum ſit grauior.*

8 *Filij illegitimi non faciunt ceſſare hanc cõditionem, ſi ſine filijs deceſſerit.*

9 *Teſtator in conditione ſi ſine filijs præſumitur intellexiſſe de legitimis, vel ad ſummum de adoptiuis.*

10 *Illegitimi legitimantur per ingreſſum religionis, per quem tollitur etiã irregularitas, vnde benè poſſunt promoueri.*

11 *Monaſterium lucratur hæreditatem illegitimi inſtituti hæredis.*

12 *Illegitimi, qui vitam immaculatam ducunt, & ſanctam, poſſunt etiam promoueri.*

13 *Filij non poſſunt in Eccleſia, ſiue beneficio patris miniſtrare, nepotes verò poſſunt.*

14 *Monaſterium ingreſſi debent religioſè viuere, alias priuilegium legitimationis amittunt*

15 *ſolent eſſe deteriores laicis.*

1 Filij illegitimi presbyterorum promoueri nequeunt, vt patet ex his paragraphis. Pro quibus

Aduerte primò, quod iſti tales verè nõ
2 ſunt vocandi filij, & ratio eſt ex *tex. in cap. dicat aliquis 32. q. 4.* quia ſcilicet filij nati ex adulterio non ſunt vocandi filij, ſed nati ex conſtituto in ſacris procedunt ex adulterio ſpirituali; corpus enim iſtius eſt Deo dicatum per factum ordinem: ergo filij nati ab ipſis promoueri nequeunt vt adulteri, & ſacrilegi.

Aduerte ſecundò, tales natos eſſe ſui
3 iuris, & ſic neque ſub patria poteſtate, quod intellige etiam de alijs illegitimè natis, vt in *§. aliquando inſtitutionibus, de nuptijs, & cap. cum haberet de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, Soccinus in quinto decretalium cap. ſi à patre de infantibus & languidis expoſitis.*

Aduerte tertiò ratione optima, excludi
4 filios presbyterorum ab ordinibus, & præſertim à factis, ne fortè & ipſi incidant in vitiũ patris; filius enim quoad naturalium præſumitur ſequi veſtigia patris, *l. ſi*
5 *quis, C. ad l. Iuliam maieſtatis, textus, & glo. in principio, l. cum vnus. ff. de alimentis, & cibarijs legatis, l. quod ſi nolit, §. qui mancipia, ff. de edilitio edicto, cap. illud diſt. 40. cap. quantum libet diſt. 47.*

Dices ex communi axiomate, filius nõ portabit iniquitatem patris, *Deuteronomij 24 num. 16.* non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus, &c. ergo non debent filij puniri pro delicto patris.

Reſpondetur primò ex contextu etiam ſacræ paginæ *Ieremiæ cap. 31.* vbi patres comederunt vuas agreſtes, & dentes filiorum obſtupuerunt.

Reſpondetur ſecundò, hoc eſſe delictũ
6 patris, ſed radicatum in filio; filius enim, quia naſcitur modo illegitimo, naſcitur irregularis, poteſt enim irregularitas contrahi etiam ſine peccato, vt patet ex *§. præcedenti*. Habent igitur ipſi filij propriam maculam, licet transfuſam à patre; ſicut pariter is, cui obtruncatur manus ab alio eſt irregularis ex facto alieno, vt *in §. carenda infra eodem, & glo. ibidem*, & puniuntur aliquãdo filij etiam propter
7 delictum patris, vt pœna parentum ſit grauior, pater enim magis in filio, quam in ſeipſo cruciatur, *l. iſti quidem, ff. quod metus cauſa.*

Aduerte quartò, quod ipſi filij non fa-
8 ciunt ceſſare conditionem appoſitam in teſtamento (ſi ſine filijs deceſſerit) quia non ſunt veri filij, vt diximus, ſic docet *Soccinus in 4. decretalium tit. de conditionibus appoſitis num. 5. ex Bar. Angelo, Ioanne de Imola & Paulo in l. hæres, §. fin. ff. ad Trebellianum.* Ratio autem eſt,
9 quia præſumitur, quod teſtator intellexerit de filijs, quos legitimè quis habere poterat, vt aduertit *Soccinus loco citato*, qui tenet poſſe valere hanc conditionem in adoptiuis à clerico, ad quod euitandũ apponunt Notarij illud additum (ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus de eius corpore deſcendentibus.

Aduerte quintò in hiſmet paragraphis
10 haberi limitationem huius caſus; primò, ſi iſti ingrediantur religionem, nam per talem ingreſſum tollitur irregularitas, *glo. hic verbo canonica ex cap. ad abolendam de filijs presbyterorum*; vnde poſſunt illi filij inſtitui hæredes, & monaſterium pro ipſis lucratur hæreditatem, monaſte-
11 rium enim facit pro monacho, qui habet ius, dum iam eſt purgatus de illegitimatione per ingreſſum religionis, *Soccinus in quinto decretalium cap. ex tua de ſimonia num. 7.* Secundò limitatur in ijs, quo-
12 rum vita cognoſcitur immaculata, & ſancta, ac proinde diſſimilis ſuo genitori, vt in *§. ſed hoc*; vnde verificatur regula, quod ceſſante ratione prohibitionis ceſſat prohibitio ipſa: ergo ſi in ipſis ceſſat ratio timoris ſupradicti, debet etiam ceſſare cauſa irregularitatis.

Aduerte ſextò, quod ſiue legitimus ſit
13 filius, ſiue illegitimus, non poterit in eadem

eadem patris eccleſia, ſiue in eodem patris beneficio miniſtrare, *cap. ad exterpandas, & cap. inter cætera de filijs presbyterorum* & ratio ex his colligitur, ne ſcilicet videatur aliqua ſucceſſio in eccleſia Dei. Non ſic autem dicendum erit in nepotibus presbyterorum, qui nati ſunt ex filio illegitimo ipſius presbyteri; iſti enim poſſunt ordinari, *l. Iulia, §. 1. ff. de ritu nuptiarum*; quia pro ipſis ceſſat ratio prohibitionis. Quid ſit dicendum pro beneficio aui; videtur affirmandum, nam non poteſt dici continuatio, dum filius medius.

Aduerte ſeptimò, limitationem horum
14 paragraphorum ſupra poſitam in dicta quinta aduertentia procedere, quando iſti ingreſſi monaſterium religioſè viuſt, alias non ſufficit eſſe in loco ſancto, & vitam agere degenerem, *cap. non loca diſt. 40.* ſæpè enim degentes in monaſterijs
15 ſolent eſſe deteriores laicis, *cap. quemlibet diſt. 47.* viuunt enim ſine cura, & talis vita eſt officina vitiorum, niſi dum Deo dicati ſunt Dei miniſterium agant.

In §. Item, vſque ad §. Cauenda.

SVMMARIVM.

1 *Bigamia quid ſit? & eius etymologia.*
2 *Lamech fuit primus bigamus.*
3 *Bigamia ex pluribus cauſis prohibetur, & inducit irregularitatem,*
4 *Bigamus quare dicatur maritus viduæ?*
5 *Vidua quæ dicatur apud Canoniſtas? quæ apud Ciuiliſtas?*
6 *Bigamus non dicitur ducens vxorem à ſe cognitam antea.*
7 *Matrimonium ſequens præſumitur præceſſiſſe vnionem ante illud factã.*
8 *Bigamus dicitur contrahens matrimonium cum meretrice.*
9 *Meretrix quæ dicatur?*
10 *Ducens in matrimonium meretricem facit bonum opus.*
11 *Excellentia ſacramenti ordinis declarat bigamũm ducens meretricem.*
12 *Bigamus eſt maritus adulteræ illam cognoſcens poſt adulterium, ſecus ſi cognouit ignoranter. num. 14.*
13 *Maritus non tenetur reddere debitum vxori adulteræ, poteſt tamen petere, ſicut è contra vxor viro adultero.*
15 *... non tenetur ſeruare mandatum iudicis præcipientis, vt cognoſcat vxorem adulteram.*
16 *Bigamia contrahitur à conſtituto in ſacris, ſi accipiat vxorem, licet matrimonium ſit nullum.*
17 *Bigamus eſt qui duas vxores, quamuis virgines habuit.*
18 *Bigamus æſtimatur qui contraxit cum prima virgine, & ſecundam non cognouit.*
19 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum eo, qui habuit plures concubinas.*
20 *Criminoſi tolerantur magis quam innocentes, ſi bigamiam conſideretur, nõ incurrere eũ qui habuit plures concubinas.*
21 *Bigami non poſſunt promoueri ad ſacros ordines.*
22 *Bigamus ordinatus ſuſpenditur ab ordine ſuſcepto.*
23 *Epiſcopus ordinans bigamum, ſuſpenditur à poteſtate ordinandi in poſterum, niſi cum diſpenſatione.*
24 *Bigamus omne priuilegium clericale amittit, nec poteſt deferre tonſurã ſub pœna excommunicationis.*
25 *non poteſt miniſtrare in ordine, quẽ ſuſcepit ante bigamiam, etiam occultam.*
26 *Bigamia occulta manifeſtari debet.*
27 *Ordinandus tenetur aperire impedimẽtum, quod habet.*
28 *Bigami amittunt priuilegium Canonis,* Si quis ſuadente diabolo.
29 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare cum bigamis ad ſuſcipiendos minores ordines, ſed ad miniſterium ſic.*
30 *Diſpenſatio poteſt fieri in ordinibus ſacris pro bigamo.*
31 *Põtifex difficiliter diſpenſat in bigamia, niſi magna cauſa intercedente.*
32 *Diſpenſatio facilior eſt in bigamia ſimilitudinaria.*

Hic agendum eſt de alio impedimento ad promotionem, quod eſt bigamia, pro qua videndum eſt, primò, quid ſit bigamia; ſecundò, quare inducat irregularitatem, tertiò, quibus modis contrahatur; quartò, quæ prohibita ſint bigamis.

Circa primum patet ex dictis, & ex §.
1 eſt autem infra eodem eodem, quod bigamia eſt defectus proueniens ex ſecũdis nuptijs, vt aduertit *Timotheus hic ex Paludano in 4. ſententiarum diſt 24 q. 4 a. 1* & dicitur à bis, & gamos, quod idem eſt ac coniux, vt ſupra diximus, ac proinde, ſiue quis habuerit plures vxores, ſiue vna, quæ fuit pluries vxor, ſemper dicitur bigamus, *glo. in cap. vna tantum diſt.*
2 *26. verbo bigamus.* Primus autẽ bigamus fuit

ſuit Lamech, *Geneſis cap.4.& cap.quomo-*
do 31.q.1.
Circa ſecundũ ex pluribus cauſis prohi-
3 betur bigamia, & inducit irregularitatẽ.
Primò, quia deficit in bigamo ſacramen-
tum vnitatis, quod eſt inter Chriſtum, &
Eccleſiam, & ſignificatur in primo ma-
trimonio, non autem in ſecundo; nam
ille pluribus diuidit carnem ſuam, *cap.*
*auctius diſt.*27. Secundò, propter excel-
lentiam ordinum, quæ talem requirunt
præparationem, vt ſcilicet quis vnam
tantum habuerit vxorem, *cap. vna tan-*
tum diſt.cit. Tertiò, propter ſignum in-
continentiæ, quia qui de vna vxore tran-
ſit ad aliam libidinis notam dat, *cap. pro-*
*poſuiſti diſt.*82. Quartò, quia non poteſt
hortare viduam ad viduitatem ſeruandã,
cum ipſe viduitatem non ſeruauit, *dicto*
cap.vnico.
Sed quæres quomodo poterit dici bi-
gamus is, qui habuit tantum vnam vxo-
rem, ſed viduam.
Reſpondetur id ideo eſſe, quia vir, &
4 vxor ſunt duo in carne vna, meritò &
priuilegia, & maculas ſibi inuicem com-
municant. Excluduntur autem bigami ab
ordinatione ex verbis etiam *Pauli ad Ti-*
motheum 3.& *Titum* 1.
Circa tertium, aduerte primò, quod
contrahitur bigamia, primò, quando quis
5 ducit vxorem viduam, & vidua propriè
eſt, quæ ſuit cognita ab alio viro, qui mor-
tuus eſt, *Abb in cap ne pro defectu de ele-*
ctione, cap. ſignificatibus de officio delega-
ti: Ciuiliſtæ autem tenent viduam dici il-
lam, quæ habet virum, ſed inutilẽ quoad
vſum matrimonij, *l. fin. C.ad l. Flauiam*
de plagiarijs. Si quis tamen duceret ab
alio ductam, ſed non cognitam, non erit
eximandus bigamus, & ſic poterit pro-
6 moueri; ceſſant enim omnes rationes
prohibitionis ſupra poſitæ. Idem dic, ſi
duceret à ſe cognitam etiam ante contra-
ctum matrimonium; nam neque eſſet
bigamus, quia nec illa pluribus diuiſit
carnem ſuam, vt apertè per *glo. in cap.*
clericis de clericis coniugatis.
Dices, carnis commiſtio ſignificat vnio-
nem naturæ diuinæ cum humana, quæ
vnio fuit in vtero Virginis, ſed in matri-
monio contracto poſt cognitam vxorem
non verificatur hoc; nam illa non eſt
amplius virgo: ergo hic non poterit pro-
moueri, *cap.maritum diſt.*33.
Reſpondetur negando minorem, &
7 ratio eſt, quia ſequens matrimonium præ-
ſumitur præceſſiſſe talem vnionem anteà
factam, *ex cap. tanta eſt vis extra qui fi-*
lij ſint legitimi.

Secundò, contrahitur bigamia per cõ-
8 tractum matrimonium cum meretrice;
eſt autem meretrix illa, quæ ſuam turpi-
tudinem publicè facit venalem, *cap.me-*
retrices 32.q.4.
Dices ex *glo.hic*, qui ducit meretricem
9 videtur facere bonum opus, immo me-
10 reretur remiſſionem peccatorum, quoad
pœnam, non quoad culpam, *c.inter opera*
de ſponſalibus: ergo non debet eſſe ir-
regularis, & ſic puniri, dum bonum opus
exercet.
Reſpondetur negando conſequentiam,
11 & ratio eſt, quia, vt ſæpius diximus, ir-
regularitas contrahitur etiam ſine pec-
cato, vnde licet iſte faciat bonum opus,
quia tamen ſcienter ſe reddit inhabilem
promoueri, per conſequens ei non infer-
tur iniuria, dum declaratur inhabilis pro-
moueri ex excellentia, & dignitate ſacra-
menti Ordinis, *cap.remiſſionem primam.*
*queſt.*1.
Tertiò, ſi maritus adulteræ poſt adul-
12 terium ſcienter ipſam cognouerit, *Con-*
cilium Neoceſarienſe, canone 8.*in ſecun-*
da aditione, & Præpoſitus in cap. ſi cui,
diſt 34.*& Innocentius in cap. inquiſitio-*
nis de ſent. excomm. Debet tamen eſſe
probabilis credulitas, idem tenet *Diaz*
in praxi criminali cap. 16. quidquid alij
contradicant, in quo nota *ex Innocentio*
13 *loco cit.* maritum non teneri reddere de-
bitum vxori adulteræ, poſſe tamen pete-
re. Idem dic de vxore, cum contrariorum
14 eadem ſit diſciplina; non ſic autem, ſi
ignoranter adulteram cognouerit: ſic
Diaz in dicto cap. in additione, verbo ſi
ignoranter ex communi opinione Theo-
logorum, & Canoniſtarum, & explicat
textum, Oſtienſis in tit. de bigamis, verbo
quot ſint ſpecies in cap. ſi cuius 34. *Ioan-*
*nes Andreas in cap.*2. *de bigamis, Abb.in*
*cap.*2.*de adulteris*, & probabiliorem eſſe
hanc ſententiam refert *Soccinus in* 4 *diſt.*
27.*q.*3.*a.*1. Vnde maritus non tenetur
15 ſeruare mandatum iudicis, ſi præcipiat,
quod cognoſcat vxorem adulteram, eſſet
enim præceptum continens iniquitatem
Diaz loco cit. verbo ſibi præiudicat.
Quartò, ſi mortua vxore vnica, & vir-
16 gine quis factus ſubdiaconus, & in ſacris
conſtitutus aliam ducat vxorem, licet nõ
ſit bigamus realis, quatenus hoc ſecundũ
matrimonium non valet, tamen punitur
pœna bigamiæ, *cap.nuper extra de biga-*
mis non ordinandis.
Quintò, qui habuit duas vxores, licet
17 ambas virgines, *glo. in cap ſuper eo, de*
bigamis, verbo in bigamis, ex cap.acutius
diſt. 26.

Quæ-

Quæres, an poſſit promoueri qui con-
traxit matrimonium cum prima vxore,
& virgine; qua mortua contraxit cum ſe-
cunda, quam non cognouit, & videtur
dicendum poſſe promoueri, quia non de-
ficit ſacramentum vnitatis.

Reſponderur tamen negatiuè, & ratio
18 eſt ex *Abb. in cap. cum Apoſtolica de ſpõ-
ſalibus*, quia licet non ceſſet ratio defe-
ctus ſacramenti vnitatis, tamen hic oſten-
dit magnam incontinentiam, & ideo ex-
cludi debet ab ordine, ſicut qui habuit
duas vxores, *dicto cap. acutius*; cum eo
19 autem, qui habuit plures concubinas,
ſed non vxores poteſt Epiſcopus diſpen-
ſare, *cap. quia extra de bigamis*.

Collige ex hoc cum *glo. in dicto c. quia
duo*: Primum eſt, quod diſpenſatur cum
eo, qui peccauit, vt eſt qui habuit plures
20 concubinas, non ſic autem in eo, qui
plures habuit vxores, quia in hoc deficit
ſacramentum vnitatis, vt diximus. Se-
cundò, quod in *iſto* caſu plus toleratur
cum criminoſis, quam cum innocẽtibus.

Circa quartum aduerte primò, quod
21 non poſſunt bigami promoueri ad ſacros
ordines, *cap. de bigamo eodem tit.* & ſi fue-
rit bigamus ordinatus; ſuſpenditur à tali
22 ordine ſuſcepto, *cap. ſuper eo citato*, &
23 etiam ordinator ſuſpenditur à poteſtate
ordinandi in poſterum, *cap. literas, & cap.
dilectus de tempore ordinandorum*, ſed
cum hoc diſpenſari poterit, ſic per *glo. in
dicto cap. ſuper eo in figuratione caſus*.

Aduerte ſecundò, quod bigamus eſt
24 denudatus omni priuilegio clericali, ad-
ſtringitur foro ſæculari, & ſub anatho-
mate prohibetur, ne deferat tonſuram,
licet alibi contrarium ſeruetur; nam
conſuetudo prædicta ſubſiſtere nequit
tex. & glo in cap. 1. de bigamis in 6. Eſt
autem bigamia omnino contraria cleri-
catui, *Soccinus in quinto decretalium
cap. preterea de apoſtatis num. 8.*

Aduerte tertiò, quod bigamus ſi ante
25 bigamiam habuit aliquos ordines, prohi-
betur in ipſis miniſtrare, *cap. ad audien-
tiam, de homicidio*, vbi *Soccinus num. 368*
& miniſtrans peccat mortaliter, etiam
ſi bigamia ſit occulta, *Soccinus in c qua-
liter, & quando de accuſationibus n. 104.
ex tex. in cap. fin. de tempore ordinando-*
26 *rum*; debet enim manifeſtari bigamia
occulta, *cap. ſi quis viduam diſt. 50. &
cap. quicunque diſt 81.*

Ex quo collige, quod non ſufficit dice-
27 re, non fui de ipſa interrogatus ab Epi-
ſcopo, vel eius miniſtris; nam is, qui ha-
bet impedimentum tenetur illud aperire,
& proponere abſque eo, quod interro-
getur; tum etiam, quia ad hoc exhortan-
tur ordinandi ab Archidiacono antequã
accedant ad ordinationem.

Aduerte tertiò, quod bigami amittũt
28 ſignanter priuilegium canonis, *ſi quis
ſuadente diabolo in ca. 1. de clericis coniu-
gatis in 6* Intellige tamen hoc in matri-
monio contracto de iure, & ſic in biga-
mia verè contracta. Non ſic autem eſt
dicendum, ſi quis duceret aliam vxorem,
dum eſt in ordine ſacro conſtitutus; nam
hic verè non eſt bigamus, licet patiatur
aliquas pœnas bigamiæ, vt ſupra diximus
tamen non amittit priuilegium canonis,
vt aduertit *Goffredus in ſumma tit. de
bigamis, § item adnotabis, & Archidiac
in cap quiſquis diſt. 84. Ioannes Andreas
in regula delictum, de regulis iuris in 6.*
vbi ait, quod percutiens monachum bi-
gamum incidit in canonem: ergo pœna
prædicta currit in bigamia ex matrimo-
nio contracto verè, & de iure.

Aduerte quartò, quod cum bigamis
29 non poteſt diſpenſare Epiſcopus, neque
ad ſuſcipiendos minores ordines, ſic *ad-
dentes ad Diaz cap. 16. verbo diſpenſare*,
vbi referunt communem eſſe opinionem.
*Nauarrus in manuali confeſſariorum,
cap. 27 num. 197. qui refert Sanctum Do-
ctorem, & alios*, qui ad ſummum dicunt
poſſe diſpẽſare Epiſcopum cum bigamo,
vt miniſtret in ordinibus ſuſceptis ante
30 bigamiam. In ordinibus verò ſacris eſt
opinio *Doctorum* hinc inde, tamen com-
munis opinio eſt poſſe diſpenſari, vt in
cap. lector diſt. 32. vbi Martinus Papa di-
ſpenſauit cum bigamo, vt fieret ſubdiaco-
nus. Idem notat *Turrecremata, & alij
Doctores in cap. ſuper eo de bigamis, An-
charanus conſilio 124. Ioannes à Medina
in tractat de ieiunio fol. 131.* & commu-
nem eſſe opinionem Theologorum fate-
tur *Franciſcus Vargas in tract. de iuriſdi
ctione Epiſcopi fol. 31. Nauarrus verò
loco cit.* ait, Summum Pontificem maxi-
31 ma cum difficultate diſpenſare cum bi-
gamis, & nonniſi magna cauſa interce-
dente, in bigamia vera, vt quando quis
habuit duas vxores, vel vnam, ſed vi-
duam, at in bigamia ſimilitudinaria, vt
eſt in eo, qui erat ſubdiaconus, & deinde
contraxit, vel in eo, qui cognouit vxorem
adulteram, facilior eſt diſpenſatio, vt per
glo. in §. ſi quis tamen infra eodem.

In §. Cauenda, cum tribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum ordinis eſt ſacramentum dignitatis.*

2 *Impedimentum corporis quodnam ſit?*

3 *Animus nobilis rarò in corpore deformi reſidet.*

4 *Incompoſitio corporis inæqualitatem mentis inducit.*

5 *Corporis vitia in quadruplici genere poſſunt eſſe.*

6 *Virilia ſibi abſcindens pro caſtitate eſt irregularis, & puniendus vt homicida.*

7 *Affectus punitur, licet non ſit ſequutus effectus.*

8 *Tentationem non ſufferens in ſe facilè in peccata fidelium incaleſcit.*

9 *Timidi eſt optare necem.*

10 *Tex. Matthæi 19. explicatur, nam eunuchi appellantur continentes.*

11 *Crudelis in ſeipſum nemo debet eſſe.*

12 *Non debet permittere, vt ab alio lædatur.*

13 *Defectuoſi in lege veteri arcebantur à miniſterio.*

14 *qui poſſint hodie miniſtrare remittitur in arbitrium Epiſcopi.*

15 *Digitos habens inhabiles ad conſecrationem, poterit in alijs ordinibus, & exercitijs miniſtrare.*

16 *Corpore vitiati ſi de facto ordinentur recipiunt characterem.*

17 *Carens vngula pollicis, qui tamen ſit fortis poteſt ordinari.*

18 *Abſciſſio virilium ad tollendam maiorẽ infirmitatem, non impedit miniſterium ſacerdotis.*

19 *Virilia non habens ex caſu, poteſt etiam eſſe Epiſcopus.*

20 *non tenetur illa ſecum aſportare.*

21 *Pontifex ſolus diſpenſat cum corpore vitiatis.*

22 *Corpore vitiati non poſſunt in cauſis criminalibus deponere contra clericos.*

VIdimus hucuſque de ijs, qui promoueri non poſſunt ex defectu animi, & ſic ex defectu ſpirituali nunc ſequebatur videre de ijs, qui promoueri non poſſunt ratione ali-
1 cuius defectus in corpore; hoc enim ſacramentum ordinis eſt etiam ſacramentũ dignitatis, vt aduertit *glo. hic in figuratione caſus*; meritò indigni non ſunt admittendi. Videbimus igitur primò, quid ſit hoc impedimentum. Secundò, quotuplex ſit in genere. Tertiò, quotuplex in ſpecie. Quartò, qui defectus corporis ſint compatibiles, & non indigeant diſpenſatione.

Circa primum impedimentum corpo-
2 ris, eſt macula in ipſo per augumentum, vel decrementum, quo quis diſplicet hominibus, & ex quo indignus exiſtimatur miniſterio altaris. Ratio autem huius prohibitionis eſt, quia rarò in corpore
3 deformi nobilis, formoſuſque animus inſidet, *Abb. in cap. quia diuerſitatem de conceſſione præbendæ*, & incompoſitio
4 corporis, inæqualitatem inducit mentis, *Auguſtinus diſt. 41. §. vltimo*; vnde *Martialis* cuidam zoilo difformi in ore rubro pro crine, & alijs maculis innotato, ſic ſcripſit,

Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læſus,
Rem magnã præſtas Zoile ſi bonus es.

Circa ſecundum, hoc impedimentum
5 in genere poteſt eſſe quattruplex, vt aduertit *glo. hic verbo vitia*. Primo ex defectu alicuius membri, puta ſi quis careret manu, vel pede, &c. Secundo, ex inhabilitate, ſeu impotentia, & eſt cum quis habet membrum aliquod, ſed inutile. Tertio, ſi habeat membrum, ſed valde diminutum, puta aliquos digitos, ſed valde paruulos, ſic etiam ſi tantum figuram naſi, vel manum iunctam ſaris brachio. Quarto, ex magno augumento, vt naſo valde oblongo, &c. vt per *Doctores in cap. fin. de corpore vitiatis*.

Circa tertium aduerte primo, quod ſi
6 quis ſibi abſciderit virilia, vt reſiſteret carnalibus dæmonis ſuggeſtionibus iſte non poteſt promoueri; nam & pro regno Dei ſibi abſcindere illicitum eſt, *cap. ſi quis abſciderit diſt. 55.* & iſti puniuntur
7 vt homicidæ, punitur enim affectus, licet non ſit ſequutus effectus, ſed ſequi poterat, *l. ſi ambiguitatem, C. de vſufructu legato, dicto cap. ſi quis abſciderit, & cap. fin. 15. q. 1. cap. in nouo diſt. 22.* Ratio huius prohibitionis; colligitur *ex l. qui rei, §. ſic autem diſtinguendum, ff. de bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuerunt*, vbi ſic dicitur. Merito qui ſine cauſa ſibi manus intulit puniendus eſt, qui enim ſibi non pepercit, multo minus alijs parcet, &c. per quæ verba punitur viri impatientia, & deſperatio ſuæ correptionis, neque eſt cauſa velle ſe præſeruare à peccatis; nam poteſt id fieri ieiunijs, orationibus, &c. tum quia qui non ſufferet

in

in ſe tentationem facilè incaleſcit in pec-
8 cata fidelium, *cap. ſi non licet, cap. tu di-
xiſti, cap. placuit, & cap. non eſt noſtrum
23. q. 4 & Chriſoſtomus in epiſt. ad Ga-
latas* ait, Deum grauius punire eos, qui
ſeipſos occidunt, vel grauiter lædunt, *S.
Doctor* 2. 2. *q. 64. a. 5.* quod conſiderans
Ariſtoteles tertio ethicorum cap. in fine
9 dixit: Mortem ſibi conſciſcere ad fugien-
dam paupertatem, vel mœrorem, aliud-
ue huius generis, non fortis eſt hominis,
ſed potius timidi.

Dices, quomodo currit dictum Domi-
10 ni *Matthei* 19. Sunt eunuchi, qui ſeipſos
caſtrauerunt propter regnum cælorum;
ergo licitum eſt abſcindere ſibi virilia,
propter ſecuritatem ſalutis æternæ.

Reſpondetur negãdo conſequentiam;
nam in verbis Domini eunuchorum no-
mine veniunt continentes *Iſaiæ cap.* 50.
Eunuchis, ideſt continentibus.

Collige ex his primo, non licere ſeipſũ
11 interficere ex qualibet cauſa, neque in
actu, neque diſpoſitiuè, vt ſi quis vellet
immoderatè ieiunare, diſciplinare, con-
teri, &c. ex quibus incideret etiam in
periculum mortis, contra *textum in l li-
ber homo, ff. ad l. aquiliam*.

Collige ſecundo, quod neque poteſt
quis permittere, vt ab alio lædatur, quod
12 ſi ſancti ſpontè ſe obtulerint tyrannis, vel
coniecerint ſe in ignem, &c. id fecerunt
ex impulſu Sancti Spiritus, nemo autem
poteſt permittere læſionem, vel mutila-
tionem ſuorum membrorum cōtra *tex.
in l. liber homo, ff. ad l. aquiliam*.

Aduerte ſecundo ferè omnes ſpecies
13 huius prohibitionis haberi *Leuitici cap.*
21. vbi Dominus dixit ad Moyſem: non
offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad
miniſterium eius, ſi cœcus fuerit, ſi clau-
dus, ſi paruo, vel grandi, vel torto naſo,
ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibboſus, ſi lip-
pus, ſi albuginem habens in oculo, ſi
iugem ſcabiē, ſi impetiginem in corpore,
ſi ernioſus, &c. Hodie vero hæc limitan-
tur, & tantum illi repelluntur, qui non
poſſunt in ordine ſuſcepto miniſtrare,
puta ſi cœcus, vel mancus, &c. vt in *cap.*
14 2. *de corpore vitiatis, vbi Butreus, &
Cardinalis Corradus de ſacerdotibus p. 3.
cap. 6. num.* 50. immo *in dicto cap.* 2. re-
mittitur in arbitrium Epiſcopi, & eius
conſilij iudicare, quiſnam ſit defectus im-
pediens, vel difformis.

Aduerte tertio, quod ſi quis habet di-
15 gitos, qui deſeruiunt ad conſecrationem,
inhabiles, dummodo non impediant alios
ordines, poterit in his miniſtrare, vt ſi
quis ordinatus ſacerdos, dum erat inte-
ger, & ſanus, amiſerit deinde tales digi-
tos, poterit deinde miniſtrare in diaco-
natu, nec impeditur ab alijs muneribus
ſacerdotalibus, puta ab abſoluendum, &c.
vt per *Doctores communiter cū Couarr.
in principio Clementinæ, ſi furioſus nu.* 5
16 Immo licet corpore vitiati impediantur
ab ordinatione, ſi tamen de facto ordi-
nentur, recipiunt characterem, quamuis
non habeant exercitium; vt per *Docto-
res in dicto cap.* 2.

Circa quartum aduerte primo, quod
17 ſi quis careat vngula pollicis, dummodo
ſit fortis in digito, poterit ordinari, *cap.
Thomas de corpore vitiatis*, vbi etiam
loquitur *glo.* de qualibet leui deformita-
te, quæ non impedit, ſiue caſu euenerit,
ſiue data opera, ſiue propter neceſſitatē,
& *ex cap. ex parte eodem tit.* Nota, quod
18 abſciſſio virilium ad effugiendam maio-
rem infirmitatem lepræ, vel alterius, non
impedit in ſacerdote ordinato ſuum mi-
niſterium, & ſic poteſt licitè miniſtrare.

Aduerte ſecundo, quod qui eſt ſectus
19 in cunabulis, vel ita natus eſt, non ha-
bens virilia, vel quod fuerint ei ampu-
tata ab hoſte, hic poteſt ordinari etiam
Epiſcopus, *cap. ex parte il primo eodem
tit. cap. lator diſt.* 15.

Quæres, an is, qui caret aliquo mem-
bro (puta virilibus) dummodo ex tali
carentia non ſit effectus irregularis, te-
neatur ad integritatem ſui corporis, ſe-
cum exportare virilia.

Reſpondetur negatiuè, niſi ex ſua cul-
20 pa, & voluntariè fuiſſet mutilatus, *gloſſ.
in cap. ſi eunnuchus diſt.* 15. *Nauarrus in
manuali cap. 27. num.* 20.

Aduerte tertio, quod ſolus ſummus
Pontifex in hac irregularitate diſpenſat,
21 vt communiter *Doctores cum Syluestro
in ſumma, verbo corpore vitiatus q. fin.
& Innocentius in cap. ſignificauit de cor-
pore vitiatis.* Verum tamen eſt, quod co-
gnoſcere quæ difformitas corporis indu-
cat irregularitatem, in arbitrium Epiſco-
pi remittitur, *Nauarr. in manuali c. 27.
num. 200. Syluester verbo corpore vitiati
q. 1.* vnde non poteſt ſuperior regularis
in hoc diſpenſare, *Couarr. loco citato, &
Menoch. lib. 2. de arbitrarijs iudicum cen-
turia 3. caſu* 126. vbi etiam dicitur pru-
dens Epiſcopus æſtimauit poſſe ordinari
ſacerdotem quemdam, qui carebat vno
digito, quo nō impediebatur miniſtrare.

Nota etiam, quod corpore vitiati non
22 tantum prohibentur ordinari, verum
etiam repelluntur à depoſitionibus in
cauſis criminalibus contra clericos, col-
ligitur ex *c. 1. de exceptionibus, & com-*

munem eſſe opinionem teſtatur Clarus lib.5. receptarum ſententiarum §. fin.q. 24.verſiculo praterea.

In §. Finali.

SVMMARIVM.

1 *Vexati à Dæmone, & furioſi non poſſunt ordinari, & ordinati ſunt deponendi, ſcœnici etiam.*
2 *Epileptici excluduntur ab ordinibus.*
3 *Epilepſia quid ſit? & vnde oriatur?*
4 *Dæmoniaci ſi ſint ordinati ad alium gradum aſcendere prohibentur, niſi per annum à tali vexatione liberi appareant, ſic etiam lunatici.*

1 EXcluditur etiam à miniſterijs ſacerdotalibus is, qui vexatur à Dæmone, vel furioſus, & ſi de facto furioſus fuerit ordinatus, erit deponendus. *cap. ſi quis,* §. *ſicut ergo* 15.*q.*1. idem eſt dicendum de ſcœnicis, *cap maritum diſt.*33.

Aduerte etiam pro hoc paragrapho
2 primò, quod excluduntur pariter epileptici, quod idem eſt ac mente appenſi, ſeu frœnetici, *glo.in apoſtillis in cap.communiter diſt.* 33. oritur autem epilepſia
3 (quæ eſt idem ac mentis appenſio) ex humore melancolico ſuperabundanti, & ſuperuenienti ad cerebrum; omnes autẽ iſti excluduntur ratione optima; nam ſi corpore ſanciatum, ac debilem nequaquã ſancta contingere lex diuina permiſit, quanto magis domi cæleſtis diſpenſatores eſſe non conuenit mente perpulſos, *cap. vſque adeo in fine diſt. cit.*

Aduerte ſecũdò pro dæmoniacis, quod
4 ſi fuerint iam ordinati non poſſunt ad alium gradum aſcendere, vt *in fine huius* §. *& in cap. clerici diſt.*33. licet *glo.* ibidẽ teneat, quod poſſint ordinati in minoribus, ſi autem iſti ſint ordinati, vſqueadeo manent ſuſpenſi, quo per vnius anni ſpatium videantur à tali dæmonum incurſu liberati: & in *cap. communiter eadem diſtinctione* idem diſponitur de lunaticis, & alijs, qui ſimilibus paſſionibus ſubduntur.

DE PRÆBENDIS ET ALIIS BENEFICIIS

TITVLVS XXV.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
1 *Ius perſonarum eſt partim ſpirituale, partim corporale.*
3 *Ius perſonarum corporale quo tendat?*
4 *Præbenda eſt etiam beneficium.*
5 *Legiſtæ non ſolent tractare diuerſis locis, ea, quæ connexionem habent.*
6 *Dignitas quid ſit?*
7 *poteſt appeti quæ ſit ſuo ſtatui proportionata, & ad honorem Dei, & vtilitatem populorum.*
8 *ſi appetatur ad iactantiam, & ſupra ſui capacitatem, & non referatur in Deum, vel vtilitatem populorum, eſt peccatum mortale.*
9 *Appetere dignitatem, & gloriam ex ipſa dignitate, an ſit peccatum?*
10 *Gloria eſt idem ac manifeſtatio.*
11 *propter honorẽ Dei licitè appetitur.*
12 *Gaudere de propria dignitate ad laudem Dei, non eſt peccatum.*
13 *Inanis gloria quando ſit peccatum.*
14 *ex duplici ratione poteſt eſſe peccatum mortale.*
15 *Peccatum mortale eſt, quod cõtrariatur charitati erga Deum.*

1 POSTQVAM vidimus de iure perſonarum quantũ ad ea, quæ ſunt de ratione ordinis, ſequebatur videre de ijs, quæ ſunt annexa ordini; ius enim per-
2 ſonarum eſt partim corporale, partim
3 ſpirituale. Corporale tendit ad perceptionem fructuum, quæ habentur per beneficia, meritò de ipſis hic, ad cuius rubricæ, & paragraphi primi intelligentiam

Aduerte, quod ly alijs in præſenti v-
4 nit, & confirmat loquutionem, & ſic vnit præbendam cum beneficijs, vt oſtendatur etiam præbendam beneficium eſſe, *glo. hic verbo alijs ex Rota deci.* 8. *alibi deciſione* 247. Cæterum alienum eſt à legiſtis, ea, quæ connexionem habent diſtinctis locis pertractare, *l. eum actum, ff. de negotijs geſtis:* cum igitur hic fiat mentio de dignitate, vt §. *poſt hac*. Ideo videbi-

debimus primò, quid ſi dignitas; ſecun-
dò, vtrum ſit appetibilis.
Circa primum adu :rte ex *Timotheo*
6 hic, quod dignitas eccleſiaſtica eſt facul-
tas ad adminiſtrandas res Eccleſiæ cum
iuriſdictione etiam in modicis cauſis,
*Ancharanus in Clementina ſi dignitatem
de præbendis*.
Circa ſecundum aduerte primò, non
7 eſſe peccatum appetere dignitatem ſibi
conuenientem, & ſuo ſtatui proportio-
natam, diximus in *initio huius libri in
primo*, dummodo tamen causa ad me-
ritum talis dignitatis ref ·ndatur in Deũ,
Sanctus Doctor 2.q.131.a.1. *in corpore*,
& debet etiam ipſam prætendere ad ho-
norem Dei, & vtilitatem populorum.
Aduerte ſec. ndò, quod appetere di-
8 gnitatem ad ſui iactantiam, & ſupra ſui
capacitatem, eſt peccatum mortale. Idẽ
eſt, ſi non referatur in Deum, vel ſi quis
in dignitate, & honore acquiſito acquie-
ſcat. & non referat in vtilitatem alio ũ,
idem S.Doctor loco cit.in fine.
Quæres primò, an ſit peccatum mor-
9 tale appetere dignitatem, & gloriam ex
ipſa dignitate.
Reſpondetur, ſecundum *Sanctum Do-
10 ctorem q* 32.a.1.*in corpore*, quod gloria
idem eſt ac manifeſtatio, vt ait *Auguſt.
tract* 82 *in Ioannem, & tract*.100.& 104
Hoc poſito dico, quod ſi quis expeteret
gloriam, hoc eſt manifeſtationẽ ſuiipſius,
vt in ipſo populi cognoſcerent Dei potẽ-
tiam, & gloria redundaret in Deum,
tunc poterit expeti hæc gloria: ait enim
11 Dominus *Matth*. 5. Luceat lux veſtra
coram hominibus, vt videant opera ve-
ſtra bona, & glorificent, &c. Itaque ſic
expetere gloriam, vt principaliter inten-
datur Dei gloria non eſt peccatum, ſic
idem Sanctus Doct. loco cit. Immo ſi quis
gauderet de propria dignitate, & gloria-
retur in ipſa, non peccaret, ſi ex hoc exi-
12 geretur ad Dei laudem: Vnde *Paulus
1.ad Corinthios cap*.2. Nos autem ſpiritũ
huius mundi non accepimus, ſed ſpi-
ritum, qui ex Deo eſt, vt ſciamus, quæ
à Deo donata ſunt nobis, &c. ergo poteſt
quis cogitare, & recognoſcere quæ à Deo
data ſunt ſibi, & in iſta gloriatione non
peccat.
Quæres ſecundò, an ſemper inanis glo-
13 ria ſit peccatum mortale, puta ſi quis
operetur, vt videatur, ſi amet gloriari non
cogitando referre gloriam Deo, ſi amet
velle honorari, &c.
Reſpondetur, in nullo ex his caſibus
eſſe mortale, ſic *S.Doctor* 2.2.q.34.a.3. *in
corpore*, vbi ait; quod tantum ex duplici
14 ratione poteſt eſſe peccatum mortale
inanis gloria, ſcilicet vel ratione materiæ
vel ratione finis. Ratione materiæ, vt ſi
quis vellet gloriari de malo opere, vel ſi
exiſtimet ſe æqualem Deo, *Ezechielis* 28
Eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti, Deus
ego ſum. Ratione finis, vt ſi quis in quo-
libet opere ſui gloriam prætenderet, non
referendo in Deum, hic enim finis pro-
priæ gloriæ eſt inimicus piæ fidei, *Augu-
ſtinus lib*. 3. *de Ciuitate Dei cap*. 14. &
Ioannis 5. ibi: Quomodo poteſtis crede-
re gloriam ab inuicem expectantes, &
gloriam, quæ à ſolo Deo eſt non quæren-
tes. Cæterum ſic diſcurrit *S.Doctor in
corpore dicti articuli*: Illud eſt peccatum
15 mortale, quod contrariatur charitati er-
ga Deum, ſed appetitus gloriæ in caſibus
dictis non contrariatur charitati erga
Deum: ergo non eſt peccatum mortale,
at ratione materiæ, vel finis contrariatur
charitati erga Deum: ergo ex his ratio-
nibus erit mortale.

In §. præbenda cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Præbenda definitur*.
2 *eſt ius, vel ſpirituale, vel corporale.*
3 *quando eſt annexa canonicatui, eſt ius ſpirituale.*
4 *quando conſiſtit tantum in fructuũ perceptione, eſt ius corporale, & laicis benemeritis Eccleſiæ etiam concedi ſolet.*
5 *Theologalis eſt vna de quatuor præcipuis.*
6 *Theologi præbendati debent neceſſariò adeſſe, non tantum in Eccleſijs cathedralibus, ſed etiã in terris numeroſis, vbi ſi non adſit præbenda, prouidendi ſunt de beneficio ſimplici proximè vacaturo.*
7 *Præbenda Archipresbyteralis quæ ſit?*
8 *Archidiaconalis quæ ſit?*
9 *Cantoris quæ ſit?*
10 *alia præſtatur pro ſeruitio perſonali particulari, alia pro generali.*
11 *quæ datur pro ſeruitio perſonali particulari, non dicitur præbenda, ſed diſtributio quotidiana.*
12 *quare ſit introducta?*
13 *non debet deſtruere pro ſuperfluitatibus, ſed tantum pro proprio, & congruenti victu.*
14 *Beneficiatus debet viuere de redditibus beneficij inſpectis qualitatibus, & circumſtantijs loci, temporis, &c.*

15 *Men-*

15 *Menſura victus taxatur arbitrio prudentis viri.*

16 *Beneficium tribus diuidi debet Eccleſiæ, pauperibus, & beneficiato.*

17 *Beneficiatus poteſt dare parentibus, ne egeant, de redditibus beneficij.*

18 *id, quod debet dare pauperibus, non poteſt ſeruare in futurum, & ſi fecerit, peccat mortaliter.*

19 *Vaſa ſacra pro pauperum neceſſitate vendi debent.*

20 *Beneficiatus poteſt viuere de bonis beneficij, licet habeat patrimonialia, peccat tamen non ſubueniendo pauperibus.*

21 *Clericus non tenetur ad reſtitutionem, ſi pauperem non adiuuauerit de beneficio, quod totum ipſi deſumit; peccat tamen ratione denegati auxilij.*

22 *habet præbendam pro ſtipendio laborum, & ſic poteſt ſua opera ſpiritualia locare quoad eſſe phyſicum, nec committit ſimoniam.*

23 *Præbendæ duæ curatæ non poſſunt ſimul retineri, etiam ſi ambæ requirant ſeruitia perſonalia.*

24 *Renunciare compellitur vnam habens duas præbendas.*

25 *Præbendas duas curatas retinere contendens, vtraque priuandus eſt, niſi ad id per ſedem Apoſtolicam fuerit diſpenſatum. num. 26.*

27 *Qualitas perſonarum attendenda eſt in beneficijs.*

28 *Gradus magis ſtipendioſus, & laborioſus debet cæteros anteire.*

29 *Scientia nobilitat magis, quam pecunia.*

30 *Beneficia vacant electo beneficiato in Epiſcopum, & conſecrato.*

31 *Beneficia duo retinens incompatibilia ſine diſpenſatione, eſt cogendus aſſignare de ſuis prouentibus in vtilitatem illius, cuius eſt beneficium à tempore vacationis, non ſic ſi ſint in eadem Eccleſia. n.32.*

33 *Pœnæ ſunt reſtringendæ.*

34 *Pontifex maximus ſolus diſpenſat in pluralitate beneficiorum.*

35 *Conceſſum ſuperiori videtur limitatum pro inferiori.*

36 *Canonicus eſt priuandus parochia annexa canonicatui, niſi in illa Vicarius, vel œconomus ab Epiſcopo conſtituatur.*

37 *Epiſcopus debet incorporare capellanias pingues parochiæ tenui, & etiam pingui vtilitate concurrente. n.38*

39 *Onus nouum imponi poteſt præbendæ vacanti, & proximè conferendæ.*

40 *Onus acceptatum ab initio tenet impoſterum, licet illud prædeceſſor nō habebat.*

41 *Beneficium non debet recipere, niſi conditiones honeſtas.*

42 *Cōditio turpis habetur pro nō appoſita.*

43 *Pacta inter partes, vel poſſunt à iudice reformari, vel interpretari.*

44 *Rubricæ miſſalis attendi debent in celebratione miſſarum pro beneficio.*

45 *Beneficiati debent concurrere ad prouiſionem Theologi in aliqua Eccleſia, donec ille de præbenda prouideatur.*

46 *Bonum publicū priuato præferri debet.*

47 Tex.in c.cum cauſa extra eodem *explicatur.*

48 *Diſfalcatio in beneficijs ad tempus propter bonum commune non prohibetur.*

49 *Beneficiatus habet onera, & debet habere curam omnium bonorum præbendæ.*

50 *Vſufructuarius non tenetur ſtare locationi factæ à prædeceſſore.*

51 *Beneficiatus non poteſt vltra tempus ſuū bona obligare.*

52 *Succeſſor tenetur ſtare locationi factæ ad bonum Eccleſiæ, & cum authoritate ſuperioris.*

53 *Præbendatus tenetur ad reſidentiam, alias priuandus eſt, niſi eſſet cauſa ſtudij abſens.*

54 *Abſens cauſa ſtudij, licet non percipiat diſtributiones quotidianas, tamen habere debet portionem ex maſſa communi.*

55 *Portiones, vel ſunt pro aſſiſtentia in choro, vel principaliter pro præbenda.*

56 *Abſens cauſa ſtudij in præbenda indiuiſa, nihil amittit, ſed totum illi debetur.*

57 *Canonici cauſa ſtudij theologiæ poſſunt abeſſe per quinquennium, ſic etiā magiſterij cauſa.*

58 *Beneficiati abſentes cauſa ſtudij, debent toto conatu vacare ſcientijs, alias tenentur in conſcientia ad reſtitutionem.*

59 *Theologiæ pro cauſa, quod currit, debet currere etiā pro ſacris canonibus.*

60 *Abſens cauſa ſtudij debet habere pro eo dimiſſoriam ab Epiſcopo.*

61 *Præbendæ non admittunt diuiſiones.*

62 *Electio eſt potius irritanda, quam quod præbenda diuidatur.*

63 *Diuiſio parochiæ in duas, & præbendæ duobus Canonicis iuſta carſa intercedente eſt facienda*

64 *Fun-*

64 *Fundus poteſt inter duos diuidi, & erunt duo fundi.*
65 *Incorporatio præbendarum poteſt fieri propter redditũum tenuitatem.*
66 *non poteſt fieri, niſi iuſta ex cauſa, neque à Legato Apoſtolico.*
67 *Vnitas non recipit diuiſionem.*
68 *Prælatus dignis, & idoneis debet diſtribuere præbendas.*
69 *Idonei dicuntur, quibus morum honeſtas, & ſcientia ſuffragatur.*
70 *Prælatus conferens indignis beneficia motus ex ſympathia, vel ex affectu carnis, priuatur impoſterum iure conferendi.*
71 *Admiſſus in Collegio vir ignobilis, & non eminentis ſcientiæ, valet collatio, & non eſt remouendus.*
72 *Pueri minores ſeptennio ſunt incapaces beneficiorum.*
73 *Pueri appellatione venit maior ſeptennio, ſcilicet minor 14.*
74 *Soli capaces æſtimãtur maiores ſeptẽnio.*
75 *Pueri quicunque non ſunt capaces beneficiorum curam habentia animorum.*
76 *Beneficia abſenti conferri poſſunt alio pro eo acceptante.*
77 *Dominium acquiri poteſt abſenti, dummodo dans, & recipiens intendat pro abſente actum facere.*
78 Tex. in l. res. ff. de acquirendo rerum dominio explanatur.
79 *Acceptatus in canonicum abſque præbenda recipit interim diſtributiones quotidianas, & præbenda proximè vacans ei conferenda eſt.*
80 *Præbenda non debet dari ſuſpecto de aliquo vitio.*
81 *Auaritia maximum vitium.*
82 *Ambitio deteſtatur.*
83 *Procurans ſui inſtitutionẽ in beneficio viuentis, deponendus eſt propter auiditatem.*
84 *Iniuſtè depoſitus, ſi alius beneficijs inueſtiatur hic bona inueſtitus fide præſcribit contra illum ſpatio quadraginta annorum.*
85 *Eccleſia præſcribit contra aliam Eccleſiam.*
86 *Priuatus beneficijs, ſi non appellat Eccleſia tranſit in rem iudicatam.*
87 *Epiſcopus poteſt dare poteſtatem conferendi beneficium.*
88 *Collatio ab habente authoritatem debet fieri idoneo, alias non tenet.*
89 *Procuratoris dolus nõ nocet principali.*
90 *Conferens beneficium indigno ex authoritate ſibi data ab Epiſcopo, non poteſt amplius alteri idoneo conferre, quia iã functus eſt officio ſuo.*
91 *Collationis præbendæ requiſita.*
92 *Epiſcopi ſunt verè qui conferunt.*
93 *Patroni præſentant, nec poſſunt præſentationem promittere, nec poteſtatem dare alteri præſentandi ante vacantiam.*
94 *Prælatus poteſt promittere collationem beneficij, quando poterit, non autem talis beneficij.*
95 *Epiſcopus debet attendere mandatum Pontificis de prouidendo aliquo de proximo beneficio vacaturo, quod ſi non fecerit, tenetur interim illum alere.*
96 *Epiſcopus non debet attendere mandatũ Pontificis de aliquo prouidendo, ſi hic ſit indignus.*
97 *Mandatum ſuperioris non neceſſe eſt adimpleri, vbi ratio non adimplendi poteſt reddi.*
98 *Collatio depellitur ad Papã elapſo tẽpore ſex menſium, ſed hoc regulatur à priuilegijs, quæ habent diuerſi à Pontifice.*
99 *Collatio, & inſtitutio in quid differant?*
100 *Collatio, & inſtitutio nullatenus debẽt fieri cum pacto, alias in ſimoniã incurritur.*

HIc habetur propria materia huius tituli, ideo videbimus primò, quid, & quotuplex ſit præbenda. Secundò, quare ſint introductæ. Tertiò, quot præbendæ poſſunt retineri. Quartò, an poſſit in præbendis imponi nouum onus, & ad quid teneatur præbendatus. Quintò, an poſſint diuidi præbendæ. Sextò, quibus debeant diuidi præbendæ. Septimò, quæ requirantur in collatione, & quibus modis concedatur præbenda.

Circa primum aduerte primò, quod
1 præbenda eſt ius percipiendi prouentus eccleſiaſticos, tanquam vni de collegio competens, & ex canonicatu procedens: ſic colligitur *ex § præbenda hic, & ex tex. in cap. cum Cripbertenſis, de conconſtitutionibus, Ancharanus in rubrica de conceſſione præbendæ, & Archidiaconus in cap. ſi iuxta de reſcriptis in 6.*

Aduerte ſecundo, quod dicitur ius, vt
2 *in d. cap. cum primum & cap. ex literis de probationibus, cap. dilecto extra eodem.*
3 Ius autem aliud eſt ſpirituale, aliud corporale, per hoc, quod præbenda eſt annexa canonicatui, vel confertur perſonæ eccleſiaſticæ dicitur ius ſpirituale; vel non eſt annexa dignitati, vel canonicatui; & tunc quia conſiſtit tantum in quadam fru-

Digitized by Google

4 fructuum perceptione, poteſt dici quid temporale, *glo. hic verbo quam ius*, & hæc præbenda prout denotat fructuum perceptionem, ſolet dari etiam laicis benemeritis Eccleſiæ, puta ſi fuerint aduocati, &c. *cap. poſteriores 16. q. 1.*

Aduerte tertiò, quod præbendæ canonicatibus connexæ quatuor ſunt præcipuæ, ſcilicet præbenda Theologalis, & hæc datur lectori ſacræ Theologiæ; *Trid. ſeſſ. 5. de reformatione cap. 1. & cap. quia, & cap. fin. de magiſtris*, & præcipit *Trid.*
5 nicatibus connexæ
6 expreſsè eſſe tales theologos, ſiue magiſtros ſic præbendatos, non tantum in Eccleſijs cathedralibus, ſed etiam in alijs oppidis, & terris numeroſis; imò vult, quod vbi non adeſt præſtimonium pro tali lectore theologo, prouideatur de proximo beneficio ſimplici vacaturo, & debent etiam Epiſcopi prouidere, incorporando ſimul plura beneficia ſimplicia: igitur debet omninò procurator hic magiſter theologus, vt poſſit toti clero, & populo explicare credenda, & agenda.
7 Secunda eſt præbenda Archipresbyteralis, quæ datur curato habenti curam ani-
8 marum. Tertia eſt præbenda Archidiaconalis, *glo in cap. cui hoc eodem titulo in 6*
9 Quarta eſt, præbenda Cantoris, vt in *cap. relatum de conceſſione præbendæ*.

Aduerte quartò, quod aliter dicitur
10 præbenda, quod ſcilicet alia eſt, quæ præſtatur pro ſeruitio perſonali particulari, alia, quæ datur pro ſeruitio generali, *cap. ſuper hoc de renunciatione*. Illæ, quæ
11 dantur pro ſeruitio perſonali propriè, nô dicuntur præbendæ, ſed vocantur diſtributiones quotidianæ, de quibus infra.

Circa ſecundum aduerte primò, præ-
12 bendas eſſe introductas ex ratione, quæ habetur *in §. cum enim*, quod ſcilicet cû lex diuina præciperet, quod viueret de altari, qui miniſtraret altari, eodem modo qui eccleſiaſticis miniſterijs adſcribitur Eccleſiæ ſtipendijs erit alimentandus, *cap. cum ſecundum, cap. extirpanda, & cap relatum extra eodem*. Nota tamen, quod dicitur viuere, vt aduertit *glo. noſtra hic*; quod verbum ponitur ad expli-
13 candum vſum præbendarum, nam præbendati, & beneficiati debent vti præbêdis ad vſum pro proprio, & congruenti victu, non pro ſuperfluitate, & laſciuia, vt *in cap. illi vero diſt. 44. & Hieronymus in cap. Epiſcopus 12. q. 1.* ait: Tibi, ò ſacerdos de altari viuere, non luxuriari permittitur. Huius igitur occaſione videbimus, quid de vſu redditiuum præbendarum. Ideo

Quæres primò, an poſſit beneficiatus omnes redditus ſui beneficij conuertere in proprium vſum, & commoditatem.

Reſpondetur, ſolutionem huius quæſiti
14 comprehendere plures circumſtantias perſonæ, loci, temporis, &c. Debet igitur beneficiatus ſumere de beneficio omnia pro ſuo honeſto victu, & veſtitu neceſſaria, inſpecto loco, tempore, &c. commodius enim viuit quis in vrbe, quam in caſalibus, *cap. ſciendum diſt. 99. cap. non cogantur diſt. 41.* Res magis ſubſtantiales
15 comedit ſenex, quam iuuenis. Non poteſt igitur taxari iuſta menſura, ſed remittitur arbitrio prudentis, inſpectis circumſtantijs; *glo. in cap. clericus 21. q. 1.*

Quæres ſecundò, an ſit peccatum mortale non diuidere beneficium pro tribus partibus æqualibus, ſcilicet eccleſiæ, pauperibus, & ipſi beneficiato.

Reſpondetur, quod prima pars ſpectat
16 ad perſonam ipſius beneficiati, qui debet ſuas neceſſitates ſubleuare, deinde adiuuare pauperes, demum Eccleſiam, dummodo hæc non ſit in actuali neceſſitate reparationis, vel ædificij, &c. nec enim poſt beneficiarum ſtatim venit Eccleſia; igitur non fiunt tres partes æquales, ſed potius dici debet, quod tribus diuiditur beneficium, non in partes, ſed ſecundum neceſſitates, & honeſta commoda, de reliquo debet facere id, quod diximus; ſic *S. Doctor, & Caietanus 2. 2. q. 185. a. 7 in corpore*.

Quæres tertiò, an poſſit beneficiatus de redditibus ſui beneficij dare ſuis parentibus.

Reſpondetur affirmatiuè, dummodo
17 iſti ſint in neceſſitate, poteſt enim eleemoſynaliter dare, non vt ditiores euadât, ſed tantum ne egeant, *idem S. Doctor ad ſecundum*, & probat, *ex Ambroſio lib. 1. officiorum cap. 3. parum ante medium*, & ex *cap. præbenda diſt. 86.* vbi *Diuus Ambroſius* ſic ait: Hæc eſt approbanda liberalitas, vt proximos ſeminis tui ne deſpicias, ſi egere cognoſcas, non tamen vt ditiores illos fieri velis, eo quod tu potes conferre in opibus.

Quæres quartò, an poſſit beneficiatus non diſpenſare ſuperfluum pauperibus, ſed ſeruare in futurum vel pro ſe, vel pro alio beneficiato venturo.

Reſpondetur negatiuè, & ſi id faciat
18 peccat mortaliter, patet *ex cap. aurum 12. q. 1.* aurum enim habet Eccleſia, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus, &c. eſt opus *D. Ambroſij ſecundo officiorum cap. 28.* & idem vult *S. Doctor loco cit. ad tertium*. Debent igitur etiam vaſa ſacra ſuperflua pro diuino

uino cultu frangi, diſſacrari, vendi, &
pretium pauperibus diſtribui; ait enim
19 ibi *Ambroſius*, ornatus ſacramentorum,
redemptio captinorum eſt; itaque nec
poteſt, nec debet in poſterum ſeruare;
ait enim Dominus *Matth. 6.* Nolite ſol-
liciti eſſe de craſtino.

Quæres quintò, quid ſi clericus habeat
bona patrimonialia, & beneficium, de
quo viuere poſſit, an teneatur beneficium
pauperibus erogare.

Reſpondetur, quod poteſt licitè viuere
20 de bonis beneficij, & reſiduum pauperi-
bus erogare, ſi tamen eſſet quis in extre-
ma neceſſitate, non excuſatur clericus à
culpa mortali, ſi non ſubueniat de bonis
beneficij, dum ipſe poteſt viuere de pa-
trimonialibus, ſic *S. Doctor ad tertium*,
& Caietanus ibidem; tamen non tene-
retur clericus ad reſtitutionem, quia be-
21 neficium verè eſt ipſius clerici, & non
pauperis, niſi quoad ſuperfluum, quando
igitur clericus non adiuuat pauperem,
peccat ratione denegati auxilij, ſed non
tenetur ad reſtitutionem, dum non rapit
aliena, *Caietanus in eodem a. cit.*

Aduerte ſecundò, *ex glo. hic verbo ſti-*
22 *pendijs*, colligi ex hoc paragrapho cleri-
cum habere præbendam pro ſtipendio, &
mercede laborum, & ſic poſſe ſua opera
ſpiritualia locare quoad eſſe phyſicum,
neque per hoc committi ſimoniam, quia,
vt notat *Abb. in cap. cum ſecundũ extra
eodem*, clericus non intendit vendere,
ſed viuere.

Circa tertium, aduerte primò, quod
23 præbendæ, vel ſunt omnes curatæ, vel
vna curata, alia non, quando ſunt ambæ
curatæ, & incompatibiles, non poterunt
retineri ſimul, ſed vna tantum, etiam ſi
non eſſent præbendæ curatæ circa mini-
ſterium animarum ſufficit, ſi exigant ſer-
uitia perſonalia, *cap. quia in tantum, &
cap. ad hæc extra eodem.* Quod ſi plures
24 tales præbendas quis de facto habeat al-
teram renunciare compellitur. Item ſi
eligatur pro aliqua Eccleſia is, qui aliam
habet, tenetur hanc renunciare, alias
electio non tenet, & electores poterunt
alium eligere, *cap. cum non ignores, &
cap. cum iamdudum citato titulo.*

Aduerte ſecundò, hoc adeo verum
25 eſſe, vt ſi quis vellet contendere retinere
duo beneficia curata, vel dignitates per-
ſonales ſimul, veniat priuandus vtraque,
etiam ſi eſſent in eadem Eccleſia, dum-
modo exigant diſtinctam perſonam;
Clementina ſi iuſta eodem tit. Poterit
26 tamen circa perſonas ſublimes, & lite-
ratas diſpenſari per Sedem Apoſtolicam,
vt in eadem Eccleſia plures habeãt per-
ſonatus; nam iſtæ perſonæ maioribus be-
neficijs honorandæ ſunt, *cap. de multa
prouidentia extra eodem*; nam in benefi-
27 cijs conferendis eſt attendenda qualitas
perſonarum, vt colligitur ex *cap. cum co-
gantur diſt. 41. cap. conſuluit diſt. 47.* Is
28 enim gradus cæteros anteire debet, quẽ
ſtipendia longiora, & labor prolixior
fecerit anteire, *cap. ſtatuimus de maiori-*
29 *tate, & obedientia.* Hinc colligite quan-
tum lectori debeatis: ſcientia enim nobi-
litat in eo gradu, quem pecunia habere
non poteſt, *l. 1. §. eſt quidem, ff. de varijs,
& extraordinarijs cognitionibus*; ſcientia
enim nobilitat hominem, itaut talis no-
bilitas exiſtimationem non habeat.

Ex hac diſpoſitione nota primò, quod
30 in epiſcopatu alia ratio militat; ſtatim
enim ac quis eſt confirmatus in Epiſcopũ,
& conſecratus, ipſo iure vacant priora
beneficia; *cap. cum in cunctis, §. cum
verò, de electione.*

Nota ſecundò, quod ſi quis retinet duo
31 hęc beneficia incompatibilia per aliquod
tempus ſine diſpenſatione, cogendus eſt
aſſignare de ſuis prouentibus in vtilitatẽ
illius, cuius eſt beneficium, quantum à
tempore vacationis ipſius beneficij con-
ſtiterit eſſe perceptum, vt *in dicto cap. de
magna prouidentia*; quod adeo verum
eſt, vt ſi non habet in ære, luat in corpo-
re ad arbitrium iudicis, *cap. illud 16. q. 6.
cap. ſi res 14. q. 6.*

Nota tertiò, quod ſi hæc beneficia ſint
32 in eadem Eccleſia benignior fieri debet
interpretatio, & ſic non venit puniendus
dicta pœna, quia ſumus in odioſis, *cap.
pœnæ de pœnitentia diſt. 1.* vbi pœnæ ſunt
reſtringendæ, *l. interpretatione, ff. de pœ-
nis, & Ioannes Andreas in dicto cap. de
magna prouidentia.*

Aduerte tertiò, quod Summo Pontifi-
34 ci reſeruatur diſpenſare in pluralitate
beneficiorum cum cura, & per cõſequens
eſt ademptum hoc ius Epiſcopo, quia
quod ſuperiori conceditur, videtur limi-
tatum pro inferiori, *cap. quando diſt. 25.*
35 *cap. illud diſt. 9. cap. dudum de electione*;
vnde neque Legatus à latere poterit id
facere, vt aduertit *glo. in fine dicti cap. de
magna prouidentia, in apoſtilla item
quia.*

Aduerte quartò, quod ſi parochia ſit
36 annexa præbendæ, ſeu dignitati, vel ca-
nonicatui, ex quo teneatur quis ad ſerui-
tium maioris Eccleſiæ, venit priuandus
parochia, niſi in ipſa vicarium conſtituat,
ſeu œconomum, qui alimentetur ex fru-
ctibus ipſius parochiæ, *cap. extirpandum,*

§. *qui verò extra eodem*. Ideo ad hoc euitandum introductum eſt, quod ſi præbendæ canonicales alicuius Eccleſiæ ſint te-
37 nues, & inſufficientes ad ſubſtentationẽ, poſſit Epiſcopus accipere cappellanias perpetuas, quæ habent magnam prouiſionem, & maſſam conſtitutam, & incorporare canonicatibus, relicta tamen congrua prouiſione pro cappellano; ſic conſtituit *Honorius Tertius in cap. expoſuiſti citato titulo*.

Nota tamen, quod ſi non adeſſet ne-
38 ceſſitas, ſed tamen curreret magna vtilitas Eccleſiæ, poſſet etiam Epiſcopus id facere de licentia Pontificis, vt aduertit *glo. ibidem verbo neceſſitas*, & magna vtilitas eſſe poterit, ſi perſonæ prudentes reſpuerent dictos canonicatus, propter maximam redditus tenuitatem, ad ipſos enim capiendos facilis erit diſpenſatio.

Circa quartum aduerte primò, poſſe
39 vacante præbenda, & quando nouiter eſt conferenda imponi nouum onus, ad quod beneficiatus impoſterum teneatur, *cap. ſignificatum extra eodem* nec valet ſi velit allegare, quod beneficiatus prædeceſſor id non faciebat, quia ſufficit ipſum ſic
40 acceptaſſe, patet *ex l. ſi conuenerit, ff. de pignoratitia, & l. vſufructu legato, ff. de vſufructu*.

Aduerte ſecundò, quod conditio, quæ
41 de nouo apponitur debet eſſe honeſta, & pro diuino cultu; ſecus autem ſi eſſet impertinens, & illicita; tunc enim præbendatus non teneretur ad exequutionẽ
42 talis conditionis, quia illicita conditio pro non appoſita habetur, *§. hæres, & purè lib. 2. ciuili de hæredibus inſtituendis*.

Nota hic obiter, id quod colligit *In-*
43 *nocentius in dicto cap. ſignificatum*, quod pacta inter partes poſſunt reformari à iudice, vel ab ipſo interpretari; ſic *in dicto cap.* pactum erat inter partes, quod ſacerdos quotidie caneret miſſam de Beata Maria: in confirmatione poſtea dictum eſt à Papa ſimpliciter, quod quotidie canat miſſam, & ſic non eſt adiectus ly de Sancta Maria; nam diebus feſtiuis, & aliis
44 aliter notati; non poteſt dicta miſſa cantari, ſed debent attendi Rubricæ Miſſalis, nec duas dicere poterat idem ſacerdos, meritò fuit pactum declaratũ, nullũ à Papa idem dic proportionaliter de aliis conditionibus appoſitis à partibus: iam poteſt ſuperior ipſas moderare, patet *ex Innocentio in explicatione dicti cap. ſignificatum*.

Aduerte tertiò, caſum ſingularem, in
45 quo poteſt nouum onus præbendis imponi (ad ſeruandam cõſtitutionem *Trid. ſeſſ. 6. cap. 1. de refor.*) quando ſcilicet eſt prouidendum de lectore theologo in aliqua Eccleſia, tunc enim donec prouideatur de præbenda, tenentur omnes beneficiati contribuere de ſuis beneficiis.
46 Bonum enim publicum præferri debet bono priuato, & ad bonum publicum, tenemur omnes: *Auth. res quæ, C. cõmu. de legatis, Soccinus in quinto decretalium in cap. quia de magiſtris num.* 33. & colligit *ex tex in cap. de his de Eccleſiis ædificandis, & cap. fin. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*.

Dices *in cap. cum cauſa extra eodem*
47 expreſsè prohibetur diffalcatio, & diminutio præbendarum: ergo neque valet in caſu poſito.

Reſpondetur diſtinguẽdo antecedens, prohibetur diffalcatio in perpetuum, & concedo, ad tempus, & nego; vnde cum hæc diffalcatio ſit pro tempore vacationis proximæ præbẽdæ, qua inueſtiatur theo-
48 logus, per cõſequens non videtur prohibita per dictum capitulum, tum quia hæc ſpectat ad bonum commune, vt diximus, ergo nulla ratione debet exiſtimari prohibita, *Soccinus loco cit. ex cap. vacante de præbendis*.

Circa ſecundam partem quæſiti, ſcilicet ad quid teneatur præbendatus, multa patent ex dictis circa ſecundum: tamen præter ibi dicta

Nota primò, quod tenetur ad omnia
49 onera, quæ ſunt annexa præbendæ, item debet habere curam omnium bonorum ſuæ præbendæ, ſeu beneficij, nec debet ipſa diſtrahere, nec poteſt ad longum tempus locare, quia ipſe non habet plenum ius in præbenda, ſed eſt tantum vſufructuarius, *glo. in cap. præſenti de officio ordinarij in 6.* & vſufructuarius nõn te-
50 netur ſtare locationi factæ à prædeceſſore, *l. arbores, §. 1. ff. de vſufructu, & Socc. loco cit. num.* 26. Item nec poteſt vltra
51 tempus ſuum dicta bona obligare: ſic *Bal. & Cinus ex l. filio, §. vir, ff. ſoluto matrimonio, Rota deciſ. 225. apud Soccinum loco cit. in cap quærelam ne prælati vices ſuas num.* 29. & ibi ponit limitationem, quod ſcilicet ſi dicta locatio conti-
52 neret vtilitatem Eccleſiæ, & fuiſſet facta cum authoritate ſuperioris, teneretur ſucceſſor ſtare tali locationi.

Nota ſecundò, quod præbendatus te-
53 netur ad reſidentiam, alias ſi non reſideat, præter tempora conceſſa, vt videbimus *infra de clericis non reſidentibus*, priuatur præbenda, *dicto cap. extirpandæ, §. qui verò*, niſi eſſet abſens cauſa ſtudij;

hic

54 hic enim licet non percipiat diſtributio-
nes quotidianas, tamen debetur ei ex
maſſa communi certa portio ſibi compe-
tens, *cap. licet vobis citato titulo*: Sed
circa abſentem cauſa ſtudij

Sciendum eſt primò, quod debent eſſe
55 portiones diſtinctæ, quod ſcilicet aliud
detur pro actuali aſſiſten ia in choro, vel
in alijs functionibus, aliud detur ſimpli-
citer pro bræbenda. Abſentes igitur cau-
ſa ſtudij amittunt diſtributiones quoti-
dianas, ſed ha ent illam partem, quæ eſt
56 ex maſſa communi, *glo. in dicto cap licet
vobis, verbo diſtributiones circa mediũ*.
Si verò non habeant diſtribution s quo-
tidianas, ſed præbenda ſit tota ſimul, &
indiuiſa, itaut in fine anni diuidatur to-
tum, tunc abſent s cauſa ſtudij debent
habere integram ſuam portionem, nulla
facta diminutione, alias eſſet fruſtratoriũ
priuilegium ipſis conceſſum cauſa ſtudij,
aduertit *glo. ibidem in fine*.

Sciendum eſt ſecundò, quod poſſunt
57 Canonici cauſa ſtudij theologiæ abeſſe
per quinquennium, & poſſunt percipere
prouentus ſuorum beneficiorum, qui ſi
non ſufficiant, poteſt compelli capitulum,
ſeu collegium ad ſupplementum, & hoc
etiam habet locum reſpectu magiſtrorũ,
qui docent, quæ omnia patent *ex cap. ſu-
per ſpecula de magiſtris*, vbi par omni-
bus redditur ratio per illa verba (qui cum
docti fuerint in Dei Eccleſia, velut ſplen-
dor fulgeant firmamenti, ex quibus po-
ſtea copia poſſit haberi Doctorum, qui
v lut ellæ in perpetuas æternitates mã-
ſuri, ad iuſtitiam valeant plurimos eru-
dire) ex quo collige, quod ſi abſens be-
58 neficiatus non det o eram ſtudij toto
conatu non eſt rutus in conſcientia; imò
tenetur ad reſtitutionem ſuis conſocijs,
qui pro ipſo laborant, & ipſe malè vtitur
laboribus illorum.

Sciendum eſt tertiò, quod id, quod di-
59 citur reſpectu ſtudij theologiæ, multo
magis eſſet dicendum pro ſacris canoni-
bus, currente regula, *tex. in l. d Titio, ff.
de verb. obligationibus*, nam maior ratio
viget pro Canoniſtis; iſti enim plus poſ-
ſunt animas iuuare, quam quod faciant
theologi cum mera ſpeculatione.

Sciendum eſt quartò, quod ſtante con-
60 ſtitutione *dicti cap. ſuper ſpecula*; non
eſt alia diſpenſatio p tenda, ſed tantum
dimiſſoria ab Epiſcopo, & executio di-
ctæ conſtitutionis, vt aduertit *glo. ibidem
verbo de li entia*, & colligit *ex cap non
debere diſt. 80 & cap. cunctis 16 q. 1.*

Circa quintum erat videndum, an
poſſent diuidi præbendæ, quod intellige
generaliter, tam in præbendis maiorum,
quam in præb ndis clericorum. Ideo

Aduerte primò, prębendas non admit-
61 tere diuiſiones, patet expreſſè *ex cap.
maioribus extra eodem*; quod adeo verũ
eſt, vt ſi duo eligantur ad eandem digni-
tatem, & præbendam, potius eſt irritanda
62 electio, quam quod præbenda diuidatur;
ſic *in cap. tua fraternitatis cit. tit.*

Aduerte ſecundò, quod iuſta cauſa in-
63 tercedente poteſt parochia diuidi in
duas, & præbenda duobus Canonicis, dũ-
modo prouentus ſint ſufficientes ad ſub-
ſtentandum vtramque; ſecus vero, quod
non, *cap. vacante cit. tit.* ſicut pariter po-
terit eadem domus aſſignari duobus, &
64 vnus fundus inter duos diuidi, & etant
duo fundi, *l. ſi quis duos*, §. 1 *ff. commu-
nia prædiorum*, ſicque præſens diſpoſitio
non cõtrariatur textui in *dicto cap maio-
ribus*: ſenſus enim textus ibidem eſt,
quando prouentus non ſunt ſufficientes
ad ſuſtentandas duas perſonas, vel quan-
do non adeſt iuſta cauſa, quam nos ſup-
ponimus in diuiſione poſita.

Aduerte tertio, quod poterit etiam ex
65 iuſta cauſa fieri incorporatio præbenda-
rum, ſicut fit diuiſio, quia contrariorum
eadem eſt diſciplina: ergo ſi poſſunt diui-
di, poterunt etiam plures ſimul incorpo-
rari ob r dituum exiguitatem, *dicto cap.
tua fraternitatis, vbi glo. verbo ſectio-
nem circa finem, ex cap. fin. de verborũ
ſignificatione*.

Aduerte quartò, quod non concurren-
66 te iuſta cauſa, vt diximus, neque poteſt
Legatus Apoſtolicus duos in eademmet
indiuiſibili præbenda inſtituere, *cap. di-
lecto filio citato titulo*; vbi ſic dicitur in
67 ſumma: Vnitas non recepit diuiſionem,
cap. loquitur 24. q. 1. dummodo lega us
non intendat creare nouum ius, quia tunc
poterit, vt ſupra diximus præbendam va-
cantem diuidere, & duos prouidere, *dicto
cap dilecto filio in fine*.

Circa ſextum eſt videndum, quibus de-
beant aſſignari præbende. Ideo

Aduerte primò, quod prælatus præ-
68 bendas diſtribuere dignis, & idoneis &
tales æſtim ntur illi, quibus morum ho-
neſtas, & literarum ſcientia ſuffragatur;
69 *cap. conſuluit diſt. 74.* Quod ſi prælatus
motus ex ſimpatia, vel ſequens affectum
carnis, conferat beneficia indignis, con-
70 ſtito de hoc, priuatur impoſterum iure
conferendi beneficia, *cap. graue nimis,
eodem tit*

Aduerte ſecundò, quod ſi quis repe-
71 riatur admiſſus in Colllegio qui ſit igno-
bilis, & vir non eminentis ſcientiæ, valet

collario, nec eſt repellendus, *cap. vene-
rabilis frater eodem tit.* etiam ſi Eccleſia,
in qua quis aggregatur conſueuerit ſem-
per habere viros ex parentibus illuſtri-
bus. & eminentis ſcientiæ. Ratio reddi-
tur *in dicto cap.* non generis, ſed virt tum
nobilitas, vitæque honeſtas gratum Deo
faciunt, & idoneum ſeruitorem, ad cuius
regimen non multos ſecundum carnem
nobiles, & potentes elegit, ſed ignobiles,
ac pauperes, eo quod non eſt acceptatio
perſonarum apud ipſum, & vix ad culmi-
na dignitatum viri eminentis ſcientiæ
valeant peruenire.

Aduerte tertiò, p ıeris nec poſſe be-
72 neficia conferri, quia illi ſunt idonei Ec-
cleſijs reputandi, qui ſeruire poſſint, &
valeant; *cap. ſuper inordinata citato tit.*
73 tamen *glo verbo pueri in dicto cap.* ait,
quod app llatione pueri venit minor 14.
annis. *cap. pueri 22 q. 5. cap. indecorum
de ætate & qualitate, &c.* tamen in caſu
noſtro veniunt illi, qui ſunt minores ſe-
ptennio; pro ipſis enim currit dictum,
quod non ſunt idonei, nec deſeruire
poſſunt, tamen poſt ſeptennium, ſicut
antiquitus promoueri poterant, quia
74 exiſtimabantur doli capaces, vt *in cap.
pueris de delictis puerorum*; ita poterunt
eſſe idonei pro collatione beneficij. In-
telige tamen pro beneficijs ſimplicibus,
75 quæ non habent curam an marum, alias
pueri non eſſent idonei: *cap. pueri 1 q. 1.
cap. cum in cunctis de electione.*

Adu rte quartò, poſſe etiam abſ nti
76 conferri beneficia a'io pro ipſo accep ã-
te. *cap. accedens extra eod m* poteſt enim
etiam abſenti acquiri dominium, dum-
modo dans, & recipiens intendant pro
77 abſente facere actum coligitur *ex l. ſi
procurator, ff. de acquirendo rerum do-
minio, & l. qui mihi donatum, ff. de do-
nationibus.*

Dices *in l res. ff. de acquirendo rerum*
78 *dominio*, abſenti i ſcio non acquiritur
dominium: ergo neque poteſt acquiri
præbenda.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens
quando dans, & recipiens non intendunt
facere act m pro abſ nte & concedo,
quando pro illo intendunt facere actum
& nego; ſic adue tit *glo. in dicto cap. acce-
dens. verbo vel alius in fine.*

Adue te quintò, quod ſi quis accepte-
79 tur in canonicum, tamen abſque præ-
benda, quia forſan non erat vacans, hic
interim recipit quotidianas diſtributio-
nes, & præbenda proximè vacans, ſtatim
ei conferenda erit; nam videtur indignũ
vt receptus in canonicum præbendæ be-
neficio defraudetur, *glo. in cap. dilectus,
verbo defraudetur. & cap. relatum extra
eodem.* tum quia cum canonicus videatur
electus ad nouum ius, vt *in cap. dilecto
eodem tit.* & cum tale ius petat q amcito
aſſignari beneficium vacans, vt *in cap. cũ
enim de conſtitutionibus*, p r conſequens
debet ipſe proximo beneficio vacanti in-
ueſtiri; non enim poteſt diu manere tale
ius ſine re corporali, *cap. ſi quis obiecerit
1. q. 3.*

Aduerte ſextò, quod non debet præ-
80 benda dari ſuſpecto de aliquo vitio, *cap.
cum iamdudum extra eodem. cap. Flore-*
81 *tinum diſt. 86.* vbi etiam quammaximè
vitium auaritiæ reprehenditur; eſt enim
hæc mater multorum errorum, & dicitur
idolorum ſeruitus, meritò auarus non
debet præbenda inueſtiri. Idem dic de
ambitione, *cap. qui in viuorum de con-
ceſſione præbendæ*, vbi diſponitur, quod
82 quod ſi quis procuret ſui inſtitutionem
in beneficio viuentis, eſt depon ndus in
pœnam dictæ auiditatis, vt aduertit *gloſſ.*
83 *ibidem verbo expellendi*, & citat ad hoc
*textum in cap. in primis 2. q. 1. & c. nam
furem 7 q. 1.*

Mouet *glo. ibidem* dubium, quod ſi quis
84 fuerit iniuſtè depoſitus, & priuatus be-
neficijs, & a'ius ipſis inueſtiatur bona
fide, & poſſederit per ſpatium quadragin-
ta annorum, ſi deinde ſciat iniuſtè fuiſſe
depoſitum, an teneatur dicta beneficia
reſignare, an poſſit continuare, & fructus
percipere.

Reſpondetur, non teneri, cenſentur
enim quaſi præſcripta dicta beneficia: &
licet res eccleſiaſticæ præſcribi nequeant,
85 tamen vna Eccleſia contra aliam bene
præſcribit, & ſic clericus contra clericum
*cap. vigilanti, & cap. ſi diligenti de præ-
ſcriptionibus, cap. ſi virgo 34. q. 2.* Sed
quidquid ſit de tali præſcriptione *gloſſa
citata* dat aliam rationem; & eſt, quod eo
ipſo, quod condemnatus, vel priuatus nõ
appellat à ſententia, ſed àcquieſcit, tranſit
86 ſententia in rem iudicatam, *cap. quoad
conſultationem de ſententia, & re iudic.*
& ſic poteſt alius pacificè retinere, ſiue
ſciat, ſiue neſciat talem fuiſſe depoſitum,
& priuatum iniuſtè, quia volenti, & con-
ſentienti non fit iniuria, & ratificare vi-
detur ſententiam Reus non appellans.

Aduerte ſeptimò poſſe Epiſcopum al-
87 teri dare authoritatem cõferendi bene-
ficium proximè vacat ırum, & hoc tam
pro vna, quam pro pluribus vicibus, *cap.
conſtitutus de conceſſione præbendæ*, &
ex *glo. ibidem*, debet tamen is, qui habet
hanc authoritatem, vti ipſa in bonum
confe-

88 conferendo, ſcilicet beneficium perſonæ
idoneæ, & habili, alias collatio non va-
let, *cap cauſam de electione*, quod adeo
verum eſt, vt ſi hic conferret indigno,
collatio non valeret, quia eſſet in præiu-
dicium Eccleſiæ, & procuratoris dolus nõ
nocet principali. *cap. 2. de in integrum*
reſtitutione, cap. 1 vt lite non conteſtata,
86 *l & eleganter, §. penul. ff. de dolo*. Immo
poſito, quod tali contulerit, non poteſt
alteri conferre, quia iam functus eſt offi-
90 cio ſuo, vt in ſimilibus ſupra diximus *de*
electione ex tex in cap. cum in cunctis de
electione, & electi poteſtate

Circa vltimum erat videndum de re-
91 quiſitis ad collationem præbendæ, & ad
tria reduci poſſunt, ſcilicet perſona, tem-
pus, forma. Perſona alia conferens, alia,
cui confertur, de hac diximus. Circa con-
ferentem

Aduerte primò, quod conferens verè,
92 eſt tantum Epiſcopus, *cap. nulla 16. q 1.*
Patroni autem in iure patronatus non
93 conferunt, ſed tantum præſentant, vt
videbimus infra *in titulo de inſtitu-*
tionibus de iure patronatus; nec poſſunt
ipſi patroni promittere præſentationem
ante vacantiam, nec dare alteri talem
poteſtatem ſic præſentandi antequam
beneficium vacet, *cap. cum dilecta de con-*
ceſſione prabenda.

Aduerte ſecundò, quod licet non poſſit
94 prælatus promittere tale beneficium,
v. g. quando vacabit, vt *in cap. ex tenore*
citato tit. tamen poteſt promittere colla-
lationem beneficij quando poterit, *cap.*
accedens de conceſſione prabenda. Ratio
primi eſſe poteſt, ne clericus expectans
vacationem talis beneficij induceretur
ad necem, vel ad deſiderium mortis illius
beneficiati: At in ſecundo caſu non ſic;
nam prælatus nihil certi proponit, ſed
vagè, & quando poterit, quod eſt idem
ac dicere quando vult; vnde ſi antequam
vacaret beneficium eſſet promiſſum, talis
promiſſio non valet, nec habet vim va-
cante beneficio: itaut ſi tale beneficium
conferatur alteri, cui non fuerat promiſ-
ſum, valet collatio, non obſtante illius
reclamatione, vt *in cap. relatum cit. tit.*

Aduerte tertiò, quod Epiſcopus con-
95 ferens debet attendere mandata Ponti-
ficis, quare ſi Pontifex mandet, quod ali-
cui prouideatur de proximo beneficio va-
caturo, & Epiſcopus id neglexerit confe-
rendo alteri beneficium, quod vacauit,
tenetur alere illum, qui habuit reſcriptũ
apoſtolicum, donec alia noua vacatio eue-
nerit, *cap. dilectus filius extra eodem*.

Limita tamen hoc reſpectu illius, cui
96 ſine ſcandalo prouideri non poteſt, *cap.*
cum teneamur cit. tit. & glo. ibidem verbo
97 æquanimiter, dat regula, quod mandatũ
ſuperioris non eſt neceſſe adimpleri, vbi
ratio non adimplendi poteſt reddi, *cap.*
clericos de clericis non reſidentibus, cap. ſi
quando de reſcriptis.

Circa tempus aduerte, quod eſt atten-
98 dendum tempus ſemeſtre à die vacatio-
nis, & tali tempore expirato collatio de-
uoluitur ad Papam, *cap. ne captanda de*
conceſſione prabenda in 6 cap. 2. & cap.
dilectus filius extra cit. tit. tamen hoc ius
hodie habet varia priuilegia ſibi contra-
ria; ſunt enim aliqui Epiſcopi, qui habent
à Pontifice plenum ius conferendi circa
quamdam ſummam beneficiorum, tamen
ſi prælatus differat collationem infra tem-
pus ſibi conceſſum protrahendo vltra li-
mites ſuæ facultatis, collatio deuoluitur
ad Papam.

Circa formam, ſeu circa modum, ſcien-
99 dum eſt, quod duplex eſt modus conce-
dendi beneficia, ſcilicet collatio, & inſti-
tutio. Collatio eſt libera præbendæ con-
ceſſio. Inſtitutio eſt collatio præbendalis
facta ad patroni præſentationem; tamen
tam inſtitutio, quam collatio debent eſſe
ſine pacto de accipiendo, vel dando ali-
quid, ne collatio ſit ſimoniaca, vt *in cap.*
fin. de pactis. Alia, quæ faciunt pro intel-
100 lectu §. *prabenda cum ſequenti* dixi-
mus ſupra, cum de ijs, qui in ſacris ſunt
conſtituti circa patrimonium, & videbi-
mus *lib. 2. de Sacramento Ordinis*.

In §. Quod ſi Epiſcopus vſque ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſuperioris reducitur ad ius.*
2 *iudicis ad quid deſeruiat?*
3 *procuratorium definitur.*
4 *de re illicita ſi deinde ſequatur mors effiet, vt mandans ſit irregularis.*
5 *de re licita, quamuis ſequatur mors, non per hoc mandans eſt irregularis.*
6 *Mandans erit irregularis ſi mortis mãdatum non reuocauerit, & hanc reuocationem mandatario non notificauerit.*
7 *Mandans ad nihil tenetur. ſi poſt reuocatum mandatum mortis mandatarius mandatum exequatur, & ſic neque erit irregularis.*

8 Con-

8 *Conſilium dans ſemper tenetur, & ſic erit irregularis, niſi is, qui conſilium accepit aſſentiat dati conſilij retractationi.*

9 *Conſilium dans, ſi is, qui conſilium accepit non aſſentiat retractationi, tenetur eum admonere, in cuius perſona ex vi conſilij dati deberet ſequi mors.*

10 *Mandatum ſe tenet ex parte mandantis.*

11 *Conſilium ſe tenet ex parte eius, qui conſilium accepit.*

12 *Conſilium dans, ſi non fuit vera cauſa homicidij, non eſt irregularis, ſed peccat mortaliter.*

13 *Conſilium dans alicui ad occidendum iam determinato, vt non occidat, ſed mutilet tantum, ſi ſequatur occiſio, erit irregularis.*

13 *Mandans non potens in extremis reuocare mandatum, ſufficit, ſi illius ſe pœniteat, & ſic non incidet in pœnas.*

14 *Mandatum morte mandantis expirat.*

15 *Mandans rem iniquam, de omni damno inde ſequuto tenetur.*

16 *Epiſcopus ordinans ex mandato generali alterius Epiſcopi clericos alicuius loci abſque titulo patrimonij, vel beneficij, tenetur illos alere, donec de beneficio prouideantur.*

17 *Epiſcopus mandans ordinari ſuos clericos, ipſe tenetur alere, ſi patrimonio, vel beneficio careat.*

18 *Epiſcopus ordinans debet videre de idoneitate ordinandi, alias ei imputabitur, niſi ſpeciale mandatum de tali clerico habuerit.*

AGitur hic de mandato, quod dat Summus Pontifex pro prouiſione beneficiorum; ideo videbimus, quid ſit mandatum, & quomodo exequi debeat. Secundò, quomodo ſe habeat mandatum in paragrapho noſtro. Tertiò, an poſſit Epiſcopus examinare ordinandos, qui habent literas dimiſſoriales cum approbatione à ſuo Ordinatio

Circa primum aduerte primò, quod
1 aliud eſt mandatum ſuperioris, & hoc
reducitur ad ius, *Innocentius in cap. dudum de electione*; & ſecundum ius debet
intelligi, nec præſumitur, quod ſuperior
aliud voluerit, quam quod iura diſponant,
idem Innocentius in cap. quia cunctis de conceſſione prebendæ, & cap. dudum de electione. Aliud eſt mandatum iudicis,
2 quod ſolet interponi ad extirpandas diſ-
ſenſiones in foro contentioſo; hic autem
loquimur de mandato, quod reducitur ad
procuratorium, & eſt contractus, quo
3 quis officium honeſtum, & à lege permiſ-
ſum gratuitò exequendum ſuſcipit pro
alio, *paragrapho 1. inſtitutionibus de mandato*.

Aduerte ſecundò, quod licet mandatū
4 pro re turpi non obliget, tamen ſi quis
prauum opus mandans, etiam indirectè
concurrat ad mortem alterius efficitur
irregularis puta ſi quis mādauerit Tirio,
vt percutiat Caium, & Tirius Caium occiderit, mādans efficitur irregularis, quia
dedit mādatum pro re turpi, & quidquid
inde ſequitur, mandanti imputatur, *cap. continebatur, & cap. ſuſcepi de homicidio voluntario, vel caſuali.* Si verò dedit mādatum pro re licita, licet inde ſequatur
5 homicidium, mandans non eſt in culpa,
puta ſi dederit mandatum ad fabricandā
domum, ſi enim ex negligentia fabricatoris occidatur homo tranſiens, mandans
non eſt irregularis, *cap. lator, & cap. ex literis, & cap ſignificaſti cit. tit.*

Nota tamen primò diſferentiam inter
6 mandatum, & conſilium, nam dans mandatum ad occidendum, vel percutiendū,
v.g. licet deinde ſe pœniteat, ſi tamen
reuocatio mandati non intimetur mandatario, mandans punitur eiſdem pœnis,
& ſic peccat, & incurrit in irregularitatē,
Innocentius in dicto cap. ad audientiam,
quod ſi deinde mandatarius opus pro ſuo
7 libito exequatur, mandans nullo modo
tenetur, quia non culpatur. At conſilium
dans ſemper tenetur, licet ipſe quantum
eſt ex ſe reuocauerit conſilium; niſi enim
is, qui conſilium accepit acquieſcat diſ-
ſuaſioni illius, ſemper conſiliarius tenetur, *Ioannes Andreas in c. ad audientiā*
8 *cit.* quod ſi is, qui recepit conſilium non
acquieſcat, tenetur etiam conſiliarius, id
notificare parti aduerſæ, vt ſit tuta, ſed
9 non debet exprimere perſonam, à qua
dubitatur de malo, ne forte eueniret nouiſſimus error, *Ioannes Andreas loco cit. & Soccinus num. 316* Ratio autem di-
10 ſparitatis inter mandantem, & conſiliarium eſt, nam mandatum ſe tenet ex parte mandantis, qui, ſufficit, ſi reuocet, *Bar. in l. non ſolum, §. mandatum, ff. de iniur.*
11 At conſilium ſe tenet ex parte eius, qui
conſilium accepit, meritò niſi hic cedat
iuri ſuo, tenetur ipſe conſilium dans illā
aliam diligentiam adhibere, vt euiterur
malum omni modo, quo poſſit; non ſic
autem ſi conſilium non fuerit vera cauſa
mouens ad opus, tunc enim conſilium
dans peccat mortaliter, ſed non tenetur

ad

ad al ind, *Ioannes Andr. apud Soccinum loco cit. num. 316.*

Nota ſecundò, quod ſi quis volebat
12 occidere Titium, & erat determinatus ad hoc abſque conſilio alterius, tunc enim ſi alius det conſilium, vt non occidat, ſed mutilet, v.g. ſi non occiſio, ſed mutilatio ſequatur, tenetur conſilium dans, vt colligitur ex doctrina *Ioannis Andr. & Soccini locis cit.* quia ipſe conſilium da[n]s fuit cauſ[a] praui operi[s], nec facit dicere, quod ille voleba[t] peius exequi, quia non ſic de facili quis exequitur dete[r]iora, vt minima exequit[u]r, ſi p[r]oponantur.

Limita dictum de mandato, quando
13 quis eſt in extremis: nec poteſt mandatario ſuam voluntatem notific[a]re retractando, tunc enim ſi ſe pœnite[a]nt, non incidit i[n] pœnas, nec peccat ex opere inde ſequuto, vt notat *idem Innocent.*
14 *in cap. mulieres de ſententia excommu.* & mandatum morte mandantis expirat, *l. mandatum, C. mandati & Bar. in l. cum filium, §. ſi quis, ff. de donationibus.*

Aduert tertiò, quod mandans rem
15 iniquam tenetur de omni damno, vt ſupra diximus, licet mandatarius excedat fines mandati, *Soccinus in dicto cap. ad audientiam num. 287. & Bar. in l. is qui opem, ff. de furtis.*

Circa ſec[u]ndum aduerte, quod vel E-
16 piſcopus facit mandatum generale alteri Epiſcopo, vt clericos talis terræ, vel loci ordin[e]t, vel facit manda[t]ũ ſpeciale, vt tales, & [t]ales clericos ordinet (quod fit per literas dimiſſoriales. Primo caſu Epiſcopus ordinan[s] debet videre, an illi, quos promouet ad ſac[r]os ordines habeant iuſtum titulum beneficij, vel patrimonij, quod ſi ordinet aliquos abſq[u]e patrimonio, vel beneficio tenetur alere, ne mendicare cogentur, donec prouideantur de proximo beneficio vacaturo; ſic in *preſenti §* & colligit *glo. ex cap. ſi compromiſſarius, §. 1. de electione, l. ſi procurator in principio, ff. de condit[i]one indebiti.* Secundo autem caſu Epiſcopus mandans
17 tenetur, *cap. ſi Epiſcopus de præbendis in 6.*

Circa tertium videtur eſſe reſponden-
18 dum eodem modo, quo diximus de titulo beneficij, vel patrimonij, & ſic vel habuit ſpeciale mandatum, & in ipſo fa[c]ta eſt mẽtio de examine, & approbatione promouendi, & tunc Epiſcopus ordinans non tenetu[r], vel habuit mandatum generale, & tunc ipſe tenetur, & ſi indignum promouerit ei erit imputandum; immo etiam in primo caſu ſi Epiſcopus velit, poterit tales dimiſſos approbatos iterum examinare, *Innocentius, & Abb. in cap. cum ſecundum Apoſtolum extra eod.* & peccaret, ſi ſciret promouendum eſſe indignũ, licet fuerit approbatus à ſuo ordinario. Cæterum ſic ſeruatur quoad approbationem, ſecus pro patrimonio, vel beneficio.

D E
C O L L A T I O N I B V S
T I T V L V S X X V I.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Collatio quid ſit?*
3 *quare ſub genere conceſſionis comprębendatur.*
4 *Donatio transfert dominium.*
5 *Conceſſio reſpicit determinationem perſonæ, & temporis.*
6 *Collatio in quid differat ab inſtitutione?*
7 *plura ſignificat.*
8 *ad quos ſpectet?*
9 *debet fieri ab habente poteſtatem, alias Epiſcopus conferens beneficium, quod non poterat conferre illo euicto tenetur de alio prouidere.*
10 *non poteſt ab Epiſcopo fieri ſibimet.*
11 *Diſtinctio inter dantem, & recipientem debet eſſe.*
12 *Epiſcopus non poteſt recipere beneficiũ ab eo, cui ipſe dedit conferendi poteſtatem.*
13 *Facere quod quis non poteſt per ſe, neque per alium poteſt.*
14 *Collatio debet fieri perſonæ idoneæ.*
15 *non debet fieri illegitimè nato.*
16 *Inueſtitura, & actualis traditio requiruntur ad collationem, & pro ipſis quæ requirantur?*

1 DIXIMVS beneficia conferri duplici via, ſcilicet per collationem, & inſtitutionẽ, cum autem dignior ſit collatio, quia fit de motu proprio cõcedentis, & ſe habet, vt donatio, meritò à collationibus erat incipiendum: & videbimus primò, quid, & quotuplex ſit collatio. Secundò, à quibus fiat, & quæ requirantur, vt legitimè fiat.

Circa primum, collatio eſt libera conceſſio

2 ceſſio præbendæ, ſic *Abb in cap. authoritate extra de inſtitutionibus*. Pro qua definitione

Aduerte primò, quod collatio dicitur
3 conceſſio loco generis; conuenit enim
in hoc cum vſufructu, emphirheuſi, feudo, &c. quæ conceduntur, non donãtur:
4 donatio enim transfert dominium in
perpetuum, *l. donari, ff. de reg. iuris, cap. 1 de commodato*. At conceſſio non ſic; re-
5 ſpicit enim determinatam perſonam, &
determinatum tempus, nec admittit ſucceſſionem, ſed ſic ſunt præbendæ eccleſiaſticæ: ergo benè ſub genere conceſſionis ſituatur collatio.

Aduerte ſecundò, quod dicitur libera
6 loco differentiæ, in hoc differt collatio
ab inſtitutione; nam, vt parebit *in titulo de iure patronatus*, inſtitutio non poteſt fieri, niſi in perſona præſentata à patrono, vt diximus etiam ſupra *in §. abbas quoque tit. de tranſlatione*, & ſic videtur, quod inſtitutio ſit conceſſio neceſſaria; at collatio non ſic, procedit enim ab Ordinario, qui poteſt huic, vel alteri dare præbendam, per conſequens benè dicitur collatio conceſſio libera.

Aduerte tertiò, quod ſub hac voce,
7 collatio, multa comprehenduntur, & ſic
comparatio, ſiue æquiparatio, *l. comparationes, ff. de fide inſtrumentorum*; ſic etiam vnio, & aſſociatio bonorum, per *Doctores in tit. C. de collationibus, & in tit. inſtitutionem de collatione bonorum lib. 1.* Significat etiam diuiſionem, & partes ipſius, ſic dicuntur Authentica diuiſa per collationes: ſignificat etiam alia, de quibus non ſpectat ad nos.

Circa ſecundum aduette primò, poſſe
8 legatos à latere ratione legationis con-
ferre beneficia ibi vacantia, ſic de iure habetur *in cap. 1. de officio legati in 6.* & poſſunt etiam Patriarchæ in ſua diœceſi, & attinentia. Item Epiſcopus pro beneficijs ſuæ diœceſi, *cap. accedens, cap. ex parte, & cap. conſtitutus extra de conceſſione præbendæ*.

Aduerte ſecundò, in collatione multa
9 requiri, de quibus etiam ſupra diximus:
& primò requiritur poteſtas conferendi, vnde ſi Epiſcopus conferat beneficia, quæ non poteſt conferre, euicto tali beneficio tenetur ipſi clerico de alio beneficio prouidere, *cap. inter cætera de præbendis, & dignitatibus*. Secundò non po-
10 teſt ſibimet beneficium conferre; nam
inter dantem, & recipientem debet eſſe
11 diſtinctio, *cap. diligimus 24. queſt. prima,*
cap. per veſtras de iure patronatus, l. ius dandi, ff. de tutoribus, & curatoribus dandis, cap. debitum de baptiſmo, & eius effectibus.

Quæres quid ſit conferens, ſiue ſit Epiſcopus, ſiue alius dederit alicui poteſtatem ad conferendum beneficium proximè vacaturum, an poſſit tunc de manu illius recipere tale beneficium, & videtur dicendum, quod ſic; nam verè perſona conferens eſt diſtincta à perſona, cui ſit collatio, quod requiritur *in dicto cap. cum ad noſtram*. Sed quidquid ſit

Reſpondetur negatiuè, & colligitur ex *tex. in cap. Epiſcopus gubernationem diſt.*
12 88. & ibi *glo. ex cap. ſicut diſt. 46.* vbi
apertè probatur, quod id, quod non poteſt quis facere per ſe, neque poteſt per
13 alium. Ratio autem quare quis non poſ-
ſit ſeipſum inſtituere eſt ad honeſtatem, & ne populi murmurarent, æſtimantes ſuperiorem rapacem. Sed idem eſſet id faciendo per alium: ergo neque ſic poteſt beneficia ſuæ diœceſis acceptare Epiſcopus.

Tertiò, debet conferri perſonæ idoneæ,
14 ſiue ſit eiuſdem rationis, ſiue non, *cap.*
ad decorem de inſtitutionibus; debet tamen eſſe clericus, *cap. in eccleſia eodem titulo*.

Quartò, beneficiatus debet eſſe legiti-
15 mè natus, nam & ſi ortus ex damnato
coitu non noceat ei, quo ad vitam æternam tamen obeſt, quantum ad obtinenda beneficia eccleſiaſtica, *cap. innotuit de electione, notat glo. in dicto cap. ad decorem, verbo vndecunque in fine*.

Quintò, requiritur inueſtitura, & ſic
16 actualis traditio poſſeſſionis, legitur e-
nim bulla beneficij per actuarium, deinde traditur beneficiato anulus, & biretum clericale, vt aduertit *Antonius Butreus in cap. literis de conceſſione præbendæ. & Abb. in c. authoritate de inſtitutionibus*; debet tamen id fieri in Eccleſia proprij beneficij ſi adſit, ſecus autem in maiori Eccleſia, & poterit etiam capi poſſeſſio per procuratorem conſtitutum ad id, vt aduertit *idem Butreus loco cit.*

In §. Conferuntur, cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius collator quid ſit?*
2 *Conſuetudo dat iuriſdictionem.*
3 *Communis error dat iuriſdictionem.*
4 *Conſuetudo poteſt dare iuriſdictionem cuilibet, etiam ſi ſit priuata perſona.*

5 Con

5 *Conſuetudo præiudicat iuri communi in beneficijs conferendis.*
6 *Epiſcopi ſoli de iure ſunt collatores licet alij conferendi habeant poteſtatem.*
7 *Ordinarius dicitur etiam, cuius Eccleſia eſt diſtincta.*
8 *Epiſcopus eſt ordinarius collator.*
9 *Baſilicæ, ſeu cappellæ nouiter conſtructa ſunt ſub poteſtate Epiſcopi illius loci, vbi conſtruuntur, & collatio illarum ad ipſum ſpectat.*
10 *Capitulum poteſt etiam diſiunctim ab Epiſcopo conferre, ſi de hoc habeat priuilegium.*
11 *Collatio aliquãdo fit ab Epiſcopo ſimul & Capitulo.*
12 *Capitulum habet aliquando alternatiuam cum Epiſcopo.*
13 *Beneficium non poteſt conferri amplius ab Epiſcopo elapſis ſex menſibus à die vacationis, neque ſi vacet in curia.*
14 *quando dicatur vacare in curia?*
15 *Diæta legalis quæ dicatur?*
16 *Beneficium non dicitur vacare in curia ſi obiens tranſierit de curia ad locum vltra duas dietas animo ibi commorandi.*
17 *Collatio quibus menſibus ſpectet ad Epiſcopos.*
18 *ſpectat ad aliquos Epiſcopos alternatiuè cum Pontifice.*
19 *Cardinales conferunt quolibet tempore.*
20 *Alternatiua non viget pro dignitatibus primis poſt epiſcopatum.*
21 *Cardinales conferunt beneficia vacantia per obitum ſuorum familiarium.*
22 *Epiſcopus & Capitulum licet conferant ſimul, tamen in aliquo caſu vnus poteſt conferre ſine alio.*

VIdebimus primò, quis poſſit dici ordinarius collator. Secundò, an poſſit alius, præter Epiſcopum beneficia conferre.

Circa primum aduerte primò, quod
1 ordinarius collator eſt is, quem aut conſuetudo approbauit, aut iuris deſignauit authoritas, ſic *in §. ordinarius loco cit.* Ex qua definitione

Nota primò, quod conſuetudo dat iu-
2 riſdictionem, *l. more maiorum, ff de iuriſdictione omnium iudicum cap. cum dilectus de conſuetudine, cap. cum eccleſia, cap. ſcriptum de electione*. Immo etiam
3 communis error dat iuriſdictionem, *l. barbarius, ff de officio prætoris*.

Nota ſecundò quod poteſt conſuetu-
4 do dare iuriſdictionem cuilibet, etiam ſi
ſit priuata perſona, *Doctores in cap. cum contingat de foro competenti*.

Nota tertiò, quod non immeritò prius
5 ponitur conſuetudo, quam ius, dicitur
enim (quem conſuetudo approbauit,
aut ius, &c.) enim vero in beneficijs
conferendis conſuetudo præiudicat iuri
communi, & hæc eſt vna ex conſuetudinibus, quæ poſſunt contra ius ſcriptum
6 induci; vnde licet ſoli Epiſcopi de iure
ſint collatores, tamen ſi alius ex conſuetudine conferret, eius conſuetudo præfertur iuri Epiſcopi, *cap fin de inſtitutionibus, & cap ea noſcitur de his, quæ fiunt à prælatis, cap. cum Eccleſia de electione*.

Aduerte ſecundò, quod non tantum
7 debet dici ordinarius qui habet actualem
adminiſtrationem vt ſunt Epiſcopi, qui
actu gubernant, & præſunt ſuis Eccleſijs, ſed etiam Epiſcopi, quorum eccleſiæ
deſtructæ ſunt, vt per *Goffredum in ſumma tit. de in integrũ reſtitutione, & gloſſ. hic verbo ordinario*: Hoc tamen intelligo quãdo his concederetur actuale exercitium adminiſtrationis,

Circa ſecundum aduerte, quod multi
8 conferre poſſunt ordinariè, vt habetur
hic *in §. qui conferendi*. Primo Epiſcopus
ſolus. *cap. omnes baſilicæ 16. q. 7. cap. qui verè, q. 1. cap 1. & 2. q. 6. cauſa cit. cap Epiſcopi 10 q. 2.* Item omnes baſilicæ, ſiue
9 eccleſiæ, vel capellæ, quæ de nouo conſtruuntur, ſunt ſub poteſtate Epiſcopi illius loci, & ab ipſo conferri debent, niſi
aliter in eorum fundatione ex priuilegio
conſtaret, *cap. cum & plantare de priuilegijs*. Secundò, poteſt Capitulum ſolum
10 diſiunctim ab Epiſcopo beneficia conferre, ſi de hoc priuilegium habeat, vt
habetur in *§. quam conferendi*. Tertiò,
conferunt aliquando Epiſcopus, & Capitulum ſimul, vt in eodem *§. ex cap. paſto-*
11 *ralis de conceſſione præbendæ, & cap. 1. ne ſede vacante in 6.* Quartò, ſolent in-
12 terdum Capitulum, & Prælatus habere
alternatiuam in collatione alicuius beneficij, vt ſcilicet vna vice conferat Epiſcopus, alia vice conferat Capitulum, ſic notat *Rebuffus in praxi beneficiaria hoc eodem titulo*.

Aduerte ſecundò, quod non ſemper
13 poteſt Epiſcopus beneficia ſuæ diœceſis
vacantia conferre, ſed adhibitis aliquibus
limitationibus Primo limitatur hoc, quãdo ſunt elapſi ſex menſes à vacatione beneficij, vt ſupra diximus *ex cap. 2. de conceſſione præbendæ*. Secundo, ſi beneficiatus moriatur in curia Romana, tunc enim
collatio talis beneficij ſpectat ad Papam,
c. præſenti, & c. literas de præbendis in 6.

Digitized by Google

Nota tamen primò, id intelligi de illis,
14 qui ſunt de curia, vt colligitur *ex eodem cap. præſenti*, vbi etiam habes, quod licet moriantur in locis vicinis curiæ per duas dietas legales, adhuc cenſentur mortui in curia, ac proinde etiam Pontifex
15 confert. Duæ autem dietæ legales ſonãt duo vicena milliaria, *l. vicena milliaria, ff. ſi quis cautionibus.*

Nota ſecundò, quod ſi tranſierint de
16 curia ad aliud locum extra duas dietas animo ibi commorandi, nõ miſſi a curia, tunc validè poteſt ordinarius collator tale beneficium conferre, dummodo vacet in ſuo menſe, vt aduertit *glo. in dicto cap. præſenti in figuratione caſus circa finem*, licet antea fuerint de curia, ſufficit, quod in præſenti depoſuerint officium.

Tertio limita ex *regula Cancellariæ*
17 45. reſpectu temporis; nam non ſemper, & in quolibet tempore poteſt Epiſcopus conferre, ſed tantum in quatuor anni menſibus, ſcilicet mẽſe Martij, Iunij, Septembris, Decembris. Sunt tamen aliqui Epiſcopi, qui habent alternatiuam,
18 hoc eſt pro vno menſe conferunt ipſi, pro alio Pontifex. Sunt alij, qui conferunt
19 quolibet tempore, ſic ſunt Eminentiſſimi Cardinales pro ſuis Eccleſijs. Tempus autem alternatiuè non procedit quoad illa beneficia, quæ retinent primum locũ poſt Epiſcopum; nam hæc ſunt ex ſpeciali ratione reſeruata Papæ, vt colligitur ex *dicta regula Cancellariæ*, ex qua etiam
20 habes, quod priuilegium alternatiuè datur tantum illis Epiſcopis, qui faciunt veram reſidentiam; ſecus autem alijs.

Quartò limitatur in beneficijs familia-
21 rium Cardinalium. Hæc enim quando vacant, conferuntur ab ipſiſmet Cardinalibus, *Rebuffus in praxi beneficiaria loco cit. ex Clementina vnica de ſupplẽda negligentia prælatorum.*

Aduerte tertiò, quod aliquando licet
22 Epiſcopus, & Capitulum conferant ſimul, tamen poteſt in aliquibus caſibus vnus
23 conferre ſine alio, & è contra Capitulum ſine Epiſcopo, vt eſt in caſu mortis, ſuſpenſionis, vel degradationis Epiſcopi, vel excommunicationis capitularium, quæ debet eſſe excommunicatio maior ad hoc, vt priuet aliquẽ ſua iuriſdictione, & in alijs caſibus, vt videre eſt per *glo. hic in §. quam conferendam*; tunc enim licet Epiſcopus vt prælatus deberet interuenire, adhuc tamen poterit Capitulum ſine ipſo conferre, vt *in cap. vnico ne ſede vacante in 6.* & aduertit *Ab. in cap. ex parte de conſtitutionibus.*

In §. Cum verò.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſi ſit ſuſpenſus, & ſit in mora petendæ abſolutionis Capitulum poterit conferre.*

2 *Facere potens, & non faciens dicitur in mora.*

3 *Mora æſtimatur voluntaria, quando impedimentum eſt voluntarium.*

4 *Epiſcopus ſi ſit ſuſpenſus, & in mora petendæ abſolutionis, Capitulum debet expectare pro collatione ſex menſes.*

5 *Conſilium, & conſenſus in quid differant?*

6 *Conſilium dans aliquando videtur dare conſenſum.*

Hic ponitur continuatio ad ſupra dicta, & declaratio: Diximus enim, quod ſuſpenſo, vel mortuo Epiſcopo, licet Capitulum ſimul cum ipſo conferre debeat, tamen in his caſibus poteſt ſolum Capitulum confer-
1 re. Hic autem ponitur limitatio, & eſt, quod quando Epiſcopus eſt ſuſpenſus intantum poterit Capitulum conferre, inquantum Epiſcopus eſt in mora petendæ abſolutionis; ſecus autem non, vt *in ca. poſtulaſti de conceſſione præbendæ*: tunc autem erit in mora, quando quamcitò
2 poteſt petere abſolutionem, & non petit *l. 2. §. conſeſtim, ff. ad Tertullianum*: Vel
3 ſi ipſe procuraret ſibi impedimentum pro tali abſolutione habenda; tunc enim & ſi ſit impeditus, quia tamen impedimentũ eſt voluntarium, talis etiam æſtimatur mora, *l. 2. §. fin. ff. ſi quis cautionibus.*

Aduerte tamen primò, quod quando
4 Epiſcopus eſt ſuſpenſus, & eſt in mora abſolutionis impetrandæ, Capitulum non debet ſtatim conferre beneficium, ſed debet expectare vltimum tempus ſex menſium, dummodo beneficio vacanti ex tali mora non immineat aliquod periculum, tunc enim poſſet Capitulum ſtatim conferre, vt aduertit *glo. in cap. vnico ne ſede vacante in 6. in figuratione caſus*. Idem dic è contra reſpectu Capituli.

Aduerte ſecundo, cum in hoc paragra-
5 pho fiat mẽtio de conſilio, & de conſenſu, differre inter ſe hæc duo, vt *in cap. in veteri de electione, cap. quando, & cap. ea noſcitur de his, quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu Capituli.* Vnde quãdo in aliquo actu debet interuenire cõſenſus alterius,

tunc

tunc poteſt etiam non petito conſilio valdè fieri actus, & ratio eſt; nam conſiliũ eſt introductum ad fauorem operantis, & operans poteſt cedere iuri i troducto in ſui fauorem: at conſenſus eſt priuilegium illius, qui conſenſum præbere debet; ac proinde non poteſt ei præiudicare, vt in
6 hoc paragrapho diſponitur; benè verum eſt, quod is, qui debet præbere conſenſum in aliquo negotio, ſi conſilium det, per conſilij dationem videtur etiam cõſenſum præſtitiſſe, *glo. noſtra hic verbo conſilio*, per *Abb. in cap. dilecti de Arbitris*.

In §. Vbi verò.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum poteſt conferre, ſi periculum ſit in mora, vel cõſiliũ requiratur*
2 *Periculum ſeruanda immutat.*
3 *Impedimentum collationis non prouenit à qualibet diſtantia; & qualis debet eſſe?*

1 Aduerte primò, quod ſi periculũ ſit in mora, & Epiſcopus, vel deceſſerit, vel ſit abſens, poterit Capitulum conferre, quia imminentia periculi, immutat, quod alias
2 ſeruandum eſſet, *cap. 2. de teſtibus in 6. l. 1. ff. de officio eius cap. 1. de conſtitutionibus.* Idem dic licet non eſſet periculum, ſed tantum conſilium ſequeretur, *cap. vnico, §. fin. ne ſede vacante in 6. & patet ex dictis.*

Aduerte ſecundò, quod non quælibet
3 diſtantia, & abſentia operatur hoc, ſed debet eſſe abſentia ad longum tempus, & diſtantia magna, quæ relinqui debet arbitrio iudicis, vt per *glo. hic verbo remotis*; vnde poteſt eſſe, quod tale ſit periculum, vt licet Epiſcopus ſit abſens in aliquo loco infra duas dietas, adhuc collatio facta ſit firma, & valida.

In §. Eadem ratione cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium vacans elapſo ſemeſtri ſpectat ad ſummum Pontificem.*
2 *Iuriſpatronatus vacans non habet tempus ſemeſtre, ſed facta præſentatione tenetur Epiſcopus inſtituere.*
3 *reſignatum ad permutationem faciendam neque habet tempus ſemeſtre, quo quamuis elapſo, non dicitur vacans.*
4 *Papa ſicut non habet tempus taxatum à die vacationis beneficij ita eius exequutor.*
5 *Bulla Pij V. in conferendis circa tempus à die vacationis beneficij quid determinet?*
6 *Religioſi eodem modo ſe habent ac alij eccleſiaſtici in beneficijs conferendis.*
7 *non poſſunt beneficia diminuere, nec diuidere, niſi competens portio ab ipſis aſſignetur.*
8 *Regulares aliquando habent ſpiritualia tantum, aliquando etiam temporalia, & aliquãdo iuspatronatus.*
10 *Conceſſionis dicta ſeruanda ſunt.*
11 *Regulares habent ius præſentandi, ſi ſibi fundent, & dotent cappellas.*
12 *Iuspatronatus regularium in fundatione requirit cõſenſum Epiſcopi.*
13 *Regulares tenentur ad præſentationem, & collationẽ modo, quo alij, alias collatio deuoluitur ad Papam.*
14 *Epiſcopus habet iuriſdictionem in regulares etiam exemptos, tamquam Legatus Apoſtolicus.*
15 *Tempus non ſtatim incipit currere cum legitimè impeditis.*
16. *Impedimentum duplex aliud iuris, aliud facti.*
17 *iuris quale ſit?*
18 *iuris eſt legitimum, quando Epiſcopus, vel Capitulum non eſt in mora, ſecus autem eſt illegitimum.*
19 *iuris illegitimum dicitur ſi quis eſſet infamis.*
20 *facti quale ſit?*
21 *Tempus contra non negligentem non currit.*
22 *vtile quale ſit?*
23 *continuum quale ſit?*
24. *Tempus incipit currere à die notitiæ vacantiæ beneficij.*
25. *Notitia vacantiæ beneficij quando præſumatur?*
26. *Tempus reſpectu patroni clerici ad præſentandum eſt ſemeſtre; laici vero quadrimeſtre.*

Videbimus primò quis ordo ſeruandus ſit elapſo tempore ſemeſtri. Secundò, quid in regularibus. Tertiò, an tempus incipiat currere à die notitiæ, etiam circa legitimè impeditos.

Circa primum aduerte primò *ex §. eadem*

1 *dem ratione*, quod ſi collatio ſpectat ad
Epiſcopum, & tempus ſemeſtre expiret,
poterit Capitulum id facere. Si Capitulum
neglexerit poterit id facere Archiepiſco-
pus, & in ſubſidium ad ſummum Ponti-
ficem erat recurrendum, ſed hæc omnia
hodiè ceſſant *ex Regula Cancellariæ Ro-
manæ*, ac proinde ſtatim elapſo ſemeſtre
ad ſummum Pontificem recurritur: non
2 ſic autem in iurepatronatus; nam facta
præſentatione, debet Epiſcopus inſtitue-
re, nec habet tale tempus ſemeſtre, *Ab.
in cap. 2. de conceſſione præbendæ, & Ro-
ta Romana in deciſ. 4. de iurepatronatus
in nouis*.

Nota etiam hic primò, neque currere
3 tale tempus in eo, qui reſignat beneficiũ
ad permutationem faciendã. ſtatim enim
eſt præſtandus conſenſus, *Rebuffus in
praxi beneficiaria tit. de permutationibus
num.* 39. Et licet excederetur ſemeſtre,
non tamen per hoc deuolueretur ad alios
dicta collatio, & beneficium non dicitur
vacans, vt diximus ſupra *de translatione
Epiſcoporum* agentes de permutationi-
bus beneficiorum.

Nota ſecundò, exequutorem Papæ gau
4 dere priuilegio eiuſdem; vnde ſicut Papa
non habet tempus taxatum, ita neque
eius exequutor, vnde poterit quandoli-
bet conferre, *Staffileus de literis apoſto-
licis folio* 211.

Aduerte ſecundò, quod hodie ex *Bul-
5 la Pij V. quæ incipit, in conferendis*, eſt
limitatum dictum §. *noſtri*, & ſic poſito,
quod tempus ſemeſtre ſit expiratum, ſta-
tim deuoluitur ad Papam collatio, nec
Capitulum, nec Archiepiſcopus habent
ius: immo ſi Eccleſia ſit parrochialis Pa-
pa infra quatuor menſes prouidere ſolet,
ſi patronata infra duos, vt patet ex dicta
Bulla.

Circa ſecundum aduerte primò, in col-
6 lationibus faciendis à religioſis currere
omnia, quæ ſupra diximus de præbendis,
& ſic quando religioſi conferunt aliqua
beneficia, quorum ius habent, vt in §.
idem ſtatuitur, non poſſunt ipſa dimi-
nuere, nec diuidere, vt *in cap. auaritiæ,
de præbendis, & dignitatibus*; niſi tamen
7 id faciant iuſta de cauſa, & cum conſenſu
ſui Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, & cleri-
corum, qui habent intereſſe, vt aduertit
*glo. ibidem verbo reditus ex tex. in cap. ad
audientiam de eccleſijs ædificandis*.

Aduerte ſecundò, quod reſpectu eccle-
8 ſiarum, in quibus habent regulares ius
præſentandi, nemo debet inſtitui per E-
piſcopum, niſi ab ipſis regularibus hone-
ſta, & competens portio aſſignetur, vt
in cap. de monaſterijs citato titulo.

Nota tamen, quod monachi aliquãdo
9 habent tantum ſpirituale in eccleſijs, &
eſt, quando eccleſiæ ipſis conceduntur ab
Epiſcopis, & tunc illud ſeruare debent,
10 quod in conceſſione dictum eſt, paret ex
l. in traditionibus, ff. de pactis. Aliquando
habent ſpirituale, & temporale, & tunc
poſſunt omnes prouentus ſibi appropria
re, quare ſi velint aliquem præſentare
pro vicario, ſeu rectore, vel curato illius
eccleſiæ, tunc debent aſſignare congruam
portionem, vt diximus, alias Epiſcopus
non acceptet præſentationem, vt *in di-
cto cap. de monachis*, & notat *glo. ibidem
verbo de prouentibus circa medium*.
11 Aliquando habent ius patronatus, &
tunc habent ſolum ius præſentandi, om-
nes enim redditus ſpectant ad inſtitutum
in ipſo, *cap. cum ſecundum de iurepatro-
natus*: habent hoc ius præſentandi, ſi
ipſi ſibi fundent, & dotent capellas, *Trid.
ſeſſ. 14. de refor. cap. 12. ex cap. pia mentis
cum ſequentibus 16. q. 7. cap. nobis de
iure patronatus, & ſeſſ. 25 cap. 9 de refor-
matione, & in dicto cap.* 12. habetur, quod
12 quando fundant ius patronatus, debet
intercedere conſenſus Epiſcopi, alias de
iure patronatus non eſt habenda ratio,
vt in *cap. 13. eiuſdem ſeſſionis*.

Aduerte tertiò, teneri etiam religioſos
13 ad præſentationem, & collationem,
modo, quo tenentur alij, alias collatio
deuoluitur ad Papam, *ex dicta regula
Cancellariæ*; antiquitus verò deuolueba-
14 tur ad Epiſcopum, nam reſpectu regula-
rium, etiam alias exemptorum habet E-
piſcopus iuriſdictionem, vt Legatus A-
poſtolicus, *cap. irrefragabili de officio or-
dinarij, & Abb. in cap. venerabilis, de
præbendis*.

Circa tertium aduerte primo, quod le-
15 gitimè impeditis non ſtatim incipit cur-
rere tempus, vt in §. *tempus autem*,
16 & impedimentũ duplex eſt, ſcilicet aliud
iuris, aliud facti. Impedimentum iuris eſt,
17 quando quis eſſet ſuſpenſus, vel excom-
municatus, vt aduertit *Abb. in cap quia
diuerſitatem de conceſſione præbendæ*.
18 Hoc autem impedimentum tunc eſt le-
gitimum, quando Epiſcopus, ſiue Capi-
tulum, ſiue alius, ad quem ſpectat inſti-
tutio, vel præſentatio non ſit in mora;
19 tunc enim impedimentum efficitur ille-
gitimum, ſicut eſt impedimentum iuris
illegitimum, ſi quis eſſet infamis, vt in
cap. ſciſcitatus de reſcriptis. Impedimen-
tum facti eſt, ſi quis v. g. eſſet infirmus,
20 vel alio legitimo impedimẽto detentus,
dicto cap. ſciſcitatus. Idem dic, ſi impe-
diretur

diretur ex verbo regio, & in ſimilibus caſibus, vt diximus *in initio huius libri de*
21 *electione*. Debet igitur impedimentum eſſe legitimum, alias non excuſat, ſi autem ſit legitimum impedit temporis curſum, nec poteſt tempus currere contra non negligentem, *cap. vigilanti de præſcriptionibus*.

Aduerte ſecundo ex ly, tempus autē,
22 quod habemus duplex tempus, ſcilicet tempus vtile, & tempus continuum; vtile eſt illud, in quo connumeratur tantum dies, in quibus negotium agi poteſt, ſic in citationibus non currunt dies feſti, in quibus quis non poteſt comparere Tempus continuum eſt, in quo connumerantur omnes dies, tam feriales, quam feſtini, *l. 1. ff quis ordo in bonorum poſſeſſione ſeruetur*, *l. 1. ff. de ſucceſſorio edi-*
23 *cto*. Igitur pro tempore ſemeſtri etiam tale tempus vtile ſumendum eſt, vt habetur in *dicto §. tempus*, ac proinde non currit legitimè impedito, vel ignoranti, *cap. licet de ſupplenda negligentia prælatorum*, *& dicto cap. quia diuerſitatem*. Ratio eſt, quia in tempore vtili connumerantur tantum dies, in quibus negotiū agi poteſt, ſed neſciens, vel legitimè impeditus non poteſt tem agere: ergo benè contra ipſos non currit tempus.

Aduerte tertio, hoc tempus incipere à
24 die notitiæ vacantię ex ratione adducta tamen in Epiſcopo reſidente in ſua diœceſi, vel in loco vicino præſumitur notitia vacantiæ, *Rota Romana deciſ. 6. de iure patronatus in nouis*, *Geminianus in cap. 2. de conſtitutionibus in 6. num. 54.*
25 & colligitur ex allegata *Bulla Pij V. nu. 33. quæ incipit, in conferendis*. At reſpectu patroni, non ſemper currit tempus ſemeſtre ad præſentandum, ſi enim patronus ſit clericus habet tale tempus, ſi autem ſit laicus, habet tantum tempus quadrimeſtre, vt colligitur *ex cap. vnico, de iure patronatus in ſexto*, & videbimus infra.

In §. Hæc autem.

SVMMARIVM.

1 *Præbenda cenſetur conceſſa conceſſo canonicatu, nec pro ipſa currit tempus quadrimeſtre.*

2 *Canonicorum numerus non debet augeri in detrimentum ipſorum.*

1 Ponitur limitatio circa prædicta, quando ſcilicet præbenda eſt annexa canonicatui, tunc enim conceſſo canonicatu, conceditur præbenda, nec currit tempus ſemeſtre, ſed ſtatim tranſit præbenda cum canonicatu, *gloſſ. hic verbo non erit*, & aduertit *Abb. in cap. vnico de conceſſione præbendæ*. Nec
2 poteſt præbenda tunc ſeparari à canonicatu, ne deberet neceſſario augeri numerus canonicorum in detrimentum canonicorum, qui in præſenti extant; magis enim dicitur canonicus is, qui habet præbendam, quam qui habet titulum.

In §. Licet autem.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum poteſt facere vicarium capitularem.*

2 *Vicarius capitularis non poteſt facere literas dimiſſoriales, niſi poſt annum à die mortis Epiſcopi.*

3 *Capitulum habet iuriſdictionem tam in ſpiritualibus, quam in corporalibus.*

4 *poteſt præbere conſenſum, & authoritatem Eccleſiæ inferiori ex cauſa alienanti res ſuas.*

5 *poteſt alienare abſque alia authoritate res, quæ eiuſdem Eccleſiæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*

6 *poteſt ex neceſſitate vrgenti recipere pecuniam ſub mutuo pro Eccleſia abſque alia authoritate, niſi de facili poſſet haberi ſuperioris conſenſus.*

7 *generaliter ſuccedit in iis, quæ ſunt iuriſdictionis tam voluntariæ, quam contentioſæ, & ſic poterit in caſibus reſeruatis.*

8 *poteſt remittere pœnas inflictas à prædeceſſore.*

9 *poteſt ex ſe, non conſtituto Vicario capitulari de rigore iuris, tamen à Tridentino prohibetur.*

10 *tenetur infra octo dies à morte Epiſcopi eligere Vicarium capitularē.*

11 *Negotium pluribus commiſſum difficilem habet exitum.*

12 *Capitulum poteſt viſitare Eccleſias Epiſcopatui ſubiectas, & exigere procurationes debitas ratione viſitationis.*

13 *poteſt recipere præſentationes à patronis, & inſtituere in iurepatronatus.*

14 *non*

14 *non procedere in cauſis ſpecialiter commiſſis Epiſcopo, vel eius Vicario, niſi eſſet cauſa neceſſaria.*

15 *neque poteſt cognoſcere de cauſis, quæ delegãtur iudicibus ſynodalibus.*

16 *non poteſt conferre beneficia.*

17 *Diſpoſitio beneficiorum eſt Epiſcopo ſpecialiter reſeruata.*

18 *Beneficia vacantia ſede vacante conferuntur per ſedem Apoſtolicam.*

19 *Capitulum non poteſt ſibimet beneficium incorporare.*

20 *Vicarius capitularis non poteſt abſoluere habentem priuilegium à Pontifice, vt abſoluatur ab Epiſcopo, vel eius Vicario.*

21 *Vicarius capitularis non venit ſimpliciter nomine vicarij.*

22 *Capitulum, neque Vicarius capitularis poteſt diſpenſare, vt canonicus poſſit per 15. dies abeſſe, & habeat diſtributiones quotidianas.*

23 *Canonici non poſſunt donare abſentibus diſtributiones quotidianas.*

24 *Iuri ſuo vnuſquiſque poteſt cedere, intellige ſi ceſſionem reſultet in præiudicium aliorum.*

25 *Donatio diſtributionum quotidianarũ abſentibus eſt in præiudicium Eccleſiæ.*

26 *Capitulum non poteſt diſpenſare in irregularitatibus prouenietibus ex delicto occulto.*

27 *Licitum Capitulo negligente Epiſcopo, eſt illicitum eo mortuo.*

1 AD intelligentiam huius paragraphi videbimus primò, quid poſſit facere Capitulum ſede vacante. Secundò, quæ ei prohibita ſint.

Circa primum aduerte, quod poteſt
Capitulum ſibi facere Vicarium capitularem, *cap. fin. de ſupplenda negligentia
prælatorum, & Trid. ſeſſ. 24. cap 13. de*
2 *reformatione*; qui tamen Vicarius capitularis non poteſt facere literas dimiſſoriales pro ordinationibus, niſi poſt annũ à morte Epiſcopi, licet enim antiquitus id concederetur indiſtinctè Vicario capitulari, vt in *cap. nullus, § Epiſcopum, de tempore ordinandorum in 6.* id tamen hodie eſt limitatum *per Trid. ſeſſ. 7. c. 10. de refor.* vbi expreſsè id prohibetur ſub pœna interdicti talis Eccleſiæ, & ſic ordinatus ſi ſit in ſacris ſuſpenditur ab executione ordinis ſuſcepti, ſi ſit in minoribus, non gaudet exemptione fori, maximè in criminalibus, vt *ex Tridentino citato*; quomodocumque Capitulum id præſumat, ſiue ex priuilegio, ſiue ex conſuetudine, &c.

Secundò, habet Capitulum iuriſdictio-
3 nem tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, *cap. penul. de ſupplenda negligentia prælatorum*.

Tertiò, poteſt conſentire, & interpo-
4 nere ſuam auctoritatem eccleſiæ inferiori, quæ ex cauſa vult alienare res ſuas eo modo, quo diſpenſat Epiſcopus, *Rebuff. in praxi tit. de deuolutionibus num. 104. Abb. in cap. cum olim cit. tit.* At reſpectu
5 eiuſdem eccleſiæ capitularis poterit ipsũ Capitulum abſque alia authoritate, vel diſpenſatione alienare res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, *idem Ab. in cap. 1. ne ſede vacante*.

Quartò, poteſt ex imminenti, & vr-
6 genti neceſſitate recipere pecuniam ſub mutuo pro neceſſitate eiuſdem eccleſiæ abſque alia authoritate, dummodo non poſſit de facili haberi conſenſus ſuperioris. puta ſi immineret ruina eccleſiæ, & tunc poteſt obligari etiam Epiſcopus ſuperueniens, *glo. in cap. cupientes, §. ad hæc verſ. aliunde de electione in 6. Guttier. lib. 1. canonicarum quæſtionum cap. 1. nu. 132. Barboſa deciſ. 52. num. 6 & ſequentibus, Monaluus conſilio 15. num. 3 volumine 1.*

Quintò, Capitulum generaliter ſucce-
7 dit in ijs, quæ ſunt iuriſdictionis epiſcopalis, ſiue voluntariæ, ſiue inuoluntariæ, *gloſſa in Clementina prima de hæreticis, Abb. in cap. cum olim de maioritate, & obedientia, Innocentius, & Hoſtienſis in cap. abolenda de hæreticis*, & ideo poterit diſpenſare in caſibus permiſſis Epiſcopo, puta quod contrahatur matrimoniũ etiam non factis adhuc publicationibus excommunicatione ſuſpendere, *Zabarella in cap. cum omnes de conſtitutionibus quæſt. 10.*

Sextò, poteſt condemnatos ab Epiſco-
8 po prædeceſſore aggratiare, & remittere pœnas inflictas ab ipſomet epiſcopo, vt *ex ſupradictis DD. probat Riccius deciſ. 357. num. 4.*

Septimò, in rigore iuris poſſet Capi-
9 tulum hæc facere ex ſe, etiam non conſtituto Vicario capitulari, quia neque Epiſcopus poteſt cogi ad conſtituendum Vicarium. *Puteus deciſ. 45. lib. 2. Rota in diuerſis deciſ. 22. p. 2.* tamen ex diſpoſitione *Concil. Trid ſeſſ. 24 c. 16. de refor.* id limitatur: Vnde debet Capitulum
10 infra octo dies à morte Epiſcopi eligere Vicarium capitularem, qui pro toto Capitulo adminiſtret; & ratio eſt, quia negotium pluribus commiſſum difficilem

habet

11 habet exitum, *l. ſi plures, ff. de administratione tutorum, §. ſed ſi ex teſtamento inſtitutionibus, de ſatiſdatione tutorum*, & adminiſtratio ex multis eſt periculoſa, maximè in rebus, quæ non patiuntur dilationem: ergo tenetur Capitulum ſtatim eligere Vicarium infra tempus determinatum à *Trid.*

Octauò, poteſt viſitare eccleſias epi-
12 ſcopatui ſubiectas, & exigere procurationes debitas ratione viſitationis, *Riccius deciſ.609* qui probat *ex glo. in Clem. prima, §. propter quod, verbo Capitulum de electione, & ex Archidiacono in cap. ſi epiſcopus num.2. de ſupplenda negligentia prælatorum, Bal. conſilio 29. num.16. & in cap. cum olim de maioritate, & obedientia in primo notabili, & ex alijs*, ſicque deciſum per *Rotam Romanam in vna Burgenſi primo Iunij* 1588. *coram Orano*, & ibi agebatur de viſitando monaſterio monialium ſubiecto epiſcopo, & fuit dictum Capitulum ſede vacante illud viſitare poſſe: ergo multo magis id dici debet in parochijs.

Nonò, poteſt recipere præſentationes
13 à patronis, & inſtituere in iure patronatus, vt patet ex *dicta Bulla Pij V.* & aduertit *Pauinus in tract. de poteſtate Capituli ſede vacante*.

Circa ſecundum aduerte, quod in pri-
14 mis ſede vacante Capitulum non poteſt procedere in cauſis ſpecialiter commiſſis epiſcopo, vel eius vicario, in quibus videtur potius electa induſtria perſonæ, vt ſi diceretur in cōmiſſione, dilecto filio N. Epiſcopo, vel Vicario, vt aduertit *Pauinus titulo allegato in prima q. 1. partis, num.3. tamen in numero* 4. tenet; quod quando expediret cauſæ eſſet neceſſaria, vt ſi eſſet deductio inimicitiæ, tunc licitè poſſet Capitulum expedire, vt tenet *Cuccus in inſtitutione Can. tit. de officio, & poteſtate Capituli nu.*80 *&* 84. Idem
15 dic de cauſis, quæ iudicibus ſinodalibus delegantur, nam neque de ipſis cognoſcere poteſt Capitulum, *cap. ſtatutum de reſcriptis in 6. & Trid. ſeſſ. 25. cap. 10. de reformatione*.

Secundò, non poteſt conferre benefi-
16 cia, vt in *præſenti §. noſtro*, & docet *Ab. in dicto cap. cum olim, de maio. & obed.*
17 Ratio eſt, nam diſpoſitio beneficiorum eſt Epiſcopo ſpecialiter reſeruata, *cap. vnico, §. cum verò ne ſede vacante in 6. & ex regula 2. Clementis VIII.* Quæcumque beneficia vacent ſede vacante confe-
18 runtur per ſedem Apoſtolicam vſque ad d em pacificæ poſſeſſionis Epiſcopi electi, confirmati, & conſecrati, nec poteſt Ca-
19 pitulum ſibimet incorporare beneficium *Sacra Congregatio ſuper Trid. ſeſſ. 24. cap.15. & Riccius deciſ.492.*

Tertiò, non poteſt Vicarius capitula-
20 ris abſoluere eum, qui habet priuilegiū, ſeu bullam à Papa, vt abſoluatur ab Epiſcopo, vel eius Vicario; tunc enim no-
21 mine Vicarij ſic ſimpliciter non venit Vicarius capitularis; ſic aduertit *Galerus in margine caſuum conſcientiæ, verbo Vicarius*.

Quartò, non poteſt totum Capitulum,
22 neque Vicarius capitularis diſpenſare, vt canonicus poſſit per quindecim dies abeſſe, & tamen habeat perceptiones quotidianas; nam id prohibitum eſt de iure communi, *cap. vnico de clerico non reſidente in 6. Abb. & Ananias in cap. conquerente num.4. cit. tit. Geminianus conſilio 85. num.18. Trid. ſeſſ. 24. cap.12. §. præterea, Menochius de arbitrarijs iudicum caſu. 429. num. 6. in additionibus, Nauarr. de horis canonicis cap. 5. nu.20. & cap.21. num. 63. Gratianus lib. 1. diſceptationum forenſium c. 166.* qui om-
23 nes tenent, quod nulla via poſſunt Canonici donare diſtributiones quotidianas abſentibus, aut de illis gratiam facere; & *Gratianus in dicto cap. 166. num. 31.* refert ſuper hoc declarationem ſacræ Cōgregationis, per quam, neque per conſuetudinem id induci poſſe, declaratum eſt.

Dices, vnuſquiſque poteſt cedere iuri
24 ſuo; *l. in venditione, ff. de pactis*: ergo poterit etiam Capitulum cedere iuri ſuo, ac proinde licet ſentiat incommodum ex abſentia ſocij, poterit tamen ei dare licentiam, vt percipiat diſtributiones quotidianas.

Reſpondetur diſtinguendo antecedens,
26 poteſt cedere iuri ſuo, ſi non reſultet in præiudicium aliorum, & concedo; ſi reſultet in præiudicium aliorum, vel prohibitum ſit à lege, & nego: at in caſu noſtro reſultat in præiudicium totius Eccleſiæ, quæ tale patitur præiudicium ex defectu miniſtri, qui deberet aſſiſtere, & adeſt expreſſa prohibitio legis, *in cap. ad hoc, de clerico non reſidente*; vnde ſi tantum eſſet ex parte Capituli, & non curreret præiudicium eccleſiæ, & prohibitio legis, argumentum haberet aliquam vim.

Quintò, non poteſt Capitulum diſpē-
26 ſare in irregularitatibus prouenientibus ex delicto occulto; colligitur ex *tex. in c. verum de foro competenti, & notat Rebuff. in praxi beneficiaria tit. de deuolutione num.68* Ratio eſt, quia hoc eſt priuilegium conceſſum Epiſcopis, & illis

tan-

r ntum, quorum prædeceſſores fuerunt obedientes Concilio,& adſuetunt in ipſo.

Ex hoc paragrapho habes, quod mors,
27 & negligentia non æquipa antur, quod enim licebat Capitulum negligente Epiſcopo non licebat eo mortuo.

In §. Is quoque.

SVMMARIVM.

1 *Multa per patientiam tolerantur, quæ ſi venirent in iudicio corruerent.*

2 *Collatio, quæ propter negligentiam Epiſcopi deuoluenda erat ad Papam, ſi deinde facta ſit viro idoneo tolerantia Pontificis conſolidatur.*

1 G*Loſa in præfeati §. verbo tolerātia* dat axioma, quod ſcilicet multa per patientiam tolerantur, quæ ſi venirent iudicio, corruerent, v *in cap. cum iamdudum de prabendis*; ſicque antiquitus, licet
2 collatio deuolueretur ad Papam propter negligentiam Epiſcopi, ſi tamen Epiſco-
2 pus conferret viro idoneo, tolerantia Pontificis approbabat collationem, *cap. literas de ſupplenda negligentia pralatorum*, patet à ſimili *ex l. o ſeruari, ff. de officio proconſulis, cap in primis* 2.q 1. & aduertit *Abb in cap. ſuper his de conſanguinitate, & affinitate*.

In §. Ex legationis, vſque ad §. Planè.

SVMMARIVM

1 *Legatus à latere quis dicatur?*

2 *Legatus de latere differt à Legato à latere*

3 *Legati nati qui dicantur?*

4 *Legati miſſi qui dicantur?*

5 *Priuilegia ſunt reſtringenda, quando lædunt ius tertij.*

6 *Legati de latere plura beneficia prouidere non poſſunt.*

7 *Mandatum ſpeciale requirentia non veniunt ſub generali conceſſione.*

8 *Legatus de latere non poteſt dare facultatem alicui, vt recipiat reſignatione, beneficiorū & ipſa cōferat.*

9 *Legati poteſtas expirat finita legatione, at non ceſſat mortuo Pontifice.*

10 *Legatus eſt iudex ordinarius.*

11 *tempore ſuæ legationis vnam tantū reſeruationem facere poteſt.*

12 *facient ſibi reſeruationem, illa non euacuata, non poteſt aliam ſibi facere.*

13 *non poteſt ſibi reſeruare collationem beneficij cuius collatio ſimul cum alio ſpectet ad Epiſcopum.*

14 *Iurans aliquid ſuum non eſſe, iurat per conſequens, nec id ſibi commune eſſe.*

15 *Legatus non poteſt ſibi reſeruare cathedrales, eccleſias regularium, collegiatas, &c. quas non poteſt conferre.*

16 *non poteſt in reſeruatione beneficij vacaturi exprimere certam perſonam, cui deinde intendat beneficium conferre.*

17 *Reſeruationes mentales prohibitæ ſunt, & etiam promiſſiones vocales de tali beneficio vacaturo.*

18 *Reſeruatio omnis expirat expirata legatione.*

19 *Reſeruationes quales faciat ſibi ſummus Pontifex.*

20 *Beneficiū impetrans debet eſſe clericus, & habere ætatem aptam tali beneficio.*

21 *Aetas pro beneficio curato ſufficit, ſi infra annum pertingatur.*

22 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare in defectu ætatis.*

23 *Impetrans beneficium debet in ſupplicatione mentionem facere de ſua perſona an ſcilicet habeat aliquos defectus.*

24 *item de redditibus beneficij.*

25 *item an habuerit alia beneficia, & an ſint compatibilia, & an habuerit alias diſpenſationes.*

26 *Papa ſupra indigentiam beneficiati diſpenſat etiam in incompatibilitate beneficiorum.*

27 *Pluralitas beneficiorum non eſt exponenda Epiſcopo, qui alia beneficia contulit. & num.3.*

28 *Epiſcopus non poteſt vni tantum plura beneficia cōferre in præiudicium aliorū, niſi eſſet perſona literata.*

29 *Impetratio beneficij eſt inualida, ſi quis aliud, quod habebat tacuerit, nec pro hoc valet motus proprius legati.*

30 *Collatio beneficij facta à Legato motu proprio, non indiget expreſſione alterius beneficij.*

31 *Motus proprius Papæ conualidat impetrationem beneficij, licet in illa non ſit facta mentio de alio beneficio.*

32 *Collatio facta à Legato in quid differat ab illa, quæ fit ab Ordinario?*

33 *Bene-*

33 *Beneficia antiquitus conferebantur tribus modis, ſcilicet, per regreſſum, per ingreſſum, & per acceſſum.*
34 *Collatio facta abſenti valet de æquitate canonica.*
35 *Abſenti nullum ius acquiritur.*
36 *Epiſcopus non poteſt conferre beneficium, quod abſenti contulit ſub conditione ſi ab illo abſente acceptatum fuerit.*
37 *non poteſt ſine conſenſu Pontificis Eccleſias ſæcularium concedere regularibus.*
38 *Beneficia conferuntur ex reſignatione ad permutandum.*
39 *Clauſula ſalutaris, cum regreſſu quare apponatur, & quid operetur in reſignatione.*
40 *Ius in aliqua re antequam quis acquirat, aliquando impedit diſpoſitionem circa ipſam.*

DIximus in ſuperioribus poſſe be-
neficia conferri per Legatos à
latere, ideo circa ipſos videndũ
eſt primo, quid ſit Legatus, &
quotuplex. Secundo, quam poteſtatem
habeat circa noſtram materiam. Tertio,
an poſſit reſeruare ſibi beneficia, vt conferat,
& quantum duret iſta reſeruatio.
quarto, quæ requirantur in impetratione
beneficij. Quinto, an ſit aliqua differentia
inter collationem factam ab Ordinario,
& à delegato. Sexto, quibus modis pro-
uideatur de beneficijs.
Circa primum, aduerte primo, quod
1 Legatus à latere eſt prælatus, qui ab *Vr-*
be, & Romano Pontifice mittitur alicubi
pro munere legationis ibi exercendæ.
Nota tamen circa pronũciationem huius
nominis id, quod aduertit *Petrus Andr.*
Gammarus in tractat. Legati lateris in
principio, quod alius eſt Legatus de la-
2 tere, alius eſt Legatus à latere. Prima
enim vox importat tantum Eminentiſs.
Cardinales, qui quando mittuntur, dicun-
tur Legati de latere; ſunt enim de latere
Pontificis, ſicut membrum de corpore.
Secunda vox importat quemlibet alium
prælatum, qui dicitur à latere, hoc eſt,
miſſus à Collegio, non tamen dicitur de
latere, quia non eſt de corpore Collegij.
Aduerte ſecundò, quod Legati ſunt in
3 triplici differentia; alij ſunt nati, alij miſſi,
alij de latere. Legati nati ſunt qui eligun-
tur ad gubernationem alicuius Eccleſiæ,
& iſti habent cum eccleſia annexum mu-
nus legationis pro ſua diœceſi, vel pro-
uincia, vt *in cap. 1. de officio Legati*. Miſſi
4 ſunt ij, quos diximus à latere, qui cum
non ſint Cardinales, ad aliquod ſpeciale
negotium mittuntur, & pro eo tempore
durat legatio, nec poteſtatem habẽt con-
ferendi beneficia, vt per *gloſſ. hic in prin-*
cipio, niſi expreſsè concedatur, vt per *glo.*
in cap. fin. de officio legati in 6. De latere
ſunt Cardinales, vt diximus, & aduertit
Abb. in cap. excommunicatos de officio le-
gati, *Butreus in cap. fin. eodem tit.* De
his autem loquimur hic quoad beneficia
conferenda.
Circa ſecundum, & ſic circa poteſtatẽ
in conferendis beneficijs, loquentes de
Legato de latere, vt diximus,
Aduerte primò, quod cum priuilegia
5 ſunt reſtringenda quando ledunt ius ter-
tij, vt aduertit *glo. in §. ſed tamen, in fi-*
guratione caſus; ideo ſtatutum eſt, vt non
qualeſcunque dignitates, nec quælibet
6 beneficia poſſint per ipſos Legatos con-
ferri; & in primis non poſſunt conferre
eccleſias cathedrales, ſeu epiſcopatus; hoc
enim eſt immediatè reſeruatum Pontifici,
vt ex *regula Cancellariæ*, & ea, quę requi-
runt ſpeciale mandatum, non veniunt in
7 generali conceſſione, *glo. in cap. 2. de*
procuratoribus. Secundò, non poſſunt
conferre eccleſias regularium, vel colle-
giatas, *cap. deliberationis de officio legati*
in 6. & Trid. ſeſſ. 14. cap. 10. de reform.
Tertiò, non poteſt Legatus de latere con-
ferre abbatiam, neque archidiaconatum,
vel aliam dignitatem, quæ ſit prima poſt
epiſcopatum, *glo. in dicto cap. deliberatio-*
ne, verbo deliberationem; ibi tamen ait,
poſſe Legatum conferre canonicatus, &
alia beneficia ſimilia, præter plebanias,
ſeu parrochias, & hoc ex ratione adducta,
ne ſcilicet priuilegium cadat in magnum
præiudicium tertij. Quartò, non poteſt
alicui dare poteſtatem, vt recipiat reſi-
gnationes beneficiorum, & ipſa conferat
8 per tempus ſuæ legationis, ne aliqua fraus
interuenire poſſit in tali collatione: ſicq;
limitatur *regula, qui per aliũ facit, &c.* nã
Legatus tales reſignationes, & collationes
per ſe facere poteſt, tamen non poteſt
per alios. Verum tamen eſt, quod poteſt
alicui committere, quod accipiat talem
reſignationem beneficij faciendam ab a-
lio, & facta reſignatione, & ſic vacante
beneficio, poteſt illi committere, vt con-
ferat: at non poteſt generalem facultatem
concedere, & ſi concedat, nulla eſt dein-
de collatio; ſic *per text. & gloſſ. in cap.*
deliberatione, § probibemus, & glo. ibid.
verbo cuiuſcumque.
Aduerte ſecundò, quod finita legatio-
9 ne, ceſſat poteſtas; at ſi decederet Ponti-
10 fex non finita legatione, non ceſſaret

poteſtas Legati ; Legatus enim eſt iudex
ordinarius, *cap.legatos de officio legati.*

Circa reſeruationem beneficiorum.

Aduerte primò, quod non poteſt Le-
11 gatus tempore ſuæ legationis omnia be-
neficia vacantia ſibi reſeruare, ne ſatis
grauetur prælatus illius eccleſiæ, & ideo
ſtatutum eſt, quod vnam tanrum reſer-
uationem Legatus facere poſſit, v.gratia,
vacante tali beneficio, eius collationem
mihi reſeruo, & pendente tali reſeruatio-
12 ne & non euacuata, non poteſt aliam fa-
cere reſeruationem, *cap præſenti, §.cate-
rum cit.tit.& glo.ibi verbo illa pendente;*
13 immo non euacuara illa reſeruatione,
nec poteſt Leg tus ſibi reſeruare benefi-
cium, cuius collatio ſpectet d eundem
prælatum ſimul cum alio, vtadu rtir *glo.
ibidem verbo illius*, & probat à ſimili ex
*tex in l.pupillus § fin ff de verborum
ſignificatione*, vbi p obatur, quod qui
14 iurat aliquid ſuum non eſſe, iurat per cō-
ſequens nec id ſibi commune eſſe cum
alio: ergo eodem modo dicendum eſt,
quod ſcilicet ſi non poteſt Legatus reſer-
uare ſibi collarionem ſecundam ſpectan-
tē ad eundem Epiſcopum ſolum, neque
poterit ſibi reſeruare aliam collationem
ſpectantem ad eundem Epiſcopum, & ad
alium ſimul; nam adhuc diceretur colla-
tio ſpectans ad eundem Epiſcopum.

Aduerte ſecundò, nec poſſe reſeruare
15 cathedrales, vel regularium eccleſias,
nec collegiatas, & ſimiles, quas diximus
non poſſe conferre, vt quid enim reſeru.t
16 dum deinde conferrè nequit. Item nec
poteſt in reſeruatione beneficij vacaturi
exprimere certam perſonam, cui deinde
intendat beneficium conferre, quia ſic
eſſet dare adi u ıncaprandæ mortis, quod
ſupra negauimus.

Adu rte tertiò, eſſe etiam prohibitas
17 reſeruationes mentales cum determina-
tione perſonæ, & manifeſtatinne eiuſdem,
& hæc reſeruatio prohibita eſt etiam Car-
dinalibus, *Trid ſeſſ 74. cap 19. de refor-
matione.* V de neque poteſt præla us
abſque ſcriptura, vel certa expectatiua
voce tantum promittere alicui tale, vel
tale beneficium vacaturum, & hoc ex
e dem ratione propoſita, ne ſcilicet da-
retur occaſio captandæ mortis, *Rebuff in
praxi beneficiaria tit.de reſeruatione nu.*
18 11. Omnis autem reſeruatio ceſſat expi-
rata legatione, *Syluester verbo reſerua-
tio, §.15.& in cap. præſenti cit tit.*

Aduerte quartò, quod Summus Ponti-
19 fex ſolus facit ſibi reſeruationes genera-
les Cathedralium, Primarum, Dignitatū,
&c. vt *ex regulis Cancellariæ*. Item be-
neficia vacantia per crimen hæreſis re-
ſeruantur Papæ *in Bulla Pij V. quæ inci-
pit cum apoſtolatus*. Beneficia collata per
ſimoniam confidentialem, *Pius IV. in
Bulla ad Romanum Pontificem, & Pius
V. in Bulla intolerabilem*. Parrochia
conceſſa contra formam *Concilij ſeſſ. 24.
cap.18.de reformatione, Pius V. in bulla
in conferendis*. Beneficia, quæ vacant ſe-
de vacante Ordinarij, idem *Pius V. in
dicta bulla cum Apoſtolatus*.

Circa quartum, multa ſeruari debent
in impetratione beneficij, de quibus ſu-
pra diximus. Tamen hic

Aduerte primò, quod is, qui vult be-
20 neficium conſequi debet exponere Pon-
tifici ſe eſſe clericum, alias eſt incapax be-
neficij, *cap. ex literis de translatione
Epiſcoporum*. Aetatem an ſit apta ad
munus talis beneficij, ſi ſit curatum alias
ſufficit ætas clericatus. *Trid. ſeſſ 23. cap 3
& ſeſſ. 24. cap. 12 de reformatione.* Item
21 licet ætas requiratur pro beneficio cura-
to, ſufficit ſi infra annum ad ipſam pertin
gat, vt patet ex dictis. Cæterum nec po-
22 teſt Epiſcopus in defectu ætatis diſpen-
ſare, *Syluester in ſumma, verbo diſpen-
ſatio.*

Aduerte ſecundò, quod debet dare
23 ſupplicationem Pontifici, Legato, vel
Epiſcopo, & in ipſa debet facere mentio-
nem de ſua perſona, an ſit irregularis, an
ſit læſus natalibus, &c. *cap.per venerabi-
lem qui filij ſint legitimi, cap. innotuit,
de electione, & Felinus in cap.poſtulaſti
de reſcriptis.*

Secundò, debet facere mentionem de
24 redditibus beneficij, quod prætendit,
*cap.ad audientiam de reſcriptis, & Abb.
in cap.ad aures cit.tit.*

Tertiò, debet exponere, an habuerit
25 alia beneficia, & an ſint compatibilia,
& an habuerit alias diſpenſationes, *De-
cius conſil.59.* Et his expoſitis, ſi benefi-
cia ſint compatibilia non indiget diſpen-
26 ſatione, ſi verò ſint incompatibilia, Papa
diſpenſat etiam ſuper indigentiam bene-
ficiati; ſi verò ſupplicatio fiat Epiſcopo,
qui alia beneficia contulit eidem benefi-
ciato, non opus eſt exponere pluralitatē
27 beneficiorum, ſi beneficiatus ſit eiuſdem
diœceſis, præſumitur enim Epiſcopum
id non ignorare. Cæterum non poteſt E-
28 piſcopus vni tantum plura beneficia cō-
ferre in præiudicium aliorum, qui habent
etiam ſua merita; patet *ex cap. fin. de
officio legati in 6.* excipe tamen literatos,
vt ſupra diximus.

Aduerte tertiò, quod ſi quis tacuerit
29 aliud beneficium, quod habet, impetra-
tio

Digitized by Google

tio ſecundi beneficij non valet, quia eſt
facta fraudulenter, & contra iuris diſpo-
ſitionem, *cap. collatio de officio legati*, li-
cet Legatus in collatione beneficij dixiſſet
(etiam ſi aliud beneficium habueris) vt
per glo. ibidem verbo mentio, quæ dat ra-
tionem, quia impetratio eſt ſubreptitia,
nec valet motus proprius legati, quia eſt
ab illo, ad quem primo iure non ſpectat
collatio, vt aduertit *Ioannes Andr. per
glo. ibidem*.

Limita hoc primò, ſi beneficium non
30 eſſet impetratum, ſed collatum de motu
proprio Legati, *cap. cum noſtris de con-
ceſſione prabendæ, cap licet Epiſcopus de
prabendis*.

Limita ſecundò, quando dicta verba
31 fuiſſent appoſita de motu proprio Papæ
in impetratione facta ab ipſo nõ expreſſo
alio beneficio; Papa enim non eſt ligatus
legibus, nec ſubditur ipſis, ſicut Legatus
cap. propoſitus de conceſſione prabendæ.

Circa quartum erat videndum, an ſit
aliqua differentia inter collationem factã
ab Ordinario, & Legato. Pro quibus.

Aduerte, quod prima differentia eſt,
32 quam diximus, quod ſcilicet Epiſcopo
proprio à quo quis habuit alia beneficia,
non opus eſt in ſupplicatione exprimere
ſe alia beneficia habere, quia cenſendum
eſt ſuperiorem noſſe facta à ſe ipſo. At in
impetratione facta à Legato, neceſſe eſt
exprimere, alias collatio non valet, patet
ex iuribus adductis de officio legati in 6.
Secunda differentia eſt; nam Ordinarius
confert beneficia iure ſuo, & non indiget
reſeruatione, ſed de iure ſunt ei reſeruata,
vt patet ex dictis; Legatus verò, ſi velit
certum beneficium conferre, ne præue-
niatur ab Ordinario in collatione debet
illud ſibi reſeruare, & aliæ differentiæ
ſunt inter ipſos.

Circa vltimum aduerte primò ex *Re-
33 buffo in praxi beneficiaria tit. de regreſ-
ſu*, quod antiquitus tribus modis confe-
rebantur beneficia, ſcilicet per regreſſum,
per ingreſſum, & per acceſſum. Per re-
greſſum erat, quando quis renunciabat
beneficium, & Pontifex illud conferebat
cum conditione, vt ſi hic nouiter inueſti-
tus præmoreretur, beneficium rediret ad
primum beneficiatum, & hoc hodie ſer-
uatur in beneficijs, quæ dantur ad penſio-
nem; ſolet enim hoc pactum apponi per
ingreſſum, quando quis ante poſſeſſionem
beneficij ſibi collati reſignabat illud, &
Papa conferebat cum eadem conditione,
vt diximus. Per acceſſum erat, quando
quis erat inhabilis ad beneficium curatũ,
v.g. tunc enim donec fuiſſet habilis daba-
tur coadiutor, ſed hæc omnia hodie ceſ-
ſarunt *per Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. & 16* tamen
de iure peculiari, & ex priuilegio Pontifi-
cis ſolet aliquando id concedi.

Aduerte ſecundò, quod tam abſentes,
34 quam præſentes poſſunt recipere proui-
ſiones beneficiorum, *cap. ſi ſibi extra,
35 de prabendis*; de præſentibus nulli dubiũ
eſt. Collatio, quæ fit abſenti, licet de
rigore iuris eſſet nulla, quia abſenti nullũ
ius acquiritur, *l. abſenti, ff. de donationi-
bus*, tamen de æquitate canonica valet,
vt *in dicto cap. ſi tibi abſenti*. Debet ta-
men abſens dictam collationem ratam
habere, nec poteſt collator ipſam reuo-
care, pendente ratihabitione, vel recu-
ſatione, vel lapſu temporis determinato
ad acceptandum, *Doctores communiter
in dicto cap. ſi tibi abſenti*.

Nota etiam, quod pendentibus prædi-
36 ctis neque poterit Epiſcopus tale benefi-
cium conferre ſub conditione, ſcilicet, ſi
ille non acceptauerit inueſtiatur talis, *cap.
2. de electione in 6. cap. 2. de conceſſione
prabenda, cap. paſtoralis de reſcriptis*;
quia talis promiſſio non ſubſiſtit, neque
poteſt interim vniri cum alio beneficio,
*dicto cap. ſi tibi, & cap. ad audientiam
il ſecondo de eccleſijs ædificandis*, vbi nec
37 poſſunt eccleſiæ ſecularium regularibus
concedi ſine ſpeciali priuilegio Pontificis,
vt per *glo. in dicto cap. ad audientiam*.

Aduerte tertiò, quod conferuntur etiã
38 beneficia ex reſignatione ad permutan-
dum, quando quis reſignat beneficium in
manibus ſuperioris cum conditione, vt
tali, vel tali conferat; & in hac reſigna-
tione eſt notandum, quod ſolet apponi
39 clauſula ſalutaris, cum regreſſu, quæ o-
peratur, vt ſi ex aliqua iuſta cauſa reſigna
tio facta nõ haberet effectum collationis
in perſona, propter quam fuit facta reſi-
gnatio, tunc beneficium reuertatur ad
ipſummet reſignantem; ſi autem non ap-
ponatur dicta clauſula, & is, propter quẽ
fit reſignatio ſit inhabilis, tunc beneficiũ
dicitur vacans, & poteſt alteri conferri,
*Rebuffus in paaxi beneficiaria titulo de
reſignando beneficio*.

Aduerte quartò ex §. *illud autem*, vnũ
40 particulare notabile, quod ſcilicet ali-
quando quis antequam ius acquirat in
aliqua re, impedit tamen diſpoſitionem
circa ipſam, & ſic antequam beneficiatus
abſens (cui fuit facta collatio) determi-
nat, an velit acceptare necne, non poteſt
Epiſcopus de tali beneficio diſponere,
niſi elapſo tempore determinato ad hoc,
vt aduertit *glo hic*.

Digitized by Google

In §. Planè.

SVMMARIVM.

1 *Abſens ſi non præſtitit conſenſum intra tempus ſibi præfixum à ſuperiore, ſi deinde præſtare velit, poterit audiri, dummodo Epiſcopus non contulerit alteri beneficium, & etiam conſenſerit.*

2 *Ius patronatus debet conferri præſenti, niſi abſens eſſet perſona cognita Epiſcopo.*

1 HIc ponitur ampliatio eius, quod ſupra diximus, quod ſcilicet ſi abſens non præſtitit ſuum conſenſum intra tempus ſibi præfixũ à ſuperiore, tamen elapſo dicto tempore, poterit audiri, ſi velit dare conſenſum, dummodo Epiſcopus non contulerit alteri, & conſentiat ipſe quoque in id; notat hic *Lancellottus*, & patet ex *dicto cap. ſi tibi abſenti*, patet à ſimili ex *l. mancipiorũ, ff. de optione legata, glo. hic verbo termino ex cap. licet de procuratoribus*.

Nota etiam hic, quod dicta de benefi-
2 cijs non habent locum in iurepatronatus, quia hoc debet à præſente præſenti conferri, vt *in clementina dudum de ſepulturis, & Abb. in dicto cap. ſi tibi num. 23. Rota Romana decis. 3. de iure patronatus in nouis*; tamen hoc non ita ſtrictiùs ſeruatur in praxi, enimuero ſi perſona, quæ debet inſtitui ſit nota Epiſcopo, poterit inſtitui in iure patronatus, ſicut poteſt etiam ei conferri beneficium; notitia enim, quam habet Epiſcopus, valet pro præſentia, vt colligitur ex *dicta Clementina dudum, de ſepulturie*.

In §. Per reſcriptum.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum quid ſit? & qualiter definiatur, & differat à priuilegio?*
2 *Reſcriptum multipliciter ſumitur.*
3 *Bonum cõmune priuato preferri debet.*
4 *Reſcriptum odioſum eſt reſtringendum, fauorabile ampliandum.*
5 *Fauor animæ ſemper præferri debet.*
6 *Reſcriptum aliud ad lites, aliud ad beneficium impetrandum.*
7 *ad beneficiũ impetrandum ſumitur in triplici forma.*
8 *in forma pauperum quando detur?*
9 *in forma dignitatis duplici modo conceditur.*
10 *in forma communi quando detur?*
11 *Altari ſeruiens de altari debet viuere.*
12 *Habilitas ſemper ſupponitur in clerico impetrante beneficium, & ſic debet examinari, niſi Papa dicat in reſcripto ex certa noſtra ſcientia.*
13 *Clericus ſi habeat defectus occultos poterit is, ad quem dirigitur reſcriptum replicare, & notificare defectus.*
14 *Reſcriptum debet eſſe lucidè, & clare ſcriptum.*
15 *debet continere valorem, & redditus beneficij*
16 *Pontifex in reſcripto loquitur in numero plurali, & pro ijs, ad quos dirigitur in ſingulari, niſi eſſent plures perſonæ.*
17 *in reſcripto quos appellet filios, & quos fratres?*
18 *Reſcriptum debet continere ordinem beneficiati, & nomen illius extenſum.*
19 *debet habere latinitatem correctam alias vitiatur falſa, non autem ſi eſſet error orthographiæ.*
20 *debet eſſe expeditum congruo tẽpore, & veriſimili à tempore mortis beneficiati.*
21 *habet vim legis.*
22 *poteſt recipere interpretationem, vel ex verbis ipſius reſcripti, vel ex mente reſcribentis.*
23 *poteſt etiam eſſe contra ius commune, & tunc dicitur priuilegium.*
24 *Clauſulæ appoſitæ in reſcripto, non obſtante, &c. de motu noſtro proprio, ex certa ſcientia, quam vim dent reſcripto.*
25 *Interpretatio magis conſona iuri communi ſit in reſcripto obſcuro, & dubio.*
26 *Reſcriptum ex vi dictæ particulæ, non obſtante, &c. conualidat collationem, licet non ſit expreſſa quantitas reddituum, ſi autem falsò ſit expreſſa, reſcriptum æſtimatur ſurreptitium.*
27 *ex vi dictæ particulæ, non obſtante nõ purgat inhabilitatem perſonæ.*
28 *ſecundum tollit primum contrariũ.*
29 *conforme iuri communi debet fieri interpretari pro aliqua ſpecialitate iuri communi derogante, alias eſſet fruſtratorium.*
30 *Reſcripti diſpoſitio non venit ſub generali appellatione.*
31 *Reſcriptis duobus expeditis in eodem tem-*

Digitized by Google

tepore, & die prius hora præferri debet, quod ſi non appareat, poſſeſſio prioris prævalet.
32 *Reſcriptum infirmatur, & annullatur per ſubreptionem, & obreptionē.*
33 *Subreptio quando ſit?*
34 *Obreptio quando ſit?*
35 *Subreptio, vel obreptio quæ fit ignoranter inualidat reſcriptum, ſed pœna non infligitur taliter opranti.*
36 *Reſcriptum non irritatur per ſubreptionem, vel obreptionem in aliqua parte minus eſſentiali, ſed illa pars ſuppleri poteſt.*
37 *Reſcriptum redditur nullum ex incapacitate impetrantis excommunicati, ſed hodie in reſcripto apponitur abſolutio, quæ valet tātum pro illa impetratione.*
38 *infirmatur, ſi impetrans ſit laicus: vel mancus, claudus, &c. pro beneficio curato.*
39 *Papa ſolus poteſt beneficia conferre prout vult.*

HIc fit mentio de reſcripto, verum cum habeamus reſcriptum priuilegium, & diſpenſationem ideo de ipſis breuiter aliqua hic, & pro reſcripto videbimus quid, & quotuplex ſit reſcriptum. Secundò, de eius requiſitis, & effectibus. Tertiò, de reſciſſione reſcriptorum, & quomodo annullari poſſit reſcriptum.

Circa primum aduerte, quod reſcriptū
1 idem eſt ac conſtitutio particularis, quam facit ſuperior, vel reſpondendo ſupplicationibus, vel per ſpeciale mandatum, ſeu præceptum, ſic ſunt bullæ pontificiæ, vel pragmaticæ in ciuilibus. Vt autem ſumatur reſcriptū ſtrictè, & ad differentiam priuilegij (quod eſt lex ad commodum priuatorum) debet dici conſtitutio particularis explicans, vel extendens ius commune, quia tunc potius deberet dici priuilegiū, videbimus infra; & aduertit *glo. in principio tituli de reſcriptis in 6. in continuatione rubricæ.*

Aduerte ſecundò, reſcriptum genericè
2 multa comprehendere ſub ſe; aliud enim eſt reſcriptū beneficans, aliud concedens gratiam particularem. Primum dicitur beneficium; ſecundum dicitur priuilegiū; aliud eſt odioſum, aliud fauorabile. Reſcriptum odioſum, aut eſt in odium particularis, & in fauorem vniuerſitatis, & tunc potius eſt ampliandum, quam re-
3 ſtringendum; bonum enim commune præferri debet *Authentica res quæ, Cod.*
4 *communia delegatis*. Aut eſt in odium vniuerſitatis, & in fauorem priuati, & tunc potius eſt reſtringendum, *ex regula odia in 6.* Aut eſt fauorabile nullius præiudicium continens, & tunc potius eſt ampliandum, *cap. gratia de reſcriptis in 6*
5 Verum tamen eſt, quod ſemper fauor animæ præferri debet, vt *per Doctores in*
6 *dicto cap. odia*. Aliud eſt reſcriptum ad lites, aliud ad beneficium impetrandum, & de hoc in præſenti paragrapho. Pro quo

Aduerte tertiò, quod reſcriptum ad
7 beneficium impetrandum ſolet dari in triplici forma, ſcilicet in forma pauperū in forma dignitatis, & in forma cōmuni.
8 In forma pauperum datur, quando Pontifex mandat alicui pro uideri de beneficio ſufficienti, ſi pauper erit, vt *in cap. poſtulaſti, de reſcriptis in 6.* & tunc ſtrictior
9 debet fieri interpretatio circa paupertatē, quod ſi non ſit pauper, beneficium ei non cōferatur. In forma dignitatis conceditur duplici modo, vel ait Papa tali beneficium conferas, ſi dignus repertus fuerit, vel ait, quem dignum æſtimamus. Primo caſu debet examinari; ſecus in ſecundo caſu; nam per ea verba videtur, quod Pontifex ipſum approbet, vt *in Clementina vnica de officio delegati, Felinus in dicto cap. poſtulaſti, & cap. vlt. de præſumptionibus.*
10 In forma cōmuni eſt, quando ſimpliciter alicui datur reſcriptum, ſiue bulla pro beneficio conſequendo, & hæc etiā includit examen faciendum; ſit autem reſcriptum in forma communi (quæ dicitur forma iuſtitiæ) quando quis deſtinatur ſeruitio Eccleſiæ, à qua recipit beneficium, & iuſtum eſt, quod viuat de altari is, qui al-
11 tari ſeruit, *cap. qui patitur de regulis in 6*

Aduerte quartò, quod in reſcriptis be-
12 neficiorum quomodocumque reſcriptū procedat, ſemper ſupponitur habilitas clerici, cui eſt conferendum beneficium, & ſic ſi Papa dicat prouideatur clericus N. ſi pauper erit, intelligitur, dummodo ſit dignus. Idem dic quando loquitur in forma communi ſupra poſita; quando autem Papa vult peculiariter aliquem gratificare, ſic ſolet dicere: ex certa noſtra ſcientia, tunc enim nullum aliud examen eſt adhibendum. Si tamen clericus ha-
13 beret aliquos defectus occultos, puta ſi eſſet vitioſus, vel aliter maculatus in animo, & tunc poteſt is, ad quē dirigitur reſcriptum replicare Summo Pontifici, & ei notam facere talem maculam, *cap. ſi teſtatus de reſcriptis, l. barbarius, ff. de officio prætoris* ſic etiam ſolet aliquando Pontifex dicere motu noſtro proprio, & per hæc verba videtur Pontificem impē-
derc,

dere, & latgiri omnem ſuam poteſtatem,
& ius, *cap. ſi motu proprio de reſcriptis.*
Circa tertinm, & ſic circa requiſita, &
14 effectus reſcripti aduerte primò, quod
reſcriptũ multa requirit, & primò, debet
eſſe lucidè, & clarè ſcriptum, nec debet
habere raſuram, vel verba eſſentialia ab-
breuiata, vt legi nequeant; *cap. licet de*
15 *crimine falſi*. Secundò, debet continere
expreſsè valorem, & redditus beneficij,
alias præſumitur ſubreptirium, ſicut etiã
ſi contineret aliquod verbum contra ve-
ritatem ipſius vacationis, vel redditus, vel
renunciationis, &c. Tertiò, debet eſſe
16 loquutio Pontificis in numero plurali a-
ctiuè, in numero ſingulari paſſiuè (niſi
pluribus dirigatur) alias licet particularis
eſſet in qualibet dignitate, ſemper Ponti.
fex loquitur in numero ſingulari, *glo. in
ſecundo notabili in cap. quam graue de
crimine falſi*, ex quo *cap.* collige, quod ſi
17 reſcriptum dirigatur ad Archiepiſcopum,
vel Epiſcopum, vel Patriatcham, & dice-
retur in ipſo, Dilecto filio N. hoc eſſet ſi-
gnum falſitatis; nam vt habetur in litera
dicti capituli, Papa omnes iſtos ptimates,
fratres appellat; alios autem infetiores,
filios vocar.

Quattò, debet continere otdinem be-
18 neficiati, *cap. cum ordine de reſcriptis*,
& debet nomen beneficiati eſſe ſcriptum
per extenſum, alias poteſt opponi de ſu-
ſuſpicione contra reſcriptum, ſic aduertit
*Felinus in cap. cum acceſſiſſent, de conſti-
tutionibus*.

Quintò, debet habere latinitatem cor.
19 reptam, & non falſam, *cap. ad audientiam
de reſcriptis*: falſa enim latinitas vitiat
reſcriptum, dummodo ſit talis, quæ ex-
cuſari non poſſit, puta ſi eſſet in conſtru-
ctione, ſecus ſi eſſet error orthographiæ,
vt adnertit *Ripa in cap. 1. de iudicijs*, &
colligitur *ex dicto cap. ad audientiam*.
Idem dic, ſi omitteretur data loci, diei,
& ſignum Piſcatoris, & alia, quæ ſunt de
ſtilo Curiæ Romanæ, vt *in dicto cap. quam
graue de crimine falſi*.

Sextò, debet eſſe expeditum congruo
20 tempore; vnde ſi beneficiatus ſit mortuus
die Lunæ Neapoli v.g. implicat, quod eo-
dem die literæ fuerint expeditæ Romæ,
& ſi inueniantur ſic expeditæ, præſumun-
tur ſubreptitiæ, & impetratæ ante tẽpus;
ſic colligitur ex *regula* 28. *Cancellariæ
Romanæ*.

Aduerte ſecundò, quod effectus reſcri-
21 ptorum ſunt quamplures. Primus eſt,
quod reſcriptum habet vim legis, *cap. in
memoriam diſt.* 10. Secundò, reſcriptum
22 ſemper poteſt recipere interpretationem
vel ex verbis eiuſdem reſcripti, vel ex
mente reſcribentis, *cap. ſuper de officio
delegati, & cap ſuper de reſcriptis*.
23 Tertiò, poteſt etiam eſſe cõtra ius cõ-
mune, & tunc dicitur priuilegiũ, *l. ius ſin-
gulare, ff. de conditionibus, c. fin.* 25. *q.* 1.
24 Quartò, ſi apponantur illa verba, non
obſtante, &c. vel de motu noſtro proprio,
& ex certa ſcientia, tunc reſcriptum habet
vim, etiam ſi cadat in præiudicium tertij,
& ſumit etiam interpretationem, *Ab. &
Doctores in cap. ad aures, de reſcriptis*, ſi
autem reſcriptum ſit obſcurum, & dubiũ
25 tunc talis debet fieri interpretatio, quæ
iuri communi magis accedat, & conſona
eſſe videatur, *cap. cauſam eodem titulo*.
Immo vis dictæ particulæ eſt, quod ſi *im-
petrans* non exptesſiſſet in ſupplicatione
26 qualitatem reddituum beneficij, valeret
collatio; ſecus autem ſi facilè expreſſiſſet,
tunc enim reſcriptum eſſet ſubreptitium,
& impetratio non valerer. *Ancharanus
conſilio* 132. *& tex. in cap. dudum de ele-
ctione, cap. poſtulaſti, & cap. ſuper literis*
27 *de reſcriptis*; nec purgat inhabilitatem
perſonæ, puta ſi quis ſit illegitimè natus,
vel aliter beneficij incapax ex aliquo alio
defectu, puta irtegularitatis, &c. ſic *Io.
Andreas, & alij in cap. ſi motu proprio,
de præbendis in* 6.

Quintò, ſi antea ſit reſcriptum contra-
28 rium, aliud adueniens tollit ptimum, v.g.
ſi Pontifex per vnum reſcriptum prohi-
buit aliquid, & deinde poſuit ſecundum
reſcriptum contrarium, ſecundum tollit
primum, ſaltem pro illa ſpecialitate, licet
de primo non fiat mentio, vt in *cap. cæ-
terum, & cap. paſtoralis de reſcriptis*.

Sextò, ſi reſcriptum ſit omninò con-
29 forme iuri communi, tunc talis debet
fieri interpretatio, vt ex ſui ſpecialitate
aliquo modo deroget iuri communi, alias
enim reſcriptum eſſet fruſtratorium, vt in
cap. 1. de conſtitutionibus in 6 v.g. Ius
commune concedit omnibus appellare,
ſi fieret reſcriptum, quod citius poſſet ap-
pellare, deberet intelligi, licet fuiſſet cõ-
feſſus, & conuictus, alias reſcriptum nul-
lam haberet vim.

Septimò, ſi reuocetur ius commune,
30 non cenſetur reuocatum reſcriptum cõ-
ſonum iuri communi, niſi de ipſo fiat ſpe-
cialis mentio; non enim venit diſpoſitio
reſcripti ſub generali appellatione.

Octauò, ſi duo reſctipta eodem tempo-
31 re, ac die inueniantur expedita, illud præ
fertur, quod probatur priori hora fuiſſe
expeditum, *glo. in cap. ſi à ſede de præ-
bendis in* 6. ſi autem neq; de hora proba-
ri poſſit, tunc qui prior eſt in poſſeſſione,

ille

ille retinet beneficiũ, quod ſi fuerit pro-
batum de priorita e horæ, tunc hic præ-
fertur, quia fuit prius impetrans, licet
ali s primo præſentauerit reſcriptum,
cap eum qui, & cap. duobus de præbendis in 6.

Circa tertium aduerte primò, infirma-
32 ri, & annullari reſcriptum per ſubreptio-
nem, & obreptionem. Per ſubreptionem
33 infi matur, quando quis tacuit id, quod
exp imere debebat, & ſic ſubtus rapit,
dicto cap. ſuper literis. Obreptio autem
34 eſt, quando aliquod mendacium appo-
nitur in facti narratione, exprimendo ſci-
licet, quod alias non eſſet exponendum.
Felinus in cap. dilectus, & cap. poſtulaſti
de reſcriptis. Verum tamen eſt, q od
35 quando ſubreptio, vel obreptio fiunt
ignoranter, & ſimpliciter, ſic operans
non eſt pœna dignus, tamen reſcriptum
eſt inualidum, quia eſt contra voluntatem
concedentis, qui ſic, & non aliter intelli-
git concedere, *dicto cap. ſuper literis.*

Adu tte ſecundò, quod ſi ſubreptio,
36 vel obreptio fuerit in aliqua parte minus
eſſentiali, de iure reſcriptum non eſſet
omninò irritandum, ſed deberet ſuppleri
pro tali parte, vt de facto ſolent corripi in
Cancellaria Romana; Cæterum qui in vno
peccat, fit omnium reus, niſi probetur
error, vt per *Doctores in dicto cap. ſuper*
literis.

Aduerte tertiò, infirmari etiam reſcri-
37 tum ex incapacitate impetrantis, puta ſi
impetrans ſit excommunicatus, *cap. 1. de*
reſcriptis in 6. tamen id hodie ceſſat, Pon-
tifex enim in qualibet bulla ponit in pri-
mis clauſulam abſolutoriam dicens: Ab-
ſoluentes te in primis ab omni excom-
municatio e, vel alia cenſura, &c. quæ
tamen expreſſio Pontificis non omnino
liberat impetrantem ab omni excommu-
nicatione, vel cenſura, ſed tantum pro il-
la impetratione, vt ſcilicet eius excom-
municatio, vel cenſura, pro illa impetra-
tione non noceat.

Aduerte quartò, quod infirmatur etiã
38 reſcriptum, ſi ſubiectum ſit incapax, puta
ſi ſit laicus, & impetraret ſibi beneficiũ,
vel ſi ſit claudus, vel mancus, & impe-
traret ſibi beneficium curatum.

Ex *litera Pauli, & ex glo. hic* collige,
38 quod ſolus Papa poteſt beneficia co fer-
re, pro it vult, & ſic, vel ſ b conditione,
vel adiecto die, vel ad tempus, *cap. paſto-*
ralis 3 q. 1. cap. ſi gratioſè de reſcriptis in
6. & ibi glo. verbo à Romano, cap. veniens
de filijs presbyterorum, & colligitur ex
Clementina prima de conceſſione preb.

In §. Dies.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum de ſtylo curiæ quando ſit ad fauorem alterius, ſolet ei dari menſis ad acceptandum beneficiũ.*

2 *Beneficium vacans elapſo menſe dato ad acceptandam ei, qui habuit reſcriptum, poterit conferri eidem.*

3 *Reſcriptum habens, non tantum poteſt acceptare beneficium vacans poſt reſcriptum, ſed etiam quod vacat tempore, quo expeditur.*

4 *Reſcriptum habens pro conſequutione beneficij vacaturi, & antequam intimetur beneficium vacans poſt reſcriptum, confertur ab Epiſcopo, valet collatio.*

5 *Decretum inſtans appoſito à Pontifice in reſcripto, tollit collationem alteri factam beneficij vacati poſt reſcriptum.*

6 *Receptum dicitur quando aliquid fuit oblatum.*

7 *Occaſio beneficii vacantis ipſamet offert ſe clerico, ac proinde benè poteſt dici clericum acceptare beneficiũ, quando deinde ipſum petit.*

8 *Collatio beneficij dirimitur à pluribus impedimentis.*

9 *Decretum irritans tollit collationem beneficij.*

10 *Reſeruatio tollit collationem beneficii.*

11 *Inhibitio facta Epiſcopo ſuſpendit beneficii collationem.*

12 *Lis mota dirimit beneficii collationem.*

13 *Beneficium commendatum debetur ei, cui datur commenda.*

14 *Præbenda prior vacans, de iure eſt conferenda ei, qui fuit receptus in Canoni um.*

15 *Dies naturalis eſt vigintiquatuor horarum.*

16 *Obligatus pro certa die non eſt in culpa, niſi in vltimo inſtanti completiuo illius diei.*

17 *Dies in indulgentiis incipit à primis veſperis feſti.*

18 *Ieiunium incipit à media nocte, vſque ad aliam mediam noctem.*

19 *Dies artificialis eſt à Solis ortu, vſque ad occaſum, & vt plurimũ computatur ſpatio quatuordecim horarum.*

20 *Feſtum incipit à primis veſperis.*

Viden-

VIdendum eſt in hoc paragrapho,
primo,quomodo intelligatur re-
ſcriptum Pontificis de prouiden-
do beneficio vacaturo infra men-
ſem in perſonam N. Secundò, quæ ſint
impedimenta collationis beneficij.

Circa primum aduerte primò, quod de
1 ſtylo curiæ, quando ſit reſcriptum ad fa-
uorem alterius, ſolet ei dari menſis ad
acceptandum beneficium, quod ſi elapſo
menſe beneficium vacans non fuerit al-
2 teri collatum, poterit tunc eidem, qui
habuit reſcriptum conferri; ſic aduertit
glo. verbo menſem.

Aduerte ſecundò, quod non tantum
3 poteſt ille, qui habet reſcriptum accepta-
re beneficium, quod vacat poſt ſuſceptum
reſcriptum, ſed etiam beneficium, quod
vacat tempore, quo expeditur reſcriptũ,
non obſtante, quod in ipſo dicatur bene-
ficium, quod vacabit; vt aduertit *glo. hic
verbo notitia, & colligit ex l. verbũ opor-
tebit, ff. de verborum ſignificatione, &
Clementina vnica de conceſſione praben-
dæ*; aduertit *Felinus in cap. conſtitutus
de reſcriptis*. Ratio autem hæc eſſe po-
teſt; nam in eodem inſtanti, in quo dictũ
eſt, beneficium, quod vacabit conferatur
N. tunc quomodocumque beneficium va-
cet, & quandocumque id eueniat dicitur
vacans poſt reſcriptum, ac proinde illi vi-
detur conferendum. Verum tamen eſt,
4 quod ſi tempore ſuſcepti reſcripti inue-
niatur iam collatum beneficium, quod
vacauit tempore expediti reſcripti, ſed
adhuc non intimati, tunc valet collatio,
v.g. quis impetrauit reſcriptum pro con-
ſequutione beneficij vacaturi infra men-
ſem, & reſcriptum fuit datum prima die
Iunij, ſi beneficium vacet ſecunda die
Iunij, & Epiſcopus illud conferat, ſuper-
ueniens reſcriptum intimatum poſt factã
collationem, non inualidat dictam col-
lationem iam factam per Epiſcopum, quia
Epiſcopus non fuit in culpa, & iuridicè
fecit actum, quem facere poterat, ſtante
quod reſcriptum ei non fuerit iam noti-
ficatum.

Nota tamen, quod ſi in reſcripto fue-
5 rit appoſitum decretum irritans, puta ſi
Papa dixiſſet, & intra tale tempus collatio
facta ſit irritè, tunc etiam antequam cle-
ricus præſentet literas, beneficium dici-
tur affectum, vt aduertit *glo. hic verbo
appoſitum*, & colligit *ex cap. ſi ſoli de
conceſſione prabendæ*, ac proinde pote-
rit tunc clericus, pro quo reſcriptum eſt
petere beneficium, quod vacauit etiam
in ipſa die expediti reſcripti, dummodo
probet, quod etiam per inſtans reſcriptũ
præceſſerit vacantiam, quod totum eſt
ratione decreti irritantis.

Quæres, quomodo dicat hic *Lancellot-
6 tus*, (quam quis intra menſem, aut alio
tempore à vacationis notitia duxerit ac-
ceptandam;) propriè enim acceptare eſt,
quando aliquid fuit oblatum, ſed quando
præbenda vacat, nemo eſt, qui offerat
clerico: ergo malè dicitur hic, duxerit
acceptandam.

Reſpondetur, optimè loqui *Lancellot-
7 tum*, & ratio eſt; nam ipſamet occaſio be-
neficij vacantis offert ſe clerico, ac proin-
de benè poteſt dici clericum acceptare
beneficium, quando deinde ipſum petit,
vt *in Clementina vnica de conceſſione
prabendæ verſiculo quin etiam*.

Circa ſecundum, impedimenta, quæ di-
8 rimunt collationem beneficij connume-
rantur in præſenti paragrapho per Au-
thorem noſtrum; & primo, poſitio decre-
9 ti irritantis, hoc enim ligat manus Or-
dinario, vt diximus *cap. ſibi qui de reſcri-
ptis in 6*. Secundò reſeruatio, vt ſi colla-
10 tio eſſet reſeruata Papæ, vel Legato, vt
ſupra diximus. Tertiò, inhibitio, vt ſi
Epiſcopo præſententur inhibitoriæ, quæ
11 ſuſpendunt beneficij collationem, *dicto
cap. tibi qui*; vbi ſi duo habeant reſcriptũ
pro beneficio conſequendo, ille præfertur
qui prius literas præſentauit, nam vt ad-
uertit *glo. ibidem*, quando non conſtat de
alia prioritate melior eſt conditio poſſi-
dentis per anticipatam præſentationem.
14 Quartò, lis mota, vt ſi quis v. g. ſuppo-
neret beneficium ad ſe ſpectare ratione
iuris patronatus, *cap. 1. & 2. vt lite pen-
dente in 6. glo.* autem hic connumerat
13 duo alia impedimenta, ſcilicet ſi benefi-
cium ſit commendatum; tunc enim, cui
datur commenda, datur & beneficium
Romanus conſilio 310. vel ſi quis fuerit
14 receptus in canonicum; tunc enim de
iure prior præbenda vacans ipſi eſt con-
ferenda, *cap. ſi poſtquam de prabendis
in 6*. Cum autem in principio huius para-
graphi fiat mentio de die, hic aliqua ex-
plicabimus pro ipſa.

Dicendum eſt igitur, quod dies natu-
ralis continet lapſum vigintiquatuor ho-
15 rarum, *Doctores in l. ita vulneratus, ff. ad
l. aquiliam*; ideo ſi quis ſit obligatus ad
16 aliquid pro certa die, non eſt in culpa,
niſi in vltimo inſtanti completiuo illius
diei; notant *Ciuiliſtæ in §. omnis inſti-
tutionibus de verb. obligationibus*. Vel
17 ſumus in indulgentijs, & dies incipit a
veſperis diei præcedentis, & durant per
totum diem ſubſequentem, cum tempo-
re etiam crepuſculorum, quod durat per
tres

tres quadrantes poſt Solis occaſum, vnde durantibus crepuſculis adhuc poteſt dici dies; vnde ſiue Pontifex confirmet, ſiue non, ſẽper ſic videntur conceſſæ Indulgẽtiæ, niſi poſitiuè taxauerit. Vel ſumus in
18 i. iunio, ſiue naturali, ſiue eccleſiaſtico, & incipit à media nocte à principio ipſius diei, vſque ad aliam mediam noctem, *cap. de eſu de conſecratione diſt. 2.* Alia eſt dies artificialis, & hæc vt plurimum durat à Solis ortu ad occaſum, *cap. ſi perſodiens extra de homicidio voluntario, vel*
19 *caſuali*; & vt plurimum durat quatuordecim horas; vnde *Iurisconſultus in l. 2. §. cuiuſque diei, ff. de verb. & rerum ſignificatione*, ſic ait: cuiuſque diei potiſſima pars eſt horarum ſeptem primarum, quam poſtremarum, &c. quaſi diceret, quod melius quis laborare poteſt primis horis diei, quam ſecundis, dum vires ſunt debilitatæ, & deficientes, ac homo minus inueniatur habilis ad labores.

Pro die indulgentiarum, quod curre-
20 te debeat modo prædicto ratio eſt; nam dum conceduntur indulgentiæ in honorem Sancti, tunc debent incipere, quando incipit feſtum, ac proinde in primis veſperis, *glo. in Clementina prima de reliquijs, & veneratione Sanctorũ verſic. à primis veſperis, & tex. in cap. fin. §. adiecimus, de ſent. excomm. in 6.*

In §. Interpretamur.

SVMMARIVM.

1 ***Publicè notum præſumitur etiam notum priuatis.***
2 ***Publicè notum quando dicatur?***
3 ***Vacatio beneficij præſumitur non clerico in eccleſia, vbi ipſe commoratur.***
4 ***Ignorantia non præſumitur, quando agitur de bono ipſius, qui ſcire poterat à vicinis.***
5 ***Scire non potens nec per ſe, nec per aliũ excuſatur.***

1 PVblicè notum, præſumitur etiam notum priuatis, ſic ſummatur præſens paragraphus: Tamen ad eius intelligentiam

Aduerte, quod tunc dicitur, quid pu-
2 blicè notum, quando communiter de tali facto eſt ſermo: ſic in materia noſtra cle-
3 rico præſumitur nota vacatio beneficij in Eccleſia, vbi ipſe commoratur, nec præ-
4 ſumitur ignorantia, quando agitur de bono ipſius; poterat enim faciliter ſcire à vicinis, meritò non excuſatur, *l. pupillus, ff. de priuilegijs creditorum, & l. in bonorum, ff. de bonorum poſſeſſionibus.* Si au-
5 tem nec per ſe, nec per alium ſcire potuit, quia forſan erat abſens, tunc ceſſat principium poſitum, colligitur *ex Clem. vnica de conceſſione præbendæ, vbi gloſſa verbo nota erit.*

In §. Sub conditione.

SVMMARIVM

1 ***Reſcriptum Pontificis ſub conditione non adimit Ordinario poteſtatem conferendi beneficia, niſi illa purificata ſit etiã reſpectu delegati.***
2 ***Ordinarius habet maiorem poteſtatem delegato.***
3 ***Pontifex in reſcriptis ſemper ſe remittit iudicio Ordinarij, niſi apponat illã clauſulam, de motu proprio.***
4 ***Conditio, dummodo ſit vitæ laudabilis, habetur pro non appoſita; nam includitur in idoneitate intrinſeca.***
5 ***Conditio quid ſit?***
6 ***Conditio quid ſit? alia poſſibilis, alia impoſſibilis.***
7 ***poſſibilis quæ dicatur?***
8 ***impoſſibilis quæ dicatur?***
9 ***Conditiones impoſſibiles vitiant contractus.***

1 REſcriptum Pontificis ſub conditione, ſi clericus pauper erit, ſi doctor, &c. non adimunt ab Ordinario poteſtatem conferendi beneficia, *cap. 1. de conceſſione præbendæ & Clementina vnica eod. tit.* niſi purificetur conditio, *Clementina vnica eodem tit.* quod multo magis intelligitur reſpe-
2 ctu delegati, *cap. ſanè de officio delegati*; habet enim Ordinarius maiorem poteſtatem: ergo ſicut ille non poteſt conferre purificata conditione, ita neque hic *ex li era tamen, & glo. huius §.*

Aduerte primò, quod quotieſcumque
3 in reſcripto non apponitur illa particula, de motu proprio, vel ex certa ſcientia, ſemper Pontifex remittit ſe iudicio Ordinarij, qui debet inquirere circa talem clericum prouidendum, de ætate, legitimitate, moribus, ſcientia, &c. & debet facere ſummariam informationem, non in forma iudicij omninò, ſed extraordinariè, *Abb. in cap. 1. in fine de poſtulatione prælatorum*; & ſi quid inuenerit contrarium, poterit Pontifici reſpondere,

T Si

Si antem dixiſſet Pontifex (quem habilē
ex noſtra ſcientia iudicamus, vel facimus
hoc de motu proprio, &c. tunc Ordina-
rins non tenetur ad aliud, niſi prouiden-
dus haberer aliquod crimen occultum, &
qnod faciliter Papa ignoraret; tunc enim
poterit Papam de hoc certificare, vt ſupra
diximus.

Aduerte ſecundò, quod conditio, dum-
4 modo ſit vitæ laudabilis, habetur pro non
appoſita, includitur enim in idoneitate
intrinſeca, & ſic niſi more correſpōdeant
non poteſt dici vitæ laudabilis; ſic aduer-
rit *Butreus in cap.1. de ſerutinio in ordi-
natione faciendo, & Abb. in cap. poſtquā,
de electione*; ſed cum hic fiat mentio de
conditione.

Aduerte tertiò, quod condictio alia eſt,
5 alia conditio. Condictio eſt communis
loquutio, ſiue communis dictio, quæ lo-
quutio relata eſt per legiſtas ad conuer-
ſionem, quam facit creditor, vt in *tit. ff.
& C. de certi condictione*; & hoc ideo ue-
nit; nam antiquitus antequam creditor
conueniret debitorem ſuum, debebat il-
lum alloqui, & ſic ſimul dicebant, ſeu cō-
dicebant, & deinde conuentio ſubſeque-
batur, vt in §. *appellamus inſtitutionibus,
6 de actionibus*, inde conuentio dicta ſuit
condictio. Condirio verò eſt illa, per quā
aliquid eſt expectandum, & exigita in
aliquo actu, ipſum ſuſpendit, vſque ad pu-
rificationem; ſic *Ciuiliſta in § ex condi-
tionali inſtitutionibus de verborum obli-
7 gationibus*; & multiplex eſt, ſcilicet poſſi-
bilis, vel impoſſibilis. Poſſibilis eſt, quæ
poteſt facto noſtro euacuari, & poni in eſ-
8 ſe; ſic ſunt omnes conditiones appoſitæ
in hoc paragrapho. Impoſſibilis eſt quæ
non poteſt poni in eſſe ſimpliciter ex fa-
cto noſtro, & has non ſolet apponere
Summus Pontifex, puta ſi diceret, ſi di-
gito Cælum tetigerit, ſi mare exiccauerit,
&c. Iſtæ enim conditiones oſtenderent
potius quod Summus Pontifex non ha-
beret voluntatem conferendi, patet à ſi-
mili *ex l. veteribus, C. de pactis*, vbi habe-
9 tur, quod conditiones impoſſibiles appo-
ſitæ in contractibus, vitiant contractus;
nam debent contrahentes ſe explicare,
ſed Pontifex videtur quaſi contrahere
cum dicto clerico prouidendo, & eſt pol-
licitatio per tale reſcriptum: ergo ſi talis
conditio apponeretur, haberetur pro nō
appoſita, & oſtenderet voluntatem elu-
ſoriam.

In §. Sed multum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium petens tenetur exprimere an habeat aliud beneficium, & quale, & de redditibus mētionem facere, non autem de illis, qui ſunt pro ſeruitio perſonali, vel diſtributione quotidiana.*

2 *Redditus pro ſeruitio perſonali non poſſunt dici beneficium, ſed merces potius.*

3 *Beneficium conceſſum alicui motu proprio, non requirit mentionem aliorum beneficiorum, vel redditituum.*

4 *Beneficium impetrans non ex porrectione ſupplicationis, ſed alia via, tamen tenetur notificare Pontefici beneficium, quod habet, licet minimum.*

5 *Faciens per alium, per ſeipſum facere videtur.*

6 *Pœna ſunt reſtringenda.*

7 *Impetratio eſt magis directa per intermediam perſonam quam per ſupplicationem.*

8 *Supplicatio eſt vox mortua, & homo loquens eſt vox viua.*

9 *Clauſula (de motu proprio) nihil operatur, præter intentionem ſeribentis.*

10 *Clauſula (de motu proprio) nihil operatur quoad retentionem.*

MVlta pro hoc paragrapho ſupra
notauimus de requiſitis ad pe-
titionem præbendæ, & de mo-
do ſupplicationis ſormandæ.
Hic tamen

Aduerte primò, quod qnando proui-
1 dendus ipſe perit beneficium tenetur ex-
primere, an habeat aliud beneficium, an
ſit curatum necne, & de redditibus etiam
mentionem facere, *Rota Romana deciſ.
13. & Felinus in cap. ad aures, de collatio-
nibus num.3.* Quod adeo verum eſt, vt
ſi quis demat de redditibus, & dicat be-
neficium minus reddere, impetratio eſſet
ſubreptitia, & non valerer. Benè verum
eſt, quod ſi beneficium reddat aliquid ex
ſeruitio perſonali, vel ex diſtributione
quotidiana, tunc illi redditus non ſunt
exprimendi, ſed tantum maſſa certa, &
determinata; diſtributiones enim ſunt
2 contingentes, poſſunt enim eſſe, & non
eſſe, nec poſſunt dici beneficium, ſed po-
tius

tius

Google

tius merces pro labore perſonali, vt aduertit *Couarruuias lib. 3. variarum reſolutionum cap. 13. num* 1. & ex hoc introductum eſt, quod cl ricus non reſidens, non poſſit percipere, vt *in toto titulo de cleric is non reſidentibus, & diximus ſupra de poteſtate Capituli ſede vacante.*

Aduerte ſecundò hæc omnia ceſſare,
3 quando beneficium non fuit impetratum per p titionem, ſed Papa illud conceſſit de motu proprio, vt *in cap. ſi motu proprio de præbendis in 6. & Pelinus in cap. cauſam, de reſcriptis.* In hoc tamen eſt difficilis interpreratio: vnde licet quis nō impetrauerit ſibi beneficium ex porre-
4 ctione ſupplicationis, dummodo tamen id egerit indirectè, procurando ſibi alia via tale beneficium, tunc debet etiam Pontifici notum facere beneficium, quod habet, licet ſit minimum, quod ſi non notificauerit ſecundum beneficium impetratum, etiam cum clauſula (de motu proprio) nihil operatur, ſicut nec opera-
5 tur quando quis dat ſupplicationem, & tacet beneficium, quod habet: Ratio autem eſt *ex tex in cap. qui facit, de regulis iuris in 6.* quia ſcilicet qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur; ſed ſi iſte ſibi impetraſſet beneficium media ſupplicatione, non exprimendo primum, quod habet, ſecundum beneficium impetratum eſt ſubreptitium: ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro.

Dices, ſumus in pœnalibus, & pœnæ
6 ſunt potius reſtringendæ, vt *in cap odia, de regulis iuris in 6.* ergo non debet fieri iſta interpretatio circa hunc impetrantem, ſic ex tranſuerſo, & indirectè, cum ſimus in pœnalibus.

Reſpondetur negando cōſequentiam,
7 & dico, quod hæc eſt magis directa impetratio, quam eſſet per ſupplicationem. Supplicatio enim eſt vox mortua, & ho-
8 mo loquens eſt vox viua: ergo ſi ſupplicatio, in quo non continetur explicatio primi beneficij reddit nullam collationē ſecundi, hic multo fortius dicendum eſt in homine pro homine loquente, tū quia
9 dicta clauſula (de motu proprio) nihil operatur, præter intentionem ſcribentis, vt aduertit *glo. hic verbo valida ex Clem. prima de præbendis, & ex cap. cum adeo, de reſcriptis*: ſed Pontifex neſcit hanc pluralitatem, & malitioſè eſt occultata: ergo ſic e t interpretanda dicta particula, tum quia id expreſsè explicat Author noſter *in fine huius* §. per illa verba: Quod ſi ad petitionē gratia huiuſmodi facta ſit; petitio autem poteſt fieri vel ſcriptis, vel voce: ergo ſemper id, quod diximus æſtimandum eſt.

Aduerte tertiò, quod quando vere
10 præcedit collatio de motu proprio, tunc ſiue prouidendus habeat vnum, ſiue plura beneficia, ſiue curata, ſiue non curata, tamen id non eſt intelligendum, quoad retentionem, nimuerò, vt notatur *in cap. non poteſt de præbendis in 6.* iſt particula operatur tantum, quod beneficium collatum non ſit irritum, ſed non dat facultatem ad retinenda ambo beneficia incompatibilia, niſi appareat, aliàs diſpenſatum, vt habetur *in fine dicti capituli*, ibi. Hoc enim ſola prædicta operatur expreſſio, quod facta ſibi gratia nequear ſubreptitia iudicari; ſecus ſi Pontifex expreſsè diſpenſaret, vt *per glo. in dicto cap. verbo ſubreptitia ex l. legata inualiditer, ff. de adimendis legatis.*

In §. Item ſi pluribus, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Clericus habens reſcriptum pro primo beneficio vacaturo, vel actu vacanti, ſi plura ſint vacantia, poterit eligere quod vult.*

2 *Clericus pro electione beneficiorum vacantium habet decem dies, qui nō currūt, ſi ignorauerit vacationes.*

3 *Decendium non currit pro appellatione à ſententia, quæ adhuc partiignoratur.*

4 *Clericus habet electionem pro pluribus beneficijs vacantibus, niſi Pontifex determinauerit.*

5 *Clericus habet etiam electionem, ſi prioritas vacantia diſcerni nequit.*

6 *non poteſt eligere ius patronatus.*

7 *Reſcriptum ſuperioris in dubio non interpretatur cum præiudicio alterius.*

8 *Clericus non habet electionem beneficiorum, niſi in reſcripto ſit illa clauſula motu proprio, quæ ſi nō adſit minus poteſt ſumere, & pro æqualibus habet decendium.*

9 *Gratiam à ſuperiore accipere, vtilius eſt, quam ab ipſo petere.*

10 *Benigniora præferenda ſunt, & coactio ſemper debet eſſe ad minus.*

3 reſcriptum pro futura ſucceſſione in ali-
quo beneficio, alijs autem prælatis id
prohibitum eſt ex ratione, *tex. in cap.2. & cap.relatum de conceſſione prabenda*;
vnde nec Legatus à latere id facere poteſt,
niſi Summus Pontifex expreſſam daret
poteſtatem circa hoc *cap. dilectus filius de prabendis*; facit autem id Sūmus Pon-
pontifex ratione maioris dignitatis, cui
maior debetur prærogatiua, *cap. ad bonorem de authoritate, & vſu pallei*; &
maiorem habet Sancti Spiritus aſſiſtentiā.

Aduerte tertiò, quod licet papa poſſet
4 concedere alicui reſcriptum pro futura
ſucceſſione, tamen vt plurimum id non
facit, niſi ex maxima cauſa, & ſolet id facere ad inſtantiam ipſius beneficiati viuentis dando potius ei coadiutorem cum
futura ſucceſſione, vt per *Doctores in cap 2. de prabendis in 6.* ad euitandum
periculum captandæ mortis, vt *in l. fin. C. de pactis*.

Aduerte quartò, dum hic fit mentio de
5 petitione, vt *in § ſed ſiue*, collige ex his
praxim de ſupplicatione præſentanda
pōtifici. Supplicatio igitur datur in charta papyri, & ſi Bullæ poſtea expediantur
6 in membranis, *cap cum dilectus, §. vos igitur de confirmatione vtili, vel inutili*.
Sic autem formatur ſupplicatio,

Sanctiſſime Pater.

Supplicat Sanctitati Veſtræ N. humilis,
ac deuotus orator, clericus, vel ſacerdos,
&c patriæ N. vacare in tali Ciuitate, vel
Caſtro, &c. beneficium ſub titulo N. valoris ducatorum de Camera . . . . . .
quod beneficium eſt ſimplex, vel curatum
cum tali onere, &c. propterea inſtanter
precatur Sanctitatem Veſtram, vt dignetur beneficium dictum conferre ipſi oratori cum priuilegijs dicto beneficio annexis, & alijs connexis, &c. ita humiliter
ſupplicat vt Deus, &c.

Præſentata dicta ſupplicatione, Papa
7 firmat, vel dicendo, fiat vt petitur, vel
fiat, & ponit primam literam ſui nominis,
v.g. Fiat, L. vel M. vel I. &c. vel dicit de
motu proprio, & tunc currit id, quod diximus, vel dat alicui Cardinali commiſſionem de ſignando, & tunc Cardinalis
ſignat vno ex modis dictis, prout mandat
pontifex, & dicit v. g. Conceditur vt petitur, vel conceditur de motu proprio, in
præſentia Domini noſtri, & addit ſuum
nomen, v. g. Cardinalis Brancatius, vel
Cardinalis Carrafa, &c.

In §. Eſt ergo.

S V M M A R I V M.

1 *Ordinarius quas collationes habeat ſibi reſeruatas.*
2 *Legatus quale ius habeat in collationibus, & reſeruationibus.*
3 *Papa in beneficijs plenam habet poteſtatem, non tamen poteſt ſine iuſta cauſa rem alicui auferre.*

1 HIc datur modus ſeruandus in collationibus pro Ordinario loci,
Legato, & Papa. Ordinario enim
reſeruatur collatio omnium baſilicarum, tamen non poteſt circa aliquod
beneficium vacaturum alteri tribuere
ius, vt *in cap.2 de conceſſione prabenda*,
2 & patet ex dictis; Legatus habet ius ad
conferendas omnes dignitates modo,
quo diximus, ſed non poteſt, niſi vnam
tantum reſeruare præbendam vacaturam,
non plures in eadem eccleſia, niſi euacuata prima reſeruatione: Papa verò habet
omnimodam libertatem, & poteſt, quam
3 vult præbendam conferre, cui vult quomodo vult, &c. poteſt dare coadiutorem,
& alia facere ratione maioris poteſtatis,
cap ſignificaſti de electione, & cap. propoſuit de conceſſione prabenda. Benè verum eſt, quod ius Papæ non eſt ita amplū,
vt poſſit ſine rationabili cauſa rem meam
auferre, & alteri dare, *Abb. in cap. 1. de voto, & Innocentius in cap. inquiſitioni, de ſent. & re iudicata*; vnde Pontifex neque ſolet patronos laicos in totum ſpoliare iure patronatus quoad præſentationem, & ſi aliquando id facit, credendum
eſt, quod ex iuſta cauſa ad id moueatur.

In §. Quo tamen caſu.

S V M M A R I V M.

1 *Negligentia definitur.*
2 *Negligens dici non debet qui opus non poteſt ponere ex defectu corporis, vel mentis.*
3 *Reſcriptum habens pro beneficio vacaturo, ſi fuerit negligens, & beneficium non eſt collatum adhuc eſt audiendus ex vi reſcripti.*
4 *Tempus habens taxatum ad impetrandū beneficium, ſi illud expirauerit, nō habet amplius ius, niſi ex liberalitate Pontificis.*

5 *Præ-*

hac pluralitate diſpenſat ſolus Epiſcopus, vt aduertit *glo. cit.* ſed tamen eſt adhibenda regula, vt ſcilicet nō ſit nimius exceſſus, & incideremus in rationibus prohibitionis ſupra poſitis.

Aduerte tertiò, admitti etiam hoc in
6 Eminentiſſimis Cardinalibus; iſti enim dum ſeruiunt communi eccleſiæ videntur deſeruire quibuslibet eccleſijs particularibus, & ſic poſſunt ab ipſis beneficia obtinere, *cap. cum dilectus de clericis nō reſidentibus*; tum quia ſunt ſublimiores alijs: ergo debent aliqua prærogatiua condecorari. *cap miramur diſt. 42. & in extrauaganti execrabilis de præbendis*. Gaudent etiam hoc priuilegio filij Regū, ob generis claritatem, vt in *dicta extrauaganti execrabilis*. Litterati etiam admittuntur, & gaudere debent hoc priuilegio, vt ſcilicet cum ipſis diſpenſari debeat; vt in *dicta extrauaganti execrabi-*
7 *lis*; & ratione optima literati ſunt priuilegiati, quia Eccleſia ipſis indiget, vt circundata muro inexpugnabili eorum doctrina, tuta conſiſtat, *cap. ſuper ſpecula, §. fin. de magiſtris, cap. de multa, §. fin. de præbendis, cap. inter cætera de officio Ordinarij, cap. ne pro defectu, de renunciatione*. Hodie verò literati aliquando cum rubo e ſcientiarum mendicare cogantur, vt aduertit *glo. hic verbo maximè*.

Quæres, quis nam poſſit dici literatus?

Reſpondetur, talem dici bonum Cano-
8 niſtam ex ratione, *tex. in dicto cap. ſuper ſpecula, § fin.* hic enim verè Eccleſiam adiuuat. Idem dic de theologo, & multoties de bono rethorico cum mediocri ſcientia Canonum, & bona praxi; nam modus moderatur omnia, & maximè venit in conſiderationem.

In §. Item ſi à ſede.

SVMMARIVM.

1 *Pluribus ſimul prouiſis de eodem beneficio à diuerſis ille præfertur, qui prior habuit conceſſionem, quæ prioritas, ſi non appareat præfertur qui habuit à maiori.*

2 *Beneficium ſignatum à Papa habet vim contra ſignaturam Datarij, niſi conſtet de prioritate.*

3 *Collatio à maiori dignitate eſt præferenda facta à minori, niſi appareat de prioritate.*

4 *Papa non intendit per reſcripta operari contra ius commune.*

5 *Poſſidentis conditio melior eſt.*

1 Solent aliquando plures ſimul prouideri de eodem beneficio à diuerſis & ſic à Legato, & ab Ordinario ſimul, & tūc ille præfertur, qui prius habuit conceſſionem; nam qui prior eſt in tempore, potior eſt in iure *ex regula qui prior in 6.* Si tamen quis habuerit conceſſionem à Legato, & alius ab Ordinario eodem tempore, itaut non appareat de prioritate, ille præferri debet qui habuit à maiori poteſtate; patet *ex cap. inferior diſt. 21.*

Aduerte tamen primò, quod ſi quis
2 habuit beneficium à Papa ſignatum propria ſignatura, & dictum fuit, fiat vt petitur, debet præferri ei, in cuius ſignatura dictum eſt à Datario, conceſſum vt petitur; tunc enim niſi conſtet de prioritate temporis, ille debet præferri, qui habuit illam ſignaturam à Papa, vt aduertit *Rebuff. in 2. p praxis beneficiariæ cum de ſignatura num. 11. & 12. ex regula Cancellariæ Romanæ 12. & 13.* quod intelligitur ſiue agatur de capienda poſſeſſione, ſiue ambo prætenderent poſſidere in parte; tunc enim ille eſt confirmandus in poſſeſſione, qui habuit ſignaturam modo prædicto; colligitur *ex cap. duobus, de reſcriptis*.

Aduerte ſecundò, quod niſi appareat de prioritate expediti reſcripti à diuerſis,
3 tunc ſeruari debet id, quod diximus, quod ſcilicet præferatur collatio à maiori dignitate, vt aduertit *glo. hic in figuratione caſus in ſecundo notabili*. Si tamen appareret de prioritate, quia forſan Epiſcopus appoſuit horam ſuæ datæ, ex qua apparet ſuam fuiſſe primum eius collatio erit præferenda, *ex dicta regula qui prior*; tum
4 quia Papa per ſua reſcripta non intendit operari contra ius commune, *cap. mandatum, de reſcriptis*.

Nota tamen, quod ſi neç apparet de
5 prioritate, & tamen diſpoſuit ſe in poſſeſſione, tunc melior erit conditio poſſidentis, & præſumptio ſtat pro ipſo, *l. fin. C. de rei vendicatione, & cap. ſi à ſede de præbendis in 6. cap in pari de regulis iuris in 6.* Vnde verificatur adagium legiſtarum; vigilantibus & non dormientibus iura ſubueniunt: idem confirmat *Quaranta in ſumma bullarum verbo beneficiorum poſſeſſio, & Abb. in cap. grauis de reſtitutione ſpoliatorum*, qui vult, quod poſſeſſio probetur non tam per poſſeſſionem beneficij, quam etiam per perceptionem fructuum ipſius beneficij, ſi ſit maturata aliqua tanta, ſecus autem ſufficit ipſa poſſeſſio beneficij.

In

In §. Hac ratione, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Canonici habent prærogatiuam, & ſunt præferendi in præbenda, licet pro illa quis habuerit reſcriptum Pontificis.*
2 *Receptus auctoritate Apoſtolica quinam dicatur?*
3 *Mandatum confirmatum à Papa, qualiter debeat eſſe?*
4 *Prouiſio Papæ præfertur prouiſioni factæ à Legato, niſi conſtet de prioritate.*
5 *Ordinatus prior præferendus eſt.*
6 *In vendicatione alicuius rei, vel donatæ, vel venditæ præfertur ille, cui prius res fuit tradita.*
7 *Creditor inſtrumentarius prior in tempore præfertur creditori inſtrumentario poſteriori.*
8 *Creditor rei dotalis præfertur quibuſcumque creditoribus anterioribus.*
9 *Dos vxoris præmortuæ præfertur doti ſecundæ vxori.*
10 *Dos eſt maximè priuilegiata.*
11 *Ius nouum tollit antiquum.*
12 *Teſtamentum ſecundum tollit primum.*
13 *Poſſeſſor conuictus non poteſt prioritate velle vti, ſi poſſeſſionem interrogatus negauit.*
14 *Creditor, cuius pecunia res empta eſt, licet poſterior, præfertur cæteris.*
15 *Creditor inſtrumentarius poſterior, præfertur chirographario anteriori.*
16 *Creditor ratione expenſarum funeris, præfertur.*
17 *Bonum publicum priuato præferri debet.*

Videndum eſt primò, an Canonici aliquando habeant aliquam prærogatiuam. Secundò, qui dicatur receptus auctoritate Apoſtolica. Tertiò, quomodo intelligatur illa regula, qui prior eſt in tẽpore potior, &c.

Circa primum reſpondetur affirmati-
1 uè, quod ſcilicet receptus in Canonicum habet maximam prærogatiuam, quæ conſiſtit in hoc, quod licet antea habuerit reſcriptum alius, ſiue à Papa, ſiue à Legato, tamen ſemper præferri debet receptus in Canonicum, quia hic habet cauſam prærogatiuæ, & priuilegium non tam conſideratur ex tempore, quam ex cauſa; ſed maior eſt cauſa ipſius, vt ſcilicet canonicatui addatur præbenda, & qui ſentit incommodum aſſiſtentiæ in choro, ſentiat commodum vtilitatis: ergo receptus in canonicum præferri debet, vt colligitur à ſimili *ex l interdum, ff. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca taci. tè contrahatur, & l fin. C. qui potiores in pignore habeantur*; & ſic receptus in canonicum habet quaſi tacitum ius ad proximum beneficium vacaturum, vnde vacante deinde beneficio, non indiget, niſi actuali collatione; cæterum habet ius acquiſitum per ipſam receptionem in canonicum: ergo ipſe præferri debet, niſi vellet cedere iuri ſuo, vel niſi acceptaſſet canonicatum tantum ad pompam, & honoris cauſa, tunc enim volenti, & conſentienti non fit iniuria.

Circa ſecundum aduerte, quo ille dici-
2 tur receptus auctoritate Apoſtolica, qui vel immediatè habet mandatum à Papa, vel habet mandatum à Legato à Papa, confirmatum deinde à Papa, ſic in §. *auctoritate, & glo. ibidem verbo moneat*, vbi hoc confirmat *ex cap ſi Apoſtolicæ de præbendis in 6.* Hæc autem confirmatio
3 papæ non debet eſſe in forma communi, ſed debet in ipſa dici ex certa ſcientia, *cap. penul. de confirmatione vtili, vel inutili*: Vnde nota, quod licet quando prouidet Legatus Apoſtolicus, dicatur hic receptus auctoritate Apoſtolica, tamen id dicitur reſpectu prouiſionis faciendæ ab Ordinario, vt ſcilicet præferatur prouiſio Legati, quod ſi fuerit prouiſio à Legato, & à Papa immediatè, tunc collatio facta immediatè à Papa præferri debet; quod ſi eadem prouiſio facta à Legato, fuiſſet etiam ſpecialiter confirmata à Pa-
4 pa, & eſſet prior, quam propria ſola eiuſdẽ Papæ conceſſio, & tunc potius confirmatio collationis à Legato eſt præferenda, quam collatio ſola à Papa; nam vtrumque eſt priuilegium à papa, & priuilegia priuilegijs conquaſſantur: ergo illud præferri debet, quod prius eſt, vt patet ex *dicto §. & ex glo. ibidem verbo ſede Apoſtolica.*

Circa tertium aduerte primò, hanc re-
5 gulam ampliari in multis caſibus, & primò, in ſubſcribendis literis, is enim præferendus eſt, qui prior eſt ordinatus, *cap. vltimo diſt. 17. cap. 1. de maioritate, & obedientia, vbi tex. allegat, textum etiam in l 1. 2. & 2. ff. de albo ſcribendo*. Secun-
6 dò, ſi ſint duo emptores, vel donatarij eiuſdem rei in vendicatione eiuſdem vẽditæ, vel donatæ, ille præfertur cui prius fuit

ſuit res tradita, *l.quoties, C. de rei vendi-*
catione. Tertiò, in creditoribus inſtru-
7 mentatijs, in ijs enim, qui prior eſt in tẽ-
pore, potior eſt in iure, *l. potior, ff qui*
potio.in pigno.habeantur, l. ſi fundum, C.
eit.tit. Quartò, in creditrice dotali; hæc
8 enim præfertur quibuſcumque credito-
ribus anterioribus, maximè in vendican-
da re dotali, puta ſi ſit certus fundus, cer-
tum prædium, &c. *l.quotiens, C de iure*
dotium, & l.in vendicandis eit. tit.

Limita tamen in dote vxoris præmor-
9 tuæ, hæc enim præfertur (pro ſuis filijs)
doti ſecundæ vxoris, *l.vltima, C. qui po-*
tiores in pignore habeatur. Cæterum do-
10 tis cauſa ſemper & vbique præcipua eſt,
l.1. ff. ſoluto matrimonio.

Aduerte ſecundò limitari dictum pri-
11 mo in actibus, qui pendent ex voluntate
eiuſdem; vnde nouum ius tolli antiquum
(dummodo adſit cauſa rationabilis, vt
diximus *de conſtitutionibus, glo. in dicto*
cap qui prior de reg.iuris in 6.verbo qui
prior circa medium.

Limitatur ſecundò, in teſtamentis §. *po-*
12 *ſteriori lib.2.ciuili*, quibus modis teſta-
menta infirmentur, *& glo.in dicto.ca. qui*
prior.

Limitatur tertiò, in poſſeſſore qui in-
13 terrogatus denegat poſſeſſionẽ alicuius
rei, conuictus enim non poteſt prioritate
velle vti. *Authentica poſſeſſor, C. qui po-*
tiores in pignore habeantur.

Limitatur etiam in eo, cuius pecunia
14 res empta eſt; nam dummodo appareat
talis emptio de pecunia data ad hunc ef-
fectum, itant appareat emptio de tali pe-
cunia facta, tunc hic licet poſterior præ-
fertur tamen alijs, *l.licet, C.qui potiores in*
pignore habeantur.

Limita quintò, in creditoribus inſtru-
15 mentarijs, & chirographarijs, enimuero
inſtrumentarius præfertur cuicumque
chirographario, quantumuis anteriori,
l.ſcripturas, C.eodem.

Limita ſextò, in agente ex cauſa ex-
16 penſarum pro congruente funerali de-
functi, hic enim præfertur quibuſcumque
creditoribus, *l.at ſi quis, ff. de religioſis,*
& ſumptibus funerum. Ratio huius di-
ſpoſitionis eſt; nam qui procurat funera-
lia, procurat bonum communitatis, ne
ſcilicet corpus corrumperetur, & malis
odoribus cadauerum inficiatur aer, bonũ
autem publicum præferri debet bono par-
17 ticulari, *Authentica res quæ, C.commu-*
nia de legatis: ergo ſic etiam præferri de-
bet qui pecuniam pro talibus ſumptibus
ſubminiſtrauit.

In §. Aliud iuris eſt, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Pontificis non derogat particulari conſtitutioni, niſi de ipſa expreſſè mentionem faciat.*

2 *Pontifex mandans aliquem recipi in Canonicum, non intendit augeri numerum canonicorum, niſi id exprimat, ſed illum recipi ſequente vacantia.*

3 *Expreſſio eius, quod tacitè ineſt nihil operatur, niſi per alium modum, quam quo tacitè ineſt fuerit facta.*

4 *Canonicus debet habere ætatem pro ordinibus ſacris, alias non poteſt recipi, & vbi poteſt recipi, non habet vocem in eam.*

5 *Canonici habentes vſum mitræ debent habere ætatem Epiſcoporum, alias illa non vtuntur.*

6 *Canonici debent noſcere cantum Gregorianum.*

7 *Nomen debet eſſe conſequens rei.*

8 *Canonicus dicitur à canendo.*

9 *Canonici non debent eſſe maiore numero, quam vires ſuppetant, & ſi non ſuppetant, numerus poteſt diminui.*

10 *Papa non ſolet onerare Epiſcopum pluribus prouiſionibus beneficiorũ, niſi expreſſè id appareat in reſcripto.*

1 MAndatum Pontificis non dero-
gat particulari conſtitutioni, ni-
ſi de ipſa faciat ſpecialem men-
tionem, vt habetur in hoc pa-
ragrapho, pro quo

Aduerte primò, quod ſi Summus Pon-
2 tifex mandet aliquem recipi in Canonicũ,
non per hoc intendit augeri numerum
perfectum Canonicorum, puta ſi in Ec-
cleſia ſint triginta Canonici, & Pontifex
reſcribat aliquem recipi in Canonicum,
debet intelligi ſequente vacantia; vnde
non debet augeri numerus, niſi expreſſè
Summus Pontifex id apponat in reſcri-
pto, *cap.conſtitutus de reſcriptis*, & ad-
uertit *Lancellottus hic*.

Ex quo in ſummario habes regulam,
3 quod expreſſio eius, quod tacitè ineſt ni-
hil operatur, niſi per alium modum, quam
quo tacitè ineſt fuerit facta expreſſio, hoc
eſt ſi quis velit facere aliquod opus ſibi

prohibitum aliquo iure, v.g. ſi vellet fra-
ter Sancti Franciſci non ieiunare die ve-
neris, tunc priuilegium ei conceſſum,
quod nunquam ieiunare teneatur, nihil
operatur pro die veneris, niſi exprima-
tur poſitiuè, debet enim fieri expreſſa
mentio illius tacitæ prohibitionis, alias
non præſumitur diſpenſatum.

Aduerte tertiò, quod non quilibet po-
4 teſt admitti in canonicum, nam canonica-
tus Eccleſiæ Cathedralis exigit ſaltem
ætatem pro ordinibus ſacris, & ſic debet
Canonicus habere vigeſimum primum
annum completum, *Trid. ſeſſ. 23. cap 12.*
de reformatione; vel eſt Canonicus Ec-
cleſiæ collegiatæ, & tunc ſufficit ſi ſit in
minoribus, *Trid. loco cit.* tamen non ha-
bet vocem in Capitulo, niſi quando erit
in ſacris. Neapoli verò quia Canonici
5 habent vſum mitræ, debent habere annũ
trigeſimum (ad modum Epiſcoporum)
quod ſi ante talem ætatem canonicatum
6 obtinuerint, licet habeant omnia alia iu
ra canonicalia, tamen non habet vſum
mitræ. Item Canonicus debet noſcere
7 cantum ſaltem Gregorianum, vt habetur
in præſenti paragrapho, & hoc, vt nomen
ſit conſequens rei, *§. eſt & aliud de do-*
8 *nationibus*. Dicitur autem Canonicus à
canendo.

Aduerte tertiò, quod numerus Cani-
9 corum non debet excedere vires fructuũ
Eccleſiarum, in quibus Canonici conſti-
tuuntur, *cap. quoniam de vita, & hone-*
ſtate clericorum, cap. ex parte de conceſ-
ſione præbendæ. Immò vt ſupra diximus,
ſi vires non ſuppetant, poterit diminui
numerus Canonicorum.

Aduerte quartò ex *§. illud*, quod Papa
10 non ſolet onerare eundem Epiſcopum
pluribus prouiſionibus beneficiorum,
niſi expreſsè in reſcripto id apponat. Im-
mo de ſtylo Curiæ Romanæ in reſcriptis
talium prouiſionum ſolet apponi clauſula
(ſi pro alio non reſcripſerimus) vt aduer-
tit *glo. hic verbo expreſsè*. Hæc in praxi
poteſt autem Pontifex pro ſuo libito re-
ſcribere.

In §. Sicut autem, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Mandati fines diligenter cuſtodiendi ſunt, maximè autem fines mandati Apoſtolici.*

2 *Mandatum Apoſtolicum ſtrictè ſeruari debet, & non extendi, neque limitari etiam conſentiente eo, ad cuius fauorem dirigitur.*

3 *Collatio de minori beneficio poteſt fieri ſi id appareat ex voluntate conſcribentis tacitè in id inclinantis.*

4 *Reſcriptum Pontificis de beneficio vacaturo non poteſt extendi ad beneficium de nouo fundatum, quia non dicitur vacans.*

5 *Mandatum de beneficio, cuius collatio ad Epiſcopum ſpectat non extenditur ad beneficiũ, cuius præſentatio ſpectat ad Epiſcopum ſimul cum laico.*

1 Fines cuiuſcumque mandati ſunt di-
ligenter cuſtodiendi, *l. diligenter,*
ff. mandati, tanto magis fines man-
dati Apoſtolici, vt in *cap. porro de*
priuilegiis. Hic tamen

Aduerte primò, quod adeo ſtrictè ſer-
2 uari debet mandatum Pontificis, vt neque
poſſit extendi, neque limitari etiam con-
ſentiente eo, in cuius fauorem factum eſt
reſcriptum, & in hoc fallit regula, *tex. in*
l. fin C. de pactis, vbi habetur, quod po-
teſt quis cedere iuri ſuo. Verum tamen
eſt, quod, vt colligitur *ex glo. hic*, vt quã-
do apparet de voluntate conſcribentis,
ſeu mandantis, tacitè in id inclinante,
tunc poteſt fieri collatio pro minori be-
3 neficio ſi illud accepter prouidendus, ſecus
autem mandatum ſeruari debet, vt iacet.
Quod non poſſit extendi patet, ſi enim
poſt factum reſcriptum Pontificis aliud
beneficium de nouo fundetur, non exten-
ditur ad tale beneficium, quia verè non
dicitur vacans, & reſcriptum mandat pro-
uideri de beneficio vacanti, vel vacaturo,
vt habetur in *cap. eum in illis, §. cum au-*
4 *tem de præbendis in 6.* ergo multo minus
poterit extendi in caſu noſtro.

Aduerte ſecundò, quod ſi Pontifex
5 mandet aliquem prouideri de beneficio
ad collationem ad Epiſcopum ſpectãtem
hoc mandatum non extenditur ad bene-
ficium, cuius præſentatio ſpectat ad Epi-
ſcopum ſimul cum laico, etiam ſi collatio
fieret poſtea ab Epiſcopo, nam reſcriptum
excederet actum, quem exprimit *glo. in*
dicto §. cum autem in Apoſtillis, & probat
ex cap. dilectus de officio delegati, vbi etiã
glo. videtur dubitare, an tale reſcriptum
extendatur ad beneficium, cuius collatio
ſpectat ad Epiſcopum, ſed præſentatio ad
Epiſcopum, & ad clericum ſimul, & addit
rationem, nam non videtur Papam cogi-
taſſe de beneficio, in quo collator non
habet plenum ius.

In

In §. Eadem.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum Apoſtolicum ſtrictè ſeruanuandum eſt.*
2 *Mandatum de conferendo alicui beneficio, quod reſignabitur à Titio, ſi Titius obierit, & non fecerit reſignationem, mandatum non habet vim.*
3 *Reſignatio ſit voluntariè.*

1 ADeo ſtrictè eſt obſeruandum reſcriptum Apoſtolicum, vt ſi quis habeat mandatum, quod recipiens reſignationem beneficij faciendam ab vno, dictum beneficium alteri conferat, tunc ſi ille, qui erat reſignaturus beneficium moriatur, mandatarius virtute ſuſcepti mandati Apoſtolici nihil poterit facere, vt habetur in *præſenti* §. & hoc extendi etiam ad mandatum à Legato, vel ab alio auctoritatem habē-
2 te, concedit *glo. hic verbo apoſtolica authoritate*, & probat *ex tex. in cap. penul. § prohibemus de officio legati in 6* & ibidem *in cap. ſuſceptum de reſcriptis*. Ra-
3 tio autem eſt, quia is, qui mortuus eſt, non renunciat voluntariè, quod requiritur in reſignatione, vt ſupra diximus, ac proinde cum beneficium verè non dicatur reſignatum, per conſequens ille, qui habet mandatum conferendi, ſuſcepta reſignatione, morte ſuperueniente, & non ſequuta reſignatione, nullo modo poterit actum iuridicè facere, vt aduertit *glo. hic verbo humanis*.

In §. Idem obtinet.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de beneficio vacaturo extenditur ad beneficium renouatum, licet non extendatur ad nouiter creatum.*
2 *In dubio beneficium præſumitur prius fundatum, quam expeditæ literæ.*
3 *Canonicus expectans præbendam vacaturam, poteſt obtinere beneficiū de nouo fundatum.*

DIximus iam, quod qui habuit literas pro beneficio vacanti, vel vacaturo non poterit obtinere beneficium nouiter fundatum, & idem repetit hic *Lancellottus*.

Aduerte tamen hic primò, quod ſi be-
1 neficium non ſit de nouo creatum, ſed renouatum, quia forſan erat oppreſſum, tunc benè ad tale beneficium oſtenditur mandatum Apoſtolicum, & ratio eſt, quia *textus in Clementina literas* expreſsè loquitur de beneficio nouiter creato, non autem de renouato ergo ad ipſum extēditur mandatum, vt in ſimili aduertunt *Ciuiliſta communiter in rubrica, ff. de noui operis nunciatione & tenent Hoſtienſis & Ioannes Andreas in cap. finali de cenſibus*.

Aduerte ſecundò, quod ſi dubium ſit,
2 an prius fuerit fundatum beneficium, an prius impetratæ literæ, puta quia tam fundatio beneficij, quam expeditio literarum fuerit facta eodem die, & tunc cēſendum eſt prius fuiſſe expeditas literas, quam fundatum beneficium, vt expreſsè habetur *in dicta Clementina literas de reſcriptis*; & ratio adduci poteſt, nam ſumus in priuilegio captando, in quo ſempe eſt facienda lata, potius quam ſtricta interpretatio, priuilegium autem eſt pro clerico impetrante.

Aduerte tertiò id limitari in canonico,
3 qui expectat præbendam; hic enim obtinere poteſt tale beneficium nouiter creatum, vt aduertit *glo. in Clementina literas verbo ſtatuimus circa finem*, & probat *ex tex. in cap relatum de præbendis, & ca. cum ſuper de conceſſione præbendæ*. Ratio differentiæ inter canonicum, & eum, qui ex literis ſuſceptis expectat beneficium vacaturum ea eſt, nam canonico non debetur beneficium tantum vacaturum, ſed etiam quandocunque facultas ſe obtulerit ipſe erit prouidendus, vt aduertit *eadē gloſſa citata*.

In §. Et ſi quis literas.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum pro beneficio non extenditur ad penſionem.*
2 *Verba taxatiua in reſcripto appoſita qualiter intelligi debeant?*
3 *Valor in reſcripto quando intelligatur aſſenſiuè, quando deſcenſiuè.*
4 *Penſio quid ſit?*
5 *à Pontifice ſolo poteſt imponi de rigore iuris, alijs de iure prohibetur.*

6 *ex quibus cauſis imponi poſſit?*
7 *non debet eſſe minus grauans principalem.*
8 *in epiſcopatu non aſcendenti mille ſcutos non poteſt imponi.*
9 *in parrochijs debet imponi vt ſaltẽ centum pro parocho remaneant.*
10 *extinguitur morte penſionarij.*
11 *quæ ſoluitur laico, poteſt extingui ſoluendo aliquod certum totum ſimul illi, non verò eccleſiaſtico, quia eſſet ſimonia.*
12 *Penſionarius tenetur recitare officium paruum B. Mariæ.*

1 MAndatum Apoſtolicum dili-
genter cuſtodiri dum eſſe
iam diximus hic cõ innando
eandem materiam, ait *Lan-
cellottus*, quod ſi Papa reſcripſit pro col-
latore beneficij, tale reſcriptum non
extenditur ad penſionem: penſio enim
eſt alterius generis, vt videbimus infra.
Videbimus igitur quomodo poſſint intel-
ligi verba taxatiua in reſcripto appoſita,
ſcilicet prouideatur de beneficio talis, vel
talis ſummæ. Secundò, vidẽdum eſt quid
ſit penſio, & à quo imponi poſſit. Tertiò,
ad quid teneatur penſionarius, & quando
ceſſet penſio.

Circa primum, reſpondetur *ex gloſſa
2 noſtra hic verbo vſque ad certam*; quod
vel Pontifex dixit v. g. prouideatur talis
vſq; ad ſummam 100. ducatorum, Vel Põ-
tifex dixit, prouideatur de beneficio va-
loris ducatorum 100 Verba primo modo
3 prolata ſunt taxatiuè, aſcenſiuè, nõ deſcẽ-
ſiuè, & ſic poterit iſte talis prouideri de
beneficio minoris valoris, non autẽ maio-
ris, quia vis taliũ verborũ eſt taxare aſcen-
ſum, *c. cum, de nõ ſacerdotali de præbendis
in 6. c. quamuis eodem tit.* Secundo modo
prolata verba taxant aſcenſiuè, & deſcen-
ſiuè, itaut non poſſit conferri beneficium
minoris valoris, etiam conſentiente ipſo,
in cuius priuilegium, & commodum eſt
impetratum reſcriptum, quia fines man-
dati Apoſtolici diligenter cuſtodiri debẽt.

Circa ſecundum, penſio idem eſt ac
4 cenſus impoſitus in beneficio eccleſiaſti-
co, vt aduertit *Timotheus hic*, & colligi-
tur ex *tex. & glo. in cap. prohibemus de
cenſibus*, tamen *Rebuff. in praxi tit. de
reſeruatione generali* ait, quod penſio eſt
quædam ſeparata portio ex redditibus
5 beneficij ſuperioris auctoritate ſegregata.
Dicitur ſuperioris auctoritate; nam de
rigore iuris ſolus Pontifex penſiones im-
ponere poteſt, vt aduertit *idem Rebuffus
loco cit. & notat glo. in cap. cum dilectus
de electione*, & de iure alij prohibentur, vt
*in titulo decretalium, vt eccleſiaſtica
beneficia ſine diminutione conferantur.*

Nota tamen primò, quod iuſta cauſa
6 intercedere debet, puta ſi beneficium ſit
pingue, & poſſint plures meritorij eiuſdẽ
beneficij fructus inter ſe diuidere. Secun-
dò, ad inimicitias ſedandas, vt ſi duo li-
tigarent idem beneficium, tunc enim po-
teſt vni dare beneficium, & alteri penſio
in eodem beneficio. Tertiò, ſi quis re-
nunciauerit beneficium, reſeruando ſibi
in ipſo congruam penſionem. Quartò, ſi
quis haberet beneficium leue, tunc enim
poterit Epiſcopus ei ſubuenire de pen-
ſione alterius beneficij, vt aduertit *Re-
buff. in praxi beneficiar. loco prææallegato.*

Nota ſecundò, quod auctoritas ſupe-
7 rioris maximè attendere debet, vt penſio
non ſatis aggrauet principalem; vnde
ſtatutum eſt, quod in epiſcopatu cuius re-
ditus non excedunt mille, non poſſit im-
8 poni penſio, *Trid. ſeſſ. 24. cap. 13. de refor-
matione* & in parochijs neque poſſit im-
9 poni, niſi ſaltem remoueant centum pro
parocho proprio. Ratio eſt, ne beneficia-
tus ſatis grauetur, & cogatur alios oppri-
mere, vt colligat fructus ad ſoluendam
penſionem, tum quia clerici non habent
aliunde, ex quo poſſint licitè lucrum ca-
ptare, vt ſe releuent ab oneribus.

Nota tertiò, penſionem extingui ex
10 morte illius, cui penſio ſoluitur, vt in
*cap. niſi de præbendis, & cap. ad audien-
tiam de reſcriptis*, colligitur ex *l. quia tale
ff. ſoluto matrimonio*. Si autem ſoluatur
penſio ſæculari (quod poſſe fieri, patet
ex dictis de præbendis in initio) tunc
poteſt extingui dicta penſio ſoluendo ali-
quid certum totum ſimul ipſi penſionario
ſæculari, & non erit ſimonia, ſicut eſſet
11 reſpectu eccleſiaſtici, *Nauarr. cap. 23.
num. 107.* Poterit tamen etiam pro ec-
cleſiaſtico id valere ex diſpenſatione Pon-
tificis, vt praxis docet.

Circa tertium dicimus, quod penſiona-
12 rius tenetur ſaltem ad recitationem of-
ficij parui Beatæ Mariæ Virginis, vt ad-
uertit *Nauarr. cap. 25. nu. 108. & 122.*

In §. Eodem etiam.

SVMMARIVM.

1 *Collatio beneficij ex vi mandati Apoſtolici, ex negligẽtia Epiſcopi ad alios deuoluta, ad ipſum vigore mandati non reuertitur.*
2 *Collatio ſpectat ad Epiſcopum virtute reſcripti*

Digitized by Google

reſcripti Apoſtolici, licet Epiſco-
pus auctoritatem dediſſet alijs cō-
ferendi tale beneficium.
3 *Reſcriptum Pontificis de prouidendo*
aliquo de beneficio vacaturo ex-
tenditur ad illud, cuius collatio
ad Epiſcopum eſt deuoluta.

1 ADuerte primò, quod ſi Summus
Pontifex mandet aliquem proui-
deri de aliquo beneficio vacanti,
tunc ſi ex negligentia Epiſcopi
collatio ſit ad alios deuoluta (vt erat an-
tiquitus) puta ad Capitulum, vel ad alios
tunc ex virtute dicti reſcripti non poteſt
Epiſcopus tale beneficium conferre; non
enim intendit Papa inferre præiudicium
ijs, ad quos ius conferendi eſt deuolutū,
vt habetur *in Clementina cum de benefi-*
cio de prabendis.

Aduerte ſecundò, hoc non intelligi quā
2 do Epiſcopus dediſſet Capitulo, vel alijs
auctoritatem conferendi, tunc enim vir-
tute reſcripti poſſet Epiſcopum conferre,
non obſtante tali auctoritate alijs conceſ-
ſa, vel ſaltem debet ipſe mandare ſuo tali
exequutori, vt impetrantem reſcriptum
prouideat de beneficio: alias enim elude-
retur impetrans, vt aduertit *glo hic verbo*
ex negligentia ex dicta Clementina cum
de beneficio citata.

Aduerte tertiò, quod quando ad Epi-
3 ſcopum deuoluitur collatio ab alijs tunc
reſcriptum extenditur ad tale beneficiū,
v.g. ſpectabat collatio ad Capitulum, ſed
quia fuit negligens, eſt facta deuolutio
collationis ad Epiſcopum, tunc ſi Epiſco-
pus habeat à Papa reſcriptum, vt talem
clericum prouideat de beneficio vacanti,
vel vacaturo, reſcriptum extenditur ad
beneficium deuolutum Epiſcopo, licet an-
tea eius collatio non ſpectaret ad Epiſco-
pum, vt habetur ex *Clementina ſi de be-*
neficio de prabendis; nam eo ipſo, quod
collatio eſt deuoluta Epiſcopus verè con-
fert: ergo reſcriptum benè officit tale
beneficium, quod non eſt in caſu præpo-
ſito, vbi propter negligentiam Epiſcopi,
ius conferendi tranſit in alios reſcriptum
autem Pontificis nemini debet eſſe præiu
diciabile.

In §. Interdum, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Pontificis de aliquo proui-*
dendo, non habet effectum, ſi pro-
uidendus non habeat ætatem, ſed
cum habebit, prouideri poterit.
2 *Mandata de prouidendo hodie ſunt*
ſublata.
3 *Deficiens in vno anno poteſt admitti,*
dummodo infra tale tempus pro-
moueatur ad ordines.
4 *Eccleſia Metropolitana non comprehen*
ditur in reſcripto loquente de Ec-
cleſijs ciuitatis.
5 *Metropolitana comprehenditur ſub Ec-*
cleſijs prouinciæ.
6 *Rex non venit nomine populi.*
7 *Eccleſia cathedralis in priuilegijs venit*
nomine Eccleſiarum.
8 *Voluntas ſufficit aliquando pro ratione.*
9 *Mandatum loquens de beneficio ſimplici*
non extenditur ad curatum.

1 LIcet mandatum Pontificis ſit ge-
nerale, tamen aliquando non
habet effectum ſuum ex varijs
cauſis: primò, ratione defectus
ætatis. ſi enim prouidendus vacante præ-
benda non habet ætatem legitimam pro
tali præbenda, tunc reſcriptum eſt inane
pro illo, *dicto cap. cui de præbendis*; Ve-
rum tamen eſt, quod poterit admitti ad
aliam præbendam vacantem tempore,
quo habebit legitimam ætatem, vt in
dicto cap. ei cui, & glo. ibidem in apoſtillis,
2 vbi notat mandata de prouidendo fuiſſe
ſublata per *Trid. ſeſſ. 24. cap. 19. de refor-*
matione. Verum tamen eſt, quod hic, qui
3 habet tale reſcriptum, ſi dum vacat bene
ficium habeat defectum vnius anni pro
ætate requiſita ad ordinem beneficij, tunc
debet admitti, dummodo infra annum
promoueatur ad dictum ordinem, *cap.*
præterea de ætate, & qualitate ordinan-
dorum.

Secunda cauſa reſtrictionis eſt, ſi dica-
4 tur in reſcripto, prouideatur talis clericus
de beneficio vacanti, vel vacaturo in Ec-
cleſijs tuæ ciuitatis, tunc enim ſi vacet
beneficium in Eccleſia cathedrali, non
admittitur ad illud petendum vigore talis
reſcripti, *glo hic verbo non extenditur ex*
cap. quia periculoſum de ſent. excommu.
in 6. Secus autem ſi diceretur, prouideatur
de beneficio vacanti in vno ex eccleſijs
tuæ prouinciæ, tunc enim cōprehenditur
5 etiam eccleſia metropolitana, *cap. pro il-*
lorum de prebendis. Rationem differentię
hanc adducerem, quia ſcilicet eccleſiæ
ciuitatis ſunt quid inferius eccleſia cathe-
drali, ac proinde non videtur reſcriptum
ad ipſam extendi. At quando dicimus,
eccleſias prouincię, idem eſt ac dicere,
prouideatur clericus de beneficio quali-
cumque, quod ſit ſub tua iuriſdictione: &
ſic

ſic non habetur locus determinatus, vt eſt in ſuperiori loquutione; neque poteſt eccleſia cathedralis venire appellatione eccleſiarum ciuitatis, ſicut appellatione
6 populi non venit ſuperior, vel Rex, & rationem rationis aſſignat *glo noſtra hic verbo eccleſia cathedralis*, quia ſcilicet ſumus in odioſis, in quibus non eſt faciend extenſio.

Sed obſtat *textus in cap palleum de au horitate & vſu pallei*, vbi appellatione eccleſiarum venit etiam eccleſia cathedr. lis: ergo reſcriptum debet eſſe ad cathedralem extendi.

Reſpondetur negando conſequentiam,
7 & ratio patet ex dictis, quia in *dicto cap. ſumus in priuilegijs*, & ſic diſponitur Archiepiſcopum, ſiue Metropolitanum habere vſum pallei in omnibus eccleſijs prouinciæ, meritò cum ſimus in priuilegio reſpectu Archiepiſcopi, congruum eſt interpr tarionem facere, tanto fortius, quod verè in eccleſijs cathedralibus ſuffraganeis Archiepiſcopus habet iuriſdictionem. At in caſu noſtro ſu nus in materia pe ali, & odioſa: ergo non venit cathedralis, vt adue tit *glo. citata ex Butreo in cap. accepimus de atate, & qualit ordinandorum, & ex cap. Rodulphus de*
8 *reſcriptis*; niſi velles illam addere rationē, quæ habetur *in l. proſpexi, ff qui, & quibus, & cap in cauſis de ſententia & re iudicata*, ſcilicet quia ſufficit pro ratione voluntas, ſeu vt loquuntur dicta iura, quia ſic lex poſita eſt.

Tertia cauſa reſtrictionis mandati A-
9 poſtolici eſt ex expreſſione beneficij, puta ſi mandatum ſit de prouidendo aliquo de beneficio ſimplici; hic enim non poteſt prouideri de beneficio curato, vt habetur *in cap cum illis de prabendis in 6.*

In §. Ex ordine, cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Apoſtolicum de beneficio, cuius collatio ſpectet ad Titium, non extenditur ad aliud.*

2 *Reſcriptum de beneficio ſpectanti ad collationem talis, vel talis, ſi collatio ſpectet ad plures ſimul, eſt nullum.*

3 *Reſcriptum in forma pauperum, ſi clericus non ſit pauper, non habet effectum.*

4 *Pauper impetrans ſibi beneficium non poteſt damnari de ambitione, et à ſi beneficio ſit annexa dignitas.*

5 *Multa conceduntur in conſequentiam, quæ primariò, & per ſe non conciderentur.*

6 *Pauper impetrans ſibi reſcriptum pro beneficio, ſi interim prouideatur de officio amouibili, adhuc prouidendus eſt beneficio, ſecus autem ſi officium ſit perpetuum.*

7 *Res amouibiles non ſunt beneficia.*

8 *Pauper nequit prouidendus eſt beneficio ſi poſt impetratum reſcriptum efficiatur diues.*

9 *Impetratio à diuite facta ex cauſa paupertatis eſt ſurreptitia.*

10 *Reſcriptum pro beneficio conſequendo, adhuc valet, ſi interim impetrans alio prouideatur beneficio.*

11 *Paupertatis cauſa remittitur arbitrio iudicis.*

12 *Pauper vt quis dicatur quæ requiratur*

13 *Pauperes dicuntur qui commodè iter terra ſancta non poſſunt facere.*

14 *Paupertas, vel inopia ſunt ſuperlatiua paupertatis.*

15 *Diſpoſitio ſufficit ſi verificetur ſimpliciter.*

1 Ponitur hic quarta reſtrictio mandati Apoſtolici, & dicitur ex ordine ſcripturæ, vt ſi dicatur, prouideri mandamus N. de beneficio ſpectanti ad collationem Titij, vel Caij; tunc enim non poteſt prouideri de beneficio, cuius collatio ad alios ſpectat. Vnde ſi vacent in eodem inſtanti duo beneficia, ſufficit, quod vnum ex ipſis ſpectet ad collationem eius, qui in reſcripto exprimitur, vt hic in § *ex ordine*.

Quintò, reſtringitur reſcriptum, ſi Papa
2 reſcripſerit, prouideatur N. de beneficio, cuius collatio ſpectet ad talem, vel talem, ſi enim collatio ſpectet ad plures coniunctim, quorum aliqui fuerunt expreſſi in reſcripto, alij non, tunc vigore talis reſcripti clericus non poteſt prouideri de beneficio vacanti, cuius collatio ſpectet ad omnes coniunctim vt *in § ſi verò & glo ibidem & tex. in cap cum in illis, § fin. de prabendis*.

Sexta reſtrictio eſt cauſa appoſita, puta
3 ſi fiat reſcriptum in forma pauperum, tunc enim ſi clericus ſit pauper, vel ſi aliud beneficium iam impetrauerit, inane redditur reſcriptum, quia ceſſat eius cauſa, vt in §. *item inſertio, per textum in cap. ſi pauper de prabendis in 6.* tamen ad perfectam intelligentiam dicti paragraphi *item inſertio*.

Aduerte

Aduerte primò, quod pauper, qni ſibi
4 impetrat beneficium non poteſt damnari
de ambitione, niſi etiam dignitatem
expoſceret, vt aduertit *Abb. in cap. ſi per*
inquiſitionem de electione. Immo etiam
ſi ad beneficium accederet dignitas, neq;
5 poſſet vt ambitioſus damnari; multa enim
in conſequentiam cōceduntur, quæ prin-
cipaliter, & per ſe denegantur, §. *primo*
de auctoritate tutorum.

Aduerte ſecundò, quod ſi clericus pau-
6 per antequam adueniat reſcriptum pro-
uideatur de vicariatu, vel aliquo alio of-
ficio amouibili quantumcumque redditi-
tio, non per hoc expirat mandatum, ſed
debet prouideri de proximo beneficio;
7 nam res amouibiles non ſunt beneficia,
cap. ſi pauper eit. tit. cap. ſi epiſcopus de
præbendis in 6. Si autem vicariatus ſit
perpetuus, vt *in cap. extirpandæ de præ-*
bendis, & cap. poſtulaſti de reſcriptis; tūc
non debet de alio beneficio prouideri, nā
ceſſat cauſa reſcripti, vt habetur in præ-
ſenti §. Idem dic ex eadem ratione, ſi in
aduentu reſcripti clericus fuerit factus di-
8 ues, vel ex fortuna, vel ex legatis, vel ex
ſua induſtria; tunc enim ſurreptitiè, &
falsè beneficium impetraret. Diſtingue
tamen, vt ſupra diximus *in §. ſed multum*
in tertia aduertentia, ex §. non poteſt de
præbendis, quod ſcilicet, vel tempore
petitionis verè erat pauper, & tempore
exequutionis eſt diues, & tunc reſcriptum
non eſt ſubreptitiè impetratum, ſed ta-
men debet petere diſpenſationem, vt poſ-
9 ſit retinere beneficium. Vel tempore pe-
titi reſcripti erat diues, & finxit ſe paupe-
rem, & tunc ipſamet impetratio reſcripti
eſt ſubreptitia, & ſic neque ipſa valet,
neque collatio beneficij tenet.

Aduerte tertiò, id non eſſe intelligen-
10 dum in literis gratiæ, vnde ſi Papa ex
gratia ſua concedat reſcriptum pro bene-
ficio conſequendo, & antequam adueniat
tale reſcriptum, hic adeptus ſit beneficiū,
tunc enim reſcriptum gratiæ non expira-
ret, ſed deberet habere effectum ſuum, vt
aduertit *glo. hic verbo ob paupertatem*,
& colligitex *dicto cap ſi pauper de præ-*
bendis in 6.

Aduerte quartò, quod quando expo-
11 nitur paupertas, & Papa dat reſcriptum
intuitu paupertatis, tunc cum paupertas
conſiſtat in facto, remittitur in arbitrium
iudicis, & ſic Epiſcopi, vel alterius con-
ferentis, vt in ſimili caſu notat *Bar. in l. ſi*
conſtante, ff. ſoluto matrimonio, *Archi-*
diaconus in cap quo iure diſt, 8. Afflictus
12 *deciſion. 129.* Verum tamen eſt, quod
non requiritur, quod iſte talis ſit omninò
inops, & mendicus, ſed ſufficit, ſi non ha-
bet aliunde, ex quo viuere poſſit, niſi pro-
prijs laboribus quotidianis; iſte enim
etiam pauper dicitur, *cap. ſuper his de*
voto, & voti redemptione, vbi pauperes
13 dicuntur illi, qui commodè non poſſunt
facere iter Terræ Sanctæ, tum quia men-
dicitas, vel inopia ſunt ſuperlatiua pau-
pertatis, *l. ſi quis ad declinandum, C. de*
14 *epiſcopis, & clericis*; diſpoſitio autem
15 ſufficit ſi verificetur ſimpliciter, *l. boues,*
§. hoc ſermone, ff. de verb. ſignificatione.

In §. Nam etſi, cum tribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Idoneus quiſnam exiſtimetur.*
2 *Reſcriptum de prouidendo aliquo bene-*
ficiato intelligitur de eo, qui habet
vnum tantum beneficium.
3 *Pluralitas quando excedat duo?*
4 *Pluralitas duali numero eſt contenta,*
niſi quid in contrariū declaretur
5 *Teſtes duo ſufficiunt in teſtamento in-*
ter liberos.
6 *Pluralitas indefinita duali numero per-*
ficitur.
7 *Reſcriptum pro pluribus beneficijs eſt*
odioſum iuri communi.
8 *Beneficium curatum non comprehen-*
ditur in reſcripto de prouidendo
aliquo de beneficio, etiam ſi onus
exprimatur.
9 *Beneficium curatum exigit maiorem*
idoneitatem.
10 *Diſpenſatio ætatis eſt facilior in obti-*
nente beneficium ſimplex, quam
curatum.
11 *Reſcriptum de dignitatibus non exten-*
ditur ad illas, quæ fiunt per ele-
ctionem.
12 *Electio non venit ſub generalibus ver-*
bis reſcripti.

1 MVlta, quæ faciunt pro his para-
graphis circa retentionem plu-
rium beneficiorum ſimul, patet
ex dictis. Hic tamen

Aduerte primò, quod quando Ponti-
fex mandat prouideri. N. idoneum de
tali, vel tali beneficio, ille æſtimatur ido-
neus, qui eſt ornatus bonis moribus, ha-
bet ætatem requiſitam pro beneficio, &
habilitatem ad onus, & ſeruitium eiuſdē,
cap. cum ordinata, & cap. graue de præ-
bendis in 6.

Aduerte

Aduerte ſecundò, limitationem illius,
2 quod ſupra diximus,ſcilicet nõ poſſe,quẽ ſimul retinere duo beneficia ponit enim Summus Pontifex reſtrictionem, & eſt, quando in reſcripto dixit, quod tali clerico etiam beneficiato prouideatur de alio beneficio; tunc enim cenſendum eſt illũ habere tantum vnum beneficium, & non curatum, quod ſi plura habeat,non debet prouideri virtute reſcripti, vt colligitur ex *tex. in cap.cum illis de præbendis in 6.* & habetur hic *in fine §.nam & is.* Si autem Pontifex expreſsè dixerit, prouideatur
3 tur de beneficio N. qui & alia beneficia noſcitur obtinere,tunc iſta pluralitas non excedit duo, vt in ſimili noratur, *in cap. pluralis de reg.iuris in 6. & l. vbi numerus,ff.de teſtibus,* ſed circa hãc pluralitatẽ

Nota primò, quod dicta regula *tex. in*
4 *cap.pluralis,*quod ſcilicet pluralis loquutio duali numero eſt contenta, procedit quotieſcumque non adeſt aliquod ius
5 repugnans expreſsè in contrarium: Cæterum currit. ſic in teſtamento inter liberos,pro pluralitate teſtium ſufficiunt duo, *l.hac conſultiſſima, C.de teſtamentis.* Itẽ ſi quid relinquatur poſt aliquos annos,intelligitur poſt duos annos, *l. libertas, §. poſt annos, ff.de manumiſſis teſtamento.* Ex quo collige, quod ſi quis promittat poſt aliquos dies,poſt duos dies eſt euacuata conditio. Idem dic in ſimilibus.

Dices, reſcriptum beneficiorum eſt gratioſum, & priuilegiale, ſed in priuilegijs larga fit interpretatio: ergo tale reſcriptum debet extendi ad plura beneficia, quam duo.

Reſpondetur negando minorem,ſicut
7 negat *glo.in dicto cap. pluralis* ait enim, quod tale reſcriptum eſt odioſum, & potius reſtringendum. Quod ſi dicas agi in tali reſcripto de lucro captando,facilis eſt ſolutio, quia ſcilicet hoc eſt contra ius cõmune, & per conſequens in odium aliorum, etiam qui ſeruiunt eccleſiæ; non enim debet vnus beneficari, & alijs nihil, dum omnes ſeruiunt.

Aduerte tertiò, quod ſi mandatum di-
8 cat ſimpliciter, prouideatur N.de beneficio vacanti, vel vacaturo, & non fuit expreſſa cura, nec pro, nec contra, tunc ſi vacet beneficium curatum, non poteſt impetrari vigore talis reſcripti, quia beneficium curatum maiorem excipit idoneitatem, *cap.cum in illis de præbendis in 6.* quod curſi, licet Pontifex dixerit, prouideatur N.de beneficio, cum onere,
9 vt non negligat animarum curam, ſi beneficium immineat, nam neque per hæc verba poterit obtinere beneficium curatum, ſi vacet: hæc enim ſunt verba generalia, & non faciunt diſpoſitionem, vt notat *glo hic verbo mentione, ex tex.in cap. cum in illis de præbendis in 6.*

Nota huius occaſione, quod facilior eſt
10 diſpenſatio in ætate cũ eo, qui vult conſequi beneficium ſimplex, quam cum eo, qui vult conſequi beneficium curatum, vt in *cap.vnico de ætate, & qualitate ordinandorum in 6.* maior enim habilitas, & idoneitas in talibus requiritur.

Aduerte quartò, quod ſi in reſcripto ſit dictum, prouideatur N.de perſonalibus
11 dignitatibus ad collationem, prouiſionẽ, præſentationem, vel diſpoſitionem pertinentibus quomumcumque; tunc enim hoc reſcriptum non extenditur ad dignitates, ad quas deberet fieri electio, quia per hæc verba non demonſtrat Pontifex ſe velle electores priuare iure ſuo, vt ha-
12 betur *in §illis quoque,* nec electio venit ſub illis verbis generalibus, *cap.deliberatione de officio delegati in 6. cap cum in illis de præbendis,* & aduertit *glo in dicto cap.verbo per electionem, & verbo aſſumitur.*

In §. illud quoque.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium expirat per mortem concedentis.*

2 *conceſſum à Papa vt poſſit prouidere aliqua beneficia idoneis perſonis, non ceſſat mortuo Papa, ſecus ſi tales perſonas expreſſiſſet.declara, vt num.3.4.5.*

1 PRiuilegium expirat per mortem cõcedentis, niſi fuerit confirmatum à ſucceſſore, vt habetur in præſenti paragrapho. Pro quo

Aduerte primò, quod ſi Papa conce-
2 deret alicui priuilegium, vt poſſet concedere aliqua beneficia certis idoneis perſonis, tunc ſi moriatur Papa, & beneficia non fuerint collata, non expirat priuilegium. Expiraret autem, ſi Papa expreſſiſſet perſonas dicendo, ſcilicet talibus, vel talibus beneficia conferantur, vt notatur in præſenti paragrapho, & colligit *glo. ex cap. ſicut, & cap. ſi Epiſcopos de præbendis in 6.*

Aduerte ſecundò, quod ſi Papa mandaret alicui, vt prouideret Titium de beneficio vacaturo, &c. tunc ſi Papa dece-
3 dar, & beneficium adhuc non ſit collatũ, expirat reſcriptum. Si autem ſit reſcriptũ

cou-

concedens alicui gratiam, vt vnum beneficium, quod vacabit, conſerat cui vult; tunc defuncto Papa etiam non conceſſo tali beneficio adhuc is, qui habuit mandatum conferre poterit præſumitur enim Papam durare in ea voluntate, quam habuit ante mortem; colligitur *ex cap. maiores de baptiſmo, & eius effectibus*.

Dices, nulla eſt maior ratio in vno reſcripto, quam in alio: ergo ſi vnum durat debet durare aliud, vel ceſſare, vt ceſſat aliud.

Reſpondetur negando antecedens; nã
4 quando Papa dat alicui mandatum conferendi in certis perſonis, tunc priuilegiũ ſtatim acquiritur ipſi perſonæ, & præſumitur papam decedere cum dicta voluntate, vt diximus; notat *glo verbo ob ſuã*.
5 At quando determinat perſonas, tunc priuilegium eſt ad fauorem perſonarum nominatarum, quæ cum non reperiantur in poſſeſſione priuilegij conceſſi, & ſic cum adhuc beneficia non ſint conceſſa, per conſequens nec in poſterum concedi poterunt; nam euaneſcit priuilegium, cum non habuerit effectum ſuum, ſicut habet in primo caſu per acceptationem eius, ad quem dirigitur mandatum; quare nego conſequentiam.

In §. Illud etiam cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Electa induſtria perſona in aliquo negotio, electus non poteſt alteri committere vices ſuas.*
2 *Negotium commiſſum expreſſis circumſtantijs poteſt alteri committi.*
3 *Mandatum Pontificis de prouidenda certa perſona poteſt hoc alteri committi, non verò ſi tantum ſit de prouidendo.*
4 *Mandatarius electus pro ſua induſtria illa applicata poteſt alium ſubſtituere pro exequutione operis.*
5 *Præbenda ſi vires ſuppetant, poteſt diuidi in duas.*
6 *Electio eſt caſſanda ſi duo eligantur ad eandem præbendam.*

1 Electa induſtria perſonæ in aliquo negotio non poteſt hic electus alteri committere vices ſuas, vt habetur in præſenti paragrapho. Pro quo,

Aduerte primò, quod quando alicui cõ-
2 mittitur certum negotium expreſſum, & aſſignantur ei omnes circumſtantiæ, modus ſeruandus, &c. itaut nihil remaneat agendum, præter ipſam operis exequutionem, tunc poteſt mãdatarius tale opus committere exequendum alteri, vt in *præſenti §. illud etiam*, vbi habetur, quod
3 ſi alicui perſonæ committitur prouidere certam perſonam de certo aliquo beneficio in tali eccleſia, &c. tunc is, qui recipit mandatum poteſt alteri ſubdelegato negotium committere, vt aduertit *glo. hic verbo prouincia ex cap. fin. de officio delegati*: At ſi mandetur conferri beneficiũ vacans perſonæ idoneæ, non expreſſa certa perſona, tunc non poterit mandatarius alteri id committere; nam videtur electa eius induſtria, vt in *dicto cap. fin.* & notat *glo. hic verbo non poterit*.

Aduerte ſecundò (ducentes argumen-
4 tum à contrario ſenſu) quod quando mandatarius in tali prouiſione ſic indeterminata de ſui iudicio determinaret perſonam idoneam, tunc poterit deinde alium ſubdelegare pro exequutione operis, quæ tamen non erit propria ſubdelegatio, ſed potius vti inſtrumento ad exequutionem operis, vt patet ex præſenti paragrapho.

Aduerte tertiò *ex §. poſtremo* id, quod diximus ſupra *de præbendis*, ſcilicet non
3 eſſe diminuendas, nec aggrauandas, benè poterit id limitari concurrente cauſa rationabili, itaut poſſit diuidi in duas, ſi vires præbendæ ſuppetant, *cap. ſignificatum, & cap. cum cauſam, de præbendis*.
6 Cæterum ſi duo eligantur ad eandem præbendam, talis electio eſt caſſanda, *cap. ſua, & cap dilecto de præbendis*. Alia, quæ habentur hic patet ex dictis.

DE INSTITVTIONIBVS ET IVREPATRONATVS.

TITVLVS XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli, & diuiſio eius, de quo tractatur in illo.*
2 *Inſtitutio quomodo definiatur?*
3 *quid differat à collatione?*
4 *quomodo definiatur ab Abbate?*
5 *multipliciter ſumitur num. 6. 7. 8.*
9 *quæ ſit iuris translatiua, & quæ iuris translati exequutiua?*
10 *Iuſpatronatus quomodo definiatur?*
11 *qui habet dicitur habere patrocinium illius Eccleſiæ, ſicut Aduocatus clientis.*

12 *laicis conceditur ad quid?*
13 *non inducit dominium in laicis, ſed tantum honorificentiam.*
14 *Seruitus in rebus ſpiritualibus cadere non poteſt.*
15 *Patronus in Eccleſia collegiata concurrit tamquam vnus de collegio.*
16 *præſentans nihil operatur, non accedente inſtitutione ab Epiſcopo facienda.*
17 *Iuſpatronatus quomodo communiter à DD. definiatur?*
18 *dicitur ius ſpiritualitati annexum, & non è contra.*
19 *Magis dignum trahit ad ſe minus dignum.*
20 *Iuriſpatronatus venditores, vel emptores qua pœna puniantur?*
21 *venditi pretium cui applicetur?*
22 *Iuſpatronatus eſt ius incorporale, & indiuiſibile.*
23 *qui habet tenetur defendere Eccleſiam, & non defendens ipſo priuatur.*
24 *qui habet ad quæ teneatur?*
25 *inducit obligationem in foro conſcientiæ de præſentando idoniore.*
26 *poteſt à primo fundatore inſtitui. præſentando quem ipſe vult, & prout vult.*
27 *Patronus debet præſentare in iurepatronatus potius pauperem, quam diuitem.*
28 *Epiſcopus in collatione beneficij poteſt præferre pauperem idoneum, diuiti idoniori.*
29 *debet præferre diuitem inclinatum adiuuandæ Eccleſiæ ſuis facultatibus, relicto paupere.*
30 *Patronus præferre debet in præſentatione iuriſpatronatus, illum ex concurrentibus, qui fuit ſemper bonus, relicto illo, qui fuit aliquando deuius, etiam ſi ad bonam vitã redierit, quod limitatur n. 31*
32 *Beneficiatus tenetur reparare Eccleſiã.*
33 *Reædificans totaliter Eccleſiam cum conſenſu Ordinarij acquirit nouum ius.*
34 *Patronus quomodo, & quando habeat vtilitatem, & alimenta ab Eccleſia? num. 35.*
36 *Beneficiatus denegans patrono pauperi alimenta de ſuperfluis qua pœna puniatur?*
37 *Patronis pluribus exiſtentibus in eadẽ Eccleſia quis ordo ſit tenendus in alimentando ſi omnes indigeant?*
38 *in honoribus, proceſſionibus, & alijs functionibus quis ordo ſit ſeruãdus?*
39 *Patronus egenus non eſt compellendus, vt ſe conferat ad Eccleſiam, vel cum beneficiato conuiuat, ſed eſt alimentandus in propria domo, quod limitatur num. 40. & 41.*
42 *non eſt de iure annuatim Palma, & Cereo recognoſcendus, niſi ſub hac cõditione fuerit fundatio, ſed tantum ex gratitudine.*
43 *ſi pro præſentatione aliquid recipiat dicitur ſimoniacus quemadmodum & clericus præſentatus, & quæ vtriuſque ſit pœna?*
44 *Beneficiatus qui dedit aliquid procuratori patroni, vt præſentaretur tãquam ſimoniacus punitur.*
45 *Iuris patronatus fundatio quare requirat conſenſum diœceſani?*
46 *differentia ab inſtitutione quæ ſit?*
47 *Inſtitutio vel à patrono vero, vel putatiuo præſentante proueniens ſemper eſt ſuſtinenda.*
49 *eſt facienda potius de bono præſentato à maiori parte, quam de meliori præſentato à minori parte habentium ius patronatus, niſi primus ſit totaliter indignus.*
49 *Præſentatio ſingularis pluribus exiſtentibus patronis non valet. & facta per vnum ſolum inuitis alijs, quã pœnam in præſentante de rigore inducat, quid autem de æquitate?*
50 *Inſtituendi ius quando penes Epiſcopũ ſit, & quando penes laicos?*
51 *non eſt penes religioſos, ſi ad ipſos ius patronatus peruenerit, etiam ſi ea ad prælatum inferiorem ſpectet.*
52 *Inſtitutio eſt facienda potius de ciue idoneo, quam de aduena idoniore non obſtante* tex. in cap. nouit de iudicijs num. 53.
54 *potius de conſanguineo idoneo, quã de extraneo idoniore.*
55 *potius de nobili, quam de plebeio.*
56 *potius de Doctore, de populo, quam de nobili tantum.*
57 *Scientia nobilitat hominem.*
58 *Inſtitutio eſt potius de ſene facienda, quam de iuuene?*
59 *potius de legitimo, quam de legitimato, niſi hic ſit magis idoneus.*
60 *potius de præſentato à pupillo, quam de præſentato à tutore.*
61 *Pupillus ſi errauit in prima præſentatione iuris patronatus poſſet iterũ præſentare.*
62 *Præſentatio in iure patronatus habito ſimul cum rebus dotalibus à marito*

uiſo prius facta an valeat pro inſtitutione ab Epiſcopo facienda? & num. 63

64 *Fructus qui non de facili renaſcuntur ſpectant ad proprietarium.*

65 *Præſentatio limitat Epiſcopo collationē.*

66 *Præſentationis forma.*

67 *quomodo ea ſignetur ab Epiſcopo? quidue in ſignatione clauſula (ſi & in quantum de iure admitti debeat) operetur.*

68 *Præſentationis, ſimpliciter facta acceptatio habetur pro inſtitutione.*

69 *Præſentatio quid ſit?*

70 *æquè poteſt fieri à patrono eccleſiaſtico, ac laico: tempus autem ad præſentandum quantum ſit in laico, quantum in eccleſiaſtico?*

71 *Præſentatus debet eſſe præſens, vel ſaltem epiſcopo notus, aut abſens cauſa ſtudij.*

72 *eſt examinandus ab Ordinario, nec ſufficit approbatio facta à patrono*

73 *poteſt quis validè dici, ſi à patrono abſente per procuratorem præſentatus fuerit.*

74 *Præſentatione inualidè facta per indignitatem præſentati, ſi ex priuilegio Pontificis patronus iterum haberet facultatem præſentandi, curret de nouo tempus ſtabilitum, à die priuilegij expediti, quod currit etiã ſi præſentatus renunciauit, aut obijt ante inſtitutionē ex integro, dummodo non cõmittatur fraus per præſentationem.*

75 *Præſentatus religioſus, quando, & quomodo admittatur?*

76 *conſanguineus præſentantis ritè admittitur, niſi omnino non ſit idoneus, num 77*

78 *incognitus epiſcopo, validè dicitur præſentatus.*

79 *quid ſi ſit alienæ diœceſis?*

89 *Patronus non poteſt præſentare ſeipſum.*

90 *Elector iurans eligere idoniorem, non poteſt ſeipſum eligere, etiam ſi talem ſe cognoſcat*

91 *Patronus validè aſſenſum præſtat præſentationi factæ de ſeipſo ab alijs compatronis, nec damnari poteſt de ambitione.*

92 *poteſt præſentare per procuratorem, qui debet oſtendere mandatum ad id ſpeciale, vel generale continens caſus ſimiles.*

93 *præſentans per procuratorem ſufficit ſi faciat mandatum ſpeciale ad præſentandũ, nulla facta mentione de talis, vel tali beneficio.*

94 *debet facere mandatum habito reſpectu ad tempus ſtabilitum alias de eo non habeatur ratio, ſi tempus elapſum fuerit.*

95 *præſentare poteſt per literas ad epiſcopum.*

96 *Præſentatus per literas debet ſe oſtẽdere epiſcopo vna cum literis præſentationis.*

97 *Epiſcopus poteſt clericum præſentatum etiam inuitum inſtituere.*

98 *Patronus poteſt plures ſimul præſentare dando Epiſcopo electionem, ſucceſſiuè verò non poteſt excedere duos.*

99 *promittens eum iuramento præſentare aliquem, ſi alium deinde præſentaret, valeret præſentatio, ſed eſt periurus.*

100 *non validè præſentat ſymoniacum, vel ambitioſum qui æquiparãtur.*

101 *Epiſcopus electus ſi antequam eligeretur conſenſerit in electione de ſe facienda, eſt priuandus, &c.*

102 *Præſentatus ſi antequam præſentaretur conſenſerit in præſentatione de ipſo facienda priuatur, &c.*

103 *non poteſt eſſe periurus, niſi ſui criminis pœnitentiam egerit.*

104 *Electio, & præſentatio maximam habent inter ſe conuenientiam.*

1 ALIVS modus acquirendi beneficium eſt per præſentationem factam à patronis, ad quam ſubſequitur inſtitutio ab Epiſcopo, meritò de hoc modo erat videndum in præſenti, & videbimus primò, quid ſit inſtitutio; ſecundò, quibus modis ſumatur: tertiò, quid ſit ius patronatus & de ſuis cauſis. & adminiculis: quartò, per quid differat inſtitutio à iure patronatus; & hæc erunt ad intelligentiam rubricæ, & duorum paragraphorum.

Circa primum aduerte, quod inſtitutio
2 eſt collatio beneficij quaſi ius habenti per præſentationem factam à patrono, ſic colligitur ex *Antonio Timotheo* hic, vnde collige differentiam inter collationem, & inſtitutionem; collatio enim fit ab Epiſcopo ex ſe, & de ſua voluntate.
3 Inſtitutio verò fit ad voluntatem patroni præſentantis, & eſt actus ſubſequens ad præſentationem iam factam, per quam præſentatus acquiſiuit quaſi ius; vnde *Abb. in cap. d. auctoritate extra eodem*
4 hanc dat definitionem, ſcilicet inſtitutio

eſt beneficialis iuris ad præſentationem
patroni confirmatio, quæ definitio ſi con-
ſideretur, vel nihil differt, vel quaſi om-
nia continet, quæ dixit *Timotheus* hic.
Circa ſecundum aduerte primò, quod
5 inſtitario multipliciter ſumitur, & primo
continet obligatio: es, & contractus, *l.1.*
ff ſi certum petatur, l.ex hoc iure, ff. de
6 *iuſti:. & iure*. Secundò, continet actio-
7 nes, *l.1. ff. de interrogatoria actione*.
Tertiò, vltimas voluntates, & ſic teſta-
menta, quæ inſtitutiones appellantur, §.
8 *ante heredis inſtitutionibus de legatis*.
Quartò, quælibet ordinatio inſtitutio di-
ci ſolet; vnde & hi libri inſtitutiones ap-
pellantur, vt ſupra diximus, & notat *glo.*
in principio.
Aduerte ſecundò, quod ſubdiuiditur
9 inſtitutio pro materia noſtra, & alia eſt
iuris tranſlatiua, alia iuris tranſlati exe-
quutiua Inſtitutio tranſlatiua eſt illa,
qua ipſe Epiſcopus præſentatum confir-
mat: & de hac in titulo noſtro. Exequu-
tiua verò eſt illa, quam facit Archidiaco-
nus, dum ponit in poſſeſſionem illum
qui fuit à patrono præſentatus, & ab Epi-
ſcopo confirmatus, ipſe verò dat tantum
poſſeſſionem, *cap ad hæc, & cap. vt no-*
ſtrum de officio Archidiaconi.
Circa tertium aduerte primò, quod
Poteſtas 10 ius patronatus præſentandi inſtituendum
ad beneficiū, quod vacat, ſic habetur in §.
eſt igitur. Is autem, qui habet tale ius
dicitur patronus; nàm vt aduertit *Lam-*
bertinus lib.1 de iure patronatus q 1.a.3
11 hic habet patrocinium talis eccleſiæ, ſi-
cut aduocatus ſui clientis: ergo ab effectu
patronus dici debet. *Abb. in cap. nobis*
extra eodem in 2 columna, & Paulus de
Citadinis parte 2. ante finem ſecunda co-
lumna ex tex. in cap. in ſingulis in fine
de ſtatu monachorum.
Quæres, cur laicis concedatur hoc ius;
videtur enim conceſſa quadam poteſtas
circa res eccleſiaſticas: ergo non debe-
bat concedi.
Reſpondetur id optima ratione factum
12 eſſe, vt ſcilicet fideles alliciantur ad fun-
dandas, & dotandas eccleſias; & ideo ec-
cleſia ipſos gratificat, *cap. decreuimus q.7*
13 neque per hoc laici habent dominium,
ſed tantum honorificentiam; tota autem
vtilitas eſt eccleſiæ, neque per hoc ſerui-
14 tutem patitur, quæ in rebus ſpiritualibus
non poteſt cadere, *l. ſeruitutes, ff. de ſer-*
uitutibus.
Aduerte ſecundò, quod quandoque
15 in iure patronatus patroni non habent
plenum ius, ſic in eccleſia collegiata pa-
tronus concurrit tamquam vnus de colle-
16 gio, *dicto cap. à nobis extra eodem*: nec
in qualibet collatione habet plenum ius;
nā ipſe præſentat tantū qui actus præſen-
tationis nihil operatur, niſi accedat in-
ſtitutio ab Epiſcopo; ſic patet ex defini-
tionibus allatis per *Timotheum, & Abb.*
locis citatis.
Aduerte tertiò, magis communiter
18 definiri à *Doctoribus hoc eodem titulo*:
Ius patronatus dum dicunt, quod eſt ius
honorificum, oneroſum, & vtile compe-
tens alicui, qui conſenſu ordinarij diœce-
ſani eccleſiam fundauit, conſtruxit, vel
dotauit, ſiue ipſe, ſiue alius, à quo cauſam
habuit. Dicitur autem ius loco generis,
ſunt enim alia iura, vt ius conferendi,
ius inſtituendi, ius eligendi, &c. Tamen
circa hanc particulam
Quæres primò, an ius patronatus ſit ius
ſpirituale, vel temporale.
Reſpondetur non poſſe dici ſimpliciter
18 ius ſpirituale; nam hac ratione laici nul-
lo modo poſſunt habere tale ius; nec po-
teſt dici purè temporale; nàm eſt verè,
quid eccleſiaſticum; ideo dicendum eſt
cum *Lambertino lib.1. de iure patronatus*
a 4. q 2. num. 4. eſſe ius ſpiritualitati anne-
xum, colligitur ex *tex in c. de iure eodem*
tit. & cap quanto de iudicijs. Dicitur au-
tem ius ſpiritualitati, non autem ſpiritua-
19 litas, è contra, quia magis dignum trahit
ad ſe minus dignum, *cap. quod in dubijs,*
de conſecratione eccleſiæ, vel altaris, l.
quæritur, ff de ſtatu hominum. Immo
20 adeo accedit ad ſpiritualitatem, vt ſi quis
velit vendere tale ius, priuaretur pretio,
emens priuaretur iure, & eccleſia rema-
neret libera omnino, *cap. de iure, & cap.*
quia clerici hoc eodem tit vbi Doctores
communiter, Lambertinus loco cit. a. 12.
21 *q. 1. num. 7.* vbi etiam ait, quod pretium
talis vēditi iuris applicatur eccleſiæ, cuius
ius venditum fuit.
Quæres ſecundò, an ſit ius corporale,
vel incorporale, an diuiſibile, vel indiui-
ſibile.
Reſpondetur, quod eſt ius incorpora-
22 le, *cap 1. hoc tit. & glo in cap. pia mentis*
16. q. 7. Vnde probatur etiam, quod ſit
22 indiuiſibile, quia incorporalia indiuiſibi-
lia ſunt, *l. 1. §. vſusfructus, ff. ad l falcid.*
l. Cornelia quia, ff. de iure patronatus, Ab.
in cap. 1. hoc eodem tit.
Dicitur etiam in definitione, honorifi-
23 cum, & oneroſum, nam qui ſentit com-
modum, debet ſentire incommodum, &
ſic cum patronus in multis honoretur ab
eccleſia, ideo debet ſentire onus ipſam
defendendi, *cap. filijs 16 quæſt. 6.* Immo
ſi non defendat, poterit ipſo iure patro-

natus

natus priuari. Sed circa hoc onus

Aduerte primò; verſus, quos ponit *Hoſtienſis in ſumma de iure patronatus*
24 *verſic. quid competat facere patronis*, & ponit *Cardinalis Florentinus in cap. nobis cit. tit.*

Patrono debetur honor, onus, emolumentum

Præſentet, præſit, defendat, alatur egenus.

Aduerte ſecundò, quod patronus in
25 foro conſcientiæ tenetur præſentare idoniorem relicto idoneo, ſic *Federicus de Senis conſil. 95.* quod incipit *ſuper dubitat omen articuli, Abb. in cap. conſtitutus de appellationibus, & in cap. 3. de iurepatronatus ſuper glo verbo maioribus.*

Limitarem tamen hoc reſpectu patro-
26 ni primi fundatoris, hic enim poteſt dare ſua bona, cui vult, & prout vult; alij autẽ ſuccedentes non ſic, quia debent procurare bonum eccleſiæ. Item debet patro-
27 nus præſentare potius pauperem, quam diuitem, *Hoſtienſis in ſumma*, §. *in quibus hoc tit. verſ. ſed nunquid*; ducendo rationem ab eleemoſyna facienda, in qua potius pauper eſt eligendus, *glo in cap. ſi quis diſt 90. & textus in cap paſce diſt. 86. cap. epiſcopus de præbendis, Hoſtien. & Antoninus in cap. tuam, de ætate, & qualitate*, vbi Epiſcopus poteſt præ-
28 ferre pauperem idoneum diuiti idonio i.

Limita hoc, quando eccleſia indiget
29 auxilio, tunc enim poſito quod diues præſentandus habeat bonam inclinationem circa eccleſiam, & velit ipſam adiuuare ſuis facultatibus, debet iſte præferri relicto pauperi tantum; ſic *Abb in cap. conſtitutis de appellationibus, & Roccus de Curte verbo honorificum*. Huius rei ratio eſt; nam regulata charitas incipit à ſeipſo: ergo ab eccleſia eſt incipiendum, & ſic potius eſt attendenda neceſſitas eccleſiæ, quam vtilitas alterius.

Aduerte tertiò, quod quando ſunt duo
30 qui præſentandi ſunt, quorum vnus fuit ſemper bonus, alius aliquando deuius ad præſens redactus eſt ad bonam vitam, tunc præteriri debet qui ſemper fuit bonus; vt per *tex. in cap. nos conſuetudinem diſt. 12. & Archidiac. ibidem*; ſi tamen ambo habeant æqualem idoneitatem poteſt eſſe locus gratificationi, & ex gratia
31 poterit admitti ille, qui fuit aliquando deuius, *Roccus de Curte loco cit. verbo oneroſum num. 7 remiſſiuè.*

Sed dubitatur, poſito quod ius patronatus ſit oneroſum, an teneatur patronus reedificare eccleſiam (ſi corruerit) & pro dubio videbatur dicendum, quod ſic; nã patronus habet vtilitatem, & alimenta ab eccleſia. ergo debet etiam ſentire hoc incommodum. Sed quidquid ſit

Reſpondetur teneri beneficiatum re-
32 parare eccleſiã, *cap. 1. & 2. de eccleſijs a-*
33 *dificandis*; ſi autem eſſet totalis reædificatio, tunc qui reædificat cum conſenſu Ordinarij, acquireret nouum ius, *Lambertinus p p. lib. 1. q 6. a. 3. verſic. minime obſtat.* Ad rationem dubitandi

Reſpondetur, quod patronus non ſen-
34 tit vtilitatem aliquam particularẽ, quia patronus, ſed potius quia pauper, inta tũ enim ei debentur alimenta, in quantum ſuperſunt à victu, & neceſſarijs pro beneficiato, & à reparatione eccleſiæ; cæterum in eo, quod ſupereſt, quod eſſet applicandum pauperibus, tunc principalis pauper eſt exiſtimandus ipſe patronus, quare non eſt maximum commodum ſubſtantiale quod poſſit ſecum ferre incommodum reparationis, vt aduertit *idem Lambertinus q 3. a 2* tum quia pari ratione pauperes, qui alimentantur de ſuperfluis ex beneficio tenerentur ad dictam reparationem, & ad alia neceſſaria in eccleſia, quod tamen nemo eſt qui dixerit.

Dicitur vtile, pro qua vtilitate nota
35 primò, quod patronus ſi vergat ad inopiam eſt alimentandus de ſuperfluis beneficijs, præter neceſſaria pro beneficiato, *cap. quicumque 16 q. 7.* quod ſi benefi-
36 ciatus deneget alimenta, puniri poteſt vt homicida, vt patet *ex l. necari, ff. de liberis agnoſcendis*. Sicut enim pater poſt ſibi neceſſaria tenetur filijs prouidere, ita etiam beneficiatus pro patrono, itaut poſſit beneficiatus cogi officio iudicis, ad hoc *Speculator in tit. de officio iudicis* §. 2. *verſic. ſi verò.*

Nota ſecundò, quod quando ſunt plu-
37 res patroni, qui omnes indigent, tunc attendenda qualitas ipſorum, & ſic plus ei ſubueniendum eſt, qui maiorem habuit partem in fundatione beneficij, *Ioannes Andreas in cap primo hoc titulo, & Hoſtienſis apud ipſum, Innocentius in cap 1 citato.* immo *Ioannes Andreas* tenet, quod hoc ſeruari debet non tantum in
38 præſtatione alimentorum, ſed etiam in honore, qui ipſis debetur in proceſſionibus, & in alijs functionibus, quæ fiunt in eccleſia fundati beneficij.

Nota tertiò, quod patronus egenus
39 non debet compelli, vt veniat ad eccleſiam, & ibi in conuentu aliorum alatur, vel quod conuiuat ſimul cum beneficiato; hoc enim eſſet ei præiudiciale, & tendens ad eius infamiam, ſed eſt alimentandus in propria domo, *Roccus de Curte*

verbo

Digitized by Google

verbo vtile nu. 2. & Ioann. And. in dicto cap. nobis in vltima columna & citat Ab. refirmat ex l. plenum §. pomis ff. de vſu & habitatione.

Limita hoc primo quando patronus
40 eſſet, contēptus & vellet ſic ibi alimētari. imo ſi eſſet perſona ordinaria, & reditus
41 Eccleſiæ non eſſent adeo pingues vt poſſit ſic alimentari ſeparatim tunc enim tenetur conuiuere cum beneficiato, nec poterit ipſum conuenire ſic: *Ab. in dicto cap. nobis in repetitione & Speculator in tit. qui filij ſint legitimi verſ. ſed pone.*

Nota quarto quod niſi patronus ap-
42 poſuerit in fundatione conditionem, vt annuatim ei detur Palma, & Cereus, non eſt enim præſtandus de iure ſed tātum ex gratitudine. *Imo in c. quoniam extra ne prælati vices ſuas cap nouerim 10. qu. 1. Ab. in cap. præterea eodem tit. & cap cum dilectus de conſuetudine*, nec poteſt beneficiatus ſe obligare ad aliquid ei præſtandum in poſterum *Ab. in cap. 1. in 1. columna de immunitate eccleſiarū ex cap. cum olim de reſtitutione ſpoliatorū Bal. conſilio 318 quod incipit nunc venio in 3 notab.*

Nota primo quod vtilitas pattoni non
43 permitit quod ipſe pro præſentatione Alicuius aliquid recipere poſſit, & ſi recipiat eſt Simoniacus & tenetur ad reſtitutionē eccleſiæ ſui beneficij ac priuatur iure præſentandi de facto, colligitur *ex cap. cum ſuper. de confeſſis.* Item ipſe Clericus præſentatus priuatur dicto beneficio, eſt Simoniacus, & priuatur omni alio beneficio eccleſiaſtico. Item tam dans quam recipiens incidunt in excommunicationē & clericus ſic pręſentatus vel inſtitutus tenetur reſtituere omnes fructus quos percepit medio tempore nam malæ fidei poſſeſſor fructus non facit ſuos. Imo
44 *Ioann de Anania in cap de hoc extra de Simonia* extendit etiam hoc ſi datus ſit aliquid procuratori ipſius met patroni nam Omnia hæc ſunt præparatoria de quibus valet argumentum ad præparatū. *l. Oratio ff de ſponſalibus*, quia qui dat procuratori idem eſt ac ſi principali dediſſet *Roccus de Curte verbo & vtile n. 9.* vbi diffuſè exagitat hoc.

Dicitur cum cōſenſu Diœceſani, & hoc
45 ratione optima, nam cū ius patronatus habeat ſuam rationem præcipuè in fundatione nouæ eccleſiæ, & cum non poſſit eccleſia aliqua de nouo ædificari ſine conſenſu epiſcopi Diœceſani vt in *toto tit. de eccleſijs ædificandis*, ergo ſic dici debet tum quia eſt ius ſpiritualitati connexum ergo conſenſus Epiſcopi concurrere debet quia connexorum, & annexorum eadem eſt ratio *cap. tranſlato de conſtitutionibus, & cap. quanto de iudicijs*, tum quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis *ex regula acceſſorium ergo*, hoc ius debet ſequi naturam ſpiritualiū cum ſpiritualitati inhæreat *cap. quo iure eodem tit. de iudicijs.*

De Cauſis iuris patronatus videbimus infra in §. *conſtituitur.*

Circa quartum Aduerte quod differt
46 inſtitutio à iure patronatus. Differentia non diuiſiua ſed diſtinctiua quod ſcilicet non ſunt diſtinctæ actiones tendentes ad idem diuerſo modo; nam ius patronatus operatur præſentationē à patrono, inſtitutio vero ſubſequitur ad præſentationē, complet ipſam.

Sed iam quod ſumus in præſentatione
47 & inſtitutione Nota primo quod non tantum inſtitutio præſentati à vero Patrono eſt ſuſtinenda, ſed etiam inſtitutio præſentati à Patrono putatiuo, Vnde ſi ſint duo patroni quorum vnus eſt verus & proprietarius, ſed non eſt in poſſeſſione, alius autem eſt bonæ fidei poſſeſſor, & ſic patronus putatius, ſi hic præſentet, & ſequatur inſtitutio, valet & ſuſtineri debet *Lamber lib. 2 q. 5 a. 9 n. 3.* vbi proponit, & ſoluit difficultatem cōprobando ex pluribus iuribus.

Nota ſecondo quod quando plures ha-
48 bent ius pręſentandi potius debet inſtitui bonus præſēratus à maiori parte, quā melior præſentatus à minori parte, non enim debet fieri comparatio teli ad telum, ſed eſt attendendus numerus ſuffragiorum, & ſufficit ſi præſentatus ſic idoneus, nec eſt attendenda maior idoneitas: *Lamber. in 3. par 2. libri ar. 2. q 4 n. 1.* At ſi minor pars eligat dignam, & maior pars eligat omninò indignum, tunc eſt reicienda præſentatio facta à maiori parte, & approbari debet electio facta à minori parte. *Federicus de ſenis conſilio 47. & c. 3. de iure patronatus Compoſtella in cap. cū nobis de cauſa poſſeſſionis & proprietatis cap. bonæ & glo. ibidem de electione Paulus de Citadinis hic p. 6. q. 12. Gaillus in repetitione ad capitulum finalem de electione in 6. ante finem columna 14. & nos ſimiliter diximus ſupra de electione.* At quando maior pars eſſet duplo maior, tunc electio ipſius eſt attendenda, dummodo electus habeat ſaltem idoneitatem.

Nota tertio quod ſi quis habeat ius
49 præſentandi ſimul cum alijs non valet eius ſingularis præſentatio niſi ſimul cū ſocijs compreſentet. Si tamen præſenta-

uerit

uerit ſolus inuitis alijs conſocijs, debet
priuari iure compræſentandi de rigore
iuris ſecus de equitate vt notat *Roccus de
Curte tract. de iure patronat verbo bono-
norificum n. 96. ex cap. fin. de iure patro-
nat. ex Ab & Canoniſtis in cap. querelam
de iure iurando*, Epiſcopus autem in in-
ſtitutione debet facere ſecundum alle-
gata, & probata, niſi ei conſtet clarè præ-
ſentatum eſſe omninò inhabilem, & in-
capacem beneficiorum.

Nota quarto nullo modo poſſe eſſe pe-
50 nes laicos ius inſtituendi reſpectu locorũ
quibus eſt connexa ſpiritualitas & fuerunt
fundata cum conſenſu Epiſcopi, ſecus au
tem ſi ſint loca fundata à laicis abſque
interuentu Epiſcopi:. *Lamber. 3. p. lib. 2.
ar. 15. q. 1. n. 1.* & colligit *ex Paulo de Ca-
ſtro conſilio* 145. Benè tamen ſi omninò
exſtingueretur familia, ius deuolueretur
ad Epiſcopum vel ſi eſſet ſtatutum quod
vnus de familia inſtituens moriendo aliũ
determinaret inſtituentem: tune ſi mo-
riens non determinauerit Collatio ad E-
piſcopum deuolueretur quia loca pia ad
epiſcopum committuntur. ſic notat. *idem
Lamber. loco cit. ex conſilio Pauli de Ca-
ſtro citato*.

Nota primo hoc etiam limitari reſpe-
51 ctu Religioſorum nam ſi ad ipſos perue-
niat ius patronatus, non habent ipſi ius
inſtituendi, ſed epiſcopus qui habebat an-
tea *cap. cum ſaeculum de iure patronatus*
& vt aduertit *Lamber. q. 1. ar. 16. nu 1. ex
Oſtienſi* non habent plus iuris religioſi
quam quod habebãt proprij fundarores.
Sed proprij fundatores, non habebant ni-
ſi ius præſentandi ergo hoc ſolum ius ha-
bent religioſi ad quos tranſit illud tantũ
ius quod habebat Patronus. *ex l. nemo
plus iuris ff. de reg. iuris*. Amplia hoc e-
tiam ſi ins inſtituendi fuiſſet penes præ-
latum inferiorum puta penes Archidiaco-
num, nam neque huic iuri poſſunt ipſi re-
ligioſi præiudicare *idem Lamber. loco cit.
& Roccus de Curte verbo competens Fel.
in cap. cum venerabilis de exceptionibus
columna 2. in 3. fallentia*.

Nota ſexto eſſe potius inſtiruendum
52 Ciuem idoneum quam aduenã idoniorẽ
Lamber. p. p. 2. libri q. 7. ar. 24 nu. 1. pro-
bat *Ab. in cap. ad. decorem extra eodem*,
vbi ait quod quando inde geniti, ſuut ido-
nei, non debent poſtponi propter ex-
ſtraneos vt Ciues in ſua patria beneficen-
tur & ne vnus occupet ſtipendia alte-
rius, tum quia ſic facillimè inducuntur
ciues ad reſidentiam in propria patria &
& in cap. ſignif. de prebẽdis ait idem Ab.
quod per non aduenas magis prouidetur
eccleſiæ quam per aduenas, & ideo ſatis
naturale eſt vt prius noſtrates proui-
uideantur, ſecundo loco aduenę *cap. ne pro
defectu de clericis non reſidentibus cap.
faternitati eodem tit. & Innoc in cap fin.
cit. tit. cap. non ſatis diſtinct. 66. &c.*

Sed contra hoc dictum inſtabis apud
Deum non eſt acceptio perſonarum *cap.
nouit de iudicijs*, ergo non debet fieri iſta
diſtinctio perſonatum pro beneficijs con-
ferendis.

Reſpondetur negando conſequentiam
& ad textum aductum dicimus id ibi eſſe
53 dictum rarione difficultatis ibi propoſi-
tęquę erat an poſſent in eadem ciuitate
habitare diuerſæ nationes, & ſic latini
græci, & dicitur ibi quod ſic, nam apud
Deum nulla eſt acceptio perſonarum vn-
de non ſit ibi mentio de conferendis vel
non conferendis beneficijs, & ſic non cur-
rit textus in caſu noſtro.

Amplia dictum ex eadẽ ratione ſi præ-
54 ſentetur vnus de familia ſeu conſangui-
neus præſentantis, qui ſit idoneus, & alius
compatronus præſentaret exſtraneum li-
cet idoniorem, tunc enim tenetur epiſco-
pus inſtituere idoneum de familia relicto
extraneo idoniori *Oſtien. & Butreus in
cap. tuã de ætate & qualitate &c.* & col-
ligitur ex *glo. in cap. neminem diſt.* 70.

Amplia ſecundò ſi concurrerent No-
55 bilis & Plebeius potius enim nobilis de-
bet inſtitui: *Gaillus in repetitione capi-
tuli finalis de electione in 6. columna* 14.
*verſiculo item attẽdere Philippus de Sar-
ra in cap. cum autem pagina* 252. *ex tex.
in cap. dudũ il primo de electione & Ab.
ibidem* qui ait in clericis ſæcularibus eſſe
attẽdendam nobilitatem *cap. de multa de
prabendis.*

Amplia tertiò reſpectu Doctoris de
56 Populo & alterius nobilis tantum abſq.
litteris, tunc enim potius præferendus eſt
Doctor de populo, quam nobilis tantum
*Philippus de Sarra in cap cum autem hoc
eodem tit. pagina* 353. qui air quod ſcien-
tia nobilitat hominem, & perſona litera-
ta nobilis exiſtimatur vt *per tex. & glo in
57 cap. de multa de prabẽdis in fine & Lam-
ber. q. 1. ar. 12. n. 1 in 3 p. ſecundi libri.*

Amplia quartò in Sene qui debet præ-
58 ferri iuueni ceteris paribus: *Roccus de
Curte verbo in eccleſiam in fine & ver-
bo honorificũ q. 11. in 2. columna & Bal.
conſilio* 166.

Amplia quintò in legitimè nato qui
59 præferendus eſt legitimato: *Gaillus loco
cit. columna* 10. *verſi qua de iuribus* dũ-
modo ſint cetera paria ſecus autem ſi le-
gitimatus eſſet magis idoneus, tũc enim
ipſe

Google

ipſe præferri debet vt in *l bonor §.de bo-*
noribus ff.de muneribus & honoribus &
l generaliter § ſpurius ff.de decurionibus
moribus enim & vita nobilitatur Homo:
Philippus de Sarra in ditto cap.cum autt.
Nota vltimo quod debet Epiſcopus in-
60 ſtituere potius præſentatum à pupillo
quam præſentatum à tutore imo ſi pu-
61 pillus errauit in prima præſentatione
poterit iterum præſentare quia in ipſo
non eſt ſcientia criminis, ſic notat *Lam-*
ber.in ar.1 q.3 in 3.p ſecundi libri. Si au-
tem fęmina vna cum rebus dotalibus de-
diſſet vineam, in qua reſidet eccleſia cum
63 iure patronatus ad præſentandum, tunc
ait idem *Lamber.in fine ar. 3.qu. ci ata.*
quod datur præuentio, vnde ſi prius præ-
ſentet Maritus poteſt epiſcopus inſtitue-
re præſentatum à marito quod colligit ex
pluribus iuribus tum quia ius patronatus
eſt fructus *vt in cap.ex literis & cap. con-*
ſultationibus bo: tit.noſtro, ſed maritus
habet dominium omnium fructuum do-
talium propter onera matrimonij ſuſti-
nenda *vt in l.ſi is qui ff de iure dotium,*
ergo etiam hic fructus ad ipſum ſpectare
dicitur, concludit etiam *idem Lamber.in*
fine dicti a ſecundũ communẽ opinionem
debere potius valere præſentationem fa-
63 ctam ab vxore, quia ipſa eſt magis pro-
prietaria dicti beneficij, & fructus præſen-
tationis non ſic de facili renaſcitur, fru-
64 ctus autem qui non de facili renaſcun-
tur ſpectare potius ad proprietarium di-
ximus in *l diuortio, & in l ſi maritus ff.*
ſoluto matrim. Alia pro hac materia po-
nit *idem Lamber.*

Ex litera & glo.in §.accidit cũ ſequẽti.
Aduerte primo quod licet Epiſcopus
65 poſſit alia beneficia conferre quibus vult
& quomodolibet, tamẽ in iurepatronatus
non ita ſe habet, debet enim procedere
præſentatio ab ipſo patrono vt habetur
in §.eſt igitur hic, pro qua præſentatione
talis poteſt eſſe forma.
Ego N. patronus eccleſie Sancti Ni-
66 colai & beneficij eiuſdem in Ciuitate N.
vacantis ad præſens per mortem quondã
Reuerendi D. N. olim inſtituti in ipſo, ad
præſentationem factam à me (vel à præ-
deceſſoribus meis) in dicto beneficio nũc
præſẽto tibi Illuſtriſſimo Epiſcopo N Re-
uerendum N. (clericum vel Diaconum)
Virum literarum Honeſtum, de legitimo
matrimonio natum, ſcientem defendere
dictam eccleſiam & ſua iura, & peto vt
ipſum in dicta eccleſia inſtituas & curam
concedas cum omnibus oneribus, & ho-
noribus ibi annexis, ſic ſpontè peto prο-
uideri die anno &c.

Poſt hæc epiſcopus vel alius, ad quẽ di-
67 rigitur præſentatio ſignat ipſam dicen-
do (acceptetur præſentatio ſi & in quan-
tum de iure admitti debet) quod opera-
tur vt ſi aliquid pręſentato objiciatur poſ-
ſit epiſcopus reſpuere præſentationem fa-
ctam, ſicut etiam ſi præſentans non ha-
buiſſet ius & hoc fieri debere patet: *ex*
cap.fin.de electione in 6. ibi Nemini citò
manum imponas &c. Vnde ſi ſimpliciter
præſentationem acceptaret ipſa accepta-
68 tio præſentationis haberetur pro inſtitu-
tione vt patet *ex Clem. plures hoc eodem*
tit. & notat *Lamber. qu. 6. q 7. parte ſe-*
cundi libri.
Aduerte ſecundò quod præſentatio eſt
legitimæ perſonę epiſcopo vel alteri ad
69 quem ſpectat inſtitutio libera facta exhi-
bitio ſic patet *ex Lancello hic.* Poteſt au-
tem fieri tam à patrono eccleſiaſtico quã
70 à patrono laico, ſi fiat à patrono eccleſia-
ſtico habet tempus ad præſentandum à
die vacationis beneficij, ſi fiat à Patrono
laico habet tempus quadrimeſtre vt *in*
cap.vnico de iure patronat. in 6. & in hoc
differunt iſti patroni. Conueniunt etiam
71 in alijs ſcilicet quod pręſentatus debet
eſſe præſens vel ſaltem notus Epiſcopo
aut abſens cauſa ſtudij, alias præſentatio
non valet *Ab. in cap ea noſcitur de his*
quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu capi-
72 *tuli.* Item præſentatus debet examina-
ri ab ordinario loci, nec ſtandum eſt ap-
probationi quam fecit patronus in præ-
ſentatione *Trid.ſeſſ.21.cap.11.& ſeſſ.24.*
cap.3. Poteſt etiam patronus abſens fa-
cere dictam præſentationem per procu-
ratorem, ſed tamen non ſufficit procura-
torium generale, debet enim ad id ha-
bere ſpeciale mandatum *cap 1. & 2. diſt.*
64 & præſentatio conſiſtit in facto & eſt
effectus iuriſpatronatus *vt notat glo in*
cap.1.hoc eodem tit. noſtro.
Aduerte tertiò quod præſentans
indignum infra tempus ſtatutum, & ſic
infra tempus ſemeſtre vel quadrimeſtre
74 ſi poſtea Papa ex priuilegio reſtituat
vt poſſit reiecta prima præſentatione
aliam facere, tunc incipit currere de nouo
tale tempus ſemeſtre, vel quadrimeſtre à
die expediti priuilegij vt colligitur *ex glo.*
in cap ſi electio de electione in 6.verſi du-
dum, & idem confirmatur *in cap.cũ olim*
de maioritate & obedietia & ratio eſt quia
hoc priuilegiũ eſt reſtitutionis in integrũ
ergo debet de nouo incipere tempus *cap.*
notandum 2.q. 3. & notat Oſtien.in dicto
cap. cum olim & glo.ibidem extendit ad
caſus ſimiles, vnde ſi quis præſentet aliquẽ
qui renunciauit præſentationi factæ, vel
ante

ante quam eſſet inſtitutus præſẽtatus o-
bijt, tunc enim patronus præſentans de
nouo habet totum, & integrum tempus,
nec aliquo pacto debet compenſari tẽm-
pus præteriti ſemeſtris, vel quadrimeſtris.
Si tamen ſit elapſum totum tale tempus
idem etiam dici debet *glo in dicto cap. ſi
electio, & Ioann. And & Filippus de Sar-
ra, ibidem*, qui citat *Rotam Romanam in
deciſione 269.* tamen vt habetur in dicto
textu patronus nõ debet in tali negotio
aliquam fraudẽ committere, puta ſi data
opera expectaſſet vltimum diem, vel ſi
præſentaſſet morientem ad hoc, vt poſſet
alium deinde præſentare, tunc enim
non debet totum tempus concedi vt ad-
uertit *Lamber. in 2. p. ſecundi libri qu. 1.
ar. 16. n. 6. & ſequentibus*.

Aduerte quartò, poſſe patronum præ-
75 ſentare primo Religioſum quod intellige
in eccleſia parochiali pro fauore animarũ,
ſecus autem in beneficio ſimplici, ſic te-
net *Ab. in cap. quod Dei timorem de ſta-
tu monachorum, tex. & glo in cap. in pa-
rochia 16. q. 1. Præpoſitus in cap. priſcis
diſtinct. 15. circa finem Bal. conſilio 60.
quod incipit quidam in morte in 5 Volu-
mine.* Debet autem interuenire licentia
ſuperioris, nam vt aduertit *Ab. in c. quod
Dei timore de electione*, non poteſt reli-
gioſus eligi ad quamlibet dignitatem ſine
licentia ſui Superioris, verum tamen eſt,
quod poteſt Superior cogi ad dandam ta-
lem licentiam vt per *Ab. in dicto c. quod
Dei*, dummodo etiam religioſus ſit aptus
ad munera parochialia, alias poſſet epi-
ſcopus reſpuere talem præſentationem.

Secundò, poteſt patronus præſentare
76 ſuum conſaguineum ſiue etiam filium vel
Nepotem. &c. quia charitas in primis e-
xercenda eſt circa domeſticos. *cap. non
ſatis 86., & cap. omninò diſt. 31.* Probatur
ex cap. dilecto de præbendis vbi approba-
tur collatio facta à quodam Card. in per-
ſonam cuiuſdam ſui Nepotis, *Idem pa-
tet ex glo. in cap. quia clerici eodem tit.
noſtro vbi Ioannes And. Oſtienſis Butreus
& Abb. Inno. in cap. conſuluit eodem tit.
ſpeculator in hoc eodem tit. circa finem*
tum quia charitas a ſe ipſo incipere debet
*cap. vult ordinatè de pœnit. diſt. 3. & vul-
gata regula tex. in l. præſes C. de ſeruituti-
bus, & aqua.*

Limita tamẽ hoc, quãdo Pater id face-
77 ret omnino ductus affectu carnali, & fi-
lius nullam haberet idoneitatem, tunc
enim peccat pater ipſum præſentãdo, nec
præſentatio valet, nec epiſcopus tenetur
admittere *cap graue de præbendis Roccus
de Curte verbo honorificum n. 15. qui id
docet ex Ab. in dicto cap. conſuluit.*

Tertiò, poteſt præſentare incognitum
78 epiſc. ſufficit enim quod ſit cognitus ip-
ſimet præſentanti; ideò enim fit præſenta-
rio epiſcopo, vt ipſe inquirat, & cogno-
ſcat de idoneitate & habilitate, Vnde
non requiritur, quod ſit notus epiſcopo,
ſic aduertit idem *Roccus de curte nu. 16.*
& probat *ex cap. monaſterium & cap. de-
cernimus 16. qu. 7*, quod limitat quando
iſte incognitus epiſcopo eſſet alienæ diœ-
ceſis, nam tunc non tenetur epiſcopus
ipſum inſtituere, niſi oſtendat literas com-
mendatitias proprij epiſcopi Ordinarij:
*cap. fraternitati de clericis non reſidenti-
bus, cap. hortamur diſt 71*

Nota etiam, quod non poteſt patronus
89 præſentare ſe ipſum, vt expreſsè habetur
*in cap. per noſtras hoc eodem tit noſtro, &
cap. fin. de inſtitutionibus*, vbi non poteſt
quis inſtituere ſe ipſum, *patet ex. tex. in l.
ſi mandauero § ſi tibi cenſum ff. manda-
ti* vbi ſi detur aliquid Alicui, vt det cui
voluerit, non poteſt pro ſeipſo retinere,
ergo qui poteſt præsẽtare quem vult, nec
poterit ſe ipſum præſentare, tum quia
nec poteſt quis eligere ſe ipſum, vt per
glo. in cap. cum in iure peritus de electione
90 vbi habetur, quod licet quis curauerit
eligere meliorem, & cognoſcat ſe eſſe ta-
lem non poteſt etiam ſibimet votum da-
re electionis, quia quis eligendo vel præ-
ſentando ſe ipſum videretur facere iudi-
cium de ſua perſona, & authorizare ſibi
ipſi, quod prohibet *tex. in cap qualiter de
electione, & Clem. 2. de rebus eccleſiæ
non alienandis.*

Limita etiam dictũ quando eſſent plu-
91 res patroni præſentantes, tunc enim po-
terũt præſentare vnum ex ſe ipſis, qui po-
terit etiam aſſenſum præſtare præſenta-
tioni de ſe factæ, & ſic videtur etiam da-
re votum, neque per hoc damnari poteſt
de ambitione, quia ab alijs potius pro-
mouetur *Roccus de Curte loco cit. nu 20.
circa medium*, & probat ex *tex. in dicto
cap cum in iure peritus Speculator in tit.
de iure patronat. circa finem ex l. vt ma-
giſtratus ff. de tutoribus, & curatoribus
datis, l eos ff. de decurionibus*, vbi, habetur
quod electus ad aliquam dignitatem ſine
ſui cooperatione poterit deinde petere
confirmationem, & non venit damnan-
dus de ambitione, nec incidit *in l. Iuliam
ambitus Bartholom. Veronenſis in caute-
la, quæ incipit, vidimus pridie.*

Aduerte quintò, quod poteſt patronus
92 præſentare etiam per procuratorem, vt
colligitur per argumentum à contrario
ſenſu *ex cap. fin. de conceſſione præbendæ*

notat Felinus in cap. Cum venerabilis de exceptionibus, & probatur *ex cap. accedẽs de prębendis* vbi poteſt per procuratorẽ acceptare beneficium, ergo poterit etiã per procuratorem præſentare, tum quia id nullibi repetitur prohibitum, ergo bene admitti poterit, *patet ex cap inter corporalia de trãſlatione epiſcopi, & l. nec non §. quod eis ff. ex quibus cauſis maiores. vbi etiam id aduertit glo.* Verum etiã eſt quod procurator qui vult præſentare debet ad id oſtẽdere ſpeciale mandatum vel ſi eſſet mandatum generale continẽs etiam caſus ſimiles, puta ſi dixiſſet Principalis conſtituo Titium procuratorem ad exigendum, quietandum, compatendum exigendos fructus quomodolibet, & qualitercũq. *Rocc. de Curte loco cit. n. 21. ex cap. qui ad agendam de procuratoribus in 6.* Item ſufficeret ſi eſſet datum man-
93 datum ſpeciale ad præſentandum, nam non requiritur mandatum ſpeciale pro tali, vel tali beneficio vt per DD. *in cap. fin de conceſſione prebendæ*.

Nota etiam quod talis procurator de-
94 bet oſtendere ſimile mandatum infra tempus conceſſum ad præſentãdum, alias tali tempore elapſo, de præſentatione non eſt habenda ratio, nam idem eſt non facere, ac facere, ſed tempore illegitimo *l. quoties ff. qui ſatiſdare cogantur Lapus allegatione 22 incipiente cum ſufficiat.*

Aduerte ſextò, quod poterit etiam pa-
95 tronus præſentare per literas ſcribendo epiſcopo, quod talem, vel talem inſtituat in ſuo iure patronatus, quia litera gerit vices præſentationis, colligitur *ex tex. in cap ea noſcitur de his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu Capituli, et ibi Ab. & alij DD. communiter* idem tenet *Lapus allegatione 75. quæ incipit caſus talis eſt*, tamen clericus ſic preſentatus debet ſe
96 oſtendere epiſcopo cum literis præſentationis, nam præſentatio eſt exhibitio facta ſenſibus corporis ſuperioris, *vt in Clem. dudum verbo præſentari de ſepulturis*, & aduertunt *Imola & Ab. in dicto*
97 *cap. ea noſcitur* ſed poſſet epiſcopus clericum etiam non viſum inſtituere, quia præſentia ipſius eſt ad fauorem epiſcopi, qui poteſt cedere iuri ſuo *ut per Ab. & DD. in cap cum acceſſiſſem de conſtitutionibus.*

Aduerte ſeptimò quod poterit etiam pa-
98 tronus plures ſimul præſentare dando epiſcopo electionem, vt inſtituat ex præſẽtatis quem voluerit, ſic apertè in *Clem. 1. de iure patronus & glo. ibidem verbo plures* idem confirmat, non poteſt tamen patronus illos plures proponere ſucceſſiuè, & ſic mutando vnum, nominare alia &c. quia tali modo non poteſt excedere duos, patet *ex cap pluralis in 6. & l. vbi numerus ff de teſtibus* in quibus iuribus probatur, quod pluralis numerus duali eſt contentus maximè in odioſis, odioſa enim eſt iſta Variatio, quia cum datur occaſio variandi aperitur aditus dolo, & fraudi *cap cum in multis de reſcriptis in 6.* Odia autem ſunt reſtringenda, tum quia vt notat: *Bar in Auth. habita C. ne filius pro patre in 6. columna ex l. ſi quis ius iurandum C. de rebus creditis* Variatio non permittitur, niſi ſemel, ergo pariter in caſu noſtro *Alexan. in l ſi ex toto §. final ff. de legatis 1 & ex pluribus notat Roccus de Curte loco cit nu. 35. non longè à medio.*

Aduerte octauò, quod ſi patronus promiſerit alicui etiam per iuramentum de
99 præſentando ipſum, & non alium, ſi tamẽ de inde alium præſentaret valeret præſentatio, ſed ipſe eſt periurus, nam venit contra iuramentum *cap fin. de procuratoribus in 6.* vbi ſi quis conſtituit procuratorem cum iuramento de non reuocando procuratorio, ſi etiam alium procuratorem conſtituat, & reuocet procuratorium factum valet reuocatio, ſed principalis eſt periurus. Item ſi conſtituatur Vicarius ad tempus cum iuramento de mutando infra tale tempus valet mutatio facta vt per *Abb. & DD. in cap. intellecto de iure iurando*, & aduertit *Butreus in cap. penul. de officio Vicarij.* Item ſi quis iurauit non vendere fundum, ſi de inde vendat valet venditio, vt in ſimili loquitur *Innoc. in cap. dilecti de prebendis*, & apertè tenet *Alex. volum. 3, conſilio 16. quod incipit ponderatis*, tamen epiſcopus non deberet audire hunc talem venientẽ contra iuramentum, ne eſſet ipſimet epiſcopo cauſa periurij, *idem Alexan. conſilio 57.*

Aduerte vltimo quod non valet præ-
100 ſentatio facta ambitioſo, ſicut neq valet præſentatio de Simoniaco, ſic aduertit *Ananias in rubrica d Simonia in principio* vbi ait, quod titulus *de Simonia* non differt à materia *legis vnica C. ad. l. Iuliã de ãbitu*, & ſic Simoniaci, & Ambitioſi çquiparãtur vt aduertit *Lamber. p. p. 2. lib. q. 9 ar. 12 n. 1 & 2.* vbi ait, ambitioſum non poſſe eligi in epiſcopum, nec præſentari in beneficijs magnis, & ex hac ratione præſentari non poteſt is, qui ante præſentationem conſenſijt in præſentatione de ſe facienda *is d. ar. 13. apud eundem Lamber. qu. cit.* Imo ait quod ſi quis eligatur epiſcopus, & cõſenſerit in electionẽ

de

101 de ſe facienda ante quam electio fieret,
erit caſſanda electio ad tollendam notam
ambitionis *cap inter Canonicos & cap.
poſtquam de elect one cap. per laicos 16.
q* 8. & Ordinata electio exigit conſenſũ
ſubſequẽtem non pręcedentem *dicto cap.
inter Canonicos*, meritò qui inordinatè
dat conſenſum venit priuandus dicto i..-
re electionis..

Dictum de electione extendit ipſe
Lamber. ad caſum noſtrum, & colligit:
102 *ex tex in cap per. veſtras extra eodem*
vbi ſicut ambitioſus excluditur ab ele-
ctione, ita etiam à iure patronatus, ſeu à
præſentatione, vnde ſicut eligendus, ſi an-
te electionem conſenſerit, iure priua-
tur, ita etiam præſentandus, idem etiam
confirmat. *ex tex. in cap. in ſcripturis*
8. *quæſt*. 1.

Nota etiam quod non poteſt patronus
103 præſẽtare petitũ, niſi ſui criminis pæni-
tentiam egerit *vt per glo. in cap. ruſticus
diſt*. 85. quia hic non poteſt eligi, ergo ne-
que poterit præſentari, probat idem *Lã-
bertinus ar*. 15. & Demum nõ valet præ-
ſentatio cuiuſcumque, cuius nec valet ele-
104 ctio ratione maximæ cõuenientiæ, quam
habent inter ſe electio, & præſentatio.

In §. Conſtituitur cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Patronus ex quotuplici ratione quis dicatur?*
2 *Debet à ſe abdicare dominium fundi, in quo conſtituit iuſpatronatus.*
3 *Volens ſibi retinere aliquod dominium non conſtituit ius patronatus.*
4 *Dos pro fundatione iuriſpatronatus nõ debet eſſe repetitiua.*
5 *repetitiua quæ dicatur?*
6 *debet eſſe competens, & ſufficiens pro oneribus Eccleſiæ?*
7 *Patroni qualiter poterint eſſe tres eiuſdem Eccleſiæ?*
8 *Ius patronatus acquiritur etiam ex reædificatione Eccleſiæ.*
9 *acquiritur ex ſucceſſione.*
10 *acquiritur ex donatione.*
11 *acquiritus ex venditione.*
12 *acquiritur per conſuetudinem, & longiſſimam præſcriptionem.*
13 *quare ſit introductum?*
14 *Benefacientibus benefacere tenemur.*

Videbimus primò quomodo inſti-
tuatur ius patronatus ſecundo
quare ſit introductum.

1 Circa primum aduerte primo ex *Goffre-
do de Trano in ſumm. de iure patron.* hoc
ius deſcendere ex tribus ſcilicet ex con-
ceſſione ſoli, ſeu fundi, ex ędificatione, ſeu
conſtructione eccleſiæ, ex conſtitutione
dotis pro eccleſia, inde dicitur.

Patronũ faciũt Dos, ædificatio fundus
colligit hoc *ex tex. in cap. filijs* 16. *q*. 7. *cap.
quicumque* 18. *q*. 1. *cap. pia mentis* 16 *q*. 7.
*& Innocentius in ſumma huius tituli
verſiculo requiritur autem*.

Aduerte ſecundò quod quantum facit
2 ad conceſſionem ſoli ſeu fundi, debet
fundans beneficium totum dominium
ipſius ſoli à ſe abdicare, & transferre in
eccleſiam, & per hoc erit patronus eccle-
ſiæ fundatę, vt aduertit *Gaillus in inter-
petratione capituli finalis de electione in*
6. *& Ioannes And. in cap propoſuit de fi-
lijs presbyterorum argumento à ſimili
ex l*. 1. *&* 2 *ff. de iure patronatus l*. 1 *§. cir-
ca ff. de officio præfecti Vrbis*, per quæ iu-
ra habetur quod ad hoc vt dominus ac-
quirat ius patronatus in ſeruo debet ipſi
plenam dare manumiſſionem, & ſic a-
mictendo ſeruum acquirit ius, ita pariter
3 patronus amictendo fundum acquirit ius
patronatus eccleſiæ ibi ædificatæ, vt ad-
uertit *Gaillus loco cit*. Quod ſi patronus
donans fundum vellet ſibi retinere ali-
quod dominium, tunc eccleſia non eſt ibi
conſtruenda, & ſi conſtruatur cum tali
pacto, non per hoc acquiret ius patro-
natus.

Aduerte tertiò quod dos conſtituta nõ
4 debet eſſe repetitiua vt aduertit *idem
Gaillus*; eſſet autem Dos repetitiua, ſi per
5 tres annos Dominus non ſolnerit ipſam,
patet *ex l*. 1. *C. de iure emphitheutico*, &
6 Dos debet eſſe competens, & ſuffi-
ciens ad onera eccleſiæ *Lamber p. p*. 1. *li-
7 bri qu*. 3, *art*. 1. igitur poterunt eſſe tres
patroni eiuſdem eccleſiæ, ſcilicet ſi vnus
det fundum, alius conſtruat eccleſiam, &
tertius dotet, *vt per. Abb. in cap. ad au-
dientiam de eccleſijs ædificandis*.

Aduerte quartò quod poteſt etiam ac-
8 quiri ius ex reædificatione eccleſiæ colla-
pſæ, etiam ſi reædificaretur ex eadem
materia, ex eiſdem tignis, &c. vt *in c. quã-
to de iure patronatus, & cap. conſuluit de
iudicijs*. Acquiritur etiam ex ſucceſſio-
ne, venditione, vel donatione, *vt in cap*.
2. *& cap. ex literis de iure patronatus*. Ex
9 ſucceſſione, quando hæredes ſuccedunt
fundatori, illi enim habent etiam idem
ius, vt videbimus infra *in §. ſucceſſione*.
10 Ex donatione, vt ſi quis donaret omnia
bona ſua, inter que ſit prædium cum Cap-
pella pro iure patronatus. Ex venditione

11 vt ſi quis venderet vineam ſeu prędium,
in qua adeſſet Cappella ſimilis, tunc enim
tranſiret etiam ius patronatus, non dire-
ctè ratione venditionis, nam eſſet Simo-
nia, ſed indirectè & per accidens vt col-
12 ligitur *ex dicto cap. 2 & cap. ex literis ci-
tato*. Acquiritur etiam aliquando per cō
ſuetudinem, vel per longiſſimam præſcri-
ptionem *Trid. ſeſſ. 21. cap. 9. de reformat.*
vbi vult quod ſi per 50. Annos quis fue-
rit in tali quaſi poſſeſſione iuris patrona-
tus, & de hoc præſenter authenticas ſcri-
pturas ex quibus appareat ſemper in va-
cantijs medij temporis ipſum preſentaſ-
ſe, ſuas præſentationes habuiſſe effectum
& ſemper fuiſſe habitum in patronum,
debet manuteneri in pacifica poſſeſſione
vt patet *ex Trid. loco cit.*

Circa ſecundum quoad cauſam quare
13 ſit introductū hoc ius, patet ex dictis, &
annuit *Lanc. hic vt* ſcilicet fideles exhor-
tentur ad hoc, & excitentur ad eccleſias
fundandas, conſtruendas &c. & ſic vtilitas
eſt ipſius eccleſiæ, nam clerici ſentiunt
emolumenta, dat autem eccleſia remune-
rationem per illud ius, quod concedit, &
hoc ex obligatione antidorali, qua tene-
14 mur benfacere benefacientibus *l ſed &*
ſi lege §. conſuluit ff de petitione hæredit.

In §. ſunt tamen.

SVMMARIVM.

1 *Fœminæ poſſunt habere ius preſentādi.*
2 *Maſculinum concipit fœmininum.*
3 *Familiæ ſub vocabulo comprehendun-*
tur tam maſculi, quam fœminæ.
4 *Fœminæ conſeruant iura familiæ quod*
limitatur infra.
5 *Meretrix poteſt fundare ius patronatus.*
6 *Eccleſia non debet inſpicere, vnde ſua*
vtilitas oriatur.
7 *Meretrix in fundatione iuris patrona-*
tus non facit actum legitimum.
8 *Illegitimi poſſunt etiam fūdare ius pa-*
tronatus.
9 *Excommunicati poſſunt etiam fundare*
ius patronatus.
10 *Excommunicatus quid poteſt facere in*
eccleſia.
11 Tex. in cap. vnico §. fin. de iure patrona-
tus in 6 *inducitur ad probandum*
quod excommunicatus poſſit ha-
bere ius patronatus.
12 *Tempus ad præſentandum quare laicis*
ſit quadrimeſtre, clericis vero ſe-
meſtre.
13 *Grauatus in vno releuari debet in alio.*

1 HIc agitur de iure præſentandi,
de quo multa egimus in ini-
tio, tamen pro hoc §.

Aduerte primo quod ius
2 præſentandi poteſt competere etiam fœ-
minę *Roccus de Curte verbo competens*
n. 1. & deinceps, & colligitur *ex cap. filijs*
17. q. 7. cap. quoniam, & cap. nobis eodem
tit. ex quibus iuribus licet videatur con-
3 ceſſum maſculis tantum, tamen maſculinū
comprehendit etiam fœmininum *l. ſi ita*
ſcriptum §. ſi ſub conditione ff. de leg. 2.
l. 1. ff. de verb. ſignificatione cap. mulieres
de ſent. excommunicationis cap. ſi quis
ſuadente diabolo 16. q. 4. Intellige etiam ſi
ius patronatus cōpeteret toti familiæ. v.
g. familia N. fūdat ius patronatus, & vult
4 præsbyterum eſſe prouidendum & præ-
ſentandum cum conſenſu omnium de fa-
milia, nam ſub hac voce veniunt tam ma-
ſculi, quam fœminæ, dummodo non ſint
nuptæ cum alijs extra familiam, nam tūc
non conſeruant iura familiæ *l. pronuncia-*
5 *tio ff. de verb. ſignif.* & fœmina ſequitur fo-
rum viri, vt aduertit idem *Roccus de Cur-*
te num. 2.

Amplia hoc etiam ſi fœmina eſſet me-
6 retrix, nullo enim iure prohibitum ma-
net, quin poſſit meretrix ex pecunia ac-
quiſita ex turpi quæſtu, fundare conſtrue-
re, & dotare eccleſiam, ac proinde ex hoc
erit patrona. Probatur quia ius patro-
natus eſt, potius introductum in fauorem
eccleſiæ, quæ habet vtilitatem: probatur
ex *dicto cap. quoniam eodem tit.* ergo nō
7 debet eccleſia inſpicere, vnde oriatur ſuf-
ficit, ſi ſuam habeat vtilitatem, vt colligi-
tur *ex tex in l. qui exceptionem ff. de con-*
dictione indebiti. Nec facit id quod dicit.
Ab. in cap. tota de Simonia, quod ſcilicet
meretrix repellitur ab omni actu legiti-
mo, nam meretrix hic non facit actum
legitimum, ſed eccleſia, quę ſentit vtilita-
tem dat deinde in recompenſationem
tale ius vt ſupra diximus *ex dicta l. ſed &*
ſi lege.

Aduerte ſecundò quod poteſt etiam
8 conuenire hoc ius illegitime, natis pa-
tet ex eadem ratione, quā diximus de me-
retricibus, tum quia niſi ipſi competeret
tale ius, retraherentur à fundatione vel
dotatione eccleſiarum, quod non eſt ad-
mittendum, vt per *glo. in cap. cum dile-*
ctus verbo præſentare hoc eodem tit. no-
ſtro ergo poteſt ipſis competere tale ius.
Probatur ſecundò, nam ius, quod loquitur
generaliter, ſic debet intelligi, ſed ius ge-
neraliter concedit fundatoribus eccleſia-
rum dotantibus, ergo etiam ijs videtur
conceſſum vt *in cap. filijs 16. qu. 7. cap.*
quo-

Digitized by Google

quoniam & cap. nobis extra eodem.

Aduerte tertiò, quod poteſt etiam cō-
9 petere hoc ius excommunicato ſi funder
eccleſiam, vel doret, nam *Ioannes And.*
& Ab. in cap. nobis cit. tit. dicunt quod
epiſcopus verè non d. bet admittere hāc
obligationem factam ab excommunica-
to, ſi tamē admitteret, verè naſcererur ius
patronatus, & excommunicatus haberet
ius in poſterum ad præſentandum, tum
10 quia excommunicatus poteſt ingredi ec-
cleſiam ad orandum (ſed non tempore
ſacrificij, vel officij) & etiam ad audien-
dam concionem *cap. reſponſo & cap. nu-
per de ſent. excommunicationis* ergo po-
terit ſibi eccleſiam fundare, cum poſſit
inibi hæc facere, quod confirmat etiam
Geminianus in cap. vnico §. fin. de iure
11 *patronatus in 6. in penul. colum.* ibi alle-
gat *Speculatorem* qui ait, quod ille, qui
emit Villam (in qua eſt eccleſia patrona-
ta) à patrono excommunicato, ſtatim
poterit præſentare: ergo ſignum eſt quod
excommunicatus habebat ius, alias non
potuiſſet tranſmittere vt loquitur *Specu-
lator loco cit. ex l. nemo plus iuris ff. de
reg. iuris.*

Aduerte vltimo *ex glo. hic verbo ra-*
12 *tione* aſſignari hic rationem quare laicis
detur quadrimeſtre tempus ad præſentā-
dum, clericis vero ſemeſtre, quia laici poſ-
ſunt facere mutationem, vt diximus; cle-
rici vero non ſic, merito iſtis debebat da-
13 ri maius tempus vt qui in vno grauatur
releuetur in alio *l. eum qui ff. de iure iu-
rando, & cap. vos de officio ordinarij.*

In §. Sed ſi laicus cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus nolens inſtituere primum
præſentatum idoneum; à patrono
tenetur ei conferre beneficium.*
2 *Ius inſtituendi competit tantum Epi-
ſcopo, nec venit in generali com-
miſſione.*
3 *Collatio vel inſtitutio ſe habet vt qua-
dam donatio.*
4 *Abbas poteſt inſtituere in iure patro-
natus ſua eccleſia, ſic Capitulum
ſede vacante.*
5 *Conſenſus epiſcopi neceſſario requiri-
tur pro acquirendo iure patro-
natus.*
6 *Ius patronatus non acquiritur niſi ex-
preſſè intercedat conſenſus Epi-
ſcopi, nec ſufficit ſi fiat per nūcium.*
7 *Legatus à latere poteſt conferre benefi-
cium etiam inſcio patrono cleri-
co, non autem laico.*
8 *Papa poteſt conferre beneficium etiam
inuito patrono laico, ſed in con-
ceſſione apponit clauſulā pro hac
vice tantum.*

1 AGitur hic de inſtitutione facien-
da, quæ eſt complementum Iuris
patronatus, nihil enim valet pre-
ſentatio facta à patrono, niſi ad
ipſam ſequatur inſtitutio, pro qua præter
ea, quæ ſupra diximus.

Aduerte primò, quod ſi epiſcopus ex
propria voluntate, & ex dolo nolit inſti-
tuere primum præſentatum à laico alias
habilem, & idoneum, & deinde ſecundū
præſentatum inſtituat, eſt compellendus
epiſcopus ad aliud beneficium conferen-
dum ei, quem ab inſtitutione repudiauit
vt habetur *in fine huius §. ibi*: vt in eo
puniatur, in quo eum deliquiſſe conſtat.

Aduerte ſecundò, quod ius inſtituendi
eſt totum pænes epiſcopum, nec cenſe-
2 tur venire in generali commiſſione facta
Vicario generali, niſi expreſsè concedatur
cap. fin. de officio Vicarij in 6. Ratio eſt,
quia collatio, vel inſtitutio ſe habet, vt
quædam donatio, ergo specialiter debet
concedi: Poterant etiam Abbates in ec-
cleſijs ſibi ſubiectis pleno iure præſenta-
3 tos inſtituere vt in *cap. in Lateranenſi de
præbendis*, vbi etiam id aduertit *Ab.* &
4 idem eſt dicendum de Capitulo ſede va-
cante, non obſtante quod non poſſit cō-
ferre vt colligitur *ex cap. 1. eodem tit.*

Aduerte tertiò, quod pro acquirendo
5 hoc iure requiritur omninò expreſſa li-
centia epiſcopi, ita vt non ſufficiat tantū
habuiſſe licentiam ab epiſcopo pro con-
ſtruenda eccleſia, ſed requiritur etiam
conſenſus pro acquiſitione dicti iuris *cap.
quicumque voluerit 16. q. 7. cap. ad hoc de
religioſis domibus cap. decretum & cap.
noluerint, & cap. regēda 10. q. 1.* in quibus
iuribus habetur quod eccleſia ædificata,
6 & dote conſtituta, nullum ius acquiritur,
niſi cōſenſus epiſcopi ad hoc intercedat,
& expreſsè per ipſum præſtari debet, nec
ſufficit ſi id fiat per nuncium vt aduertit
*Ioann. And. & DD. communiter in cap.
nobis hoc tit. noſtro & Ab. conſilio 19.*

Aduerte quartò, quod legatus à latere
7 poteſt conferre beneficium iuris patro-
natus etiam inſcio, & inuito patrono cle-
rico, ſecus ſi patronus eſſet laicus vt hic
*in §. legatus, & diximus ſupra in §. ex
legatione de præbendis, & in cap. cum di-
lectus hoc tit.* Quod ſi Papa id faciat benè
poteſt id facere etiam reſpectu laicorum,

vt

vt per Ab.in dicto cap. cum dilectus , ſed apponit in conceſſione clauſulam proteſtatiuam, pro hac vice tantum, & citra præiudicium patronorum.

In §. licebit.

SVMMARIVM.

1 *Arbores infructiferi non veniunt nomine fructuum.*
2 *Beneficiatus non poteſt incidere arbores ſui beneficij.*
3 *comparatur vſufructuario.*
4 *Vſus fructus non extenditur ad inciſionem arborum.*
5 *Arborum inciſio poteſt fieri à beneficiato in ſylua cedua.*
6 *Fundus ſyluæ ceduæ non deterioratur per inciſionem arborum, ſed inde fructus renaſcitur.*
7 *Arbores ratione ſpiſſæ opacitatis poſſunt incidi.*
8 *Arbores vetuſtæ, & corruptæ poſſunt incidi, & nouæ replantari.*
8 *Oliuetum poteſt extirpare beneficiatus, & ibi plantare vineam ratione fructus vberioris.*
10 *Beneficiatus licet faciat fructus beneficij ſuos, tamen debet illos impendere cum ordine & moderamine.*
11 *peccat viuendo ſplendide, & luxurioſè negligendo eccleſiam. & pauperes, tamen non tenetur ad reſtitutionem.*
12 *non poteſt locare res eccleſiaſticas vltra triennii abſq; diſpenſatione Pontificis.*
13 *Alienatio facta à beneficiato vltra triẽnium valet pro triennio, licet vltra dictum tempus ſit nulla.*
14 *Vtile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus.*
15 *Locatio eſt inualida etiam pro triennio ſi appareat locatorem non eſſe cõtractum niſi pro toto tempore excedente triennium.*
16 *Beneficiatus non poteſt teſtari de prouentibus ſui beneficij, etiam ſi ſuperſint ex parſimonia.*
17 *Beneficiati poſſunt teſtari de fructibus beneficij vbi adeſt talis conſuetudo.*
18 *Clericus non tenetur reddere rationem patrono de redditibus beneficij.*
19 *Patronus poteſt accuſare clericum dilapidantem. & conſumentem bona iuris patronatus.*
20 *tenetur defendere Eccleſiam ſuam.*
21 *poteſt accuſare clericum dilapidantem bona beneficij, ſed non tenetur ad hoc.*
22 *Priuatur nemo ex negligẽtia iure, quod per ſucceſſionem transfertur ad alios.*
23 *Patronus accuſando clericum dilapidãtem bona beneficij agit ciuiliter, & procurat clerici correptionem, & poteſt inſinuare vt priuetur beneficio.*
24 *Accuſatio clerici dilapidantis bona cuilibet competit.*

1 Hic eſt videndum quomodo debeat ſegerere clericu circa fructus beneficij, quid poſſit, & debeat patronus contra clericum dilapidantem bona ipſius beneficij.

Circa primum Aduerte primo quod
2 nomine fructuum non veniunt arbores licet infructiferæ pura ſylua, vnde licet beneficiatus poſſit diſponere de fructibus, & prouentibus ſui beneficij pro ſui libito adhibito etiam moderamine, de quo ſupra diximus, tamen non poterit incidere Arbores ſic probat *Ricc. deciſ. 3, ex tex. in extrauaganti ambitioſę de rebus eccleſiæ alienandis vel non*, & Ratio eſt quia
3 beneficiatus comparatur vſufructuario, vt per *glo. in cap præſenti de officio ordinarij in 6. cap. fin. de peculio clericorum,*
4 *& Guidon dec.* 109. ſed vſus fructus non extenditur ad inciſionem arborũ *l. quiſſimum §. fructuarius ff. de vſufructu*: ergo neque poterit beneficiatus id facere. Idem tenet *Nauarr. conſilio 6. de rebus eccleſiæ nõ alienandis De Rubeis conſilio 71 n. 3. & ſequentibus volumine 1. Monaluus conſilio 215. volumine 2. Sarrus deciſ. 9. cit. tit. & Borgninus conſilio 30. nu. 6.* qui expreſsè tenet quod nec poteſt incidere arbores infructiferas, & citat pro ſe *Nau. & alios DD. vt videre eſt penes ipſum.*

Benè verum eſt, quod hoc non intelli-
5 gitur, primò quando eſſet Sylua cedua, in cuius inciſione conſiſterent fructus beneficij *l. Sylua cedua ff. de verb. ſignificat.* v. g. ſi incideretur pro quolibet triennio, tunc enim id poteſt fieri, nam per inci-
6 ſionem fructus renaſcitur, & fundus non deterioratur, vt colligitur *ex l. diuortio §. ſi fundum ff ſoluto matrim.* & idem tenet *Bal. in l qui fundum § cum fundum ff. de contrahenda emptione.*

Secundò quando ex inciſione arborũ
9 quæ forſan ſunt ſatis opacæ fũdus redderetur infructuoſior, tunc licitè id fieri po-

teſt

Digitized by Google

teſt Nauar.conſilio 6. cit.tit. Guidon Pa-
pa 4. conſilio n.2. Merendius conſil 6.n 4.
Tertiò quando arbores eſſent vetuſtæ
& corruptæ, tunc enim poſſunt excidi, &
8 nouæ replantari,vt tenent reſpectu vſu-
fructuarij *Bar.& Iaſ in l.diuortio § ſi fū-*
dum ff.ſolut.matrim.& habetur in §.pe-
cudum inſtit.de rerum diuiſione.
Quartò poteſt clericus exſtirpare oli-
9 uetum ſui beneficij,& ibi plantare vineā
quia ſolet eſſe fructuorior, ſic tenet *Ricc.*
decis.126.nu 3 & probat *ex Guidone Pa-*
pa decis. 156. & Federico de Senis con-
ſilio 403. Oſtienſis in ſumma tit.de rebus
eccleſiæ non alienandis §. ex quibus verſi-
culo 5. cauſa.
Aduerte ſecūdò quod licet clericus be-
10 neficiatus fructus ſui beneficij faciat ſuos
debet etiam illos impendere cum ordine
& moderamine vt ſcilicet quidquid ſupe-
reſt de congruenti victu vestitu,& alijs
neceſſarijs der eccleſiæ ſui beneficij, &
pauperibus, *ſic Sanctus Doct 2.2.q. 181.*
ar.7.Laſſius de iuſti.& iure lib 1.cap 4.
dub.6 n 43 Valentia tomo 3 diſp.10 q 3.
punct.7 Couar.in cap.cum in officijs de
teſtamētis, & ſi ſecus fecerit peccat mor-
taliter, quia facit contra diſpoſitionem
11 *Trid ſeſs.21.cap. 1.de reformat.* non te-
netur tamen ad reſtitutionem, quia verè
fructus ſunt ſui,vt colligitur *ex cap.vnico*
de clerico non reſidente in 6. ſed peccat,
quia non debet magis ſplendide viuere
& luxorioſè,quam patet conditionem
ſui ſtatus.
Aduerte tertiò,quod non poſſunt be-
12 neficiati locare,vel alienare res eccleſia-
ſticas vltra triennium abſque diſpenſatio-
ne Pontificis,quod ſi locaret beneficiatus
vltra triennium, locatio eſt nulla,& tam
ipſe quam conductor peccat mortaliter
incidunt in excommunicationem, & alijs
pœnis puniri poſſunt vt in *dicta extrau.*
ambitioſa, quæ fuit acceptata hic Nea-
poli, & vſu recepta,vt teſtatur *Genuenſis*
in praxi cap. 73. nu. 1. Vnde nec fructus
poteſt vendere vltra triennium ſic tenet.
Rebbuffus in repetitione capituli ext. re-
panda §.qui vero diſtinc.7.Boerius decis.
104.n 2.Nauar manuali cap.35.nu 129.
13 *Toletus in ſumma lib.1.cap 91 n.6.* & ſi
fiat alienatio,vel locatio vltra dictum triē-
nium eſt nulla pro tempore vltra trien-
nium, ſed pro ipſo triennio remanet in
14 ſuo robore, nam in ſeparabilibus vtile
per inutile non vitiatur, ſed in tali con-
tractu triennium eſt ſeparabile ab alio
tempore ſuperfluo, ergo valet ſtipulatio
alienationis pro triēnio,licet quoad aliud
tempus ſuperfluum nulla ſit & infirma
remaneat,idem patet *ex l ſumpſimus C.*
de donationibus vbi donatio facta vltra
100.ſolidos non viziatur niſi tantum pro
exceſſu, at pro 100. firma remanet, ergo
eodem modo dicendum eſt in caſu noſtro,
vt docet etiam *Couarr.lib.2.variarum*
*cap.16.n.1.*vbi addit quod ſi appareat lo-
catorem vel conductorem non eſſe con-
tractum niſi pro tali toto tempore, pura
15 ſi vnicum, & indiuiduum per etiam eſſet
conuentum pro tota locatione, tūc quia
actus appareret indiuiſibilis annullare-
tur in totum, idem tenet *Genuenſis in*
praxi cap 75.n 10.
Aduerte Quartò, quod beneficiatus
16 non poteſt teſtari de prouentibus ſui be-
neficij vt *in cap.qui nos, & cap.relatum*
il 2.& cap cum in officijs de teſtam.Gar-
16 *ſias tomo p.p.2.cap.1.n.1.*vbi ampliat hóc
licet remāſerint fructus beneficij ex par-
ſimonia ipſius beneficiati,etiam ſi ſubtra-
xerit ſuæ ſuſtentationi, nam ſibi impu-
tare debet,quod ſic nimis ſtrictè,& parcè
vitam duxerit.
Benè verum eſt quod in illis locis,in
17 quibus adeſt immemorabilis conſuetu-
do,per quam clerici poſſunt diſponere &
teſtari de fructibus ſui beneficij, benè di-
ſponunt quia talis conſuetudo non eſt
contra ius diuinum, vel naturale, ſed
tantum contra ius merè poſitiuū, contra
quod poteſt introduci conſuetudo, & in
pluribus locis ſic ſeruari docent omnes
DD, Hiſpani ſignantur Garſias tomo 1.
p.2,cap.1.n.16. qua conſuetudine, ſic ſtā-
te benè poterit clericos diſponere,ſed nō
ad vſus inhoneſtos.
Circa ſecundum Aduerte primò, quod
18 licet clericus nō teneatur reddere ratio-
nem patrono de redditibus beneficij, ſi
19 tamen bona beneficij dilapidet. vel ipſis
malè vtatur, poterit patronus ipſum ac-
cuſare vt hic *in §. noſtro* & ſi epiſcopus
eius accuſationem non acceptet, adeat
Archiepiſcopum, & in ſubſidium poteſt
ad Papam extēdere accuſationem, & ra-
rio eſt,quia patronus tenetur defendere
eccleſiam ſuam,vt in *cap.filijs 16 q 7.*ma-
20 xima autem erit defenſio curato,ne bona
dictæ eccleſiæ dilapidentur, vt eſſet in
caſibus dictis ſi clericus incideret arbores,
explantaret &c. Idem extende ad quem-
libet alium qui bona eccleſiæ dilapidet,
etiam ſi eſſet epiſcopus,vt patet ex *dicto*
cap.filijs & cap.prohibetur 7 q.1. vbi etiā
agi poteſt criminaliter.
Aduerte ſecundò, quod poteſt patro-
21 nus id facere ſed nō tenetur ad hoc quia
non eſt bona conſequentia: poteſt, ergo
tenetur, vt aduertit *Roccus de curte ver-*
bo

Digitized by Google

*bo oneroſum n.1.& probat ex l. nõ quid-
quid ff. de iudicijs*, ideo licet patronus
omittet et hanc denunciationẽ,vel accu-
ſationem,tamẽ non venit puniendus, ita-
ut poſſit priuari iure ſuo, nam nemo ex
negligentia poteſt priuari iure, quod per
22 ſucceſſionem transferunt ad alios *gloſſ.
in cap.grandis verbo regis de ſupplenda
negligentia prælatorum in 6. Felinus in
cap.1.in 2.columna, de treuga,& pace,&
Aret.in cap. ille de accuſationibus*.

Aduerte tertiò,quod iſta accuſatio pa-
23 troni non extenditur ad criminalitatem,
ſed tantum intelligitur quo ad forum ci-
uile, vnde patronus per hanc accuſatio-
nem non facit aliud,quam procurare cor-
reptionem clerici, & poteſt etiam inten-
tare vt priuetur beneficio, *glo. cauſa 2.
q.7.in ſummario, & Ab. in cap. cum P.
Manconella de accuſationibus* vbi etiam
ponuntur limitationem circa accuſatio-
nem inferẽdã à laicis contra clericos,imo
vt aduertit *Ab.in cap ex parte de teſtibus*
24 *in 1.columna*,poteſt etiam quilibet alius
accuſare clericum ſic dilapidatorem.

In §. ſucceſſione cum duobus ſe-quentibus.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus ſucceſſione tranſmittitur ad poſteros, qui eo titulo illud ſibi acquirunt.*
2 *Hæredes ſunt in multiplici differentia.*
3 *Hæres debet probare ſe talem eſſe medio præambulo.*
4 *Ius patronatus non tranſit ad hæredes, ſi pro illis de familia tantum inſtitutum ſit.*
5 *poteſt à teſtatore legari alicui de familia, licet alius fuerit inſtitutus hæres.*
6 *Hæres vniuerſalis ſuccedit in iure patronatus, licet de eo non fecerit mentionem.*
7 *Filia dotata de paragio non poteſt intentare cum fratribus ius præſentandi.*
8 *Filius hæres vniuerſalis habet ius præſentandi, alij fratres in legitima tantum inſtituti non habent.*
9 *Ius patronatus tranſit ad hæredes in ſtirpes.*
10 *Indiuiduum non admittit ſucceſſionem in capita.*
11 *Præſentatis pluribus a patronis præfertur idonior, & in æqualitate remittitur ad arbitrium Iudicis.*

1 IVs patronatus ſucceſſione tranſmitti
ad poſteros nulli dubium eſt, ideo in
præſenti §. *ſucceſſione* habetur quod
vnus ex modis, quo acquiritur ius
patronatus eſt per viã ſucceſſionis, & in
hoc ſuccedentes nihil operãtur, ſed præ-
deceſſores fundarent & dotarunt ipſi,au-
tem fruuntur, emolumentis, & præcel-
lentijs iuris patronatus, cum autem hic
fiat mentio de hæredibus.

Aduerte primò,quod multipliciter ſuc-
2 cedi poteſt,quia hæredes ſunt in multi-
plici differentia, nã alij ſunt hæredes, qui
ſuccedunt ratione ſuitatis, & iſti de iure
ſuccedunt ab inteſtato, & ex teſta-
mento, nec ſine iuſta cauſa exhęredari
poſſunt ſua legitima. Alij ſunt extranei,
& ſub hac acceptatione veniunt omnes
alij præter filios, ſiue iſti ſint conſangui-
nei,ſiue ſobrini, ſiue alij, & iſti etiam de-
cedẽte aliquo ſine filijs, ſuccedunt ab in-
teſtato ordine inter ſe ſeruato,vt in *lib.3.
inſtitutionum ciuilium de hæreditatibus,
quæ ab inteſtato deferuntur*. Ex teſta-
mento autem poteſt quilibet ſuccedere
ſiue conſanguineus, ſiue Amicus &c.

Aduerte ſecundò poſito quod hic aga-
3 tur de ſucceſſione in iure patronatus,qui
vult ſuccedere non ſufficit,ſi dicat totum
ſe eſſe hæredem, ſed debet id probare
medio pręambulo, vel ex teſtamento, vel
ab inteſtato, *Ab.in cap cum ſecundum
de iure patronatus*,quod ſi quis fundaue-
rit pro ſe,& ſuis de familia,iſti ſuccedunt,
4 licet alij quicumque inſtituerentur hęre-
des,quia eſſet Ius familiæ *Lamber 2. par.
lib 1.ar 2 qu.2.principalis, & colligit ex
Bal.in l.2. C.de in ius vocando*. Quod ſi
patronus non appellauerit ſuos de fami-
lia, ſi extraneum inſtituat hæredem, hic
ſuccedit in iure patronatus *idem Lamber. num.2.*

Aduerte tertiò,quod benè poterit te-
5 ſtator inſtituto extraneo hærede vniuer-
ſali legare vni de familia ius præſentandi
in iure patronatus, & hoc ſine conſenſu
epiſcopi, dummodo etiam fundauerit,vt
diximus pro ſe,& ſuis de familia *Anchar.
conſilio 81.explicans in ſimili caſu Do-
ctrinam Bald in l.2.C.de in ius vocando*,
& aduertit *glo.noſtra hic verbo ſcienter
hæres*, nam cũ ius patronatus poteſt do-
nari,vt per *Ioann.And. & Ab in dicto c.
cum ſecundum* ſed legatum eſt donatio
§. 1.*de legatis*,ergo ius patronatus legari
poterit, & ſic relinqui etiam perſonæ
particulari.

Aduerte quartò,quod ſi non ponatur
6 alia expreſſa voluntas fundatoris teſtato-
ris, tunc is qui eſt hæres vniuerſalis,ille

ſuc-

ſuccedit in iure patronatus, quod adeo verum eſt, vt ſi filia ſit dotata de paragio, ſiue renunciauerit, ſiue non, dummodo non veniat hæreditatio nomine non poteſt intentare cum fratribus ius præſentandi, quia ipſa non poteſt dici, hæres, vt aduertit *Abb. in cap. 1. & dicto cap. cum ſecundum hoc eodem tit.* Ex eadem ratione habes quod ſi pater habens plures filios vnum inſtituat hæredem vniueſalem, alijs verò taxet ſolam legitimam, tunc hic qui eſt hæres vniuerſalis habet ius præſentandi, non autem alij, vt aduertit *glo. noſtra hic verbo extranei* quæ ait hāc conſuetudinem eſſe in Anglia, vt frater primo genitus ſit hæres vniuerſalis, alij autem habeant tantum legitimam.

Aduerte quintò, quod cum duplex ſit ſucceſſio, ſcilicet inſtirpes, & in capita plures heredes ſeu cedentes in iure parro-
9 natus ſuccedunt in ſtirpes, non autem in capita *vt per glo. in clem. 1. de iure patronatus*, & ratio eſt, nam ius patronatus eſt quid indiuiſibile *vt in cap. 1. hoc eodem tit. & colligitur ex l. ſi liberis C. de bonis libertorum.* Ideo cum ſit indiuiſibile non admittit ſucceſſionem in capita, per
10 quam vnuſquiſque ſuccedit vt perſona propria, & ſingularis quare deberet diuidi ius patronatus quod impoſſibile, eſt, & ideo ſuccedunt in ſtirpes, ita ut omnes veniant ad idem ius *Innoc. in dicto cap. 1. extra eodem* vnde collige differentiam inter ſucceſſionem in capita & in ſtirpes vt *in § ſed noſtra de legitima agnatorum ſucceſſione lib. 3.*

Aduetre vltimo quod ſi iſti Patroni ſic
11 ſuccedentes ſe diuiſerint in præſentando & aliqui velint vnum, alij alium, tunc ille præferri debet, & inſtitui qui eſt idonior, & eligitur à maiori parte *vt in cap. quoniam hoc eodem tit. & cap. ſi fortè diſt. 63.* Si autem ſint æquales in numero, & in merito, tunc remittitur in arbitrium epiſcopi; & Alia dic pro tali præſentatione *vt diximus ſupra agentes de electione.*

In §. quod ſi ita cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiam impeditam ex diſcordia patronorum poteſt Epiſcopus prius interdicere, deinde illis auferre ius.*
2 *Patroni controuerſiam habentes cum epiſcopo nolente præſentatum acceptare non ſunt ſpoliandi iure.*
3 *Lite pendente inter patronum, & epiſcopum poteſt epiſcopus ponere œconomum Eccleſiæ, & lite magis durante illam poteſt dare in commendam.*
4 *Commenda non debet excedere ſex menſes.*
5 *Eccleſia parochialis non debet dari in commendam niſi ſacerdoti.*
6 *Eccleſiæ duæ non poſſunt eidem dari in commendam.*
7 *Oeconomus debet eſſe perſona Eccleſiaſtica, & quare?*
8 *de fructibus ad quid teneatur?*

ADuerte primò quod ſi inter patronos oriatur diſcordia, vt non poſſit Sacerdos ſugi officio ſuo quietè, & pacificè debet epiſcopus interdice-
1 re eccleſiam donec ipſi patroni ad concordiam deuenerint, quod ſi poſt quatuor menſes a die vacantis beneficij non ſint concordes, tunc plenum ius conferēdi, & inſtituendi pro illa vice transfertur in epiſcopum *cap. quoniam eodem tit. & aduertit glo hic verbo ordinandum.*

Aduerte ſecūdò, quod ſi contentio ſit
2 inter epiſc. & patronum quia forſan epiſcopus nollet acceptare præſentatum à patrono, vel aliam haberent inter ſe differentiam, tunc patroni pendente controuerſia & lite non ſunt ſpoliandi iure ſuo quia iam functi ſunt officio ſuo & ſic adimpleuerunt præſentationem, debet autem interim epiſcopus ponere œconomum, donec fuerit ſopita contentio *c.*
3 *cum vos de officio ordinarij glo hic verbo inter eos ex Abb in cap 1. hoc tit.* quod ſi magis duret contentio poterit epiſcopus dare in commendam alicui *cap. nemo de electione in 6.* Commendare autem idem eſt ac dare in cuſtodiam.

Nota limitationem huius dicti primo
4 quod ſcilicet non debet commenda excedere ſex menſes quibus completis expirat, vt in §. *quod neceſſarium & in dicto cap. nemo de inceps*, eccleſia vero parochialis nō debet dari in commendā niſi ſacerdoti qui poſſit munera paro-
5 chialia adimplere vt *in clem. vnica de officio Vicarij, & cap. ſi apoſtolica de præbēdis in 6.* vnde licet titulus ſeu Abbatia eccleſiæ parochialis poſſit dari etiam nō ſacerdoti, & ſic clerico ſimplici vt *in cap. licet & cap cum ex eo de electione in 6.* tamen ei commendari non poteſt ex ratione adducta.

Limita ſecundò, vt non poſſit idem
6 habere duas eccleſias commendatas, ſi-

Z cut

cut nec duas intitulatas, poterit tamen
vnam eccleſiam habere intitulatam, aliā
vero commendatam *vt in cap qui plures*
21 q. 1. & Ratio eſt quia commenda non
poteſt dici beneficium, eſt enim amouibi-
lis infra breue tempus.

Aduerte tertiò, quod œconomus, quē
7 ponit epiſcopus ex iuſta cauſa, puta, quia
non fuit præſentatus idoneus, vel quia
ſucceſſit graue aliquod ſcandalum, vt in
cap. 1. & 2. de officio ordinarij, vel ex aliā
cauſa; debet eſſe perſona eccleſiaſtica, vt
facilius cogi poſſit ad reddendos compu-
tus *cap. conſuluit diſt 74 cap. cum nos de*
officio ordinarij, nec poteſt eſſe ipſe met
patronus, quia hic rebus eccleſiæ non de-
bet ſe intromittere, vt ex pluribus iuri-
bus, probat *glo hic verb œconom.* Debet,
8 etiā œconomus impendere fructus quos
colligit in neceſſitatem eccleſiæ de reſi-
quo redditurus rationem *c. charitatem*
12. q. 2. cap quoniam quidem diſt. 75. cap.
ſi quis epiſcopus 10. q. 2. Si autem ſint fru-
ctus, qui ſeruando ſeruati non poſſunt, po-
terit ipſos alienare, vt pecuniam ſeruet
cap ſi quis epiſcopus 10 q. 1. l. lex quæ tu-
tores C. de administrat. tutorum.

In §. ſed vt facilius.

SVMMARIVM.

1 *Patroni ad tollendas diſſenſiones pote-*
rūt inter ſe facere alternatiuas.
2 *Conuentio inter patronos de alternatiua*
nō requirit conſenſum Epiſcopi.
3 *Mora pro eccleſia damnoſa.*
4 *Patroni habentes ſimul ius præſentan-*
di in diuerſis Eccleſijs poterūt il-
las inter ſe diuidere.

1 SI patroni velint magis pacificè vi-
uere poterunt inter ſe facere alter-
natiuas, quod ſcilicet vnus eligat
pro vna vice, alius pro alia, vel po-
terunt plures ſimul præſentare vt epiſco-
pus inſtituat quem vult vt expreſsè habe-
tur *in præſenti §. pro quo*.

Aduerte primò, quod in hac Conuen-
2 tione de Alternatiua non requiritur cō-
ſenſus epiſcopi, ſed poterunt ipſimet pa-
troni facere inter, ſe etiam eccleſia adhuc
non vacante, itaut poſtea tempore vaca-
tionis facilius ſit remedium vt *in Clem.*
3 *plures hoc tit.* & nulla interueniat mora,
quæ pro eccleſijs ſatis damnoſa eſt *c. quā*
ſit de electione in 6.

Aduerte ſecundò, quod ſi ſint plures
4 patroni qui in ſolidum habeant ius præ-
ſentandi in diuerſis eccleſijs ipſi poterunt
inter ſe eccleſias diuidere quod vnus præ-
ſentet in vna eccleſia, alius in alia, ſic col-
ligitur *ex glo. hic verbo libere*, & *notat*
Abb. in cap. 1. de iure patronatus nu. 12.

In §. donatione.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus cenſetur donatum in*
donatione bonorum, vel fundi in
quo adeſt talis eccleſia, niſi ſit
ſpecialiter reſeruatum.
2 *Donatio iuris patronatus poteſt fieri al-*
teri eccleſiæ, vel religioſis.
3 *Conſenſus epiſcopi requiritur in dona-*
tione iuris patronatus facta laico
qui conſenſus poteſt ſubſequi do-
nationem.
4 *Cum laicis cautius eſt agendum.*
5 *Conſenſus epiſcopi debet intercedere in*
legatione iuris patronatus.

1 ALius modus quo acquiritur ius
patronatus eſt per donationē
vnde ſi quis alteri bona ſua vel
fundum particulare vbi adeſt
eccleſia cum iure patronatus, nulla facta
reſeruatione cēſetur etiā tale ius donatū
cap. ex inſinuat. de iure patronatus & c.
vnico eodem tit in 6. Ex quo etiam capi-
tulo habes quod poteſt hæc donatio fieri
2 vel alteri eccleſiæ vel etiam religioſo, ſiue
ſit donatio inter viuos, ſiue mortis cauſa
ſiue etiam legatum ſiue quomodolibet,
vt aduertunt *Abb. & DD. communiter*
in cap. cum ſecundum de iure patronat.

Aduerte etiam hic primò, quod vt cum
3 tali donatione trāſferatur etiam ius præ-
ſentandi, requiritur conſenſus epiſcopi,
qui ſi non præcedat nō vitiat actū (poteſt
enim ſubſequi) vt in *dic c cum ſecūdum*
Hoc tamen intellige ſi donatio fiat laico
ſi enim fiat clerico, vel loco religioſo non
requiritur conſenſus epiſcopi vt *in cap.*
vnico hoc tit. in 6. Ratio autem differen-
tiæ eſt, quia cum laicis cautius eſt agen-
4 dum; eſt enim periculum deteriorationis
quando in ipſos transfertur aliquod ius
cap. laicis 2. q. 6. & aduertit Lamber. q. 6.
ar. 3. 2. p. 2. libri.

Aduerte ſecundò, quod etiam relicto
5 hoc iure per legatum, tamen non tran-
ſfertur ſtatim ſequuta morte teſtatoris,
ſed debet intercedere conſenſus epiſcopi,
vt diximus *Lamber. loco cit ar. 1.* & tamē
a ias legatum ipſo iure transfertur.

In

Digitized by Google

In §. ſi quis.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus ex eo quia continet ſpiritualitatem non poteſt vendi, niſi tranſeat cum vniuerſitate bonorum.*

2 *Ius patronatus non tranſit in emptorẽ vnius, & ſpeciales rei.*

3 *Iuris patronatus venditio reddit nullũ contractum.*

4 *Iudex poteſt extraiudicialiter procedere in actibus notoriè iniuſtis.*

5 *Contrahentes venditionem iuris patronatus ſunt excommunicati, & interdicti.*

7 *Patronus priuatur poteſtate præſentãdi, ſi vendat ius patronatus.*

1 HIc magis verificatur id, quod ſupradiximus ſcilicet ius patronatus continere ſpiritualitatem vnde habetur hic quod non poteſt vendi per ſe, & ſimpliciter abſque periculo Simoniæ, benè tamen poterit tranſire cum vniuerſitate bonorum, tunc enim non diceretur ius vendit m per ſe, ſed potius quod tranſeat in vim acceſſionis.

Aduerte tamen primò, quod ſi venda-
2 tur vnica, & ſpecialis res, in qua eſt annexum ius patron tus, tunc non tran it ſed remanet penes dominum, ne videretur propriè venditum ius patronatus, ſecus autem ſi vendatur vniuerſitas bonorum *Abb in cap ex literis de iure patronatus num 14.*

Aduerte ſecundò, quod ſi ius patrona-
3 tus venderetur expreſsè. contractus eſſet nullus, vt in præſenti §. *ex tex in cap. quia clerici hoc eodẽ tit.* & ſine alio proceſſu, vel actu iudiciali emptor ſpoliatur tali iure, quia in actibus notoriè iniuſtis
4 poteſt Iudex extraiudicialiter procedere *Abb. in dicto cap. quia clerici & in c. quoniam de filijs presbyterorum.* Item ſic
5 contrahentes afficiuntur alijs etiam pœnis, nam ſunt excommunicati, & interdicti, & patronus ipſo iure priuatur poteſtate præſentandi *Trid ſeſſ. 21. cap. ergo de*
7 *reformatione ex cap. de iure 16. de iure patronatus.*

In §. quemadmodum vſque ad §. ſunt autem.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio & inſtitutio habent ſe reciprocè inter epiſcopum, & patronum.*

2 *Patronus non poteſt inſtituere abſque conſenſu epiſcopi ſub pœna excommunicationis.*

3 *Clericus ſuſcipiens beneficium à patrono abſque conſenſu epiſcopi ſuſpenſionis pœna puniendus erit.*

4 *Præſentatus à patrono bonæ fidei poſſeſore, ſeu putatiuo, ſi hic cadat à iure non amittit beneficium.*

5 *Bonæ fidei poſſeſſor fructus facit ſuos.*

6 *Factum legitime non eſt irritandum licet deueniat ad caſum, à quo incipere non poterat.*

7 *Multa facta tenent, quæ antea fieri nequibant.*

8 *Patronus poteſt præſentari à procuratore à ſe ipſo conſtituto.*

9 *Pater poteſt præſentare filium.*

MVlta circa præſentationem, & inſtitutionem habentur in his §§. de quibus ſupra diximus in initio huius tituli, tamen præter ibi dicta.

Aduerte hic, primò, quod hoc eſt re-
1 ciprocum inter epiſcopũ, & patronum, vnde ſicut epiſcopus non ſpernit ius patroni, niſi elapſo tempore quadrimeſtri, vel ſemeſtri, ſic neque debet patronus ſpernere authoritatem epiſcopi, & ideo non poſſunt patroni inſtituere non petito conſenſu ab epiſcopo, & ſi id facere
2 auſi fuerint excommunicantur vt *in cap. præterea hoc eodem tit.* clericus autem ſuſcipiens ab ipſo patrono beneficium ab-
3 que conſenſu epiſcopi, debet ſuſpendi, ac pro inde nõ eſt ſuſpenſus ipſo iure, vt notatur *in dicto cap. præterea.*

Aduerte ſecundò, quod ſi fiat præſen-
4 tatio à patrono bonæ fid i poſſeſſore, ſeu putatiuo, & ſequatur inſtitutio ab epiſcopo, mota deinde lite à vero patrono, & ſequuto etiã decreto in eius fauorem non per hoc clericus inſtitutus per præſentationem factam à patrono putatiuo debet remoueri vt aduertit *Abb. in cap. cum veniſſent extra de reſtitutione ſpoliatorum.* Ratio eſt quia præſentatio eſt fructus iurispatronatus, ſed bonæ fidei poſ-
5 ſeſſor fructus facit ſuos maximè conſum-

pros, vt *in §. ſi quis à non domino de rerũ*
diuiſione, ergo nec talis præſentatio facta,
& confirmata debet annullari, ac proinde
verus patronus habebit ius impoſterum,
nihil tamen facere poterit contra inſtitu-
tionem iam factam, vt aduertit *Abb. in c.*
conſultationibus hoc eodem tit. ſecus ſi
eſſet malæfidei poſſeſſor, quia hic non fa-
cit fructus ſuos.

Ex doctrina *huius §. collig. glo. hic ver-*
6 *bo remoueri* vnũ notabile, quod ſcilicet
id quod legitimè factum eſt non debet
irritari, licet ad eum caſum deueniat, à
quo incipere non poterat *cap. praecepta*
diſt. 11. l. ſancimus C. de adminiſtratione
tutorum, & ex alijs iuribus notat glo. ibi-
7 *dem* quod multa facta tenent quæ antea
fieri nequibant, ac pro inde licet patro-
nus verus potuiſſet impedire inſtitutio-
nem faciendam, tamen non poteſt de-
ſtruere iam factam.

Aduerte tertiò, quod licet patronus
8 non poſſit præſentare ſe ipſum, ſi tamen
fecerit procuratorium alicui, vt præſentet
quem voluerit, in tali caſu ſi procurator
præſentet ipſummet patronum benè po-
terit epiſcopus ipſum inſtituere in ſua
propria eccleſia vt *cap. per v ſtras eo-*
dem tit. Vnde poterit etiam pater filium
præſentare, vt ſupradiximus *ex cap. clerici*
extra eodem, neque obſtat quod pater, &
filius pro vna perſona habentur, quia vt
notat *glo. hic. verbo ſe ipſum* id intelligi-
tur fictè non verè.

In §. ſunt autem cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Inſtituens ſeipſum priuatur iure pa-*
tronatus.
2 *Duplex officium nemo poteſt gerere.*
3 *Epiſcopus non poteſt ſeipſum inſtitue-*
re, licet patronus ipſum præſen-
tauerit.
4 *Fraus præſumitur in contractibus in-*
ter officiales, & ſubditos.
5 *Præſentatio non poteſt à patrono pro-*
mitti.

1 HIc ponuntur variæ conuenientiæ,
& ſimilitudines inter collatio-
nem, inſtitutionem, & præ-
ſentationem. primò, quod ſi-
cut nemo poteſt ſibi met beneficium cõ-
ferre, ita neque poteſt ſeipſum præſen-
tare, vel inſtituere, & ſi ſe ipſum inſtituat
priuatur iure patronatus, vt ſupra dixi-
mus *Abb. in cap. ad aures de exceſſibus*
2 *prælatorum*, debet enim eſſe perſona
diſtincta inſtituta à præſentante, quia ne-
mo poteſt duplex officium gerere *gloſ. in*
cap. presbyteros 16. q. 1 & l nemo C de
aſſeſſoribus glo. hic verb. accipient vbi po-
3 *nit* multa iura, & ſoluit obiectionem
contrariam, Vnde nec poteſt epiſcopus
ſe ipſum inſtituere, licet patronus ipſum
præſentaret, nam præſumeretur in fraudē
quæ, præſumptio oritur ex contractibus
4 inter officialē & ſubditos *l. principalibus*
ff. ſi certum petatur.

Secundò, conueniunt, nam ſicut non
valet collatio ſeu promiſſio beneficij va-
5 caturi ratione euitandi periculi captan-
dæ mortis, ſic neque valet promiſſio præ-
ſentandi, vel inſtituendi ex eadem ratione
vt patet *ex §. item quemadmodum* & ad-
uertit *glo. verb. promiſſiones* adducēs *tex-*
tum in cap. 2. de conceſſione præbendæ vbi
idem probatur.

In §. diſſimiles cum duobus ſe-quentibus.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ſede vacante poteſt inſti-*
tuere præſentatos à patronis.
2 *Vicarius non poteſt conferre benefi-*
cia.
3 *poteſt inſtituere in iure patronatus*
præſentatum.
4 *Collatio accedit magis ad donationem.*
5 *Donatio non valet facta à procuratore,*
vel delegato, niſi ad id habeat ſpe-
ciale mandatum principalis.
6 *Patronus poteſt præſentare clericum*
pro eccleſia parochiali, qui ta-
men habilis ſit vt de breui pro-
moueatur.

ADduximus iã ſimilitudines inter
collationem, & inſtitutionem
nunc de diſſimilitudinibus, & di-
ſconuenientijs erat videndum pro qui-
bus aduerte quod primò diſconueniunt,
nam licet Capitulum ſede vacante non
poſſit beneficium conferre, quia collatio
1 ſpectat ad epiſcopum. poteſt tamen in-
ſtituere præſentatos à proprijs patronis
beneficiorum, vt notatur in præſenti *§.*
diſſimiles. Debet tamen Capitulum ad-
uertere, quod præſentatus ſit idoneus,
alias ipſum non inſtituat, vt aduertit *gloſ.*
hic verbo idonei.

Secunda diſconuenientia eſt; quod Vi-
2 carius qui ſine ſpeciali conceſſione epi-
ſcopi

Digitized by Google

ſcopi non poteſt conferre beneficia, *vt in*
cap. fin. de officio Vicarij in 6. poterit ta-
3 men inſtituere, etiam ſine ſpeciali com-
miſſione epiſcopi, dummodo ipſi Vicario
fiat præſentatio, vt *in cap. ex frequētibus*
extra eodem. Ratio autem differentiæ
4 eſt, quia collatio magis accedit donatio-
ni, vt aduertit *glo. hic verbo non inſtitue-*
re non valet autem donatio procurato-
ris, vel delegati, niſi ad id habeat ſpecia-
5 le mandatum à principali, At in inſtitu-
tione non ſic, epiſcopus enim non facit
actum omninò liberum, ſed potius quaſi
coactè confirmat id quod fecit patro-
nus per præſentationem, & ſic nullam
facit donationem ergo benè poterit id fa-
cere etiam Vicarius.

Tertia differentia eſt nam epiſcopus
conferens beneficium eccleſiæ parochia-
lis, non poteſt id facere niſi ſaltem con-
ſtituto in ſacris, at patronus poteſt in ec-
6 cleſia parochiali præſentare etiam ſimpli-
cem clericum, qui tamen habear habi-
litatem, vt de breui poſſit promoueri ad
ordinem pro illa eccleſia neceſſarium, vt
habetur *in §. ſunt etiam hoc eodem tit.*
noſtro.

In §. cum his tamen.

SVMMARIVM.

1 *Incontinenti quæ fiunt cenſentur i-*
neſſe.
2 *Proxime accingendus habetur pro ac-*
cincto.
3 *Epiſcopus poteſt diſpenſare pro clerico*
in minoribus præſentato vt poſſit
infra annum aſcendere ad ſacer-
dotium.
4 *Diſpenſatio à iure canonico permiſſa*
cenſetur Epiſcopo niſi ſit reſer-
uata Pontifici.
5 *Caſus reſeruati à Pontifice abſolutio*
permittitur epiſcopo, niſi Pontifex
dixerit (nobis reſeruantes) vel po-
ſuerit excommunicationem.
6 *Miniſtrans in ordine non ſuſcepto eſt*
irregularis:

1 HIc verificatur regula de qua
ciuiliſtæ cõmuniter in *l. lecta*
ff. ſi certum petatur, quod ea,
quę incontinenti, fiunt cenſen-
2 tur ineſſe, & proxime accingendus ha-
betur pro accincto vt *in l. penul. ff. de mi-*
litari teſtamento ſic diſponitur in præ-
ſenti §. quod ſi clericus præſentatus ſit in
minoribus, ita ut poſſit aſcendere ad ſa-
3 cerdotium infra annum à die præſenta-
tionis, cum hoc poterit diſpẽſare epiſco-
pus, vt valeat præſentatio, & Ratio eſt,
nam quotieſcumque ius canonicum per-
mittit diſpenſari, nec aliquo modo reſer-
uat diſpenſationem Pontifici, tunc poteſt
4 epiſcopus diſpenſare vt aduertit *Abb. in*
dicto cap. præterea, & Ioann. And. in cap.
licet de electione in 6.

Collige primò ex hoc §. id quod nota-
5 uimus *infra lib. 2. de ſacramento pœni-*
tentiæ cum de caſuum reſeruatione quod
ſcilicet quotieſcumque Pontifex facit ca-
ſum reſeruatum, & non dicit nobis re-
ſeruãtes, vel ponit excommunicationem,
neque dicit, cuius abſolutionem nobis
reſeruamus, tunc poterunt etiam epiſco-
pi à caſibus abſoluere, & liberare ab ex-
communicatione, vt in ſimili colligitur
ex doctrina, *Ioann. Andr. ex Abb. locis*
citatis.

Collige ſecundò, hoc nõ extendi quo-
ad execquutionem ordinis, nam in hoc nõ
valet regula, *proximè accingendus*, immo
ſiquis vellet miniſtrare in Ordine non
ſuſcepto, hic eſſet irregularis, vt diximus
ſupra in tit. communia tam maiorum,
quam minorum in §. per ſaltum.

In §. deſertur vſque ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Honor qualis debeatur patrono in Ec-*
cleſia.
2 *Patronus inops poteſt conuenire cleri-*
cum pro alimentis.
3 *amittit iuſpatronatus illud renun-*
ciando eccleſiæ.
4 *vendens iuſpatronatus eccleſiæ illud*
amittit.
5 *Iuſpatronatus non venit ſimul cum bo-*
nis, quæ ſub haſta venduntur, ve-
nit tamen ſi vendantur in fauorē
eccleſię.
6 *Patronus amittit iuſpatronatus, ſi pa-*
tiatur eccleſiam fieri collegiatã,
niſi ſibi talis eccleſia reſeruauerit
ius præſentandi.
7 *Patronus amittit iuſpatronatus ſi eccle-*
ſia ceciderit vel, ſit combuſta.
8 *Accidens ceſſat ceſſante ſubſtantia.*
9 *Iuſpatronatus ceſſat. ſi eccleſia ſit capta*
ab hoſtibus.
10 *Patronus occidens beneficiatum amittit*
iuſpatronatus.
11 *incidens in hæreſim amittit iuſpatro-*
natus.

Mul-

Digitized by Google

MVlta pro his §. diſimus ſupra explicantes definitiones iuris patronatus, quando egimus de vrilitatibus, & alija emolumentis, quæ habet pattonus ab eccleſia, tamen præter ibi dicta:

1 Aduerte primò, quod quando agitur de honore, qui debetur patrono in proceſſionibus, id debet intelligi quo ad præcedentiam, ſed tamẽ à multis ampliatur hoc, vt aduertit *glo. hic verbo proceſſionis* quod, ſi patronus eſſet princeps abſolutus, vel alia perſona ſingularis, tunc debet etiam clerus eccleſiæ patronatæ introeunte pattono ei præire ante ianuam cum cruce eo modò, quo fit Epiſcopo ingredienti.

2 Aduerte ſecundò inopiam patroni eſſe priuilegiatam, licet enim alij pauperes ſubueniri debeant de fructibus eccleſiæ, tamen patronus poteſt beneficiatum cõuenire, vt alat, & adiuuet in neceſſitate *cap. ſicut hic diſt. 47 cap. exigant p. q. 7.* & notat *Ant Butreus in cap. 1. de emptione, & venditione.*

3 Aduerte tertiò pro §. *tollitur*, quod multis modis amittitur iuſpatronatus, primò ſi patronus ipſimet ſuæ eccleſiæ patronatę hoc ius conferendi conceſſit, & renunciauit, tunc eccleſia remanet libera *cap 1. de iure patronatus in 6.*

4 Secundò ſi patronus venderet tale ius ipſimet eccleſiæ, nam tunc licet contractus ſit inualidus, & Simoniacus tamen eccleſia remanet libera propter delictũ pattoni *cap. quia clerici hoc eodem tit; vbi id notat Ab. in fine.*

5 Tertiò, quando venduntur bona alicuius publicè propter aliquod delictum, tunc enim ſi iſte habeat filios ipſi filij obtinent ius præſentandi, quia non poteſt Iudex laicus vendere id, quod Papa alicui cõceſſit, ſic aduertit *Archidiaconus in cap. filijs 16 q. 7* Si tamen vendantur in fauorem eccleſiæ, tunc eccleſia acquirit tale ius, ſiue adſint filij patroni, ſiuè non, vt colligitur argumento à contrario ſenſu *ex glo. hic in §. etiam Alij modi.*

6 Quartò ſi patronus patiatur eccleſiam patronatam fieri collegiatam, quæ non poteſt fieri talis ſine ſuo conſenſu *cap. cũ acceſſiſſet de conſtitutionibus*, ſi igitur patronus conſentiat eccleſiam fieri collegiatam, & non reſeruet ſibi ius præſentandi, non poterit impoſterum præſentare *cap. ſacroſanctæ & cap. meſſana de electione.*

7 Quinto, ſi eccleſia ſit combuſta, vel
alias ceciderit fundus, nam ceſſante ſub-
8 ſtantia, ceſſat, & accidens, *l ſeruus §. 1.*
ff. de actionibus empti, & §. fin. inſtitutionibus de vſufructu.

9 Sextò, ſi eccleſia fuerit capta ab hoſtibus cum ciuitate, vbi manebat, & ab ipſis detineatur, tunc enim impeditur hoc ius, donec eccleſia redimatur *glo. hic verbo neceſſe, & colligit ex l. cum loto ff. de religioſis, & ſumptibus funerum.*

10 Septimò, ſi patronus occideret beneficiatum, tunc enim amittit ius, & transfertur in eccleſiam, quæ paſſa eſt iniuriam, *cap. ſi quis deinceps, & cap. quiſquis 17 q. p.*

11 Octauò, ſi patronus incidat in hæreſim, tunc enim etiam eccleſia patronata acquirit hoc ius, nam bona hæreticorum veniunt confiſcanda, *cap. cum ſecundum de hæreticis in 6. cap. excommunicamus extra cit. tit.* Has omnes cauſas colige *ex tex. & gl noſtra hic*, & hæc dixiſſe ſit ſatis pro materia inſtitutionum, & iure patronatus.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS

TITVLVS XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Debere verbum in caſu reſidentia importat obligationem de Iure diuino.*

2 *Commodum qui ſentit, debet ſentire incommodum.*

3 *Reſidere quid ſit, quid Reſidentia?*

4 *quinam teneantur?*

5 *nolentes prius moniti peccant mortaliter, & excommunicantur, & priuantur fructibus temporis nõ reſidentia.*

6 *Reſidentia differenter obligat curã animarum habentes, & alios beneficiatos.*

7 Tridentini verba circa reſidentiam *conſideranda.*

VIDEBIMVS primò, quid importet hoc verbum, debere, & ſic de quo iure ſit reſidentia. ſecundò, quis obligetur ad reſidentiam, an ſcilicet omnis beneficiarus.

1 Circa primum, aduerte *ex S. D. 2. 2. q. 185. a. 4., & ex Caietano ibidem*, quod verbum, debere, quod hic apponitur

Lancell.

Lætil. importat obligationem de iure diuino, ſic practicauit Eminentiſſimus Bellarminius, reſpondens Pontifici, ſe non poſſe ab eccleſia abeſſe, & eius fructus percipere, hoc autem æquiſſimum eſt, & fundatur in ratione iuris, nam qui ſentit
2 commodum beneficij, debet ſentire incommodum reſidentiæ, colligitur *ex regula qui ſentit in 6. & ex l. ſecundum naturam ff de regulis Iuris, Trid. ſeſſ. 23. cap. 1., & cap. tuæ fraternitati hoc eodem tit* eſt autem reſidere (*ſecundum*
3 *Timotheum*) in eccleſia, ſeruire beneficio, & eius Curam habere perſonaliter, colligit *ex Goffredo in cap. quia nonnulli hoc tit.* Vel dic, quod reſidentia eſt perſonalis in proprio officio, vel beneficio perſolutio.

Circa ſecundum, multi tenentur reſi-
4 dere, & primo Archiepiſcopi, & Epiſcopi, vt expreſsè in *dicto cap fraternitati,* ſecundò, Curati, Tertiò, Canonici eccleſiaſticam habentes dignitatem, *cap. 1. & 2. de officio Archipresbyteri, cap extirpanda hoc titulo*, & ſi nolunt reſidere, debent prius moneri à ſuis Superiori-
5 bus, quibus ſi non obedierint, peccant mortaliter, & excommunicantur, vt in *cap tuæ hoc tit*, priuantur fructibus decurſis tempore non reſidentiæ, vt notat *Syluester verbo reſidere ex cap. conquerente hoc eodem tit.* Eſt tamen aliqua dif-
6 ferentia inter Epiſcopos, & Curatos, ac alios beneficiatos, iſti enim, ſi non habeant Curam, poterũt habere cum diſpẽſatione Epiſcopi, non tamen percipere diſtributiones quotidianas, vt ſupra dixi. Illi verò non ſic, quia tenentur cognoſcere ſuas oues, & illorum Curam habere, *Trid. ſeſſ 6. cap. 1. de reformatio-*
7 *ne*, ibi: ſuum officium implere nequaquam poſſe ſciant, ſi greges ſibi commiſſum mercenariorum more deſerant, atque ouium ſuarum, quarum ſanguis de eorum eſt manibus à ſupremo Iudice requirendus, cuſtodiæ minimè incumbant, cum verum ſit non admitti paſtoris excuſationem, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit.

In §. ſi tamen.

SVMMARIVM.

1 *Pœna non reſidentium in quibus conſiſtat?*

2 *Abſens ex iuſta cauſa abſque licentia poteſt compelli ad reſidentiam ſub pœna priuationis beneficij, niſi ſit impeditus obedire.*

3 *Impedimentum ſuperueniens ei, qui dedit operam rei illicitæ non ſuffragatur, niſi venerit poſt intimationem.*

4 *Clericus non reſidens peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem, præter alias pœnas.*

5 *Redditus eccleſiarum ſunt ſtipendia ſeruitutum.*

6 *Abſentiæ cauſa licet ſit legitima, tamen peti debet licentia ab Epiſcopo, niſi cauſa ſit vrgens.*

7 *Scriptura quælibet ſufficit ad reuocandos clericos abſentes.*

8 *Tempus quantum dari poſſit clericis abſentibus pro reſidentia.*

9 *Epiſcopus neſciens vbi maneat clericus abſens, poterit illum citare per tria edicta publica, vel domi citare vt docet praxis*

10 *Abſens quomodocumque debet ſtatim venire.*

11 *Licentia pro abſcentia quantum duret finito negotio.*

12 *Epiſcopus excommunicatus non poteſt citare ſubditum abſentem.*

1 ADuerte primò, pœnam non reſidentium non tantum conſiſtere in non participatione diſtributionum quotidianarum, verum etiam poſſe alijs pœnis affici, vt in præſenti § in quo etiam habes, quod licet quis abſit ex iuſta cauſa, & ex neceſſitate, ſi tamen non habuerit ab Epiſcopo licentiam, poterit ab illo compelli, itaut ſi infra certum tempus redire noluerit,
2 debeat tunc beneficijs priuari *vt in dicto c. inter quatuor hoc codẽ tit.*, quod limita, quando is, qui eſt abſens non potuit ſtatim obedire ex ſuperueniente legitima cauſa, tunc enim poterit aliquod aliud breue tempus concedi, vt ſi eſſet infirmus, vel aliter legitimè impeditus, *cap præſentium 7 q. 1., cap bona de electione, & glo. noſtra hic, verbo, priuari,* notat ſingulare ſcilicet impedimentum ſuperueniens ei, qui dedit operam rei
3 illicitę, non eſſe ei imputandum, & ſic nõ valere hoc impedimentum ad producendam excuſationem pro ſua illegitima abſentia. Limitat tamẽ *Ab in dicto c. inter quatuor* quando impedimentum ſuperuenit poſt intimationem, tunc enim cum ipſo mitius erit agendum, & ſic non venit priuandus beneficijs, quia certè non deſpicit intimationem Superioris.

Aduerte ſecundò, quod clericus ſic illegitimè vacans, & pro ſuis voluptatibus,

præter

præter pœnas, quibus ſubijcitur, in foro
4 eccleſiaſtico contentioſo, punitur etiam
alijs penis, nam ſi relinquat exequi mu-
nus, ad quod tenetur in eccleſia ſua be-
neficiata, peccat mortaliter, & tenetur
ad reſtitutionem fructuum, tunc tempo-
ris perceptorum, vt notat *Antonius Ti-
motheus hic*, & probat *ex cap. quia non-
nulli de clericis non reſidentibus, & ex
Nauarro, quem ibi citat*, & dat rationē,
5 nem, nam redditus eccleſiarum, ſint ſti-
pendia ſeruitutum.

Aduerte tertiò, quod licet cauſa ab-
6 ſentiæ ſit legitima, & neceſſaria, adhuc
peti debet licentia ab epiſcopo, vt in *cap
relatum, hoc eodem titulo, vbi Innocen-
tius, ex cap. non oportet, diſt.* 5. Si ta-
men neceſſitas ſit adeò vrgens, & ſuper-
ueniens, poterit etiam abeſſe, abſque li-
centia epiſcopi, ſi non poſſet commodè
obtinere, vt habetur in *d. cap. relatum,
& cap. inter quatuor, hoc eodem titulo,*
7 quando autem epiſcopus vult ſuos cleri-
cos reuocare, ſufficit quælibet ſcriptura,
etiam extraiudicialis, nec requiritur ri-
goroſa, & ſolemnis intimatio, vt notat
*Abbas in cap. peruenit, de appellationi-
bus, & cap. cum cauſam de officio dele-
gati*, nō debet autem ſtatim poſt ſcriptam
8 literam, ipſum ſpoliare beneficio, ſed de-
bet expectari tempus congruum, quod
non aſſignat *Gloſa hic, verbo, congruo,*
ſed remittit arbitrio epiſcopi, qui debet
conſiderare diſtantiam loci, aſperitatem
viarum &c. vt in *cap. cum ſit Romana,
de appellationibus, cap. cupientes, de diſt.
in 6.* Verum tamen eſt, quod poterit eſſe
ſpatium vnius menſis circiter, poſt rece-
ptionem literarum, vt colligitur *ex cap.
qualiter extra eodem titulo*.

Aduerte quartò, quod ſi epiſcopus ne-
9 ſciat locum, vbi manet clericus abſens
poterit ipſum citare, per tria publica edi-
cta, qui poterunt affigi in valuis eccleſiæ
ſui beneficijs, & in eodem edicto, pote-
rit aſſignari tempus præfixum, intra quod
ſi non comparet, poterit beneficio pri-
uari, vt colligitur ex *dicto cap. tua*. Hodie
tamen praxis docet, vt citentur dicti cle-
rici in domo parentum, qui poſſint cleri-
cum certiorare, & pro ipſo comparere,
alligantes impedimentum legitimum, &
iuſtam cauſam abſentiæ.

Aduerte quintò, quod quomodocum-
que quis ſit abſens, vel legitimè, vel il-
10 legitimè, poſt completum negotium,
pro quo habuit licentiam, debet ſtatim
redire. Verū tamen eſt, quod ſunt aliqui
apud *Innocentium in d. cap. tua*, qui te-
nent, quod is, qui habuit licentiam ab-
ſentiæ, quando poſtea completum eſt ne-
gotium, & incipit propria voluntate mo-
rari, erit expectandus per alios, ſex mēſes,
11 & poſtea debent citari; Quod non ſic
dicerem indiſtinctè, quia non eſt veriſi-
mile, quod is, cui data eſt licentia per
tres menſes rogata, debeat habere alios
ſex menſes, cæterum ſiuè beneficium, ſi
curatum, ſiuè ſimplex, clericus vagabun-
dus abſq. iuſta cauſa, ſi monitus ab epiſ-
copo non redeat, poterit ipſo beneficio
priuari, vt aduertit *Innocentius loco cita-
to, nu. 4. vt colligit ex cap. non oportet, &
ſequenti 7., q. p.*

Aduerte vltimò, quod epiſcopus ex-
communicatus, non poteſt citare ſubdi-
12 tum abſentem, & ratio eſt, quia excom-
municatus peccat mortaliter, ſe immiſ-
cendo in rebus temporalibus, vel ſpiri-
tualibus, benè tamen poterit id facere
per Vicarium, vel per alios, *Innocentius
in dicto cap., n. 6., & idem in cap. cum
ad hoc, eodem titulo*, vbi tenet, quod qui
non poteſt prohibere, neq. poteſt licen-
tiam dare, ac proinde neq. tenet licen-
tia conceſſa ab Epiſcopo excommuni-
cato.

In § iuſtè.

SVMMARIVM

1 *Abſentia cauſa eſt ſi quis de familia ſit Epiſcopi, vel ſit in obſequio Papæ.*
2 *Seruiens Summo Pontifici Eccleſiæ ſeruire videtur.*
3 *Seruiens Epiſcopo non eccleſiæ diœceſanæ ſeruire videtur.*
4 *Abſens pro negotijs ſuæ eccleſiæ dicitur præſens.*
5 *Seruiens Archiepiſcopo abſens excuſatur.*
6 *Procurator eccleſiæ habetur tamquam præſens.*
7 *Abſentia cauſa ſtudij eſt licita clericis.*
8 *Eccleſiæ intereſt, habere viros peritos.*
9 *Clericus abſens cauſa ſtudij debet habere partem fructuum.*
10 *Diſtributiones quotidianæ quando debeantur clerico abſenti cauſa ſtudij.*
11 *Abſentia cauſa ſtudij debet recognoſci à Superiore ordinario circa clerici habilitatem, & alia.*
12 *Tempus pro ſtudio taxari debet.*
13 *Abſentia cauſa ſtudij non poteſt eſſe niſi pro iure canonico, & Theolo-*

gia in beneficio perſonali, in alijs non.

14 *Abeſſe volens cauſa ſtudij non debet excedere ætatem triginta annorũ, tamẽ remittitur arbitrio Epiſcopi.*

15 *Epiſcopus non debet omnibus ſimul cõcedere licentiam pro abſentia cauſa ſtudij, ſed vni, vel alij ſucceſſiuè.*

16 *Licentia pro abſentia cauſa ſtudij non debet concedi Curatis, tamen pro complemento poteſt concedi, ſicut & Epiſcopis.*

17 *Epiſcopi, & Curati per quod tempus abeſſe poterunt à ſuis reſidentijs.*

18 *Tempus taxatum Epiſcopis, & Curatis pro abſentia an releuat abſentem ab onere reſidendi.*

19 *Studia clericus debet proſequi in locis famoſis.*

20 *Abſens cauſa ſtudij reuertens ignarus priuandus eſt beneficio, vel ſi non ſit frequens dum ſtudet, vel ſit inhoneſtus fructus amitti.*

1 HIc aſſignãtur variæ cauſæ propter quas clericus non reſidẽs excuſatur. Prima eſt, ſi quis ſit de familia proprij epiſcopi, vel ſi ſtet in obſequio Summi Pontificis, vt notatur in *præſenti §*, & ratio eſt re-
2 ſpectu Pontificis, nam qui ſeruit Romano Pontifici, videtur deſeruire eccleſiæ vniuerſali, vt notat *Rebuffus, in praxi beneficiaria, tit. de diſpenſationi de non reſidendo,* qui aduertit, quod hoc ſtrictè intelligi debet, ac proinde ſi quis ſeruiret laicis, familiaribus Pontificis, non poſſet iſta prærogatiua gaudere, nec fructus faceret ſuos, vt aduertit *idẽ Rebuffus loco citato*. Reſpectu proprij epiſcopi patet ratio, ex *cap. ad audientiam extra*
3 *eodem*, nam qui deſeruit proprio epiſcopo, toti eccleſiæ diœceſanæ deſeruire dicitur, ſed bonum commune debet præferri bono priuato, ergo eccleſia generalis, debet præferri eccleſiæ particulari ipſius beneficiati, immo taliter abſens, verè non debet dici abſens, nam qui a-
4 beſt pro negotijs ſuæ eccleſiæ, habetur pro præſente, vt notat *Innocentius in cap. ex parte, hoc eodem titulo*.

Extende hoc ad Archiepiſcopum ſui
5 Epiſcopi ſuffraganei, nam clericus huic ſeruiens, eſt etiam legitimè excuſatus, vt notat *Angelus in hoc titulo, verbo clericus, n. 2.*

Secunda cauſa eſt, quando clericus eſt
6 Procurator ſuæ eccleſiæ, hic enim dicitur præſens, vt diximus *ex dicto cap. ex parte*, & ex hac ratione, debet etiam habere diſtributiones quotidianas, ac ſi ſemper intereſſet, vt aduertit *Gloſa in cap. p.* Sunt aliæ variæ cauſæ, quæ poſſunt colligi, ex ijs, qui diximus agentes de Epiſcopis, vbi etiam egimus de obligatione
7 reſidendi. Pro clericis autem poſſet aſſignari alia cauſa legitimæ abſentiæ, & eſt cauſa ſtudij, circa quam.

Aduerte primò, clericum poſſe licitè
8 abeſſe cauſa ſtudij, vt in *cap. relatum, hoc eodem titulo,* & *cap. finali, de Magiſtris.* Ratio eſt, quia intereſt eccleſiæ habere viros peritos. *cap. cum ex eo, de electione in 6.*, immo ratione laborum, quos
9 impendit propter bonum commune, *Tridentinum ſeſſ. 5. cap. 1. de reformatione*, vult, non tantum licentiam eſſe ipſis concedendam, ſed etiam partẽ fructuum.

Quæres an debeat extendi ad diſtributiones quotidianas, quæ conſiſtunt in ſeruitio perſonali?

10 Reſp. cum diſtinctione, aut beneficium eſt diuiſum, hoc eſt partim certum, partim conſiſtens in perceptionibus quotidianis, & tunc his relictis, partem certã tantum habere poterit, vt in *dicto cap. relatum*. Si verò non habeat partem certam, ſed de omnibus fiat maſſa communis, & diuidatur poſt annum, & tunc clerico etiam ſic abſenti cauſa ſtudij, debetur portio ſibi correſpondens, dum laborat, & pro ſe, & pro ſocijs, ſic declarauit *Sacra Congregatio ſuper Tridentinũ in dicto cap. 1., ſeſſionis 5., & Abbas., in cap. finali de præbendis*, tamen non extenditur ad oblationes, quę accidentaliter in dies fiunt, iſtæ enim diuiduntur ſtatim, inter ipſos Canonicos præſentes, vt adducit *Felinus conſilio 18., & Riccius collectanea 2409.*

Aduerte ſecundò, quod clericus, qui
11 vult abeſſe cauſa ſtudij, debet habere multa requiſita, & in primis licentiam ſui ordinarij, vnde licet ius commune concedat clericis, priuilegium abſentiæ cauſa ſtudij, tamen debet epiſcopus ordinarius cognoſcere, an clericus, qui vult abeſſe cauſa ſtudij, ſit habilis ad ſtudium nec ne, ne fortè potius dilapidaret bona eccleſiæ, & amitteret oleum, vt dici ſolet, & labores, patet ex *Syluestro in ſumma, verbo reſidentia*, & confirmatur ex *Bulla Pij V., qui incipit Romanus, & ex Bulla Pij IV., quæ incipit Sanctiſſimus,* vt videre eſt in *fine Concilij Tridentini*, idem tenent *Nauarrus, cap. 25., n. 121, & Syluester loco citato*, qui licet concedant abſentiam, tamen non negant han

recognitionem habilitaris, faciendam ab
epiſcopo, hac enim ratione omnes frau-
dulenter, vt effugerent forum epiſcopi,
dicerent ſe velle abeſſe cauſa ſtudij, pro
quo non habent habilitatem, & debet eſ-
ſe licentia taxatiua, ſecundum tempus,
quod exigitur ad ſtudiū, pro ſcientia cui
operam dare volunt, ſic pro complendo
ſtudio Theologiæ, requiritur ſeptennium,
pro Iure Ciuili, & Canonico quinquen-
nium, pro Iure Canonico tempus duorū
annorum, vt notat *glo. in dicto cap. tua*.
13 Secundum requiſitum eſt, quod ſit
clericus non beneficiatus beneficio per-
ſonali, ſi enim habeat perſonarum, non
poteſt habere licentiam, niſi modo pro
iure Canonico, vel Theologia, ſecus autē
pro Iure Ciuili, vt decreuit *Sacra Con-
gregatio ſuper Tridentinum loco citato*.
14 Tertium requiſitum eſt, quod qui ſic
vult abeſſe, non excedat ætatem 30. an-
norum, quia vt plurimum poſt talem
ætatem, ſolent eſſe inhabiles. Hoc tamē
remitti poteſt in arbitrium epiſcopi, &
Seneca ait; nulla ætas ſera eſt ad diſcen-
dum. Item debet epiſcopus aduertere in
iſta conceſſione licentiæ, quod non debet
15 omnibus ſimul, ſed pro vno tempore ali-
quibus, pro alio tempore alijs, & ſic ſuc-
ceſſiuè, ne eccleſia omninò deſtituatur
ſeruitio clericorum, vt per *textum in cap.
ad audientiam, hoc eodem titulo*. Item
nec debet dari hæc licentia Curatis, nam
16 per examen ad Curam, iam fuerunt exti-
mati habiles, *Nauarrus cap.* 28. *nu.* 112.
tamen de ipſis benè dici poterit, id quod
ſolet cōcedere Curia Romana epiſcopis,
ſcilicet ſemeſtre ad complendum ſtudiū
inceptum, vt poſſint Doctorari, colligi-
tur ex *cap. finali de magiſtris, & l. dum.
ff. de aſſeſſoribus*, & præter hoc tēpus, nec
Curati, nec Epiſcopi quoquo modo abeſ-
ſe poterint a ſuis reſidentijs, niſi per ali-
quod tempus, quod Curia ipſis taxat,
ſemeſtri pro epiſcopis, Curatis verò bi-
17 meſtri, de quo tempore loquens *Garſias
de beneficijs, parte* 3., *cap.* 2., *de reſiden-
tia, nu.* 17., *& ſequentibus*, vult quod il-
lud conceditur in foro fori, & in foro cō-
tentioſo, ita vt abſentes pro tali tempo-
re, non poſſint accuſari, & in foro con-
ſcientiæ id non venit ſic indiſtinctè, &
18 ideò niſi tales habeant iuſtam, & legiti-
mam cauſam ſuæ abſentiæ, illicitè ab-
ſunt, ac proinde peccant mortaliter, nec
faciunt fructus ſuos, ſed tenentur ad re-
ſtitutionem. Puto tamen in hoc ſtrictam
eſſe eius ſententiam, nec ſequēdam, cum
ſimus in odioſis.

Quartum requiſitum eſt, quod debeāt
19 accedere ad ciuitates, vbi adſunt vni-
uerſitates, & ſtudia famoſa, non enim
19 vbicumque ſunt DD. Claſſici, vt in *cap.
tua, hoc titulo*.

Nota ex *Gloſa hic, verbo cauſam*,
quod ſi clericus, qui eſt abſens cauſa
ſtudij reuertatur ignarus, debet priuari
20 etiam ſuo beneficio, vt citat *textum in
cap. quamuis, de ætate, & qualitate or-
dinandorum*, quod ſi non frequentet
ſtudia, ſeu non det operam, priuatur &
perceptione fructuum, vt per *Abbatem
in cap.* 1., *ante finem hoc titulo, & Baldo
in proemio ff.*, & idem dicit ſi iſti inho-
neſtè viuerent.

In § hæc de præbendis, vſque ad finem Tituli.

SVMMARIVM.

Non ſummantur.

RVbricæ noſtræ connexionem
habent, vnde *Lancellotus hic
in §. perſonarum* ponit com-
binationē, & coadunationem
omnium titulorum præcedentium, cum
titulo finali, huius primi libri. Vnde
collige, vtilem eſſe vſum compendiorum
circa materias ſcientiarū, vt exercite an-
nuit hic Lancellotus, neque aliud firmi
occurrit pro his §§.

DE REGVLARIBVS, ET MONACHIS.

TITVLVS VLTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio Rubricæ.*
2 *Monachi qualiter à clericis differant.*

EGIMVS de multis
quæ faciunt ad ſtatū
1 clericalem, quo ali-
qui ad Dei cultum
deſtinantur, verum
quia eſt ſtatus illorū,
qui aliter Diuino
cultui deſtinantur,
meritò de ipſis hîc. Ex qua continua-
tione tituli, collige, quod Monachus, nō
eſt idem, ac Clericus, Monachū enim fa-
2 ciunt tria vota eſſentialia Religionis, &
ſine impreſſione caracteris ordinis, *cap. cū
ad*

ad Monaſterium, de ſtatu Monachorū, immo antiquitus monachi, & regulares, neque admittebantur ad clericatum, vel cum magna difficultate, *cap. nemo 16., quaſt.* 1.

In §. quouiam verò.

SVMMARIVM.

1 *Regulares quinam dicantur?*
2 *quomodo definiantur?*
3 *Monachis quod tribuitur intelligitur etiam de quibuſcunque regularibus.*
4 *Similium eadem eſt diſciplina.*

ADuerte primo, quod Regularium
1 nomine (tanquam ſub genere)
cōprehenduntur Monachi, Fratres, Canonici Regulares, & omnes alij, qui viuunt ſub regula, & ligantur tribus votis eſſentialibus Religionis, vt notat *Abbas in cap. 2., de poſtulationibus ex textu in cap. Monachi, 16. q. 1.* Probatur ex definitione Regularium, nam Regulares ſunt, qui ad Dei cultum
2 ſe adſtringunt, ſub aliqua certa regula, & ordine, per obſeruantiam trium votorum, vt notat *Timotheus hic*, ſed hæc definitio competit omnibus prædictis, ergo bene omnes comprehenduntur ſub appellatione Regularium.

Aduerte ſecundò, id quod in præſenti
3 titulo dicendum erit de monachis, eſſe proportionaliter extendendum, ad quoſlibet Regulares, ex ratione poſita, nam
4 ſimilium eadem eſt diſciplina, *l. 3. §. proinde, & § quoties, ff. de in rem verſo,* ſi autem quid occurrat in ſpecie, reſpectu Fratrum, videbimus infra in §. *fugitiuus,* & notat *glo. hic, verbo oſtendimus.*

In §. Monachi, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Monachi etimologia quæ ſit?*
2 *Fratres nihil poſſunt habere regulariter, neque proprium, neque commune, monachi verò poſſunt habere redditus, &c. & de ratione.*
3 *Monachus differt ab oblatis, & à Conuerſis, & nu. 4.*
4 *Conuerſi non poſſunt promoueri ad ordines.*
5 *Monachi per oblationem quinam dicantur.*
6 *Monachus in qua ætate poſſit quis fieri.*
7 *Monachi oblati ante ætatem Religionis congruam dicuntur monachi inchoatiuè.*
8 *non poſſunt offerri ante pubertatem vno ex parentibus contradicente.*
9 *Mater poteſt offerre filium ad Religionem patre non contradicente.*
10 *Pater in poteſtate ſui patris poteſt ſuū filium offerre abſq. licentia dicti patris, ſecus ſi apertè contradicat.*
11 *Oblatio poſt pubertatem non eſt valida, niſi puberis voluntarium interueniat.*
12 *Monachi ex propria voluntate quinam ſunt?*
13 *Monachus eximitur à patria poteſtate.*
14 *Poteſtate ſub aliena exiſtens alium ſub ſua poteſtate habere non poteſt.*
15 *Pater non poteſt donare monaſterio ſuæ religionis omnia bona in præiudicium legitima filiorum, etiam ſi filius pubes ſimul cum ipſo ſit ingreſſus, nam exiens poteſt illam petere.*
16 *Monachi deſperatè introeuntes quales habeantur?*
17 *coactè ingredientes poterunt exire, & poterunt redire infra quinquennium.*
18 *coactè ingredientes poſſunt habere tempus maius quinquennio, vt audiri poſſint pro annullatione profeſſionis.*
19 *Moniales non poſſunt coactè induci ad religionem ſub pœna excommunicationis.*
20 *Virginum voluntas ab epiſcopo eſt exploranda an velint eſſe moniales.*
21 *Monialis impeditur à profeſſione ſi fuerit corrupta, vel ſi non compleuerit tempus probationis.*
22 *Velum probationis quale dicatur?*
23 *profeſſionis quale?*
24 *conſecrationis quale, & quando dabatur, & quam poteſtatem dabat.*

VIdebimus primò, quid ſit monachus. Secundò, quid ſpecies monachorum. Tertiò aliqua breuiter de monialibus, & de eorum velamine.

1 Circa primum monachus, ex verbo græco, monos, idem eſt, ac ſolus, ſeu ſolitarius, *cap. ſi cupis, & cap. placuit, 16., q. 1.* Differt autem monachus a fratre, nam frater nihil habet, neque proprium, neq. commune, ſed viuunt fratres ex eleemo-

 ſinis,

2 ſinis, licet aliqua poſſint habere in cō-
muni ex priuilegio, & diſpenſatione Pō-
tificis, vt de facto retiuent mendicantes,
antiquitus autem, nec annuos redditus
habere poterant, nec cenſus, nec prædia,
monachi verò de iure, & ex ſua inſtitu-
tioue, habent prædia, & redditus. Ra-
tio autem differentiæ eſt, nam vita mo-
nachorum, eſt contemplatina, quæ non
debet turbari egeſtate victus, & aliorum,
quæ ſunt neceſſaria ad ſuſtentationem.
3 Differt ſecundò, monachus ab oblatis,
oblati enim ſunt illi, qui ſe, & ſuas res
offerunt eccleſiæ, dicantes ſe eius ſerui-
tio, ſed non ſumunt habitum regularium,
glo in cap. vt lex 27 q. 1.
Differt tertiò, monachus à Conuerſis
4 vt notat *Abbas in cap. non eſt, de regula-
ribus*, nam Conuerſi, mutant verè habi-
tum, & iurant de permanendo in religio-
ne, per vota ſolemnia, ſed non poſſunt
promoueri ad ordines, vt poſſunt hodie
monachi, *cap. per multa 16., q. 3.*
Circa ſecundum, aduerte primò, quod
multæ ſunt ſpecies monachorum. Prima
5 eſt illorum, qui à parentibus offeruntur
ad religionem, & in duplici tempore of-
ferri ſolent, vel ante pubertatem, vel poſt.
Si ante pubertatē, & tunc ſuperueniente
deinde anno decimoquinto, ſunt in-
6 terrugandi, an velint permanere in dicta
religione, & ibi profiteri, vt *in præſenti*
7 *§. noſtro*, benè tamen interim dicuntur
monachi inchoatiuè, vt notat *glo. hic
verb. ex paterna*, iſti autem ante puber-
tatem non poſſunt offerri ab vno ex pa-
8 rentibus, altero contradicente, vt colligi-
tur ex *textu in cap. re communi, de regu-
lis iuris in 6.*, benè tamen patre non
9 contradicente, poſſet ſola mater offerre,
fanore religionis, vt notat *glo. hic, verbo
offert, ex lege ſunt perſona. ff. de religio-
ſis, & ſumptibus funerum*, immo pote-
10 rit pater, qui eſt in poteſtate ſui patris,
offerre ſuum filium, innito patre ſuo, auo
filij, vt notat *Abb. in cap officij. de ele-
ctione*, ſecus ſi auus poſitiuè contradice-
ret, quia non tantum filij, ſed etiam ne-
potes ſunt in poteſtate aui, & honor qui
debetur patri, auo quoq; debetur. Vel
ſunt oblati poſt pubertatem, & tunc de-
11 bet interuenire voluntarium ipſorum,
quod eſt attendendum potiùs, quam vo-
luntas parentum. Si autem impubes in-
grediatur religionem, & parentes eius
per annum ipſum non reuocent, ipſum
non poterunt reuocari in poſterum, ſed
ibidem perpetuò manere debent, vt in
in cap. ſi quis, extra de regularibus.
Secunda ſpecies monachorum, eſt il-
12 lorum, qui ex propria voluntate ingre-
diuntur, & iſti ſunt adoleſcentes maiores
pubertate, nec poſſunt impediri à pa-
rentibus, nam per igreſſum in religionem
euaneſcit patria poteſtas, quia tranſit
hic in poteſtatem alterius Superioris ma-
13 ioris, & magis immediatè Dei vices ge-
rentis, *cap. 1. 20. quæſt. 1., & Abbas in
cap. 2., hoc eodem titulo*, & diſponitur *in
§. quid ſi impubes, ex cuius glo. verbo
prohibendi*, nota etiam, quod eadem ra-
tione, ſi pater ingrediatur religionem,
amittit patriam poteſtatem erga filios, &
ſic eo ipſo filij nō ſunt ſub ſua poteſtate,
14 & ratio eſt, quia qui eſt ſub poteſtate al-
terius, alium ſub ſua poteſtate habere
non poteſt, *l. ſi arrogator, ff. de adoptioni-
bus, authentica ingreſſi, & authentica ſi
qua mulier, C. de Sacroſanctis Eccleſijs,
& cap. cum ſimus extra eodem*, vbi etiam
habetur, quod ſi pater cum filio pubere
tranſeat ad religionem, cum omnibus
bonis ſuis, filius deinde effectus perfectè
15 maior, poteſt exire de monaſterio, & le-
gitimam petere, de bonis paternis ibi
donatis, non enim poteſt pater facere
donationem, de omnibus bonis, ita vt
filij remaneant omninò expoliati.
16 Tertia ſpecies monachorum eſt deſpe-
ratè introeuntium, & iſti amittunt labo-
res in hac vita, & apud Deum retributio-
nem non habent, ſi non depoſita deſ-
peratione perſeuerent.
Aduerte ſecundò, quod qui coactè in-
greditur religionem, & ſic coactè profi-
17 tetur, poterit ab ipſa exire, nam hilarem
datorem diligit Deus, neque ex menda-
cio, vel ſymonia, quis debet induci ad
religionem, vt notat *Sanctus Doctor 2.
2., q. 189., art. 9., & Tridentinum ſeſſ.
23., cap. 19. & 18.*, vbi etiam ſub ana-
themate, punit omnes conſentientes, in
profeſſionibus taliter factis & monachos
ſic profeſſos, valet audiri infra quinquen-
nium à die, quo ſic profeſſi ſunt, nec in
poſterum ſunt audiendi.
Limita dictum, ſi ſuperior, quem adire
18 debent pro reuocatione, ſit valdè diſtās,
tunc enim poterit ipſis maius tempus
concedi, *cap. ſi quis incognitus 17. qu. 1.*,
immo poterunt etiam tutores facere
hanc reuocationem, quia ſubrogantur in
locum parentum, meritò illorum autho-
ritatē ſubintraut, notat *Timotheus hic,
ex Innocentio, & Abbate.*
Circa tertium, & ſic circa moniales, ad-
19 uerte primò, *ex Tridentino locis citatis*,
quod neque iſtæ ſunt inducendæ ad pro-
feſſionem coactè, vel ex mendacio, & ſi
cogantur ad ingreſſum, vel profeſſionem,
om-

Digitized by Google

omnes cōſentientes excommunicantur, nec profeſſio valet, *Tridentinum loco citato, & in cap.17.* notat, quod Epiſcopus debet interrogare ipſas Virgines, an
20 liberè,& ex propria voluntate id faciant, quod ſeruare debent per menſem, ante diem profeſſionis faciendæ.

Aduerte ſecundò, quod impeditur etiā monialis à profeſſione, ſi fuerit corrupta, vel ſi adhuc non compleuit tempus pro-
21 bationis, conſtitutum à *Tridentino ſeſſ. citata,* vel ſi fuerit conſecrata aliter, quā eſt conſtitutum in Pontificali Romano, vt habetur in *cap. de votis,* 20 *q.*1.

Aduerte tertiò, quod dantur plura
22 vela. Primum dicitur velum probationis, quod datur ſtatim ingredienti monaſteriū, & dicitur etiā velum coniugatorum, nam, & hæ poterunt recipere velum probationis, nec in poſterum cōſecrantur, cum non ſint Virgines, *cap. vidua,* 27.*q.*1., *vt notat Sotus in* 4. *diſt.*
23 *27.q.*1.*ar.*2. Secundum dicitur velum profeſſionis, & hoc datur Virginibus, tēpore determinato à Tridentino, hoc eſt anno 16. ætatis, *cap. puella* 20.,*q.*1. Ter-
24 tium dicitur velum conſecrationis, & hoc datur anno 25. religionis, vt in *cap. placuit* 20.*q.*1. Quartum dicitur velum conſecrationis, & per hoc velum habebant moniales, poteſtatem legendi homilias,& dicebantur diaconiſſæ, *cap. diaconiſſa* 27. *q.*1.

In §. propriè cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio debet fieri poſt annum à die ingreſſus religionem.*

2 *antequam fiat debet acceptari is qui eam facturus eſt ab omnibus de monaſterio.*

3 *duplex tacita, & expreſſa.*

4 *expreſſa fit in manibus* Superioris, *& regulariter emittitur per tria vota.*

5 *Fit etiam adito quarto voto ſpeciali pro diuerſis religionibus.*

6 *intelligitur perfecta ſi promittatur obedientia, & obſeruatio regulæ.*

7 *non valet facta ante annum probationis ſicut valebat antiquitus.*

8 *valet in foro conſcientiæ facta ante annum probationis à ſciente conſtitutionem Concilij.*

9 *non poteſt acceptari à Superiore ſine conſenſu monachorum, vel maioris partis.*

Videndum eſt hic, quo tempore debeant fieri profeſſio, & quomodo. Secundò quid ſi fiat ante tale tempus præfinitum.

Circa primum aduerte, quod profeſſio debet fieri poſt annum, à die ingreſſus in
1 religionem poſito, quod adueniente dicto anno, ingrediens ſit in legitima ætate conſtitutus, vt ſupra diximus, *ex Tridentino,* debent tamen prius omnes de
2 monaſterio conueniri, & per vota ſecreta acceptare, vel excludere talem à profeſſione facienda, vt in *cap. ad Apoſtolicam, hoc eodem titulo.*

Aduerte ſecundò, quod profeſſio du-
3 pliciter fieri poteſt, vel tacite, vel expreſſè, de tacita infra videbimus. Expreſſa verò, debet fieri in manibus Superioris eiuſdem religionis, vt notat *Tri-*
4 *dentinum loco citato,* & debet is, qui profitetur promittere regulariter, obſeruantiam paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, dixi regulariter, nam multæ ſunt religiones, qui quartum addunt votum, circa diuerſa. Fratres minimi promittūt
5 perpetuam vitam quadrageſimalem. Societas Ieſu, ſpondet obedientiam Romano Pōtifici, circa miſſiones Indicas: Clerici Regulares minores, votum de non ambiendo dignitates, Patres miniſtri infirmorum, votum addunt inſeruiendi infirmis, etiam peſte laborantibus.

Aduerte tertiò, quod licet quis non expreſsè profiteatur hæc omnia vota, ſed
6 diceret profiteor obedientiam, ſecundū regulas huius religionis, hic verè ligaretur ad omnia vota prædictæ religionis, vt aduertit *Nauarrus, titulo de regularibus, commentario* 1. *num.*18. *& Innocentius in cap. conſuluit, de regularibus.*

Circa ſecundum. aduerte primò, quod de iure antiquo, valebat profeſſio facta, ante annum probationis, vel etiam
7 in initio, ſeu in ingreſſu religionis, vt *in dicto cap. ad Apoſtolicam,* hodie verò id non valet, ex *Tridentino ſeſſ.* 25. *cap.* 15. immo profeſſio facta, & per diem ante annum completum probationis, poteſt annullari, dummodo tamen quis, dictam cauſam nullitatis allegauerit, ante quinquennium, vt ſupra diximus, & dicto tempore, debet non deſeruiſſe habitum, alias punitur, vt Apoſtata.

Aduerte ſecundò, quòd ſi quis ſciens talem conſtitutionem Concilij, ſpontè, & ex propria voluntate profiteretur, hic re-
8 maneret ligatus in foro interiori conſcientiæ, non autem in foro exteriori, in quo poſſet intentare nullitatem, vt ſupra diximus. Ratio primi eſt, quia poteſt quis

quis cedere iuri ſuo, *l. ſi quis in conſcr-
bendo, C. de pactis, & cap ad Apoſtolicam,
de regularibus*, ergo poteſt etiam hic ce-
dere huic priuilegio in ſui fauorem in-
troducto.

Aduerte tertiò, *ex §. ſi ante tempus*,
9 quod non poteſt ſolus Superior accepta-
re profeſſionem à ſuo monaco, ſed debet
ad id petere conſenſum omnium ſui mo-
naſterij, vt notat *gloſa ibidem, verbo Ab-
bate*, immo tenetur neceſſariò habere
conſenſum ſaltem maioris partis de Ca-
pitulo argumento à ſimili, *ex cap. nouit,
de his, quæ fiunt à Prælatis, ſine conſen-
ſu Capituli*.

In §. quemadmodum.

SVMMARIVM.

1 *Tempus profeſſionis ampliari poteſt nõ
reſtringi.*

2 *Religionem ingrediens, qui tamen igno-
ratur non debet admitti ad pro-
feſſionem niſi poſt triennium à
die ingreſſus.*

3 *Seruus ſi ante triennium profiteatur
inſcio domino poterit reuocari in
proſſimam ſeruitutem.*

4 *effectus monachus præſcribit contra
Dominum libertatem poſt trien-
nium.*

5 *Grauatus ære alieno non poteſt ingredi
religionem, nec profiteri.*

6 *Epiſcopus non poteſt ingredi religionem
abſque diſpenſatione Pontificis.*

7 *Matrimonio ligatus, qui cognouit vxo-
rem non poteſt ingredi religio-
nem.*

1 ADuerte hic primò, quod licet tem-
pus profeſſionis, non poſſit re-
ſtringi, benè tamen poterit am-
pliari, iuſta cauſa intercedente, & ratio
eſt nam diſpoſitio Tridentini, non eſt ta-
xatiua, ſed tantum oſtendit tempus, an-
te quod facta profeſſio non valet, ſed non
prohibet profeſſionem poſt faciendam.

Aduerte ſecundò, quod ſi quis cuius
Superior, vel monachi non habent noti-
2 tiam) monaſterium ingredi velit, non
debet admitti ad profeſſionem faciendã,
niſi poſt trienniũ à die ingreſſus, vt habe-
tur hic, & hoc ex varijs cauſis Prima cauſa
eſt, nam poteſt eſſe, quod hic eſſet ſeruus
qui ad effugiendam poteſtatem Domini,
vellet ingredi religionem, & tunc ſi an-
3 te tale tempus profiteretur inſcio Domi-
no poterit ab hoc reuocari in priſtinam
ſeruitutem; Si autem ſit conſtitutus in
ſacris, tum eſt attendenda regula, quam
ſupra adduximus, *in titulo de his, qui pro-
moueri non poſſunt*, at poſt triennium
præſcribit ſuam libertatem contra Do-
4 minum, vt notat *Gloſa hic, verbo ante
triennium*, qui ait hoc fuiſſe introductũ
fauore eccleſiæ, niſi per decennium, vt
diximus *lib. 2. Ciuili de Vſucapionibus*.

Secunda cauſa eſt, ſi quis ſit detentus,
& grauatus magno Ære alieno, nam, &
5 hic non poteſt ingredi religionem, nec
promoueri, vt aduertit *Gloſa hic, verbo
inhabilis, & Antonius de Butrio, in cap.
1. de obligatis ad rationem reddendam*.
Idem dic, de negotiatoribus, tutoribus,
&c. vt ſupra diximus in *titulo de his, qui
promoueri non poſſunt, non longè à Prin-
cipio*.

Tertia cauſa eſt, ſi quis ſit in dignita-
6 te conſtitutus, puta ſi ſit epiſcopus, nam
neque hic poteſt ingredi religionem, ſi-
ne diſpenſatione Pontificis.

Quarta cauſa eſt, ſi ſit ligatus matri-
monio, & cognouerit vxorem, licet ip-
ſam cognouerit poſt contracta ſponſalia,
7 & ante celebratum matrimonium in fa-
ciem eccleſiæ, nam hic promoueri non
poteſt, neque ingredi religionem, vt ad-
uertit *Timotheus hic*. Dixi, & cognouit
vxorem, nam poſt contractum matrimo-
nium, habet tempus duorum menſium,
ad determinandum, an velit ingredi
religionem, nec ne, & interim ſi neget
debitum non peccat, ſi tamen ſemel cõ-
ſenſerit in actus matrimoniales, in po-
ſterum non poteſt negare debitum, ſed
amittit tale priuilegium, *cap ex publico
de conceſſione coniugatorum, & videbi-
mus infra lib. 2. de ſacram. matrim.*

In §. quinimo.

SVMMARIVM.

1 *Seruus effectus clericus cum conſenſu
Domini poteſt ingredi religionẽ,
etiam contradicente Domino.*

2 *Dominus nolens reuocare ſeruum à re-
ligione habet tempus vnius anni,
& debet probare, quod ille ſit ſer-
uus ipſius.*

3 *Seruus ordinatus cum conſenſu Domi-
ni, tamen cum onere, vt pro ipſo
celebret poterit ingredi religionẽ,
ſi monaſterium ſuſceperit dictũ
onus.*

1 DVo notantur in hoc §. primum eſt, quod ſi ſeruus fuerit effectus clericus, cum conſenſu Domini, ſi deinde velit ingredi religionem, non poterit impediri à patrono, vt notat *gloſa hic, verbo euadat*. Secundum eſt, quod patronus poſtquam habet noritiam ſerui in religionē ingreſſi, habet tempus vnius anni, ad ipſum reuocandum, *vt cap. ſi ſeruus diſt.*
2 54. & debet ipſe probare hunc eſſe ſeruum ſuum, aliàs non ſtatur eius ſimplici dicto, vt notat *glo. hic, verbo probare, ex dicto cap. ſi ſeruus*.

Quæres circa primum notabile, quid ſi ſeruus ſit ordinatus cum conſenſu Domini, id tamen cum onere, vt celebret v. g. pro ipſo Domino, an poſſit ingredi religionem.

3 Reſp. quod in tantum ingredi poterit, in quantum, vel Dominus remittit hanc obligationem, vel monachi recipiunt ipſum, cum hoc onere, ſecus autem non, & rationē ponit *glo. ex Abb. in cap. 1. de eo qui furtiuè ordinem ſuſcepit*, quia ſeruus per ſuſceptionem ordinis, vel per ingreſſum in religionem non liberatur à delicto, vel ab obligatione contractus, nata ante ingreſſum in religionem, ergo neque liberatur à tali obligatione, quæ prouenit ex contractu celebrato cum Domino, in ſui manumiſſione.

In §. quod tamen.

SVMMARIVM.

1 *Mendicantium pro vna religione dictū intelligitur pro alijs.*
2 *Mendicantium religiones ſunt ſtrictiores alijs.*
3 *Profeſſio non poteſt præſumi facta cum ſit actus euidens.*

1 EX hoc §. colligi poſſet, quod id, quod diſponitur in vna ex religionibus Mendicantium, intelligatur diſpoſitum, & in alia, nam id, quod diſponitur hic reſpectu Fratrum Prædicatorum, diſponitur ex reſpectu omnium Mendicantium; quibus omnibus, neque de iure antiquo nouiſſimo Tridentini, nunquam licuit quemlibet ad profeſſionem admittere, niſi poſt annum probationis, vt notatur in præſenti §. ex quo duo habemus, primum eſt, re-
2 ligiones mendicantium eſſe ſtrictiores alijs, quod patet à poſteriori, nā id quod alijs antiquitus concedebatur, fuit ipſis negatum, & ſic licet aliæ religiones potuerint admittere ad profeſſionem, ante annum probationis, hæ autem nunquā, id admittebatur, ſed requirebatur totus annus. ergo dum tanta probatio determinata requirebatur, ſignum eſt, quod ſtatus talium religionum, erit ſtrictioris obſeruantiæ, & durioris ſufferentiæ.

3 Collige ſecundò, quod cum profeſſio conſiſtat in facto, per conſequens, niſi expreſsè fuerit facta profeſſio, nam poteſt præſumi facta elapſo anno, nam facti probatio non admittit præſumptionem, ſed euidentem demonſtrationem, ſic notat *Abbas in cap. nuper, de teſtibus*.

In §. tacitè cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio tacita ex quibus actibus præſumatur.*
2 *Dicens ſe velle perpetuo manere in religione cenſetur tacitè profiteri.*
3 *Renuncians beneficium nulla facta proteſtatione poſt annum cenſetur velle tacitè profiteri.*
4 *Taciti, & expreſſi par eſt virtus fauore animæ.*
5 *Deferens habitum religionis extra monaſterium poteſt compelli vt ingrediatur religionem, vel illum derelinquat.*
6 *Referens habitum profeſſorum in monaſterio per triduum obligatur ad religionem ſaltem in genere.*
7 *Profitens in monaſterio monialium vir, ſi viuus euadat, compelli poteſt ingredi monaſterium monachorum, & ibi denuò profiteri.*
8 *Profeſſio expreſſa ligat votis certis; tacita vero religionē in genere tātū.*
9 *Profitens expreſsè ſtatim obligatur ad religionem, tacitè verò trium dierum tempus habet poſt annum.*
19 *Profeſſio vel tacita, vel expreſſa dirimit matrimonium.*
11 *non admittit pœnitentiam niſi reſpectiuè.*

POnitur hic, alia diuiſio & ſic alia ſpecies profeſſionis, quæ eſt profeſſio tacita, ideò ad horū §§ intelligentiam, videbimus primò, quando dicatur tacita profeſſio, & quid operetur. Secundò per quid differant inter ſe, profeſſio tacita, & expreſſa.

1 Circa primum, aduerte primò, quod tunc quis poteſt dici tacitè profeſſus, quādo poſt elapſum annum probationis, remaner

manet in monaſterio cum ſuo habitu, vel aſſumit habitum profeſſorum (ſi profeſſi haberent habitum diſtinctum, & immiſcet ſe negotijs profeſſorum, hic enim præſumitur velle ibi manere, vt in præſenti §.

Aduerte ſecundò, quod hæc præſumptio tacitæ profeſſionis ex pluribus alijs capitibus oriri poteſt. Primò ſi ipſemet
2 expreſsè diceret, ſe velle ibi manere perpetuò, vt aduertit *Innocentius in cap. ſtatuimus, hoc eodem titulo*. Secundò ſi iſte habebat beneficium, & adueniente anni tempore, renunciat beneficium, non facta proteſtatione ſe non in-
3 tendere per hoc dimittere ſæculum, nec diſpoſitionem, de bonis proprijs, tunc enim cenſetur velle ſe priuare vſu talium rerum, vt in religione permaneat, *cap. non ſolum de regularibus in 6.*, & in hoc
4 taciti, & expreſſi par eſt virtus, quod currere in omnibus ijs, quæ faciunt ad ſalutem animarum, docet *glo. hic in figuratione caſus, in primo notabili*.

Aduerte tertiò, hoc adeò verum eſſe, quod ſi quis deferret habitum religionis extra Clauſtra monaſterij, compelli de-
5 beat, vt explicet ſuam voluntatem, & ſic, vel ingrediatur religionem, & ibi profiteatur, vel omninò habitū derelinquat, *cap. ex literis, de ſponſalibus, cap. vidua 37. q. 1.*, immo ſi monachus deferret habitum profeſſorum in ſuo monaſterio, & per triduum, obligaretur ſaltem
6 ad religionem in genere, vt notat *Abbas in cap. ſuper, hoc eodem tit. noſtro*. Limitatamen ſi expreſſe contradiceret, puta ſi clare omnibus notum faceret, ſe non deferre habitum animo commorandi in religione, vt notat *Abbas in cap. vt Clerici, hoc titulo, & colligitur ex capitulo nemo poteſt 16. q. 1. & cap. quarum de priuilegijs*.

Aduerte quartò, quod ſi quis gerat ſe ad modum mulieris, & profiteatur in
7 monaſterio monialium, ad ſummum (ſi viuus euadat manus iudicis) debet compelli, vt monaſterium monachorum ingrediatur, & ibi denuò profiteatur, vt aduertunt *Abbas, & Ioannes Andreas, in dicto cap. quarum*. Dixi ſi viuus euadat, nam poſſet hic tradi Curiæ ſeculari puniendus.

Circa ſecundum, prima differentia inter profeſſionem tacitam, & expreſſam eſt, nam per profeſſionem expreſſam, quis ligatur regulis, & votis illius mona-
8 ſterij, in cuius forma emanauit profeſſionem, colligitur *ex cap. circa Chriſtianos, de hæreticis in 6.*, & ex alijs iuribus, in quibus perpenditur iſta particula præciſè, quam ponit author noſter, dicens, quod tenetur ad illam religionem præciſè, in qua profeſſus fuit, ſimile habetur, *in l. ſtipulatus, ff. de verborum obligationibus, l. omnes Populi, ff. de Iuſtitia. & Iure, & notat Abbas in cap. ex parte, de reſcriptis*. Per tacitam, cum nullum expreſſit votum certum, obligatur ad religionem in genere, vt ſupra diximus, & patet *ex dicto §. vtrum autem*.

Secunda differentia eſt, nam qui fecit profeſſionem tacitam, per delationem
9 habitus, habet tempus trium dierum poſt annum, ad deponendum habitum, vt habetur hic, at qui fecit profeſſionem expreſſam, ſtatim remanet obligatus, in eadem hora, in qua profitetur.

Conueniunt primò, nam tam tacita,
10 quàm expreſſa profeſſio impediunt, & dirimunt matrimonium, vt notat *glo. hic, verbo interdum, ex Ioanne Andrea in cap. 3. de regularibus in 6. & ex Abbate in cap. cum virum, extra eodem*.
11 Secundo conueniunt, nam ſicut expreſſa non admittit pœnitentiam, ita neque taciti, ſaltem reſpectu religionis in genere, licet taliter profeſſus, habeat adhuc optionem, an velit hanc, vel aliā eligere religionem, *dicto cap. 3. de regularibus in 6.*

In §. & ſi contingerit.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium non vacat per ingreſſum in religionem niſi poſt factam profeſſionem.*
2 *non per ſponſalia.*
3 *non poteſt conferri nouitio.*
4 *Religio non debet deſert...*
5 *Beneficiatus dum eſt nouitius, debet dari coadiutor eccleſiæ, ſi beneficium ſit curatum.*
6 *Bona Monachi acquiſita ante ingreſſum acquiruntur monaſterio, niſi renunciauit, ſicuti etiam acquirenda.*

Hic breuiter eſt agendum, de bonis, quæ ſunt in dominio introeuntium religionem, & primo de beneficijs, ſecundo de bonis temporalibus.

Circa beneficia, aduerte primò, quod ſi monachus, qui ingreditur religionem, habeat aliquod beneficium, non intelli-
1 tur ſtatim vacare, nec poterit alteri conferri

ferri, niſi poſt factam legitimam profeſſionem, iuxta formam *Tridentini ſeſſ.* 25., *de regularibus, cap.* 16. & ratio eſt, quia ante tale tempus, poteſt iſte talis de monaſterio exire, & vitam laicalem ducere, ſicut etiam à ſimili, beneficium, quod re-
2 tinebat clericus, non dicitur vacans, per eius ſponſalia, ſed benè per matrimoniū contractum, & ratio eadem eſt, quia poſſunt ſponſalia diſſolui, *vt in* §. *diſſoluantur, infra de ſponſalibus lib.* 2.

Aduerte ſecundò, quod ſi agatur de
3 beneficio conferendo, non poteſt monacho nouitio conferri, & ratio eſt, quia ſumus in ſtatu dubio, an hic velit remanere in religione, uec ne, hoc autem modo, nemo eſt graduandus, vt colligitur ex textu *in l. qui ſtatu, ff. de re militari*, tum etiam quia, per hoc nouitius de facili allectus diuitijs, & fructibus benefi-
4 cij, induceretur ad dimittendam religionem, quod facere iniquum eſt, *cap. cum, & plantare, de priuilegijs, cap. quorundam de electione, & capitulo bona fidei quaſt.* 2.

Aduerte tertiò, quod dum nouitius beneficiatus, eſt in anno probationis, ſi beneficium ſit Curatum, debet poni cle-
5 ricus coadiutor, qui pendente dicto anno, habet ex beneficio portionem congruā, & reliquam ſeruabitur pro erogatione facienda in vtilitatem eccleſiæ, vt per *DD. in cap. beneficium, de regularibus in* 6., quidquid alij dicant, ſunt enim aliqui, qui dicunt, & tenent, reſiduum fructuum eſſe ſeruandum pro clerico beneficiato, ſi non remanſerit in religione, quod ego non affirmo, tum quia hac ratione poſſet committi fraus, multoties enim clerici id facerent, vt viuentes in communitate monaſterij per annum, interim augerentur fructus ſui beneficij, & ipſe ſentiat maius commodum, tum etiam quia hac ratione allicerentur clerici ad religionē deſerendam, quod non licet, vt ſupra notauimus ex iuribus adductis, & ſignāter *ex cap. bonæ fidei* 12. *q.* 2.

Circa ſecundum, & ſic circa bona tem-
6 poralia, reſp. cum diſtinctione, aut agimus de bonis, & in ſuo poſſe, aut agimus de bonis acquirendis; ſi agamus de bonis acquiſitis, hæc tranſeunt cum monacho in poſſe monaſterij, vel accedunt ei, cui ſit renunciatio, vt per *DD. in cap. in præſentia, de probationibus*. Quod ſi moriatur ante profeſſionem, & ante factam renunciationem, & tunc ſunt reſtituenda conſanguineis. Vel agimus de bonis acquirendis, & ſubdiſtinguo, vel monachus renunciauit pleno iure ſuis bonis præſentibus, & futuris, & tunc illi acquiruntur, cui ſit renunciatio, vel non renunciauit bonis futuris, & tunc licet ipſe ſuccedere non poſſit, ſuccedit tamen monaſterium, loco ipſius, *dicto cap. in præſentia, de probationibus.*

In §. is quoque cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Votum eſt promiſſio facta Deo de meliori bono.*
2 *Votum quæ requirat?*
3 *ex metu factum non tenet.*
4 *conditionale ſeruari debet purificata conditione.*
5 *poteſt commutari in æquale, vel in melius ab ipſo vouente.*
6 *dandi centum eccleſiæ, an poſſint ſi fiat dari pauperibus?*
7 *de ingrediendo religionem ligat etiā Prælatum, ſi poſt votum talis fiat.*
8 *de ingrediendo religionem non ligat poſt contractum matrimonium, & conſummatum.*
9 *de ingrediendo religionē ſtrictiorē, non tollit profeſſionem factam in laxiori, ſed pœnitentia purgandum eſt.*
10 *de ingrediendo religionem laxiorem adimpleretur bene per ingreſſum in ſtrictiorem.*
11 *Religioſus cauſa melioris obſeruantiæ poteſt è ſtrictiori ad laxiorem religionem tranſire.*
12 *Votum ſimplex quale?*
13 *ſolemne quale?*
14 *de ingrediendo certam religionem non obligat ad ingreſſum alterius, ſi vouens ab illa fuit eiectus.*

1 AD intelligentiam horum §§. videbimus primò, quid ſit votum, & aliqua de voto in genere. Secundò aliqua de voto Religionis pro materia noſtra.

1 Circa primum aduerte primò, quod votum eſt promiſſio facta Deo, de meliori bono, *Sanctus Doctor* 2.2.*q.*68.*art.* 1. *Magiſter ſententiarum in* 4. *diſt.* 38. Requirit autem votum tria, ſcilicet quod liberè fiat, quod cum intentione, ſiuè
2 aduenentia obligationis fiat, & quod ſit de meliori bono. Ratio huius tertij dicti, ſeu requiſiti eſt, quia non placet Deo,

id quod impedit eius maiorem gloriam,
& honorem. Hæc autem in voto requi-
runt *Canoniſtæ communiter, & ſignan-*
ter, Syluester in ſumma, verbo votum,
tit. 1.

Aduerte ſecundò, ex hoc, quod ſi quis
promittat aliquid Deo, ex metu caden-
te in conſtante virum, & ſic non ex plena
3 libertate, hic non tenetur ſeruare votũ,
nam non operatur ex ſua libera volunta-
te, ſecus autem quando eſſet timor in-
cuſſus à Deo, hic enim timor neminem
excuſat, ſic qui vouet tempore, vel nau-
fragij, ſed cum aduertentia, votum ſeruare
tenetur, *Abb. in cap. ex tranſmiſſa, de*
renunciatione, Sylueſter verbo votum, 2.
& verbo nutus 2 n. 8.

Aduerte tertiò, quod ſi votum ſit con-
4 ditionale, tunc tenetur quis votum exe-
qui, quando conditio adimpleta eſt, an-
tea vero non tenetur adimplere, non ſic
autem in voto ſimplici, hoc enim ſtatim
inducit obligationem, ſic *Sanctus Do-*
ctor, & Sylueſter locis citatis.

Aduerte quartò, quod poteſt vouens,
5 commutare ſuum votum, in opus me-
lius, & maius, nam maius continet ſub
ſe minus, & minus perfectum eſt, ſeu
continetur in magis perfecto, vt notat
glo. hic, in figuratione caſus.

Queres, quid ſi quis vouit dare centum
Eccleſiæ, an poſſit dare pauperibus, &
videtur dicendum, quod ſic, nam hoc vi-
detur eſſe maius bonum, eccleſia enim
ſua ſinet diuitias dat pauperibus, vt ſæ-
pius diximus, *ex dicto cap. aurum habet.*

6 Reſp. tamen cum diſtinctione, quod
ſcilicet, vel publicè, vel ſecretè res ſe ha-
bet. Si publicè, hoc eſt, ſi publicauerit
hanc ſuam intentionem, & tunc non po-
teſt dare pauperibus, & ratio eſt, nam ec-
cleſia habet ius acquiſitum ad rem; Si
ſecretò fecit, & non publicauit, & tunc po-
teſt ex ſuamet authoritate commutare,
ſic docet *Sotus de iuſtitia, & iure lib. 7.*
q. 3. ar. 2, vbi etiam alia ponit, circa hanc
materiam voti. Nec facit ſi dices, hoc
eſſe melius bonum, quia id procedit, quã-
do res in totum dependet à nobis, ſe-
cus autem, quando eſt alteri quæſitum
ius (vt quando votum eſt publicatum)
præterquã poteſt eſſe quod eccleſia ipſa
ſit in neceſſitate, & tunc potius ipſi eſt
ſubueniendum, quam pauperibus.

Circa ſecundum, & ſic circa votum in
7 in materia noſtra, aduerte primò, quod
ſi quis vouit ingredi religionem, & inte-
rim efficiatur Prælatus, tenetur ingredi
religionem, & ſi deinde Canonicè eliga-
tur ad Prælaturam, tunc poterit ipſam
acceptare, vt in *cap. per tuas. de voto, &*
voti redemptione. Si tamen acceptet præ-
laturam & non accipiat habitum religio-
nis, non per hoc liberatur ab obligatio-
ne ingrediendi religionem, ſed tenetur
ingredi, immo compellendus eſt, vt lo-
quitur *Author noſter, in fine §. 1. quoq.*
& ex multis Iuribus aduertit glo. ibidem
verbo compellendus, vbi ponit differen-
tiam inter matrimonium carnale, & ſpi-
rituale, nam ſi quis emiſſo voto ingre-
diendi religionem contrahat, & conſu-
8 met matrimonium carnale, non tenetur
diſſoluere matrimonium, & religionem
ingredi, vt in *cap. 1. de voto, & voti re-*
demptione in 6. ſecus in matrimonio ſpi-
rituali; vt eſt illud, quod contrahitur in-
ter epiſcopum, & eccleſiam, diximus ſu-
pra *de electione.*

Aduerte ſecundò, quod ſi quis voue-
rit ingredi aliquam religionem ſtrictioris
obſeruantiæ, & deinde ingrediatur aliam
religionem laicorum, & ibi profeſſionem
9 emiſerit, tunc enim in iſta cogitur per-
manere. plus enim valet profeſſio in re-
ligione laxiori, quam votum de religio-
ne ſtrictiori, vt in §. *illud quia, & gloſa*
ibidem, verb laxiorem, tamẽ ipſi imponi
debet pœnitentia pro voto non ſerua-
to, quæ tanto debet eſſe durior, quanto
votum fuit manifeſtiùs, *cap. vnico, de voto*
& voti redemptione in 6 cap. 1. de pœni-
tentijs, & remiſſionibus, & cap. Cleri-
cus ſolus, diſt. 82. glo. hic. verbo pœni-
tentiam.

Notam tamẽ primo, quod ſi quis feciſ-
10 ſet votum, de ingrediendo in religionem
laxiorem, poſſet ipſa omiſſa, tranſire in
religionem ſtrictiorem, nam non infrin-
git, qui commutat in meliùs, *cap. peruenit*
de iureiurando. & cap. ſcripturæ, de vo-
to. & voti redemptione.

Nota ſecundò *ex Antonio Timotheo*
11 *hic, & ex Sancto Doctore 2. 2. qu. 186.*
art. 2. quod poteſt etiam Religioſus, de
religione ſtrictiori, tranſire in Reli-
gionem laxiorem, dummodo ibi regulæ
magis exacte obſeruentur, multæ enim
voce dicuntur ſtrictiores, opere autẽ pa-
rum, aut nihil ſuam regulam adimplent.

12 Collige *ex §. eſt autem*, quod votum
ſimplex eſt illud, quod non eſt aliqua pro-
feſſione munitum. Solemne verò eſt
quod profeſſio tacita, vel expreſſa com-
13 probauit, & profeſſio debet eſſe in reli-
gione approbata, vt in *cap. vnico, de vo-*
to in 6.. vnde ſi quis profiteretur, in ali-
qua Congregatione, vel Oratorio, &c.
eius votum non eſt æſtimandum ſolem-
ne, ſed ſimplex, ſolemnitatem enim re-
cipit

Digitized by Google

cipit votum à profeſſione Canonica, & illa profeſſio eſt Canonica, quam approbat ius per religiones approbatas, vt notat *glo. noſtra, & in §. tacitè, verbo in religionem*.

Aduerte tamen hic, quod ſi quis vouit
14 ingredi aliquam religionem determinatam ſi inde expellatur, non ex ſui malitia ſed quia eſt inutilis, vel infirmus &c. non tenetur aliam religionem adire, nam votum non operatur præter intentionem vouentis, qui intendit in tali Cura, & determinata religione profiteri, *Syluester verbo Religioſus num. 6* Si autem vouerit religionem in genere, tunc poteſt eligere quam vult, etiam laxiorem, vt in *cap. viuet, & cap. qui poſt eadem, de regularibus in 6.* Si tamen ab illa expellatur, debet alius probare religiones, ſi aliquam inuenire poſſet, vbi permaneat, quod ſi inueniri non poſſit, ad nihil eſt obligandus.

In §. Is igitur.

SVMMARIVM

1 *Profeſſus legitimè in religione tenetur ibi manere.*
2 *Ætas pro profeſſione quæ ſit?*
3 *Profeſſio facta in ætate non legitima poteſt annullari ante quinquennium.*
4 *Metus vitiat profeſſionem, & dirimit;*

1 MAteria huius §. fuit confirmata per *Tridentinum ſeſſione 25. de regularibus, cap. 19.* quod ſcilicet ſemel profeſſus, tenetur in religione manere, dummodo legitimè profeſſionem emiſerit.

Nota tamen hic primò, quod ætas le-
2 gitimè requiſita eſt ſexdecim annorum, vt apparet definitum per *Tridentinum ſeſſione citata cap. 15.* Si autem ante ſuam legitimam ætatem quis fuerit profeſſus, poterint hanc exceptio-
3 nem opponere, dummodo non ſit elapſum quinquennium, vt ſupra diximus.

Nota ſecundò, in profeſſione non verificati regulam, coacta voluntas, volun-
4 tas eſt, vt in *cap. merito 16. quæſt. 1.*, enim verò, ſi quis aliquo metu inducatur ad profitendum, poteſt profeſſionem annullare, quia non ſponte profeſſus eſt, quod requiritur per *authorē noſtrū hic, & patet ex textu in cap. Abbates, extra quod metus cauſa.* Cæterum poſt profeſſionem, tenetur exactè obedire ſuo Superiori, ita vt, non poſſit literas miſſas aperire, ſine licentia eiuſdem, *gloſa hic, verbo Abbatis, & aduertit Abbas in cap. cum I, & A. extra dicta ſententia, & re iudicata.*

In §. ſed, nec aliquid.

SVMMARIVM.

1 *Monachus poteſt ſibi retinere aliquos redditus in communi, quorum adminiſtratio ſit monaſterij.*
2 *Relictum monacho acquiritur monaſterio.*
3 *Religioſus non poteſt eſſe proprietarius etiam cum diſpenſatione Summi Pontificis.*
4 *Religioſus proprietarius ſepeliri debet extra eccleſiam niſi dederit ſigna contritionis in morte.*
5 *quæ, & quando poſſit donare?*
6 *Donatio remuneratoria in qua ſumma à Religioſo poſſit fieri?*
7 *Lex gratitudinis poſtulat plus reddi quam ſit acceptum.*
8 *Religioſus habens vſum aliquorum redditAuum non poteſt donare ſine licentia Superioris.*
9 *donando, quæ ſibi vſui inſeruiunt viuit parcius.*
10 *poteſt non comedere vt ſuam portionem largiatur.*

IN ſuperiori §. viſum eſt de obedientia Monachi nunc de paupertate Religioſa, ideò videndum eſt, quid poſſit retinere Monachus, quid non poſſit.

Aduerte igitur primò, quod non omninò ſpoliatur Monachus diuitijs, ſed poteſt aliquos redditus retinere in cōmu-
1 ni, ita tamen, vt adminiſtratio, & dominium ſit Monaſterij, hoc enim non derogat perfectioni Religioſæ, ſic *Sanctus Doctor 2. 2. quæſt. 88. art 7. & aduertit Antonius Timotheus hic.*

Aduerte ſecundò, quod ſi relinquatur aliquid Religioſo id non ei acquiritur,
2 ſed Monaſterio, vt notat *Abbas in cap. cum ad monaſterium, hoc eodem titulo*, & per hoc non poteſt id ſumere propria authoritate, nam non eſt ſuum, neque ipſe habet diſpoſitionem, *Tridentinum ſeſſione 25. de regularibus capite 2. & 3*
3 vnde, vt habetur in *hocmet §. noſtro*, neque poteſt Summus Pontifex diſpenſare

quod quis ſit religioſus ſimul, & proprietarius.

Aduerte tertiò, quod adeò eſt execra-
4 bilis, proprietas, vt ſi quis proprietarius
moreretur, deberet ſepeliri extra eccleſiam, præter quam, ſi in articulo mortis, dederit ſignum contritionis, *cap à nobis de ſententia excommunicationis*, immo vt habutur in hocmet §. noſtro, vt aduertit *glo. verbo exhumandus*, ſi ſit ſepultus inter Chriſtianos, eſt exhumandus, dummodo ſine ſcandalo aliorum id fieri poſſit, vt in *cap. ſuper de ſtatu monachorum*.

Quæres hic primò, an poſſit religioſus aliquando aliqua donare.

5 Reſp. affirmatiuè, intellige tamen de
donatione remuneratoria, & reſpectu illius, à quo beneficium recepit, quia hæc eſt potius ſolutio debiti, vt colligit r ex *l. Attilius regulus. ff de donationibus*, ſicque docent *Molina de Iuſtitia, & Iure, tomo 1. tractatu 2. diſputatione 244. num. 3 Bonacina de contractibus. diſputatione 3. quæſt. 12. puncto, nu. 6. Ioannes Valerius in differentijs vtriuſque fori, verbo munera, num 97. Rodriquez in quæſtionibus regularium, parte 1. q. 27. art. 6. & 7.*

6 Nota tamen, quod quando donatio
eſt remuneratoria poterit dari vltra meritum, quod poterit eſſe in 4. parte, v. g ſi quis meretur octuaginta, donet centum, ſic tenet *Barboſa in l. qui dotis, ff. ſoluto matrimonio num. 6. Nauarrus de redditibus quæſt. 1. n. 91. Hieronymus de Caneto, de paupertate religioſa dubbio 17. num. 13. & Sanchez putat hanc opinionem probabilem tomo 1. de matrimonio lib. 6. diſputatione 6. nu. 9.* Cuius dicti ratio eſt, nam gratitudinis lex poſtulat,
7 ſemper plus reddi, quam ſit acceptum, ſic
docet *Sanctus Doctor quæſt. 106. art. 6 1. in 2. 2.* & Apoſtolus etiam ait, *Beatius eſt magis dare, quam accipere.* hanc etiam opinionem tuetur, & docet *Valerius loco citato*.

Quæres ſecundò, quid ſit dicendum reſpectu religioſorum, qui cum licentia ſui Superioris, habent vſum aliquorum reddituum, ipſis conceſſorum à parentibus, an ſcilicet poſſint iſti religioſi, de reſiduo reddituum diſponere.

Reſp. negatiuè, niſi accedat licentia ſui Superioris ſaltem tacita, illa tamen
8 accedente, bene poterunt diſponere, &
eis donare, tenet hanc opinionem *Valerius loco citato num. 75. & Peirinus de religioſo ſubdito, tomo 1. qu. 2. cap. 2. §. 6. Hieronymus de Caneto de paupertate religioſa dubbio 31. num. 9. & dubbio 17. num. 9. Ludouicus Beia in reſponſionibus caſuum conſcientiæ par 4. caſu 32.* Ratio huius dicti eſt, quia donatio in hoc caſu in tantum prohibetur religioſo, in quantum infert damnum monaſterio, ſed in caſu poſito nullum damnum inferret, immo potius inferret vtilitatem, ergo poteſt ſic donare. Quod non inferat damnum, ſed potius vtilitatem, patet, nam
9 propter hoc, vt religioſus donet, viuit
parcius, vt poſſit, quæ deinde ſuperſunt largiri, ſed parcius viuendo aſſueſcit religioſus paupertati, & obſeruantiæ religioſæ, ergo poterit accedente ſui Superioris licentia, de ipſis diſponere, vt diximus.

Quæres tertiò an poſſit religioſus abſque vllo ſcrupulo, nõ comedere pro certa die, & largiri ſuam portionẽ, ſeù piattantiam?

Reſp. affirmatiuè, ſic tenet *Caneto loco*
10 *citato num. 8. & 15.* Ratio eſt, nam ea-
rum rerũ, quæ vſu conſumuntur, vſus, & proprietas, ſeu dominium, ſeparari non poſſunt, *l 2 ff. de vſufructu earum rerum quæ vſu cõſumuntur*, ſed religioſus habet vſum piattantiæ, ergo habet, & eius dominium. Hancmet rationem inſinuant *Syluester verbo dominium §. 3. Diuus Antoninus parte 4. tit. 12. num. 12. & textus in extrauaganti Ioannis 22. ad conditionem titulo de verborum ſignificatione.* Alia, quæ faciunt ad paupertatem religioſam, videte relata per *Dianam parte 1. tractatu 6. per totum.*

In §. Sed nec temerè cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus profeſſus in vna religione non poteſt tranſire ad aliam ſine licentia ſuperioris.*

2 *Tranſitus à Religione laxiori ad ſtrictiorem non poteſt fieri ſine licentia Pontificis.*

3 *Religio quæ ſit laxior, quæ ſtrictior cognoſcere ad quem ſpectat.*

4 *Religioſus tranſiens de vna religione ad aliam non poteſt in ipſa eſſe ſuperior.*

5 *Votum alicuius Religionis particularis debet emitti à tranſeunte ad illam.*

6 *Tranſitus de vna Religione ad aliam ex quibus cauſis fieri poſſit.*

Ad-

Digitized by Google

1 ADuerte primò, quod profeſſus
non tantum non poteſt tranſi-
re de vna religione ad aliam,
verum neque de vno monaſte-
rio ad aliud abſque licentia ſui Supe-
rioris, vt in *cap. Ioannis eodem titulo*, &
licet non ſit Apoſtata, tamen punitur,
quia delinquit in obedientia, quam de-
bet ſuo Superiori, *cap. ſicut de Iureiu-
rando*.

Aduerte ſecundò, quod quando vult
tranſire ad religionem ſtrictiorem, neque
poterit id facere, ſine licentia Pontificis.
2 *cap. ſanè, hoc titulo, & Tridentinum ſeſ-
ſione 23. cap. 19. vel per Bullam Martini
V. qui incipit ambitiosè*. Cognoſcere
autem, quale ſit monaſterium ſtrictiùs, id
ſpectat ad iudicium Superioris, vt habe-
tur hic, in §. *quod ſi fortè*. Intellige tamen
3 de Prælato, ad quem monachus appellat,
non autem de Superiore ipſius monachi,
vt notat *Abbas in cap. licet, eodem titulo*
quia aliàs ipſe conſtitueretur Iudex in
cauſa propria, contra *textum in l. vnica
C. nequis in ſua cauſa*.

4 Aduerte tertiò, quod monachus trã-
ſiens de vna religione ad aliam, non po-
teſt ibi habere dignitatem, vt habetur in
Clementina de regularibus, & ratio eſt,
quia forſan, ſi ibi eſſet Superior guber-
naret ad modum religionis antiquæ, in
qua erat, & ſic confunderentur ordines
rerum, ſic docet *Graffius lib. 3. deciſione
caſuum cap. 5. num* 48. non tamen tene-
tur iterum profiteri in religione, ad quam
5 tranſit, niſi iſta talis religio haberet cer-
tum votum particulare, vt diximus de
religione minimorum, Societatis Ie-
ſu, &c. ſic *Rebuffus in titulo de tranſla-
tione monachorum in praxi beneficia-
ria*.

Aduerte quartò *ſecundum Antonium
Timotheum hic, ex Sancto Doctore* 2. 2.
quaeſt. 99. art. 8 ex triplici cauſa poſſe
quem tranſire de vno monaſterio, ſeù
6 religione in aliam. Primò ratione maio-
ris perfectionis. Secundò ratione rela-
xati Inſtituti, & deficientis antiquæ
perfectionis. Tertiò ratione infirmita-
tis, nam hac ratione diſpenſat Pontifex,
vt quis tranſeat ad religionem laxiorem,
Mendicantes verò, poſſunt tranſire tan-
tum ad religionem Cartuſianorum, vt ex
*conſtitutione Martini IV. & in extra-
uaganti Viam ambitiosè cupiditatis*. Ve-
rum tamen eſt, quod inter mendicantes
ſunt adſcriptæ aliæ religiones, Societas
Ieſu, à Gregorio XIII. & Pius V. alias
annumerauit, ſic Fratres minimos in
Bulla 48. monachos Camaldulenſes in
Bulla 99. & alios, vt aduertit *Cherubi-
nus in dictis Bullis*.

In §. fugitiuus cum ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Superiores debent omnibus modis reuo-
care Monachos Apoſtatas ad Re-
ligionem.*
2 *Canonici Regulares Parochi poſſunt
manere extra clauſtra pro ſalute
animarum.*

1 NOn omnes Superiores, gerunt ſe
vt paſtores, ſed multoties, vt
mercenarij, quibus non eſt cura
de ouibus, monacho igitur Apo-
ſtata, debet ſuperior ſtatim ipſum reuo-
care ad ſanctam priorem vitam, & ad
hoc debet habere remedia opportuna,
ſcilicet mittere exploratores, excommu-
nicare, &c. vt per *Tridentinum ſeſſione*
23. *cap.* 4. *& ſequentibus*. Id autem, quod
diſponitur in §. *ſinguli quoque*, limitat
per ea, quæ ſupra diximus, agentes de
electione, vbi notauimus, quod poſſunt
2 Regulares eligi in Paſtores, ſeù Paro-
chos, quod licet ſit limitatum quo ad
aliquos, tamen reſpectu religionis Cano-
nicorũ Regularium viget, vt electi in Pa-
rochos maneant extra clauſtra, in loco
Parochiæ, pro ſalute animarum.

In §. vt autem cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Superior non debet eligi is qui non eſt
eiuſdem monaſterij.*
2 *Aſſumi non debet in magiſtrum is qui
formam diſcipuli non habuit.*
3 *Præficiendus non eſt qui ſubeſſe non
nouit.*
4 *Superior poteſt eligi diuerſi monaſterij
ſi alius non inuentatur idoneus.*
5 *quam ætatem habere debeat.*
6 *vnius monaſterij non poteſt alteri
præeſſe.*
7 *Profeſſus tacitus poteſt eligi in Epiſco-
pum.*

HIc habentur aliqua pro Supe-
rioribus Regularium, & de
qualitatibus ipſorum, ſignan-
ter, quod non debet eligi in
Superiorem, is, qui non eſt eiuſdem mo-
1 naſterij, *vt in cap. cum Magiſter de ele-
ctione*.

Digitized by Google

ctione, & debet eſſe profeſſus expreſſus,
nec ſufficit ſi ſit profeſſus tacitus, hic
enim poteſt exire de tali religione, & trã-
ſire in aliam, nec eſt adeò adſtrictus, vt
patet ex §. *& propterea*; vbi adducitur
ratio, quia ſcilicet in magiſtrum aſſumi
2 non debet is, qui formam diſcipuli non
habuit, ſeù aſſumpſit: nec eſt præficien-
dus: qui ſubeſſe non nouit: vt *in l. finali*
C. de legitimie tutoribue. & l. filium ha-
3 *beo ff. ad macedonianum cap. eſtote* 1. *q*
1. Si tamen in dicto monaſterio, non
inueniatur religioſus idoneus, & habilis
benè poterit eligi de alio monaſterio, vt
4 aduertit *glo. hic verbo monaſterium, ex*
cap. quam ſit 18. *q.* 2., licet enim *textus in*
dicto cap. cum magiſter, id exigat, debet
tamen intelligi cæteris paribus, & dum-
modo ſit in monaſterio, monachus taliũ
qualitatum.

Secundò debet habere ætatem ſaltem
25. annorum. ac proinde debet habere
5 25. annum completum; vt in *Clem. gene-*
rali de ætate & qualitate ordinandorum.

Tertiò ille; qui præeſt vni monaſterio;
6 non poteſt & alteri præeſſe, *cap. fin.* 1. *q.* 4.
cap. verum 21. *q.* 1. *& colligitur ex ſupra*
dictis in ſimili caſu ex cap. literas de con-
ceſſione de prabenda.

Quartò, & ſi profeſſus tacitus non
7 poſſit eligi in Superiorem monaſterij,
benè tamen poterit eligi in epiſcopum,
vt habetur hic in § *præterea, & notat gl.*
verbo regularibus, vbi probat id ex ea
ratione, quia ſcilicet ſtatus epiſcopalis eſt
maioris perfectionis, quam ſit quilibet
alius ſtatus regularis. vt ex *cap. nullius*
de electione in 6.

In §. Viſitatores.

SVMMARIVM.

1 *Viſitatores, & prouinciales habent idem officium.*
2 *eliguntur, quando eligitur Generalis, & quam Iuriſdictionem habeant.*
3 *debent viſitare etiam monaſterium vbi ſedes eſt Generalis.*
4 *prius moniti ab ordinario loci vt viſitẽt, ſi noluerint poteſt ordinarius viſitare.*
5 *Ordinarius loci ſe habet tanquam delegatus ſedis Apoſtolicæ in viſitatione neglecta à Viſitatore.*
6 *Viſitatores quodnam munus habeant.*

1 ILli, quos Fratres vocant Prouinciales
ſeù Cuſtodes, monachi vocant Viſi-
tatores, & id quod hic dicitur de
Viſitatoribus intellige dictũ de Pro-
uincialibus, & de aliis qui toti Prouinciæ
præſunt Ideò.

Aduerte primo, quod tempore quo
eligitur Genera[l]is eliguntur etiam Viſi-
tatores, qui circa monachos habent iuriſ-
2 dictionem ordinariam. & ſic de facto pri-
uant Abbates, commutant, carcerant
monachos puniunt, & faciunt his ſimi-
lia, vnde licet *gloſa hic verbo exequan-*
tur ponat opiniones hinc inde, tamen
fauorabilior eſt opinio poſita, quia pro-
babilior, & ipſam tenent *Innocentius, &*
Goffridus apud gl. hic colligentes *ex tex-*
tu in cap. cum ab eccleſiarum de officio
d. legati & l. more maiorum ff. de iuriſdi-
ctione omnium Iudicum; & quotidiana
praxis ſic ſeruat.

Aduerte ſecundò, quod monaſte-
3 rium; quod eſt caput religionis. & ſedes
generalis adhuc viſitari debet, ſic expreſ-
ſè *Tridentinum ſeſſ.* 23 *cap* 20. vbi etiam
apertè oſtendit Viſitatores habere iuriſ-
dictionem ordinariam, immo ſi Viſitato-
res prædicti non adimpleant ſuum mu-
nus circa viſitationem monaſteriorum;
epiſcopus diœceſanus, moneat ipſos, vt
4 dicta ſua monaſteria viſitent, & corrigã;
qui ſi poſt factam monitionem prædictã
5 adhuc Viſitatores neglexerint adimplere
munus ſuum, poterit epiſcopus, dicta
monaſteria ſuæ diœceſis viſitare, vt de-
legatus Sedis Apoſtolicæ, & circa mona-
chos facere poterit quidquid poteſt Viſi-
tator religionis; ſic expreſsè *Tridentinũ*
ſeſſ. 21. *cap.* 8. *de reformatione circa fi-*
nem.

Aduerte vltimo, quod eorum munus
6 erit corrigere malefacta: & remedia adhi-
bere in poſterum, curando de exacta
obſeruantia propriæ regulę, *cap penult de*
ſtatu monachorum; & Clem. 1. *hoc titulo.*
Id autem faciunt præuia monitione ſpi-
rituali, & deinde incipient viſitationẽ de
vita monachorum & de obſeruantia re-
gulæ, nec nõ viſitare monachos ſigillatim

In §. nouiſſimè cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutiones nouæ religionis prohibentur.*
2 *Dignitas noua in Eccleſia non poteſt introduci inconſulto Romano Pontifice.*

3 Tex.

3 Tex.in l. 1. C. de collegijs illicitis *inducitur.*

4 *Regula noua non poteſt conſtitui etiam ſtante licentia de inſtituenda noua religione.*

5 *Recedere ab eo quod diu fuit æſtimatum bonum æſtimatur temerarium.*

6 *Epiſcopus non poteſt dare licentiam vt plures ſimul viuant præter numerum duodenarium.*

7 *Inuentores nouæ religionis inconſulto Romano Pontifice grauiter puniuntur.*

8 *Profeſſio facta in religionibus non approbatis a Romano Pontifice nulla eſt.*

9 *Legis Nomen non meretur, quod contra legem eſt.*

IN *cap. vlt. de religioſis domibus* ex-
1 preſsè prohibētur inſtitutiones no-
uæ religiones, & idem repetit *Lancellottus hic*. Hic tamen breuiter.
Aduerte primo, quod in *dicto cap. finali*
non tantum prohibetur inſtitutio nouæ
2 Religionis, ſed etiam noua introductio
dignitatis in Eccleſia, inconſulto Romano Pontifice Ratio autem eſt quare prohibeatur noua Religio, quia ſicut *in l. 1. C. de collegijs illicitis*, non poteſt nouum Collegium fundari inconſulto Principe, ſic neque noua Religio coadunari inconſulto ſummo Pontifice, qui verus Princeps eſt in ſpiritualibus.

Aduerte ſecundo, quod data per Pontificem licentia ad fundandam nouam Religionem, non per hoc cenſetur data ad conſtituendam nouam Regulam, ſed qui nouam fundat Religionem cum diſpenſatione Pontificis, tenetur vnam de antiquis regulis aſſumere, & ſecundum illam moderare potius conſtitutiones, ſic notatur in §. *finali huius tituli; ex cap. Religioſos; de regularibus in 6.* Ratio autem eſt, quia æſtimatur temerarium recedere ab eo, quod diu fuit iudicatum bonum, *l. 2. ff. de conſtitutionibus; l. minimè; C. de legibus.*

Aduerte tertiò, non poſſe epiſcopum dare licentiam vt plures ſimul conuiuant præter numerum duodenarium, alias ipſe epiſcopus incurreret in pęnas prędictas, & in ſententiã excommunicationis, quæ habetur *in extra vaganti Ioann. 22. quæ incipit Sancta Romana, vt aduertit glo. noſtra hac verbo aſſumat.* Dixi præter numerum duodenarium, nam circa talem numerum de facto multis in locis, ſeruatur in praxi, ex approbatione ipſius epiſcopi ordinarij.

Aduerte quarto, quod inuentores nouæ Religionis (inconſulto Romano Pontifice) grauiter puniuntur primo apud Deum, nam peccant, non parentes Eccleſiaſticis conſtitutionibus, quæ id pro-
7 hibent. Secundò; quia vt loquitur *glo. hic verbo inueniat*; in errorum Baratrũ facile ruit, qui conceptus Patrum proprijs definitionibus anteponit, *cap. ne innitaris; de conſtitutionibus*, ergo vt talis puniri debet. Tertio incidit in excommunicationẽ latam per *Ioannem 22. loco citato*, & notat *Abbas in cap. finali de Religioſis domibus*; ſi tamen quis profiteretur in talibus Religionibus eaſdem incurreret pænas, nam agentes, & conſentientes eodem modo puniuntur. Verum tamen eſt, quod profeſſio ibi emanata, nullam habet ſubſiſtentiam, quia eſt facta cõtra formam legis, quæ nec nomen legitimi actus meretur; *l. non putaui, §. non quauis, ff. de bonorũ poſſeſſionibus contra tabulas*; tum quia, vt patet ex ſupra dictis *in §. tacitè, & ex glo. ibidẽ verbo Religione*; profeſſio ad hoc, vt ſit valida, debet fieri in vna de Religionibus approbatis, ſed hæc non eſt approbata, ergo nulla eſt profeſſio. Et hæc ad Dei gloriã; Beatiſſimæ Virginis laudem, Sancti Principis Doctoris obſequium, dicta ſint pro primo libro inſtitutionum Canonicarum.

FINIS.

LIBER SECVNDVS INSTITVTIONVM CANONICARVM.

De rerum diuiſione, atque earum adminiſtratione, Titulus Primus.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli ad praecedentia.*
2 *Particula*(De)*quot modis ſignificare poteſt,& quid in praeſenti, nu.3.4.& 5.*
6 *Rerum appellatione largiſſimè venitit, res temporales ſpirituales,corporales,& incorporales.*
7 *Res incorporalis non eſt idem ac res ſpiritualis*
8 *Res temporalis non eſt idem ac res corporalis.*
9 *Dominium ſimpliciter non datur in rebus Eccleſiaſticis, ſed adminiſtratio.*
10 *Pontifex habet altam diſpoſitionem rerũ Eccleſiaſticarum.*
11 *Adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum in Epiſcopis eſt dependens.*
12 *in clericis,vel Monachis eſt miniſterialis.*
13 *in Procuratoribus & Rectoribus Eccleſiarum eſt prouidentialis.*

1 EGimus in Primo Libro de perſonis, & dignitatibus, remanet agendum de rebus Eccleſiaſticis,& adminiſtratione ipſarum,meritò ponitur præſens rubrica, ad cuius intelligentiam

Aduerte primò circa illam particulam
2 *De*, quæ ſecundum ſubiectam materiam
diuerſas habet ſignificationes,aliquando
enim idem eſt,ac *Ex*,& ſignificat locum
vnde quid procedit, vt *Geneſ.2. Sponſum
egredi de cubili ſuo*, aliquando ſignificat
3 materiam,ex qua fit aliquid, ſic homo de
terra formatus, vt aduertit *Pagnin.in theſaur.ling ſanct.verb.et,& S. Doctor 1.par.
q.39.art 2.ad* 5.Interdum oſtendit parti-
4 cipationem, ſeù principiationem, vt filius
de patre procedens,*S.Doctor 1.par.quaeſt.
cit.& Gen.* 21. tamen ſecundum noſtram
materiam,cui apponitur, ſignificat mate-
5 riam,circa quã vt dici ſolet, eſt ſermo de
Deo,de gratia,&c.ſic in præſenti eſt agendum de rerum diuiſione.
Aduerte ſecundò circa ly,*rerum*,quod
6 largiſſimè ſumptum cõprehendit res tem
porales,& ſpirituales,corporales,& incor-
porales, *Abb.in c.1.de regul.iur.& l.rei,ff.
de verb.ſignif.& l. hic, in explic.rubr.* tñ
7 non eſt idem res incorporalis,ac ſpiritua-
lis; res enim incorporalis eſt etiam mali-
tia peccati,quatenus nec videtur,nec tan-
gitur,tamen non facit ad ſpiritum;res igi-
tur ſpiritualis propriè ſumitur pro re ſan-
cta,vel diuina, vt ſunt Sacramenta, virtu-
8 tes,&c.Item neque idem eſt res tempora-
lis,ac corporalis,quia dominium eſt tem-

porale,& eſt incorporale,§.4.*inſtit,de reb. corpor.& incorpor.*

Aduerte tertiò circa ly, *adminiſtratio-*
9 *ne*, quod in rebus Eccleſiaſticis nõ datur
dominium ſimpliciter, ſed adminiſtratio
10 & primò, Summus Pontifex habet altam
diſpoſitionem. Secundò, Epiſcopi habent
11 adminiſtrationem depẽdentem ex diſpen
ſatione Pontificis, vt in *tit. de reb. eccleſ.*
alien.vel non. Tertiò, adminiſtrationem
12 miniſterialem, & hanc habent clerici, &
Monachi, qui res Eccleſiaſticas, vel ſacras
13 adminiſtrant. Quartò, Procuratores,&
Rectores Eccleſiarum habent adminiſtra
ſtrationem Prouidentialem; *DD. in cap. decernimus, de iudic.*

In § ſuperiori.

SVMMARIVM.

1 *Omnis res Eccleſiaſtica aut eſt ſpiritualis, aut eſt temporalis.*

2 *Res ſpirituales ſumi ſolent ſecundum modum participandi ſpiritualitatem.*

COnfirmatur hic id, quod ſupra di-
ximus, quod ſcilicet res Eccleſia-
1 ſticæ aliæ ſint temporales, aliæ ſpi
rituales, vt ex verbis *ſumma rerum diuiſio*,
vnde ait hic Author noſter, quod omnis
res Eccleſiaſtica aut corporalis eſt, aut ſpi
ritualis; homo enim, qui in Eccleſia eſt, cõ-
ſtat ex anima, & corpore; pro anima igitur
ſunt ei danda bona ſpiritualia, ſic ſunt Sa-
cramenta, gratia, &c. pro corpore, bona tẽ-
poralia, vt poſſint Miniſtri inſeruire Eccle
ſiæ, ſic ſunt redditus, decimæ, eleemoſinæ,
&c. *cap ſi quis abſtulerit, 1.q.3. & in §. tra-
ctemus, infrà, de rebus eccleſ. alien. vel non.*
Res verò ſpirituales diuerſimodè ſumi ſo
2 lent, propter diuerſum modum participan
di ſpiritualitatem, vt videre eſt per ly,
verb. ſpirituales ſunt.

In §. rurſus, cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Res Eccleſiaſtica deſeruientes ad ſpiritum ſunt vel corporales, vel incorporales, ſeù ſpirituales.*

2 *A Dignioribus eſt incheoandum.*

SVbdiuidit hic Author noſter res Ec-
cleſiaſticas, & oſtendit, quod etiam
1 res Eccleſiaſticæ deſeruientes ad ſpi
ritum aliæ ſunt corporales, aliæ incorpo-
rales, ſeu ſpirituales; incorporales ſunt va-
ſa ſacra, calices, &c. Item bona religioſa,
vt Monaſteria, habitationes clericorum,
ſepulturę, &c, de quibus omnibus videbi-
mus infra. Spirituales ſunt virtutes, Sacra-
2 menta, &c & cum ſit incoãdum à dignio-
ribus, ex *l.2.ff de albo ſcribend.* ideo de
Sacramentis hic.

DE SACRAMENTIS in genere.

TITVLVS SECVNDVS.

In §. Sacramenta

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio eius de quo tractatur in §.*

2 *Sacramentum dicitur à conſecrantibus.*

3 *generaliter ſumptum quid ſit.*

4 *ſumi poteſt, prout ſignificat iuramentum.*

5 *ſumitur pro aliquo conceptu occulto.*

6 *generaliſſimè ſumptum aptius definitur ſignum, quam cauſa.*

7 *Sacramenta veteris legis figurauerunt gratiam noſtrorum Sacramentorum, & n.17*

8 *Lex antiqua continebat parabolam, & vmbram gratia noua legis.*

9 *Signum quid ſit.*

10 *Sacramentum quare dicatur ſignum rei ſacræ, & quare ſanctificantis hominis.*

11 *Sacramenta veteris legis ſignificabãt mediatè gratiam, & n.25.*

12 *noua legis ſunt ſigna practica.*

13 *veteris legis erant ſigna ſpeculatiua*

14 *debent eſſe ſenſibilia, & nu.26*

15 *veteris legis ad quid fuerint à Deo inſtituta.*

16 *veteris legis non conferebant gratiam iuſtificantem per ſeipſa*

18 *Circumciſio figurabat Sacramentum Baptiſmi.*

19 *Agnus figurabat Eucharistiam.*

20 *Purificatio figurabat Sacramentum Pænitentia.*

21 *Conſecratio Pontificum, & Sacerdotum figurabat Sacramentum Ordinis.*

22 *Sacramentum Confirmationis, & Extrema vnctionis figurabatur per alias vnctiones qua fiebant in veteri lege.*

23 *Sacramenta noua legis quid ſint.*

24 *In Sacramentis omnis actio ſignificat eſſe-*

effectum intrinſecum ipſius Sacramenti.

27 *Sacramentorum efficiens, principalis, & immediatus fuit Chriſtus Dominus.*

28 *Confirmatio, & Extremaunctio non fuit inſtituta à Chriſto mediantibus Apoſtolis.*

39 *Eccleſia habuit poteſtatem à Chriſto Domino mutandi ritus non ſubſtantiam Sacramentorum.*

30 *Sacramenta Ordinis, & Confirmationis à ſolis Epiſcopis conferuntur, nec poſſunt alteri committi.*

31 *ſolus Papa poteſt committere ijs, qui non ſunt Epiſcopi.*

32 *Sacerdotes, & ſi indigni, & in peccato conficiunt ſacramenta, & conferunt gratiam.*

53 *Pœnitens verè abſoluitur, liciteq; audit ſacrum, & recipit communionem à Sacerdote in peccato, & hoc, ſi fiat ex neceſſitate.*

34 *Miniſter in peccato mortali ſcienter conficiens, vel conferens* Sacramenta *peccat mortaliter.*

35 *Sacerdos non tenetur confiteri niſi ante ſacrificium in alijs enim ſacramentis ſufficit ſi conteratur, vel ſi adſit extrema neceſſitas facere quantum in ſe eſt, & tunc non peccat.*

36 *Clerici, vel in ſacris conſtituti non peccāt mortaliter ſi miniſtrent ſolemniter ſacramenta.*

37 Tex. in cap. quęſitum de tempor. ordin. *declaratur.*

58 S. Doctor 3. part. quæſt. 64. art. 6. *explicatur.*

39 *Diaconus ſolemniter baptizans in peccato mortali peccat mortaliter.*

40 *Parochus in peccato mortali, aſſiſtens in matrimonio non peccat mortaliter.*

41 *Deputatur ab Eccleſia, vt aſſiſtat in matrimonio ad conualidandum tantum.*

42 *ſi per impoſſibile moreretur antequam Deus infunderet gratiam in ſacramento matrimonij, adhuc infunderetur gratia, & ſacramentum diceretur integrum.*

43 *Aſſiſtens in Sacramento matrimonij proximè concurrit tantum ad eius firmitatem, remotè vero ad Sacramentum.*

44 *Sacerdos in peccato pluries communicans vnum tantum peccatum committit.*

45 *pluries etiam ſucceſſiue abſoluens, vel vngens pluria peccata committit.*

46 *in conficiendis Sacramentis debet ſaltem habere intentionem faciendi, id quod facit Eccleſia.*

47 *conficit verè Sacramentum, etiam ſi alium finem intentioni admiſceat tamē peccat mortaliter.*

48 *Poteſt habere intentionem non conficiendi Sacramenta, & tunc non conficit, non poteſt vero nolle conferre gratiam.*

49 *Intentio actualis quæ ſit?*

50 *habitualis quæ ſit?*

51 *virtualis, quæ dicatur?*

52 *habitualis pura non ſufficit in Sacramento conficiendo.*

53 *virtualis ſufficit.*

54 *maior requiritur in miniſtro quam in ſuſcipiente Sacramenta.*

55 *debet eſſe abſoluta, & non conditionalis niſi ſit conditio de præterito.*

56 *Miniſter ſi habeat intentionē conditionalem ſub cōditione de præterito valet Sacramentum, ſed peccat mortaliter.*

57 *Finis Sacramentorum triplex, & qualis? n. 57. & 59.*

59 *Otioſa eſt damnabilis.*

60 *Sacramenta habent materiam, et formam.*

61 *Materia in Sacramentis, quæ ſint?*

62 *Forma Sacramentorum quæ ſit?*

63 *In matrimonio inter mutos, quæ ſit materia, quæ forma?*

64 *Mutatio formæ tantum accidentalis non impedit validitatem Sacramentorum eſt tamen peccatum mortale, & nu. 67.*

65 *faceret inualidum Sacramentum ſi fiat animo inducendi nouum ritum.*

66 *Baptiſmus Græcorum valet.*

68 *Intentio ſiniſtra in forma Sacramentorū inualiditatem inducit.*

69 *Miniſter proferens formam diuerſo idiomate conficit Sacramentum, ſed peccat mortaliter.*

70 *transponens verba formæ conficit Sacramentum, & peccat mortaliter.*

71 *mutans formam in verba ſynonima idem eſt, ac ſi transponeret.*

72 *Procedens ab vtroq; non eſt ſynonimum ad Spiritum ſanctum.*

73 *Baptiſmum non valet ſi in forma dicatur in nomine Trinitatis.*

74 *Forma Sacramentorū aliquid addens non intēdēs inducere nouū ritum, ſed ex mera deuotione, vel pro libito, non conficit irritè.*

75 *Baptizans ſi addat ex deuotione in forma verbi gratia. In nomine Patris, &c. & Maria dummodo non habeat intētione, vt ly Maria operetur, ſicut operatur Trinitas, ritè baptizat.*

76 *Additio merè extrinſeca, & materialis in forma Sacramentarum, dummodo moraliter connectantur verba, non inducit inualiditatem, ſed tantum eſt veniale.*

77 *Verba ambigua in forma Sacramentorum addita nullitatem inducunt.*

78 *Baptizans, qui non bene profert linguam latinam non peccat ſi inſtante neceſſita-*

te proferat lingua vernacula.

79 *Sacramentorum vſus debet eſſe opportunus.*

80 *Baptiſma eſt ianua Sacramentorum.*

81 *Sacramenta ſuſcipiens debet prius habere fidem.*

82 *In Baptiſmate ſuſcipiendo debet præcedere fides.*

83 *Sacramenta ſuſcipiens debet elicere aliquẽ actum pium, qui ſaltem ſit auerſio à creaturis, & conuerſio ad Deum.*

84 *Adultus Baptizandus ſi per impoſſibile haberet tantum maculam originalem, non tenetur antea elicere actum conuerſionis ad Deum.*

85 *Sacramenta ſuſcipiens non debet ponere obicem.*

86 *Ob ex qualis, & quotuplex ſit.*

87 *Gratia Sacramentalis adhoc, vt recipiatur non requiritur alia diſpoſitio, quam ſtatus gratiæ.*

88 *Peccatum veniale non ponit obicem in Sacramento, & n. 90.*

89 *eſt peccatum ſecundum quid.*

91 *Sacramenta ſuſcipiens non ſufficit, ſi habeat dolorum naturalem.*

92 *Attritio ſupernaturalis etiam cognita, vt attritio ſufficit in Baptiſmo, & Pœnitentia.*

93 *eſt diſpoſitio ad gratiam.*

94 *In Baptiſmo eſt facilior iuſtificatio, quam in Sacramento pœnitentiæ.*

95 *Attritio cum ſpe veniæ quomodo intelligatur.*

96 *Gratiam primam nemo mereri poteſt.*

97 *Sacramenta mortuorum quare dicãt Baptiſmus, & Pœnitentia.*

98 *Contritio diſponit ad recipiẽdam maiorem gratiam, quam attritio.*

99 *Attritio formalis requiritur in pœnitentia virtualis vero in Baptiſmo.*

100 *Actus ſpei eſt attritio virtualis.*

101 *Gratia eſt diſpoſitio neceſſaria in alijs quinque Sacramentis præter Baptiſmũ, ac pœnitentiam.*

102 *Sacramenta virorum poſſunt per accidẽs conferre primam gratiam.*

103 *mortuorum poſſunt per accidens conferre ſecundam gratiam.*

104 *Attritus putans id ſufficere pro diſpoſitione ad recipienda Sacramenta viuorũ, vel putans ſe eſſe in gratia, recipit effectũ gratiæ.*

104 Tridentina Sanctio ſeſſ. 13. cap. 9. *de non accedendo ad Sacramẽtum Eucharistiæ abſq; præuia confeſſione* Sacramentali, *vnde prouenit?*

105 *Confeſſio* Sacramentalis *adhibenda eſſet in quolibet* Sacramento.

106 Sacramentorum *effectus in genere, qui & quales ſint?*

107 *Gratia idem eſt, ac habitus charitatis.*

108 *quotuplex ſit.*

109 *operans quid ſit.*

110 *cooperans quid ſit.*

111 *confertur in omnibus dignè ſuſcipientibus* Sacramenta.

112 *Sacramentum collatum digno corroborat gratiam priorem.*

113 *Sacramenta omnia cauſant gratiam ex operato.*

114 *Cauſare ex operato quid ſit.*

115 *Virtutes Theologales, &* Cardinales, *in Baptiſmo infunduntur paruulis præter gratiam iuſtificantem, & habitualem.*

116 *recedunt recedẽte gratia præter ſpẽ, & fidem.*

117 *augentur dum augetur gratia.*

118 Sacramenta *præter gratiam habitualem quam ex operato cauſant infundunt in ſuſcipientibus gratiam particularem adæquatam fini Sacramentorum.*

119 Sacramenta *in voto conferunt gratiam ex opere operanti præter quam Sacramentum Ordinis, & matrimonij.*

120 Gratia Sacramentalis *confertur ſuſcipiẽti dignè poſt applicationem materiæ, & in vltimo inſtanti completiuo formæ.*

121 *non collata ponenti obicem, ſublato obice confertur, & n* 122. & 123. *etiam in Sacramentis iterabilibus numer.* 125. & 126.

127 *aduenient poſt* Sacramentum *ſublato obice venit ſimul cum alia gratia correſpondente actui ablutionis obicis.*

128 *cauſatur per ipſa* Sacramenta *inſtrumentaliter.*

129 *in* Sacramento, *q dignè ſuſcipitur nõ alio modo confertur niſi tunc quando ſuſcipitur.*

130 *Sacromenta quomodo cauſent gratiam indiſtans.*

1 IN præſenti §. priùs erit vidẽdum quid ſit Sacramentum in genere, & vnde dicatur. Secundò, quæ fuerunt Sacramenta veteris legis & quid figurabant. Tertiò, quid ſint Sacramenta nouæ legis. Quartò, qui ſint effectus Sacramentorũ, & qui miniſtri. Quintò, quis ſit finis. Sextò, de materia, forma, intentione, & vſu. Octauò, de diſpoſitionibus ipſorum. Nonò, de effectibus Sacramentorum.

Circa primum, Sacramentum dicitur à
2 conſecrantibus: conſecrat enim hominem

Digitized by Google

Deo, S. *Doctor* 1.2.*q*.102.*art*.5. Eſt autem
3 Sacramentum ſic generaliter ſumptum,
prout comprehendit etiam Sacramenta
veteris legis. Signum rei ſacræ ſanctificantis homines, ſic definit S. *Doct*. 3.*par*.*q*.60.
art.2.*in corp*. multipliciter autem ſumitur
4 hæc vox *Sacramentum*, & primò, ſignificat etiam iuramentum, vt in *cap*. *paruuli*
22.*q*.5. ibi: *Qui ſemel periurauerit, nec teſtis ſit poſt hoc, nec ad Sacramentum, idest
ad iuramentum accedat*. Secundò, pro ali-
5 quo concepto occulto, Tob. 12. ibi: *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt*: multipliciter etiam ſumi poteſt, ſed nõ ſpectat
ad nos in præſenti.

Circa definitionem poſitam, aduerte
primò, quod Sacramentum in genere ge-
6 neraliſſimo a[illegible]us definitur ſignum, quam
cauſa, & ratio [illegible]x Theologis cum *S. Doctor loco citato art*. 1. quia cum Sacramen-
7 ta veteris legis (quæ comprehẽduntur ſub
genere generaliſſimo Sacramenti) non
cauſauerint niſi quandam ſanctitatem legalem, & figurauerint gratiam noſtrorum
Sacramentorum, vt aduertit *Coninc. in
conuento eiuſdem primi artic*. meritò magis aptè Sacramentum dicitur ſignum,
quam cauſa, vndè Paulus ad Hebr. 10. ait,
8 quod antiqua lex continebat parabolam
& vmbram futuræ gratiæ, noua lex continet corpus, & veritatem, & ſigna etiam vocantur Sacramenta, vt in *cap*. *ſacrificium,
de conſecr*. *diſt*. 2, quia ex *cap*. *ſignum, diſt*.
9 *cit*. ſignum eſt, quod præter ſpeciem, quã
ingerit ſenſibus, aliquid aliud ex ſe cognoſcere facit, ſed ita habent ſe omnia Sacramenta, quorum quodlibet aliud oſtendit,
præter extrinſecam actionem (vt patet diſcurrenti per ſingula) ergo vt ſignum definiri debet.

Aduerte ſecundò, quod dicitur rei ſa-
10 cræ, &c. Ad differentiam aliorum ſignorum, nam ſunt etiam alia ſigna rerum naturalium, vt fumus ſignum ignis, &c. neq;
eſt ſignum cuiuſque rei ſacræ, vt eſt Eccleſia ſignum ſacrificij, orationis, &c. ſed eſt
ſignum rei ſacræ ſanctificantis homines, ꝙ
11 eſt etiam commune Sacramentis veteris legis, vt ait *S. Doct. loco citato artic*. 3.
nam illa etiam mediatè ſignificabant gratiam, quatenus immediatè ſignificabant
12 Sacramenta nouæ legis, quibus mediantibus immediatè nobis confertur gratia, & ſic Sacramenta nouæ legis ſunt ſigna practica, nam ſignificãt, & cauſant gra-
13 tiam, illa erant ſigna ſpeculatiua, quia
tantum ſignificabant gratiam.

Aduerte tertiò, ꝙ res Sacramentorum,
14 & ſic Sacramenta, prout ſigna debent eſſe
ſenſibilia, ait enim *Chryſoſt. hom*. 83. *in
Matth. Si eſſes incorporeus, ipſe dona incorporea tibi tradidiſſet, ſed quia corpori iuncta eſt anima tua, ideò in rebus ſenſibilibus tibi intelligenda traduntur*, & alibi dicitur, *Inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſũt,
intellecta conſpiciuntur*, hoc eſt, videntur
res materiales, & ſenſibiles, eleuantur ad
cognitionem rerum inſenſibilium, & incorporearum.

Circa ſecundum, aduerte primò, Sacra-
15 menta veteris legis fuiſſe inſtituta à Deo,
vt miniſtraretur Dei cultoribus, & per ipſa ſpecialiter miniſtri deputarẽtur ad Dei
cultum, ſic *S. Doctor* 1.2.*q*.102.*art*.5. Verumtamen eſt, quod dicta Sacramenta
16 non conferebant gratiam iuſtificantem
per ſe ipſa, & propria virtute, idem
S. *Doctor* 3.*par*.*q*.62.*art*.6. ex verbis *Pauli ad Galat*. 2. *ſi ex lege, & iuſtitia Chriſtus gratis mortuus eſt*, & *ad Galat*. 4.
Conuertimini iterum ad infirma, & ad egena elimenta, vbi addit *gloſ. ordin*. idem ad
l. veterem, quæ dicitur infirma, quia perfectè non iuſtificat.

Aduerte ſecundò, fuiſſe dicta Sacramẽ-
17 ra figuram noſtrorum, vt ex Paul. ad Hebreos 10. & erant circumciſio, Agnus Paſcalis, conſecratio, lauacrum, purificatio,
18 &c. Circumciſio figurabat Baptiſmum;
ſicut enim incircumciſi ad nullum actum
legalem admittebantur ita in nobis non
baptizati, S. *Doctor loco cit*. Agnus figu-
19 rabat Eucharistiæ Sacramentum, vt videbimus infra, cum de Sacramento Euchariſtiæ, & docet S. *Doctor loco cit. ad* 2. Pu-
20 rificatio, quæ remouebat impedimenta
ad Dei cultum, figurabat pœnitentiam,
21 *idem ad* 4. Conſecratio Pontificum, & Sacerdotum, qua miniſtri ad Dei cultum
deſtinabantur, figurabant Sacramentum
Ordinis: Matrimonium fuit ab initio mun-
22 di, ceteræ vnctiones figurabant Confirmationem, vt vnctionem extremam, vt patet ex eodem S. Doct.

Circa tertium, datur definitio in præſenti §. vbi loquẽdo de Sacramentis nouæ
23 legis dicitur: Sacramentum eſt inuiſibilis
gratiæ, viſibilis forma, ita vt eius ſimilitudinem gerens, & cauſam exiſtat; Dicitur
forma gerens ſimilitudinem, nam omnis
24 actio Sacramenti ſignificat effectum intrinſecum ipſius Sacramenti, ſic ablutio
baptiſmalis denotat ablutionem intrinſecam ab omni macula. Idem dic de alijs
vt videbimus infra: Dicitur *inuiſibilis
gratia*, loco differentiæ, nam Sacramenta
25 veteris legis non figurabant cauſam, niſi
tantum figuratiuè, vt diximus, vt per *Trident. ſeſſ*. 27. *de Sacr. in genere can*. 2. 6. &
7. noſtra verò cauſant: Dicitur enim *viſibilis*

Digitized by Google

bilis forma, quatenus quodlibet Sacra-
26 mentum habet ſenſibilitatem ratione du-
cta ex *Chryſoſtomo hom*. 83. *in Matth*. de
alijs infra ſuo loco.

Circa quartum aduerte primò, Chriſtũ
Dominum fuiſſe efficientem principalem,
27 & immediatum Sacramentorum. Nota ly,
immediatum, nam nõ defuere aliqui apud
Suar. de ſacram. diſput. 12 *ſect*. 1. qui dixe-
runt cõfirmationem, & extremam vnctio-
28 nem fuiſſe inſtitutam a Chriſto medianti-
bus Apoſtolis, ſed ipſis contradicit *Trid.
ſeſſ*. 7. *artic* 1. vbi ait; *Si quis dixerit ſacra-
menta noua legis non fuiſſe omnia à Chri-
ſto Domino inſtituta, anathema ſit*, & cla-
rius *ſeſſ*. 21. *can*. 2. vbi ait, poſſe Eccleſiam
29 aliquid mutare circa ceremonias Sacra-
mentorum, non autem circa ſubſtantialia,
quarè habit à Chriſto Domino poteſtatẽ
inſtituendi ritus Sacramentorum, non au-
tem mutandi ea, quæ ſpectant ad ſubſtan-
tiam, & ex *D. Ambroſ. de ſacrament. cap*. 4.
vbi ait, *Auctor Sacramentorum quis eſt*,
niſi Dominus Ieſus?

Aduerte ſecundò circa miniſtros, quod
30 aliqua Sacramenta à ſolis Epiſcopis con-
feruntur, vt ſunt Ordo, & Criſma; alia verò
enim ab alijs Sacerdotibus, vt coadiutori-
bus Epiſcoporũ, nec poteſt Epiſcopus Sa-
cramenti Ordinis, vel Confirmationis al-
31 teri cõmittere; hoc enim ſolius Papæ eſt,
vt de facto ſolet concedere Abbatibus, pa
tet ex *gloſ. in cap. omni tempore, de conſect.
diſt*. 4.

Aduerte tertiò, certum eſſe miniſtros
32 quantumuis indignos, & in peccato con
ficere Sacramentum, & conferre gratiam,
vt in *c*. 3. *à diſtin*. 1. *de conſecrat. & per ſeq*.
ſunt enim miniſtri veluti lapides, ex qui-
bus aqua, ſeù gratia in terram fidelium trãſ-
funditur, idem tenet *S. Doctor* 3 *part. q*. 64
art. 1. & eſt de fine definitum in *Concil. Co-
ſtanſien ſeſſ* 4. & 15. vndè collige, verè ab-
33 ſolui pœnitentem à Sacerdote in peccato
mortali, item licere ab eodem audire ſa-
crum, recipere communionem, &c. ſi ex
neceſſitate id fiat.

Aduerte quartò, miniſtrum in peccato
34 mortali exiſtentem, & conficientem, vel
conferentem Sacramenta ſcienter pecca-
re mortaliter, *Sanct. Doct. loc. cit. artic*. 6.
Auguſt. libr. 2. *contra epiſtol. Parmeniani
c*. 10. vbi ait *Omnia ſacramenta obſunt indi-
gnè tractantibus, proſunt tamen dignè ſu-
mentibus*.

35 Nota tamen primò, quod non tenetur
miniſter confiteri (ſi ſit in peccato morta-
li) niſi tantum antequam ſacrificet, at ante
adminiſtrationem aliorum Sacramento-
rum, ſufficit ſi conteratur, imò in extrema
neceſſitate, abſoluendi, vel baptizandi, & ſi
nõ conteratur, ſufficit ſi faciat quantum in
ſe eſt, & per hoc non peccat mortaliter; *ne-
ceſſitas enim multa facit licita, quæ aliàs il-
licita ſunt*.

Nota ſecundò, clericos, & alios conſti-
36 tutos in ſacris non peccare mortaliter, ſi
miniſtrent ſolemniter in ſuis officijs, nec
facit *tex. in cap. quæſitum, de tempor. ordin*.
37 quia vt aduertit *gloſ*. ibi *verb. monendi*, nõ
præcipitur hoc expreſsè ipſis clericis, ſed
relinquitur eorum arbitrio, ſimile habetur
in *cap. mulieri, de iureiur*. neq; hoc eſt cõ-
tra S. *Doctor*. quidquid dicat *Squillant. de
38 obligat. cler part*. 1. *in fin*. S. *Doct*. 3. *part. q*.
64. *artic*. 6. loquitur expreſsè de miniſtris
Sacramentorum, qui ſunt Sacerdotes; vn-
39 dè colligo, quod ſi Diaconus ſolemniter
baptizans eſſet in peccato mortali, pecca-
ret mortaliter; ſancta enim ſanctè tractari
debent.

Nota tertiò, non ſic eſſe dicendum in
40 Parocho, qui aſſiſtit in matrimonio, & ra-
tio eſt, quia primaria intentio Eccleſiæ de-
putantis miniſtrum pro ſe, eſt ad validita-
41 tem contractus, cui accedit poſtea Sacra-
mentum ex inſtitutione Chriſti, & ſic Sa-
cerdos conualidat contractum, quo cõn-
ualidato, habetur Sacramentum; vnde eſt,
42 quod ſi per impoſſibile antequam Deus
infunderet gratiam, moreretur Parochus,
vel Sacerdos aſſiſtens adhuc tamen Deus
infunderet gratiam, quia integrum eſſet
Sacramentum, dum præſentia Parochi fa-
cit tantum ad firmitatem contractus pro-
43 ximè, remotè verò concurrit ad Sacra-
mentum.

Nota quartò, non committere plura
44 peccata mortalia Sacerdotem, qui plures
communicat; nam illa actio eſt continua-
ta, & ſe habet per modum vnius; eſt enim
vnica tractatio Corporis Chriſti, neq; hic
conficit Sacramentum, ſed tantum mini-
ſtrat, ſecus autem eſt in abſoluente, vel vn-
45 gente, &c. quia hic quot actus ſimiles fa-
cit, tot committit peccata, ex ratione *San-
cti Doct q*. 64. *cit*. quidquid dicat *Diana
fol*. 91. qui putat confeſſarium abſoluentẽ
centum, verbi gratia, ſucceſſiuè, ſi non di-
ſcedat, vel ſi diſcedat, habeat tamèn ani-
mum ſtatim redeundi, vnum committit
mortale, quod non ſic de facili tranſire po-
teſt, cum ſint actiones verè diſtinctæ.

Aduerte quintò, requiri in miniſtro in-
46 tentionem faciendi ſaltèm id, quod facit
Eccleſia per illos actus, ſic per *Trident ſeſſ*.
7. *de Sacrament. in gen. ex Flor. in decret. de
arment*. vbi id expreſsè definitur.

Nota tamen hic primò ex S. *Doct. q*. 64.
47 *artic*. 14. *in corp*. quod etiam ſi Sacerdos
alium

Digitized by Google

alium finem admiſceret huic intentioni,
peccaret quidem mortalitèr, ſed tamèn
conficeret Sacramentum, puta ſi Sacerdos
baptizando mulierem adultam, haberet
intentionem faciendi id, quod facit Eccle-
ſia, & faceret etiam id ad abutendum ipſa,
vel ſi cum intentione conſecrandi habe-
ret etiam intentionem immiſcendi hoſtiã
cõſecratã cum maleficijs, hic verè cõfice-
ret Sacramẽta, tamẽ peccaret mortalitèr.

48 Nota ſecundò, quod miniſter poteſt
quidèm habere intentionẽ non conficien-
di Sacramentum, & ſic nec conficier Sa-
cramentum, nec gratiam cõferet, ſi tamèn
habeat intentionem conficiendi Sacramẽ-
tum, non poteſt nolle conferre gratiam; li-
cet enim poſſit ſuſcipiens nolle recipere
gratiam Sacramenti, quia gratia Dei non
datur inuitis, *c. maiores, §. item quæritur,
de baptiſm. & eius effectib.* tamen non po-
teſt miniſter denegare collationem gratię,
quia nemo debet pati præiudicium ex fa-
cto alterius, *l. factum, ff. de regul. iur.*

Quæres, quam intentionem debeat ha-
bere miniſter, actualem, habitualem, an
virtualem?

Pro ſolutione huius difficultatis ſcien-
49 dum eſt, quod intentio actualis eſt; quãdo
quis hic, & nunc aliquid intendit, puta vo-
50 lo facere hoc. Habitualis eſt, quando quis
ſæpiùs faciendo aliquid, habuit intentio-
nem ſic operandi; dicitur enim habere in-
tentionem quaſi per modum habitus. In-
51 tẽtio virtualis eſt proſecutio mediorum,
tendentium ad finem actualitèr anteà in-
tentum, ſic ſi quis mane habuit intentio-
nem ſacrificandi, deindè accedit ad Eccle-
ſiã, reperit miſſam, ſumit ſacras veſtes, &c.
vel etiam dici poteſt intentio virtualis ſi
quis aduertat id, quod operatur; id enim
præſumitur velle, quod actualitèr facit.
Hoc poſito.

Reſp. ad quæſitum, primò non ſufficere
52 intentionem habitualem puram, quia hęc
intentio non eſt humana, ſed poſſet dici
quodammodo brutalis; talis enim inten-
tio purè habitualis nullam ſupponit ad-
uertentiam actuum; ergo non eſt huma-
na, in Sacramentis autem humano more
procedendum eſt, ergo non ſufficit hęc in-
tentio purè habitualis, tum quia ſequere-
tur, quod ebrius, qui multoties conſecra-
uit proferens verba circa panem præſen-
tem conſecraret ipſum, quod eſt abſurdũ,
quia non habet vſum rationis, nec adner-
tit quid operetur. Idem dic de amente,
ergo non ſufficit hæc intentio habitualis
pura, & excludens virtualem.

Secundò dic, ſufficere intentionem vir-
53 tualẽ, probatur, quia hæc ſupponit actua-
lem aduertẽtiã, & actu quis facit id, quod
ſemel voluit; vndè qui operatur cum ad-
uertentia, dummodo non retractauerit
priorem intentionem, videtur velle eun-
dem actum, quem ſemel voluit, tum quia
ſufficit virtualis intentio ad operandum
humano modo, puta dum quis actu legit,
aduertit ſe legere, & per conſequens vult
legere, ergo ſic operando in Sacramentis
bonum debet dici opus, & humano mo-
do geſtum.

Dices. Intentio habitualis ſufficit in ſu-
ſcipiente Sacramenta, ſic in extrema vn-
ctione, vel abſolutione, quę confertur etiã
exiſtentibus abſq; vllo voluntario actuali,
ergo pariter miniſter proferens abſq; vir-
tuali intentione verè conficit Sacramẽta.

Reſp. nego conſeq. & diſparitas eſt, quia
54 maior aduertentia requiritur in agente,
quàm in recipiente, ſed miniſter agit, ergo
maior intentio requiritur in ipſo, quàm
in ſuſcipiente.

Nota tertiò, quod intentio debet eſſe
55 abſoluta, & non conditionalis, niſi tantum
ſub conditione de præterito, non ſub cõ-
ditione de futuro, quia dum ponitur ma-
teria, & forma, tunc debet poni intentio,
ſed iſta intentio de futuro non eſt actu dũ
ponitur materia, & forma, ergo non ſuffi-
cit iſta intentio ſub conditione de futuro;
ſub conditione autem de præterito valet,
quia & ius nobis permittit hanc intentio-
nem, vt in *c. de quibus, de baptiſm. & eius
effectib.* vbi præbetur forma baptizandi
ſub conditione ibi (*Si baptizatus es, non
te baptizo,*) ergo validum etiam erit Sa-
cramentum ſi quis diceret v.g. *Te abſoluo,
ſi heri fuiſti hic, &c.* poſita enim veritate
talium conditionum, quæ iam fuerint, ni-
hil eſt expectandum, & per conſequens
haberentur iam neceſſaria ad Sacramen-
56 tum, meritò valeret, miniſter tamen pec-
caret mortaliter.

Circa quintum, finis Sacramentorum
57 triplex eſt, vt aduertit *gloſ. in cap. inſtitu-
tio, de conſecr. diſt. 2.* primò, ad humilitatẽ
inducendam, vt ſecundum homo ſe ſubij-
cit rebus inferioribus, vt sũt aqua, oleum,
&c. ex hac obedientia magis apud Deum
mereatur, *cap. qui ſe ſcit 2. q. 6.*

Secundò, adhoc vt homo rebus ſenſibi-
58 libus, quibus in Sacramento vtitur, co-
gnoſcat inuiſibilia, quæ per Sacramenta
operantur, *cap. quia corpus, diſt. eit. ver. fi-
de, & cap. cum frangitur, ead. diſt.* vbi dici-
tur, *Cum frangitur hoſtia, quid aliud quã
Dominici corporis incolatio deſignatur?*

59 Tertiò, ad vtile exercitium, nam cum
otioſitas ſit damnabilis, *cap. niſi tum pri-
dem, §. verum, de renunc.* per conſequens
pro-

proponitur hominibus vtilis exercitatio
in Sacramento, vt tollant inanem occu-
pationem,multoties enim occupātur ho-
mines,ſed rebus impertinentibus, & cum
anima ſit pretioſior corpore, fecit Deus
vt remedia,& ſubſidia,quę habet corpus,
non deficerent ſpiritui,& ideò ſeptem ſūt
Sacramenta,vt videbimus infra.

Circa ſextum,eſt videndum de materia,
forma, & vſu; de intentione enim iam pa-
tet,circa quæ

Aduerte primò,ſecundum *S.Doct.q.*60.
60 *art.*5. quodlibet Sacramentum habere
ſuam materiam, & formam; materiæ ſunt
61 ablutio in Baptiſmo,oleum in Confirma-
tione, &c. Forma ſunt verba regulariter,
62 quæ adhibentur in collatione Sacramen-
torum, vnde *Auguſt.tract.*8.*in Ioan.*ait,
*Accedit verbum ad elementum & fit Sa-
cramentum,& S.Doct.a.*6.*cit.& Paul.ad
Eph.*5.ait,*Chriſtus diligens,& mundans
Eccleſiam in verbo vitæ*, & ratione opti-
ma hæc omnia fuerunt firmata à Chriſto
Domino, nam ad illum ſpectat ſigna di-
ſtinctiua pro ſua gente ſtatuere , qui eſt
caput talium perſonarum,ſed Chriſtus eſt
caput electorum,ergo ad ipſum ſpectabat
ſigna conſtituere . Dixi, quod forma ſunt
63 verba regulariter,nam matrimonium po-
teſt contrahi inter mutos etiam per nutus
exprimentes voluntatem contrahentium,
& iſti nutus ſe habent vt materia , & for-
ma, ita vt primus nutus contrahentis ſe
habeat vt materia,ſecundus nutus ſecun-
di contrahentis ſe habeat vt forma, vt in-
fra de Sacramento matrimonii, & colligi-
tur ex *Florentino in literis vnionis.*

Aduerte ſecundò,quod ſi quis mutaret
64 formam tantum accidentaliter, cum in-
tentione tamen faciendi id,quod facit Ec-
cleſia,hic cōficeret Sacramentum,*S.Doct.*
65 *loc.cit.art.*8. ſecus autem ſi faceret talem
mutationem animo inducendi nouum
ritum in Eccleſia,vel corrigendi id, quod
Eccleſia facit ex inſtitutione Chriſti,quia
tunc Sacramentum eſſet inualidum,non
ratione formæ,quę tantum accidentaliter
mutatur ſed ex defectu intentionis, quæ
contrariatur Eccleſiæ . Ceterum *Zacar.
Papa in cap.retulerunt, de conſecr.diſt.*4.
ait , non eſſe rebaptizandos baptizatos à
quodam Sacerdote ſub hac forma, *Ego te
baptizo in nomine patria,& filia,& ſpiri-
tua ſancta*,poſito,quod id fecerit ex igno-
rantia, ſecus autem ſi iſte Sacerdos feciſ-
ſet hoc animo inducendi nouum ritum,vt
in *d.cap.retulerunt.*Item valet baptiſmus
66 Grecorum ſub illa forma,*Baptizetur ſer-
uus Chriſti in nomine Patris,&c.* quia
non mutatur forma eſſentialiter,& Eccle-
ſia id permittit ad tollendum ſchiſma, ſi
tamen miniſter mutaret formam tantum
67 accidentaliter, quamuis non in contem-
ptum,tamen peccaret mortaliter,licet cō-
ficeret ſacramentum, ſic patet ex *S.Doct.
cit.*

Aduerte tertiò, & collige ex prædictis,
quod ſi quis informis haberet intentionē
68 ſiniſtram, non conficeret Sacramentum,
puta ſi in prolatione formæ baptiſmi in-
tenderet Filium eſſe minorem Patre,non
conficeret Sacramentum, & ratio eſt ex
Theologis,quia eſſet defectus circa ſubſtā-
tialia ſacramenti , & ſic contra formam,
quam profert Eccleſia cum æqualitate
69 perſonarum , ſi tamen miniſter proferat
formam cum recta intentione, licet ſub
alio idiomate, puta græcè, vel hebraicè,
&c.conficeret ſacramentum,quia eſt mu-
tatio accidētalis,tamē peccaret morta-
liter,*Suar.de ſacrament.in gen.diſp.*2.*ſect.*
4.*ex Caet. in ſum. cap.*7.

Collige ex hac doctrina *Caetani* , &
70 *Suar.*quod ſi quis mutaret formam,tran-
ſponendo tantum verba, ſi retineant eun-
dem ſenſum, valet ſacramentum, puta ſi
quis diceret, *Hoc corpus eſt enim meum*,
vel *Te baptizo Patris in nomine,Filij etc.*
quia hæc eſt mutatio accidentalis,peccaret
tet tamen mortaliter. Idem putant aliqui
71 eſſe dicendum,ſi quis mutet formam in
verba ſinonima, & ſic æſtimant poſſe dici,
*Te baptizo in nomine generantis, geniti,
& procedentis ab vtroq;* quod ſi licet hic
conficeret ſacramentum, dic tamen id nō
eſſe admittendum,quia per ly *procedentis
72 ab vtroque* non demonſtratur proceſſio
Spiritus ſancti per ſpirationem,ſicut oſtē-
dit illud dictum, *Spiritus ſancti*, patet ex
*l.in cap.multi,de conſecr.diſt.*4. vbi admit-
tit verba ſinonima, ſed ly, *procedentis ab
vtroque* nōn eſt ſinonimum ad Spiritum
ſanctum,quia non oſtendit ſpirationem ,
ergo non valeret Sacramentum, *S.Doct.q.*
60.*art.*6.*ad* 2.*& q.*66.*art.*5.*ad* 7. Item nec
73 valeret Sacramentum cum forma in no-
mine Trinitatis, quia non oſtenditur ex-
preſſa diſtinctio perſonarum,quam oſten-
dit Dominus *Matth.*28. ibi , *Baptizantes
eos in nomine Patris,&c.*

Aduerte quartò, quod ſi quis aliquid
74 adderet in forma,non cum intentione in-
ducendi nouum ritum, ſed tantum deuo-
tionis cauſa,vel pro libito, puta ſi adderet
in forma baptiſmi, *In nomine Patris,&c.
& Mariæ*, vel in forma conſecrationis,
corpus meum ſanctum, neq; irritum eſſet
Sacramentum;S *Doct.q.*60.*ar.*8.dummo-
75 dò tamen ly, *Mariæ*, non apponatur cum
tali intentione, vt operetur aliquid in Sa-
cra-

cramento, ſicut operatur Trinitas, vt ait *S.Doct.in corp.art.cit.* ex *Paul.ad Cor.*1. *Nunquid Paulus pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis, &c.*
76 vel eſt additio mera extrinſeca, & accidentalis, non eſſet peccaminoſa, vt ſi inter conſecrandum diceret, *Hoc eſt enim (ab Domine) corpus meum*; hinc enim peccaret tantum venialiter, dummodo moraliter connectantur verba formæ, *Caet.in comm.eiuſd.a.*8. vbi dat exemplum, ſi quis diceret in baptiſmo, *Ego te baptizo in nomine* (& poſtea diceret alicui, *recede hinc*) *Patris, &c.* neque peccaret mortaliter, ſed tantum venialiter.

Aduerte quintò, quod ſi quis in forma
77 poneret aliquod verbum ambiguum, puta ſi diceret, *Hoc eſt corpus meum humanum*, vel ſi diceret, *Baptizo, &c. in homine Patris, &c. et Spiritus ſanctiſſimi*, per quæ verba, ſcilicet per ly, *humanum*, potuiſſet hic intelligere in Sacramento venire tantum Chriſti humanitem, per ly. *ſanctiſſimi*, potuiſſet intelligere Spiritum ſanctum eſſe ſanctiorem Patre, & Filio, igitur in talibus caſibus ſacramentum æſtimaretur nullum, ſic *DD.cum Suar.de ſacramen. diſp.*2.*ſect.*3.*concl.*2.*Vaſq.diſp.*129.*cap.*7. *n.*100. *& D.Antonin.*3.*p.tit.*14. *cap.*3.*§.*3. quia verba ambigua non certificant de recta intentione, ergo præſumenda eſt nō bona, ac proindè inualidum debet æſtimari Sacramentum.

Aduerte ſextò, quod ſi quis non benè
78 proferret in lingua latina, non peccaret mortaliter, ſi in caſu neceſſitatis baptizaret lingua vernacula, ſi conſtet periculum mortis baptizandi, quia forma non mutatur ſubſtantialiter, ſic *Eman. Sà verb. baptiſmus, & Victor. de ſacram. baptiſmi, q.*18.

Aduerte vltimò, quod vſus ſacramen-
79 torum debet eſſe opportunus, tum pro morbis euitandis, *cap.cum infirmitas de pœnit. & remiſſ.* tum propter periculum mortis, vt in *clemen.fidei, de ſum.Trinit.* §.3. tum quia per ſacramenta, vel iuſtitia incipit, vel incepta augetur, vel amiſſa reparatur, *Trid. ſeſſ.*7.*in princ.de ſacram. & Florent. in decreto de vnione Armen.* Eſt
80 autem in primis adhibendum baptiſma, cum ſit ianua ſacramentorum, *cap.neceſſarium, de conſecr. diſt.*1. *Trident. ſacr. can.*4.

Circa ſeptimum, & ſic circa ſuſcipientes: Aduerte primò id, quod commune
81 eſt, ſcilicet in ſuſcipiente prius requiri fidem, nam ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, *ad Heb.*11. imò etiam baptiſma de-
82 bet fides præcedere, dicente Domino per *Matth.* *Qui crediderit, & baptizatus fuerit*, vbi nota, antea poni ly, *crediderit*, & poſtea *baptizatus*, ad oſtendendum, quod debet prius interrogari, quid ſentiat de fide, & poſtea debet baptizari, vt fecit Philippus Eunuco in *Act. Apoſtol.* dum antea petijt, *credis ex toto corde?* & poſtea ipſum baptizauit, & hoc vt habeatur voluntarium ipſius baptizandi, quod in paruulis ſupplet Eccleſia per parentes, & patrinos.

Aduerte ſecundò, requiri etiam in ſu-
83 ſcipiente aliquem actum pium, qui ſaltē ſit auerſio à creaturis, & cōuerſio ad Deū, adhoc vt ipſe accedat ad Deum humiliter, & deuotè, & *Trident. ſeſſ.*6. agendo de iuſtificatione adultorum per ſacramenta, quirit ſemper in ipſis aliquem actum ſuarum voluntatum, tum quia *Act.*2. ait Petrus, *Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum*, vbi antea requiritur pœnitentia, ſiuè dolor, tamen ſi quis adultus infidelis haberet tātum originale pec-
84 catum (quod impoſſibile eſt, ſecundum *Suar.de ſacram.diſp.*7.*ſect.*) in hoc nullus requireretur actus voluntatis, ſiuè cōuerſionis, quæ antecederet baptiſmum, quia auerſio à Deo per originale non fuit admiſſa ex propria voluntate.

75 Aduerte tertiò, quod ad recipiendam gratiam ſacramenti non debet ſuſcipiens ponere obicem, *Trid. ſeſſ.*7.*can.*7. *de Sacram.* vbi ait, ex parte Dei ſemper dari gratiam, ergo quando non datur gratia, id non oritur ex parte Dei, ſed ex parte hominis ponentis obicem. Obex autem tri-
86 plex eſſe poteſt, vel antecedenter, puta ſi quis accedat cum aliquo habituali peccato, vel in ipſo actu, puta ſi quis dum actu recipit ſacramentum, cōmitteret aliquod peccatum; ſemper enim impedit gratiam ſuperuenturam. Vt tamen quis habeat
87 augmentum gratiæ in ſacramento, non requiritur alia diſpoſitio, præterquam ſtatus gratiæ; gratia enim ſuper gratiam ponitur in ſacramento; vndè ſi quis accedat in gratia ad ſacramentum Euchariſtiæ abſq; alia poſitiua intentione charitatis, vel vnionis cū Deo, &c. hic reciperet gratiam ſacramenti, *Suar. diſp.*7. *de ſacram. ſect.*4.

Aduerte quartò, peccatum veniale nul-
88 lo pacto ponere obicem in ſacramento, quidquid dicat *Caetan.*3.*p.q.*79.*art.*1. *& Sot.ſect.*9.*de ſacram.in gen. & ſect.*8. *de confeſſ.* qui putant veniale ponere obicem in ſacramento Euchariſtiæ, & in alijs ſacramentis. Ratio pro nobis eſt, quia ve-
89 niale nullo modo meretur damnationem æternam, & eſt peccatum ſecundum quid, *S.Doct.*1.2.*q.*88.*art.*1. *ex Auguſt. hom.*7.

Digitized by Google

in Ioan. ergo non poteſt ponere obicem
gratiæ, tum quia vna forma totalis expel-
lit aliam, puta vna res, quæ habet totam
formam albedinis, non poteſt habere totã
formam nigredinis, at formæ partiales ad-
mittuntur, ſed veniale non eſt ſimpliciter
inimicitia cum Deo, ergo non excludit
ſimpliciter amicitiam cum ipſo, ac proindè
non ponit obicem, ſic tenet *Sot. in 4. diſt.
4. q. 7. ex ſanct. Doct. 3. part. q. 191. ar. 8.* vbi
idem tenet in ſacramento Euchariſtiæ, vn-
90 dè à fortiori ſi non impedit gratiam in
ſacramento Euchariſtiæ, neq; debet impe-
dire in alijs, vt infra patebit, quia ſacramẽ-
tum Euchariſtiæ eſt ſacramentum ſacra-
mentorum ratione maioris vnionis cum
Deo.

Circa octauum aduerte primò, quod
non ſufficit aliqua diſpoſitio merè natura-
91 lis, vel dolor naturalis, puta recipere ſa-
cramenta, ne amittat filios, ne patiatur in
bonis, &c. ſic ex *Triden. ſeſſ. 6. cap. 3. & ſeq.
& ex Arauſic. can. 7.* Ratio eſt, quia diſpo-
ſitiones debent eſſe ſimiles formæ, ſic ad
introducendum calorem, diſpoſitiones
calidæ applicantur, ergo ad introducen-
dam formam ſupernaturalem, quę eſt gra-
tia, cum alijs effectibus ſacramentorum
non ſufficit diſpoſitio naturalis.

Aduerte ſecundò, quod in baptiſmo,
92 vel pœnitentia, in quibus datur prima
gratia, & ad hoc fuerunt inſtituta à Chri-
ſto, ſufficit attritio ſupernaturalis, etiam
cognita vt attritio, ſic *ſanct. Doct. in 4.
ſent. diſt. 6. qu. 1. art. 6. quæſtiunc. 1. ad 5.
Suar. diſput. 7 ſect. 4. §. occurrebat, Vaſq.
diſpu. 158. cap. 4. ex Trident. ſeſſ. 14. cap. 4.*
vbi explicando diſpoſitionem requiſitam
93 ad effectum ſacramenti pœnitentiæ, ait,
quod quamuis attritio per ſe non poſſit
iuſtificare peccatores extra ſacramẽtum,
ait tamen, *Eum ad Dei gratiam ad ſacra-
mentum impetrandum diſponit*) vbi clarè
videtur dicere, quod licet nõ iuſtificet, ta-
men eſt diſpoſitio ad gratiam, ergo ſuffi-
cit attritio etiam putata attritio, & idem
Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. docet dolorem de pec-
catis ex pœnarum timore inferni cum ſpe
veniæ, ſufficere ad iuſtificationem per ſa-
cramentum pęnitentię, & tamen hic dolor
eſt attritio, vt patet, ergo attritio eſt ſuffi-
ciens diſpoſitio. Quod autem idem dici
debeat reſpectu baptiſmi, patet, quia vt
ait *Trident. ſeſſ. 6. cap. 14.* in baptiſmo eſt
94 facilior iuſtificatio, quam in ſacramento
pęnitentiæ, ſed in ſacramento pęnitentiæ
ſufficit attritio, ergo etiam in ſacramento
baptiſmi, in quo facilior eſt iuſtificatio.

Dices, ex ly, *cum ſpe veniæ*, videtur at-
tritioni eſſe adiungendum actum ſpei, er-
go non ſola attritio eſt ſufficiens diſpoſi-
tio ad ſacramentum pænitentiæ, & ba-
ptiſmi.

Reſp. nego anteced. nam ly, *cum ſpe ve-
95 niæ*, ponitur ad oſtẽdendum, quod dolor
propter timorem inferni non debet eſſe
talis, vt moueat hominem ad deſperatio-
nem, ſed debet ipſum inducere ad ſuſci-
pienda ſacramenta cum ſpe remiſſionis
medijs ſacramentis. quare nego conſeq.

Confirmatur dictum, quia ex commu-
ni axiomate Theologorum, & Canoniſta-
rum baptiſmus, & pænitentia dicuntur ſa-
cramenta inſtituta à Chriſto Domino ad
96 conferendam primam gratiam, quam ne-
mo mereri poteſt, *gl. verb. donatur, ex cap.
ille Rex, de pænit. diſt. 3.* ergo non ſuppo-
nunt primam, quę habetur etiam per con-
tritionem, ac proindè ſufficit attritio. Di-
97 cuntur etiam ſacramenta mortuorum,
quia non ſupponunt hominem viuum vita
gratiæ, ergo non requiritur, quod homo
ſit in gratia, neq; debet putare ſe eſſe in
gratia, quia non putaret accedere ad ſa-
cramenta, quę conferunt primam gratiam
ex ſe, *c. ſine pænitentia, de conſecrat. diſt. 4.*
& ſic ſufficit ſi habeat attritionem puta-
tam attritionem: ſi quis autem eliceret cõ-
98 tritionem, tantò magis ſe diſponeret, &
maiorem reciperet gratiam, ratione ma-
ioris diſpoſitionis, nos autem loquimur
de diſpoſitione ſufficienti, & neceſſaria.
99 Ad pęnitentiam autem requiritur forma-
lis attritio, ſeu expreſſus dolor peccatorũ,
quia peccata ſub dolore ſunt materia ſa-
cramenti pęnitentiæ, vt infra ſuo loco; ad
baptiſmum verò ſufficeret virtualis attri-
tio, qualis eſt actus charitatis imperfectus.
ergo ſufficit in ipſo non ponere obicem;
is, qui quoquo modo recedit à peccato,
imò ex parte ſua videtur peccatum tolle-
re, vndè etiam actus ſpei eſt virtualis attri-
100 tio, quia per ſpem volumus Deum, ergo
per conſequens nolumus illa, quæ impe-
diunt nos à Deo, ac proindè per ſpem vir-
tualiter nolumus peccata.

Aduerte tertiò, in alijs quinque ſacra-
mentis, quæ dicuntur viuorum, requiri
101 gratiam tanquam diſpoſitionem neceſ-
ſariam. ſic de communi opinione refert
Suar. loc. cit. & Henriq. lib. 1. cap. 22. nu. 6.
ſunt enim ſacramenta viuorum, ergo ſup-
ponunt hominem viuum vita, quam ipſa
dant, ſed ipſa dant vitam gratiæ, & ſuper-
naturalem, ergo ſupponunt hominem
viuum vita gratiæ, tum quia hæc ſacramẽ-
ta non ſunt inſtituta ad conferendam pri-
mam gratiam per ſe, ergo ipſam iam ſup-
102 ponunt. Dixi, *per ſe*, nam per accidens
poſſunt etiam hæc ſacramenta conferre
pri-

primam gratiam, ſic ex *S.Doct.3.par.qu.*
eit. puta ſi quis non ponat obicem ex par-
te ſua,& ſit in bona fide, putans ſe non eſſe
in peccato mortali , vel ſi ſit in peccato
mortali, eliciat actum attritionis, putans
eſſe contritionem, certum eſt, quod hic nō
eſt in gratia, nec ponit obicem, imò remo-
uet, ergo tunc recipit gratiam, quæ non
inuenit aliam, ergo ipſa prima eſt, non ta-
men ex proprio fine ſacramentorum, quæ
non fuerunt inſtituta ad hoc, ſed per acci-
dens, & quia in ipſo non eſt alia gratia, vt
diximus. Patet etiam hoc à pari, quia in
103 ſacramentis, quæ per ſe conferunt pri-
mam gratiam ſi quis antea haberet perfe-
ctam contritionem, & eſſet in gratia, per
ipſa ſacramenta reciperet per accidens
ſecundum gratiam, ergo ſic è conuerſo in
caſu noſtro reciperet primam gratiam
per accidens.
104 Nota tamen, quod in his ſacramentis ſi
quis accedat attritus tantum , putans id
ſufficere pro diſpoſitione reciperet effe-
ctum gratiæ. Idem dic ſi putaret ſe eſſe in
gratia, vt in ſimilibus docet *S.Doct qu.7a.*
art.4. quare ad hoc euitandum, & pro-
pter reuerentiam magni ſacramenti Eu-
chariſtiæ ſancitum eſt, vt quicumque con-
ſcius eſt culpæ mortalis ad ipſum non ac-
cedat, niſi præuia confeſſione ſacramenta-
li, *Trid ſeſſ.13.cap.9.* quam etiam dicerem
105 adhibendam eſſe in quolibet ſacramen-
to ad maiorem certitudinem gratiæ, tum
ratione præcepti ſufficeret in alijs ſacra-
mentis contritio.

Circa nonum reſtat videndum de effe-
ctibus ſacramentorum in genere , qui re-
106 ducuntur ad gratiam , & characterem,
ideò videbimus primò , an ſacramenta
cauſent gratiam ex operato, & an omnia
cauſent gratiam habitualem cum virtuti-
bus ſupernaturalibus; & an quodlibet ſa-
cramentum præter gratiam habitualem
conferat aliquam gratiam particularem.
Secundò, quando conferant gratiam. Ter-
tiò, quomodo conferant. De charactere au-
tem erit videndum infra in §.*rurſus.*
107 Circa primum aduerte primò , ex *gloſ.*
verb. informans gratia, in clement.1. de
ſum. Trinit. & fide cathol. quod gratia
idem eſt ac habitus charitatis , & colligit
ex *Auguſt.* 15. *de Trin.c.18.* qui loquendo
de charitate ait, *Nullum eſt iſto dono Dei*
excellentius, ſed nihil eſt excellentius gra-
tia Dei, ergo idem eſt charitas, ac gratia.
108 Eſt autem gratia duplex , alia operans,
109 alia cooperans. Operans eſt auxilium
Dei, quod operatur in nobis ſine nobis, &
eſt illa, quam vocant Theologi *excitantē,*
qua Deus nos quaſi ſopitos excitat, & du-
110 cit ad bonum. Cooperans eſt illa, qua
Deus nos adiuuat ad operādum, & Theo-
logi vocant *adiuuantem* , eſt tamen vnica
gratia , quæ diuerſos producit effectus, vt
aduertit *gl.in clement.1. de magiſtr.lib.1.*
verb.cooperante gratia. Hæc autem gratia
111 confertur in omnibus ſacramenta dignè
ſuſcipientibus, *cap.multi 1.q.1.* & collatum
112 ſacramētum digno corroborat gratiam
priorem, *cap.nouiſſimè de conſecr.diſt.5.*
& augetur in ipſo gratia, *§c. non ex quo, de*
conſecr.diſt.4. qui verò indignè recipit ſa-
cramenta, non recipit gratiam, cum pona-
tur obex, vt ſupra diximus.

Aduerte ſecundò , certum eſſe omnia
113 ſacramenta cauſare gratiam, vt de fide
definitum habemus per *Trid ſeſſ 6 cap.7.*
& per multa Concil. apud *Suar. diſput.7.*
ſect.1, S.Doct.3.par.q.62.ar.1. Quod cau-
ſent ex opere operato, patet ex eodem *Trident.*
ſeſſ 7.can.8. & ibi de fide definitur. Proba-
tur etiam ex multis Patribus apud *Bel-*
larm.lib.2.de ſacram.cap.5. & 6. Cauſare
114 autem ex operato, eſt cauſare ex meri-
tis Chriſti, præciſa dignitate, vel merito
operantis, quod patet in paruulis, qui ba-
ptizantur, quibus certum eſt infundi gra-
tiam baptiſmalem, vt per *gloſ. in clem.1.de*
ſumma Trin. & fid.cathol. & tamen nullū
habent proprium opus nec meritum, ergo
gratia, quæ confertur per ſacramētum, eſt
ex opere operato, nō ex opere operantis.
Verum tamen eſt, quod qui plus ſe diſpo-
nit, maiorem recipit gratiam, ex ſuo ope-
re, & ſic ex opere operantis, tamen ſi nul-
lum præter proprium opus , dummodò
tollat obicem, certum eſt recipere gratiā
ſacramentalem ex opere operato , & ex
meritis Chriſti.

Aduerte tertiò ex *§.verum, in d.clem.1.*
115 quod paruulis in baptiſmo infunditur
gratia ſanctificans, & habitualis, & cum
ipſa gratia virtutes, *gloſ.* autem ibid. *verb.*
virtutes, ait, hoc eſſe indubitatum de vir-
tutibus Theologalibus , quæ ſunt Fides,
Spes, Charitatis, dubitant tamen moderni
de virtutibus moralibus , ſeu cardinali-
bus, quæ ſunt Prudentia, Fortitudo, Iuſti-
tia, & Temperantia; tamen certum eſt has
infundi etiam quoad habitus ipſarum, ſiuè
potentias. Ratio autem eſt clara, quia gra-
tia eſt principium vitæ ſupernaturalis, er-
go debet homo, qui eſt in gratia, habere
omnia neceſſaria ad vitam ſpiritualem, vt
poſſit ſuas actiones dirigere ad ſuum fi-
nem , ſed non poſſet id facere ſine talibus
habitibus ſupernaturalibus infuſis circa
omnes virtutes, ergo omnes virtutes ha-
bet homo infuſas cum gratia : vnde eſt,
116 quod recedente gratia, omnes iſtæ vir-

tutes recedunt, excepta Fide,& Spe, qui-
bus etiam in peccato ducimur ad Deum,
& cum Spe reducimur ad ipſum; Charitas
autem,& aliæ virtutes abſunt, & adſunt cũ
gratia,& ſic in omni ſacramento,vel conſe
runtur iſtæ virtutes cum confertur prima
gratia,vel augentur,cum augetur gratia.
117 Quod augeantur,patet,quia augetur gra
tia,quæ eſt vita,ergo debent augeri conſe-
quentia ad vitam,quæ ſunt illæ virtutes,&
dona Spiritus ſancti,&c.Multa de his dixi-
mus in noſtra *Thealog.mor.ſub tit.de gra-
tia,& eius effect.*

Aduerte quartò, in quolibet ſacramen-
118 to præter gratiam habitualẽ,quæ ex ope-
re operato omnibus confertur in eadem
menſura(vt docet *Suar.diſp.*8.*ſect.*1. ſiuè
quis ſe diſponat magis,ſiuè minus,ſemper
eandem gratiam recipi ex opere operato,
& ex ſuis operibus recipit maiorẽ, vel mi-
norem) conferri gratiam particularem ſa-
cramenti,quæ dat vim particularem ad fi-
nem ipſius ſacramenti, *S.Doct.3.par.q.62.
art.2.& in 4.ſent.diſtinct.1.q.1.art.4.quæ-
ſtiunc.*5.& eſt communiſſima. Probatur,
quia ſacramenta differunt inter ſe ratio-
ne diuerſi finis, ergo debent habere
diuerſas potentias perducentes ad diuer-
ſos fines,& ſic in Baptiſmo peculiaris gra-
tia in fine,in confirmatione peculiaris gra-
tia ad reſiſtendum periculis,& pęnis; in
matrimonio gratia ad prolem gubernan-
dam,&c.quę paſſim ſuo loco bicemus,tum
quia ſequeretur,quod qui habet vnum ſa-
cramentum, poſſet peruenire ad finem ſa-
cramentorum omnium, ſi non daretur in
ipſis diuerſa potentia,& gratia, ergo ſic eſt
dicendum.

Circa ſecundum eſt videndum quando
119 conferant gratiam,quare. Aduerte pri-
mò,ſacramenta etiam in voto, & ſic ante-
quam ſuſcipiantur conferre gratiam,non
ex vi ipſius ſacramenti, & ex opere opera-
to,ſed tantum ex opere operantis. Patet
hoc in ſacramento baptiſmi,pœnitentiæ,
Euchariſtiæ,extremæ vnctionis, & confir-
mationis. De Euchariſtia in voto,& ſic de
communione ſpirituali, vt dici ſolet, ex-
preſsè *S.Doct.3.part.q.68.art.1.ad 2.de
baptiſm.in voto,q.66.art.*11.de pœniten-
tia autem nulli dubium eſt, quod ſcilicet
per contritionem, & ſacramentum pœni-
tentiæ in voto quis iuſtificetur. Quantum
facit ad extremam vnctionem,& cõfirma-
tionem, idem eſt dicendum ſecundum
*Suar.de ſacram.diſp.*8.*ſect.*1.& ſic ſaltem
in voto in caſu neceſſitatis conferunt gra-
tiam; tum quia ſunt neceſſaria,vel propter
periculum mortis,vel ad confitendam fidẽ
coram tiranno,ergo ſi tunc quis nõ habeat
copiam miniſtri,& auferat obicem,per hęc
ſacramenta in voto recipiet gratiam ipſo-
rum,ſecundum *Suar.loc.cit.* non enim de-
negat Deus auxilium neceſſarium in tem-
pore opportuno. Alia duo ſacramenta cum
non ſint ſacramenta neceſſaria, & dum cõ-
ferant gratiam ad ſpecialem finem,qui ha-
beri non poteſt ſine ipſis ſacramentis, per
conſequens non conferunt gratiam ante-
quam ſuſcipiantur, ſic patet in matrimo-
nio; gratia enim ipſius eſt neceſſaria pro
vxorato, vt benè ſe gerat in gubernatione
ſuæ familiæ,ergo ſi non ſit vxoratus, non
indiget tali gratia. Idem dic proportionali-
ter in ordine. Manet igitur probatum dari
aliqua ſacramenta,quæ conferunt gratiam
ex opere operantis, antequam recipian-
tur.

Aduerte ſecundò,quod gratia,quæ con
120 fertur in ſacramento (non ponentibus
obicem) datur poſt applicationem mate-
riæ,& prolationem formæ in vltimo inſtã-
ti cõpletiuo formæ, vel applicationis ma-
teriæ, quia gratia confertur per ſacramen-
tum,ſed non poteſt dici ſacramentum, niſi
adſint materia,& forma; ait enim *Auguſt.
Accedit Verbum ad elementum, & fit ſa-
cramentum*,ergo quãdo hæc ſunt,tunc ha-
betur collatio gratiæ,& tunc verè ſacramẽ-
ta phyſicè cauſant gratiam.

Aduerte tertiò, poſſe etiam ſacramenta
conferre gratiam, poſtquam fuerint colla-
121 ta,ſed circa hoc. Nota primò,quod cum
ſacramenta inueniunt obicem,certum eſt,
quod non conferunt gratiam,quia nõ poſ-
ſunt benè coaleſcere charitas,& odium;
vndè quando poſtea aufertur obex, tunc
ſacramenta conferunt gratiam, & cauſant
ipſam moraliter, hoc eſt non quod ſacra-
mentum actu ſit,& cauſet, ſed quia fuit, &
ideò cauſat,ſic *Auguſt.cum communi ſcho-
la Theolog.lib.1.contra Donatiſt.capit.*12.
*lib.3.cap.13.lib.6.cap.*5.vbi docet,effectum
baptiſmi haberi recedente obice, etiam ſi
prius fuerit ſuſceptum baptiſma. De Bap-
122 tiſmo patet,quia iterari non poteſt, ergo
ne quis dum ipſum ſuſcepit cum obice,
perpetuò careat effectu,& gratia baptiſmi,
dicendum eſt,quod oblato obice,quis gra
tiam recipiat.

Nota ſecundò, idem eſſe dicendum de
123 Confirmatione,& Ordine, ſic ſecundum
*Caſt.tomo 1. opuſc.tract.3. diſputat.5. &
Suar.diſp.38.ſect.6.Enriq.libr.1.de ſacra-
ment.cap.*33. Ratio eſt ipſamet *D.Auguſt.*
ſupra poſita, nam nequè hęc ſacramenta
iterari poſſunt, vt ex *Tridentin.* habemus
124 de fide. Inſuper gratia horum ſacramen-
torum eſt neceſſaria, adhuc vt quis poſſit
ſuperare, quæ impediunt vſum talium ſa-
cra-

cramentorum,& finem ipſorum,ergo ne
quis ablato obice remaneat in perpetuum
priuatus conſecutione finis ſacramento-
rum, dicendum eſt, quod ablato obice
recipiat gratiam,ſic communiter Theolo-
gi cum *Sanct. Doct. citat.* qui affirmant hoc
in baptiſmate,quia imprimit caracterem,
ſed alia duo ſacramenta imprimunt etiam
caracterem, ergo idem eſt dicendum de
ipſis.

Nota tertiò, idem eſſe dicendum de
Matrimonio conſtante, & de extrema vn-
ctione durante infirmitate,ſic *Caet. cum*
Suarez,& alijs adductis.Ratio eſt eadem,
quia matrimonium conſtans, ſiuè viuo
vtroquè coniuge, iterari non poteſt, ſic
etiam extrema vnctio durante eadem in-
firmitate, ſed in his caſibus quis indiget
gratia horum ſacramentorum ad benè edu
candam ſobolem in ſacramento matrimo-
nij,& ad reſiſtendum dęmoni (vt habetur
in ſacramento extremæ vnctionis)ergo ne
quis priuetur gratia horum ſacramento-
rum tempore,quo ipſa indiget,dicendum
eſt,quod ablato obice gratiã recipit ex Do-
mini benignitate.

Nota id, quod dixi, *viuo vtroquè con-*
125 *iuge*, quia mortuo vno coniuge, poteſt
hoc ſacramentum iterari, ergo licet auſe-
ratur,obex tamen non confertur gratia.
Quod ſi mortuo coniuge,remanent filij ex
tali matrimonio, ſi poſtea auferatur obex
per coniugem ſuperſtitem, recuperatur
gratia ipſius ſacramenti ad benè educan-
dam prolem;ipſa enim gratia indiget con-
iux ſuperſtes,ergo ne in perpetuum priue-
tur gratia neceſſaria ad bonam educatio-
nem prolis(quam ſuſcepit ex tali ſacramẽ-
to)dicendum eſt,quod oblato obice, reci-
piat gratiam.

Idem putant *Caet. & Suar.* poſſe dici
126 reſpectu Euchariſtię,quod ſcilicet ſi quis
durantibus ſpeciebus tollat obicem, reci-
peret gratiam ipſius ſacramenti, quia ad-
huc Dominus eſt,& ſtat vt gratificet, ergo
licet cum primò aduenit, non contulerit
gratiam,quia inuenit obicem, conferet ta-
men ablato obice,quia tunc Dominus vi-
detur quaſi iterum accedere ad animam,
tum quia habet etiam hoc ſacramentum
conferre ſuam gratiam particularem,& eſt
vt homo diù viuere poſſit ſine mortali, ſed
hoc ſacramentum non poteſt iterari eodẽ
die, ergo ſi quis auferat obicem durãtibus
ſpeciebus,nõ debet pro illa die priuari gra-
tia ipſius ſacramenti ad finem tam magnũ,
vt eſt euitare peccata.

Conferunt igitur ſacramenta gratiam
antequam recipiantur,dum recipiuntur,
& poſtquam fuerint ſuſcepta.

Quæres, quam gratiam habeat is, qui
auſert obicem,an tantum ſacramentalem,
an etiam aliam gratiam correſpondentem
actui ablationis obicis, dum facit actum
ſupernaturalem,qui meretur,gratiam ?

Reſpond. ex *Auguſt. citat. contra Dona-*
tiſt. quod hic habet gratiam ſacramenta-
127 lem,quæ eſt neceſſaria,vt diximus,& ha-
bet etiam gratiam ratione operis,quod fa-
cit ad tollendum obicem;ait enim Domi-
nus:*Cuicumq; benè operanti dabo gratiam,*
& gloriam. Habet igitur duplex augmen-
tum gratia,ſcilicet ex ſacramẽto,& ex ope-
re ſupernaturali.

Circa tertium ratio dubitandi eſt,quo-
modo poſſint res ſenſibiles, & corporales
cauſare gratiam,quæ eſt res ſupernaturalis,
cum cauſa non poſſit producere effectum
nobiliorem ſe.Hac tamen ratione non ob-
ſtante.

Reſpond. ſacramenta cauſare gratiam
inſtrumentaliter non verò principaliter.
128 Inſtrumentum autem non requirit tan-
tam perfectionem æqualem effectui. Ta-
men quidquid ſit, dic quod ſacramenta
eleuantur à Deo ad producendos effectus
ſupernaturales, Deus autem concurrit
principaliter virtute proportionata effectui
producendo, *Suar. ſect. 5. & 6. ex S. Doct.*
in 4. diſt. 8. q. 2. ar. 3. ad 4. Caetanus *3. par. q.*
78. ar. 4. & alij.

Nota hic primò, certum eſſe, quod ſa-
cramenta tunc conferunt gratiam,quando
129 ſuſcipiuntur modo,quo diximus; vndè
præſcindendo à ſacramento in voto, vel à
ſacramento iam ſuſcepto; vel dum actu
preſentialiter,& verè ſuſcipitur,generaliter
non eſt alius modus,quo ſacramenta cau-
ſent gratiam.

Nota ſecundò, quod poteſt etiam dari
130 caſus,in quo ſacramenta dum actu con-
ficiuntur, cauſant gratiam indiſtans, ſic eſt
in matrimonio contracto per procurato-
rem;hoc enim confert gratiam etiam phy-
ſicè alteri coniugi abſenti, tùm quia nulla
ſequitur ex hoc implicantia,quam ponunt
Philoſophi de actione indiſtans, cum non
ſit ſacramentum,quod principaliter agit,
ſed Deus,qui eſt vbiquè.

In §. Sacramentorum.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta, quæ ſint neceſſaria.*
2 *Quæ voluntaria.*
3 *Neceſſaria intelliguntur ſaltem in voto.*
4 *Nouæ legis cur non ſint plura, nec pauciora quam ſeptem, & n. 5. & 6.*

HIc incipit Author diuidere ſacramenta, & ponit primam diuiſionem, quod ſcilicet alia ſunt ſacra-
1 menta neceſſaria, & non contemnenda, abſquè mortali, ſcilicet Baptiſmus, Confirmatio, Pœnitentia, Euchariſtia, Extrema
2 vnctio. Alia ſunt voluntaria, & ſunt Ordo, & Matrimonium; hæc enim ſunt ad gradū, & dignitatem, quam quiſq; poteſt reſpectu ſui recipere.

Dices, quis abſq; Confirmatione, & Extrema vnctione poteſt ſaluari; ergo hæc nō ſunt ſacramenta neceſſaria.

Reſp. Nego conſeq. & neceſſitas antecedētis explicatur per ly, *contēnendi*, hoc eſt, quod hæc ſacramenta ſunt neceſſaria ſal-
3 tem in voto, & occurrentibus neceſſitatibus; tunc enim ſi quis indigeret talibus ſacramentis, & non haberet copiam miniſtrātium, ſufficeret habere votum ipſorum, & illa non contemnere, *Trident. ſeſſ. 7. de ſacram. in gen. cap. 4. & cap. 9 de baptiſm. cap. fin. de Presb. non baptizat. cap. baptiſmus, de conſecr. diſt. 4.*

Reſtat videndum pro hoc, §. quot ſunt ſacramenta nouæ legis, quare hæc inſtituta ſint à Domino, nec plura, nec pauciora.
4 Dic igitur, ſacramenta nouæ legis eſſe ſeptem enumerata, ſcilicet Baptiſmus, &c. Rationes aūt, cur nō ſint plura, nec pauciora, plures cōnumerantur per Doctores, vt videre eſt apud *Magiſt. ſent. in 4. diſt. 2. q. 2. Sot. ibidem diſtinction. 1. quaſt. 6. Bonacin. tom. 1. de ſacrament. in gen. & Bellarm. de ſacrament. in init.* qui adducit hanc rationem, quia ſcilicet ſacramenta ſunt inſtituta in ordine ad vitam ſpiritualem ſupernaturalē; ergo debent tot eſſe, quot ſunt neceſſaria ad vitam; primò enim debet quis naſci, ecce Baptiſmus. Secundò debet confirmari, & perfici in vita, ecce Confirmatio. Tertiò debet habere victum, ecce Euchariſtia. Quartò debet habere medicamen pro morbis, & vulneribus, ecce Pœnitentia. Quintò debet habere arma ad pugnā, ecce Extrema vnctio. Sextò debet habere à quibus dirigatur, ecce Ordo, & dignitates ipſius. Septimò debet habere principia generationis ſanctæ, ecce Matrimonium, per quod datur gratia bonæ educationis.

Alia ratio eſt per *Sanct. Doctor. 3. part.*
5 *quaſt. 65. artic. 1. in corp.* quia ordinantur ad ſeptem virtutes inducendas, & tollenda ſeptem mala. Fidei correſpondet Baptiſmus, & eſt cōtra culpā originalem. Ad ſpē, ordinatur Extrema vnctio, & eſt cōtra venialia. Charitatem auget Euchariſtia, & eſt cōtra penalitatē, malitiæ, & nequitiæ. Prudentiam dat Ordo, & eſt contra ignorantiam (vnde eſt, quod Eccleſiaſtici debent eſſe docti, cum ſint lux mundi) Iuſtitiæ correſpondet Pœnitentia, & eſt contra mortale. Temperantiam cauſat Matrimonium, & eſt contra concupiſcētiam, & luxuriam. Fortes reddit fideles Confirmatio, & eſt contra ęgritudinem, & imbecillitatem.

Alia ratio eſt ex *Oſtien. in ſumm. de ſa-*
6 *crament. non iterand.* vbi ait, eſſe ſeptem propter diuerſitatem hominū, Baptiſmus infantium, Confirmatio pugnantium, Euchariſtia vires ſumentium, Pœnitentia reſurgentium, Extrema vnctio exeuntium, Ordo miniſtrantium, & Matrimonium introducentium.

In §. & rurſus.

SVMMARIVM.

1 *Ordo Sacramentorum neceſſariorum.*

1 HIc aſſignatur Ordo, qui eſt inter ſacramenta neceſſaria, & dicitur, quod Baptiſmus eſt ſacramentum ad ingreſſum in Eccleſia, Confirmatio ad progreſſum, & alia, de quibus diximus in *§. præced.* ex ratione *Oſtienſis.*

In §. rurſus Sacramentorum.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta, quę imprimant caracterem; & quæ reiterabilia? & numer. 2. 3. 4. 5. & 6.*
7 *Pœnitentia quid ſit?*
8 *eſt reiteranda quoad effectum, non quoad ad propoſitum.*
9 *Publica non eſt reiteranda.*
10 *Diuiſio tractatus de caractere.*
11 *Durandi opinio de caractere damnata.*
12 *Caracter eſt quid firmum, & reale in anima.*
13 *eſt in genere qualitatum.*
14 *eſt inamiſſibilis.*

15 quo-

15 *quomodo definiatur.*
16 *eſt potentia inſtrumentalis,& miniſterialis.*
17 *quomodo rectius definiatur per D. Thom.*
18 *Sacerdos mortuus ſi reſuſcitet non eſt reordinandus,nec baptizandus,neq; confirmandus.*
19 *Percutiens ſuadente diabolo,corpus mortui Sacerdotis,eſt excommunicatus.*
20 *Caracter in bonis eſt ad gloriam,in malis ad pœnam.*
21 *Gratia,& caracter diuerſo modo procedũt à Sacramento.*
22 *eſt in anima ſicut quædam forma.*
23 *Caracter recipitur in anima, vt inſtrumẽtum,& n.26.*
24 *Quare immutabilis,& in amiſſabilis n.25.*
26 *Ordo eſt participatio Sacerdotij Chriſti.*
27 *Caracter ad quid imprimatur?*
28 *ponitur in intellectu, & voluntate.*
29 *Purus laicus per ſaltum ordinatus validè ſacrificat.*
30 *In caracteribus requiritur aliqua ordinatio.*
31 *Confirmatio quomodo ſe habeat ad baptiſmum,& hunc præcedere non poteſt.*
32 *Baptiſmus eſt fundamentum ſacramentorum.*
33 *Carens fundamento,nihil firmi ſuperædificare poteſt.*
34 *Sacerdos degradatus,depoſitus,vel ſuſpenſus validè conficit ſacramenta.*
35 *Caracter quare imprimatur in tribus tantum ſacramentis?*

1 ALius effectus Sacramentorum eſt
caracter,qui imprimitur per Baptiſ-
mum,*cap ſacramenta 1.quæſt.1.* per
Confirmationem, *capit.manus cauſa, &*
*quæſt citat.*per Ordinem,*cap.de homine,*
& cap.de ijs de conſecr.diſt.5. Alia aũt ite-
2 rari poſſunt,ſic Euchariſtia,*cap.quotidie,*
& cap ſi non frequenties,de conſecr.diſt.2.
3 Pœnitentia,*cap.omnis vtriuſq; ſexus, de*
pœnitent. & remiſſ. Matrimonium,vt in
4 *tot.titul de ſecund.nupt.* Extrema vnctio,
5 non tamen in eadem infirmitate,vt ſupra
dixi,& notat *Oſtien.in ſumm.de ſacramen.*
non iteran.§ quæ ſint. Quod hæc quatuor
6 non imprimant caracterem, & ſint reitera-
bilia,docet *Sanct.Doctor 3.par. quæſt.63.*
art.1.
Dices, pœnitentia eſt præterita pecca-
7 ta plangere,& plangendo iterum nõ com-
mittere,*cap pœnitentia,diſtinct.5.*ergo pœ-
nitentia non eſt reiteranda.
Reſpond.diſtinguo conſequens.Non eſt
8 reiteranda quoad propoſitum,& concedo,
quoad effectum,& nego; vndè vt ſalua ſit
definitio pœnitentiæ,ſufficit quod pœnitẽs
habeat propoſitum non peccandi de cęte-
ro.Alia iura,quæ prohibent pœnitentiam
9 iterandam, loquuntur de pœnitentia pu-
blica, *cap.quamuis,de pœniten.diſtinct.3.*
hæc enim pœnitentia cum hominem red-
dat irregularem, reiterari non debet,dixi-
mus *libr.1.titul.de his, qui promoueri non*
poſſ.
Hic cum fiat mentio de caractere,vide-
10 bimus primò, quid ſit caracter. Secundò
vbi imprimatur. Tertiò,quid operetur.
Quartò,quare tantum hæc tria ſacramenta
imprimant caracterem.
Circa primum,aduerte primò, quod in
11 hac re varij,varia aliqui putabant caracte-
rem non eſſe quid infixum, & intrinſecum
in anima,ſed eſſe tantum Dei electionem,
qua aliqui ad quædam miniſteria eligun-
tur,ſic *Duran.in 4.diſtinct.4.quæſt.1.* ſed
eius opinio damnatur per *Tridentin.ſeſſ.7.*
can.3. de baptiſm. & ſeſſ.7.can.6. ex Flo-
rent.in decret.de Armen.& Innocent.in
capit.maiores,de baptiſm.& eius effect. ex
12 quibus habemus ſancitum,caracterem eſ-
ſe quid firmum, & reale in anima,non au-
tem quid extrinſecum,& rationis,Quod ſit
quid reale in anima,docent Theologi cum
*Vaſquez 3.par.quæſt.124.cap.3.*vbi ponit
13 caracterem in genere qualitatum,& habi-
tuum,qui certum eſt, quod ſunt quid rea-
le,non autem fictum,*capit.quod quidam 1.*
*quæſt.1.*vbi habetur,quod caracter eſt ina
14 miſſibilis,& quod etiam hæretici caracte-
rem non amittunt, ergo non eſt quid ima-
ginarium,ſed reale in anima.
Aduerte ſecundò, quod caracter eſt po-
15 tentia ſpiritualis ordinata ad ea, quæ ſunt
diuini cultus,*Sanct.Doctor loc.citat.art.2.*
*in corp.*non tamen eſt potentia principalis,
ita vt poſſit quis poſito caractere principa-
liter agere,ſed eſt potentia quædam inſtru-
16 mentalis,& miniſterialis, Deus enim eſt
principalis agens in omnibus effectibus
ſacramentorum,qui per caracterem in ani-
ma operantur ab hominibus caractere in-
ſignitis, ſic colligitur ex *Sanct. Doctor.cit.*
tum quia ſub hac definitione videtur tan-
tum exprimi vis caracteris Ordinis, ideò
*Sanct.Doctor art.3.ad 3.*aliam ponit defi-
17 nitionem dicendo,quod caracter fidelium
eſt quo diſtinguuntur fideles Chriſti à ſer-
uis diaboli,vel in ordine ad vitam ęternam
(quod fit per Baptiſmum,& Confirmatio-
nem)vel in ordine ad cultum præſentis Ec
cleſiæ (quod facit Ordo) quod autem ſit
inamiſſibilis,patet ex *d.cap.quidam.*
Ex quo collige primò,Sacerdotem mor-
18 tuum non eſſe reordinandum,ſi reſuſcitet,

quia

quia caracter eſt inamiſſibilis *cap. quod quidem 1. quaſt. 1. Tridentin. ſeſſ. 7. can. 9.* &
pariter neq; eſſe rebaptizandum, neque reconfirmandum *Trident ſeſſ. 23. can. 4.* Se-
19 cundo collige, quod qui percutit corpus
clerici mortui ſuadente Diabolo, eſt excō-
municatus, quia eſt corpus talis animæ, in
qua manet caracter indelebiliter, ducta
paritate, ex *text. in l. 1. C. de aduoc. diuerſor.
Iudic.* vbi poſt depoſitum officium aduo-
cationis, quis æſtimatur in eadem dignitate
propter memoriam præteritorum laborũ,
ergo pariter in caſu noſtro dici debet. Ter-
20 tiò, remanere caracterem in bonis, ad glo-
riam; in malis, ad pœnam, *Sanct. Doctor
quaſt. 63. artic. 5. ad 3.* vnde collige impro-
perium fidelium, vel ſacerdotum deſcen-
dentium ad Inferos, dum accedunt ibi no-
tati ſigno Ezech 9. ſigna Tau ſuper frontes
gementium, & dolentium.

Dices primò. Caracter, & gratia proce-
dunt à ſacramento, vt duo effectus, ſed
amittitur gratia, ergo debet etiam amitti
caracter.

Reſpond. diſtinguo antecedens: proce-
21 dunt eodem modo, & nego, diuerſo mo-
do, & concedo; gratia enim, vt ait *Sanct.*
22 *Doctor loc. citat.* eſt in anima ſicut quædã
forma, quæ recipitur in ſubiecto, & ſecun-
dum Philoſophos omne, quod recipitur
in ſubiecto, ſecundum modum ipſius re-
cipientis recipitur; vndè ſi recipiens ſit mu
tabilis, talis etiam eſt forma, quę in ipſo re-
cipitur: cum igitur anima ſit mutabilis, ta-
lis etiam erit gratia, quæ in ipſa recipitur
23 vt forma; caracter verò recipitur in anima,
vt inſtrumentum, & inſtrumentum pendet
in ſua mobilitate à primo Motore, ſed Mo-
tor talium inſtrumentorum eſt Deus, qui
eſt immutabilis, ergo etiam amiſſa gratia,
24 remanet caracter. Patet etiam hoc, quia
quem Deus ſemel voluit ad gloriam, vult
ſemper, non poſſet autem modo connatu-
rali nos excitare ad gloriam, niſi permane-
ret in nobis etiam poſt peccatum caracter
Fidei, ſeù Baptiſmi, & Confirmationis, ſeù
Fortitudinis ad reſiſtendum, per quæ ho-
mo recipiendo Dei lumina mouetur ad
operandum, & ad reſiſtendum tentationi-
bus Dęmonum, qui impediunt regreſſum
ad Deum, ergo remanent iſti caracteres.
23 De caractere Ordinis non eſt dubium,
quia participatio eſt ſacerdotij Chriſti, vt
ait *Sanct. Doctor art. 3. quaſt. cit.* ergo qui
habet participationem talis ſacerdotij, ip-
ſam etiam habet in æternum, nec poteſt
per peccatum amittere, quia per caracte-
rem efficitur miniſter, ſeù inſtrumentum,
cuius principalis Author, & Motor eſt ipſe
Chriſtus, ergo non currit paritas gratiæ.

Circa ſecundum dicendum eſt, caracte-
26 rem non eſſe in anima ad modum formæ,
ſed eſſe in potentijs animæ, vt compoten-
tia, & inſtrumentum. Ratio eſt ex eodem
27 *S. Doctor. art. 4. quaſt. citat.* quia caracter
imprimitur ad exercitium operum ſpectã-
tium ad cultum Dei, ſed exercitium eſt in
potentijs animæ, ergo in ipſis ponitur cara-
cter, tum quia eſt inſtrumentum, & quaſi
potentia, vt diximus in definitione, ergo in
ipſis potentijs poni debet, & ſic in intelle-
28 ctu, & voluntate, in intellectu ponitur ca-
racter Fidei, in intellectu, & voluntate po-
nitur caracter Confirmationis, & Ordinis,
quia confirmati, & ordinati debent cogno-
ſcere diuina, & exequi; executio autem ha-
betur per voluntatem, at baptizati debent
recipere illuſtrationes, & lumina, hoc autẽ
fit in intellectu.

Circa tertium aduerte primò, quod ſi
29 purus laicus reciperet Ordinem ſacerdo-
tij per ſaltum, poſſet validè ſacrificare, ſed
peccaret mortaliter, *gloſſ. in cap. ſollicitudo,
diſtinct. 52. cap. 1. de cleric. per ſalt. promot.
vbi Abb. & DD.* communiter, *Sylu. verb.
ordo 5. q. 5. & S. Doct. cum Theolog. commu
niter in 4. ſen. diſt. 24.*

Aduerte ſecundò, in caracteribus re-
30 quiri aliquam ordinationem, & ſic non
poſſe quem confirmari, niſi ſit baptizatus,
quia vt ait *Sanct. Doctor 3. part. quaſt. 72.
art. 6.* ſicut ſe habet augmentum ad genera-
31 tionem, ita ſe habet Confirmatio ad Bap-
tiſmum, vndè collige fallentiam ſacramen-
torum non iterabilium, nam ſi quis confir
maretur antequam eſſet baptizatus, hic eſ-
ſet baptizandus, & deindè iterũ confirmã-
dus, qa Baptiſmus eſt fundamẽtũ ſacramẽ-
32 torum, *cap. veniens, de Presb. non baptiza-
to*, & qui caret fundamento, nihil firmi ſu-
33 peræ dificare poteſt, *capit. cum Paulus 1.
quaſt. 1. cap fin. de Presbyt. non baptiz.* ac
proindè in tali caſu Confirmatio reitera-
retur.

Aduerte tertiò, quod cum caracter ſit
34 inamiſſibilis, per conſequens ſacerdos
quantumuis degradatus, depoſitus, ſuſpen
ſus, &c. conficeret ſacramenta, quia habet
potentiam inamiſſibilem per caracterem,
diximus *lib. 1. titul. de depoſit. ſeù degrad.*

Circa quartum dicimus, quod ideò tan-
35 tum in his tribus ſacramentis imprimitur
caracter, quia debet eſſe permanens ſignũ,
quo Deus aliquos ſibi per Baptiſmum ge-
nuit, ſuæq; Reipublicæ aggregauit Eccle-
ſia, & debent apparere viri, qui militiæ Ec-
cleſiaſticæ ſe adſcripſerunt, quod fit per
Confirmationem, *Sanct. Doctor quaſt. 32.
per tot.* & debent etiam agnoſci qui habeat
poteſtatem exercendi munera Eccleſiaſti-

ca

cæ Hierarchiæ;filius autem non poteſt nõ fuiſſe filius,ſic etiam miles non poteſt non eſſe adſcriptus,licet poſſint eſſe milites, & filij,ac miniſtri amici Dei, vel inimici, q; eſt amiſſibile, & per alia ſacramenta reiterabilia recuperatur.

In §. conſtans.

SVMMARIVM.

1 *Materia ſine forma,& è contra nihil operari poſſunt.*

2 *debet eſſe moraliter præſens forma.*

3 *Materia,& forma ſeparatim nõ poſſunt dici Sacramentum, neq; ante, neq; poſt ipſum,& nu.6.*

4 *Forma in Sacramento Euchariſtiæ ad quid tendatur.*

5 *in Baptiſmo ad quid tendatur.*

7 *Mus comedens oleum Sanctum non dicitur comediſſe Sacramentum,in Euchariſtia vero ſic.*

QVæ faciunt pro hoc §.diximus ſupra in §. *Sacramentorum*,tamen ad notitiam huius §. Aduerte 1 primò,quod forma ſine materia, & materia ſine forma nihil operari poſſunt,vt ait *Auguſt.tractat.80.in capit.15. Ioan.Detrahe verbum, & quid eſt aqua, niſi aqua? & in capit. detrahe 1.quaſt.1.* vbi eadem verba Auguſtini referuntur,ex *gloſſ.ibidem*, collige, quod ſi forma non accedat moraliter ad verbum, non fit ſacramentum, vnde ſi quis immergat puerum,& poſtea auferendo ipſum ab aqua, diceret,*Ego te baptizo,&c.*non eſſet confectum ſacramentum, quia non accedit verbum ad elementum. Secundò collige, 2 quod in alijs formis materia debet eſſe moraliter præſens, vt ad ipſam videatur accedere forma prolata, aliàs non poterunt facere vnum ea,quæ ſunt omnino diſtincta.

3 Aduerte ſecundò,nec materiam tantũ, nec formam ſolam poſſe dici ſacramentũ, nam accedit verbum,& fit ſacramentum, vndè aqua Baptiſmatis neq; ante,neq;poſt ſacramentum dicitur ſacramentũ,*gloſſ.hic verb.& verbo*,contra Landulphum, qui putabat,aquam Baptiſmatis eſſe ſacramẽtum poſt ſacramentum.

Dices : Panis,& forma conſtituunt Euchariſtiam,& tamen completa forma, adhuc remanet ſacramentum ſub ſpeciebus panis,ergo completa forma Baptiſmatis adhuc remanet ſacramentum in aqua.

Reſpond.nego conſequentia,& diſpari-4 tas eſt,nam forma in ſacramento Euchariſtiæ tendet ad tranſubſtantiandum panem in Corpus Chriſti, & ſic tendit ad ipſum panem mutandum; vndè remanentibus accidentibus panis, remanent effecta accidentia ſacramentalia:at forma in Bap-5 tiſmo non tendit ad conſecrandam aquã, ſed ad ſanctificandum puerum,in quo remanet ſacramentum,& eius effectus,& ſic aqua remanet inutiliter,& eſt diſpar ratio inter ipſam,& panem in Euchariſtia,vt diximus.

6 Collige ex hoc,nequè oleum,quod remanet in fronte,vel in alijs partibus poſt vnctionem debere dici ſacramẽtum, quia effectus formæ recipitur in anima confirmati,vel vncti,& non recipitur in oleo:vn-7 dè ſi Mus comederet oleum ſanctum,non diceretur comediſſe ſacramentum, ſicut dicitur de Euchariſtia *in cap.qui non bene cuſtodiunt,de conſecr.diſt.2.*

In §. illud quoquè.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtus eſt auctor Sacramentorum.*

2 *Eccleſia eſt Domina vtilis Sacramentorum.*

3 *vel Apoſtoli, nec alius non poſſunt dici inſtitutores Sacramentorum, & num.4.*

5 *Deo ſoli tribuitur poteſtas principaliter inſtituendi Sacramenta,nec ea potuiſſet alteri communicari.*

6 *Mereri de condigno quid ſit?*

7 *Creatura non poteſt mereri de condigno.*

8 *Deus quomodo poſſit tribuere creaturæ poteſtatem inſtituendi ſacramenta, abſq; vlla implicantia.*

9 *Chriſtus poterat operari,vt Deus, & vt homo.*

10 *operatus eſt circa ſacramenta, vt Deus,& vt homo,& n.11.*

1 NOtatur hìc, Chriſtum Dominum eſſe authorem ſacramentorum, & Eccleſiam nullum ſacramentũ poſſe augere,vel minuere, *Trid.ſeſſ.7. de ſacrament.in gener.cap.1.* Dicuntur autem ſacramenta Eccleſiæ, non quod Eccleſia habeat dominium deſpoticum ſacramentorum,ita vt poſſet eius eſſentialia mutare,vel alterare, ſed tantum quia Ec-2 cleſia eſt Domina vtilis ſacramentorum, quatenus ſacramentis vtitur,& ipſa diſpẽ-

 ſat,

ſit, dat exemplum *gloſ. hic de iure Papiliano*, quod quidem non fuit editum ab illo, ſed tantum compilatum, & tamen ab ipſo denominatur, *l.2.C.in quibus cauſ.coloni*.

Aduerte igitur hic, quod ſi quis diceret
3 aliquod ſacramentum nouæ legis fuiſſe inſtitutum ab Eccleſia, vel ab alio, præterquam à Chriſto Domino, eſſet hæreticus, *Trident. loc. citat. & Amb. libr.4. de ſacrament. c.4. Nauar. in ſumm. c.22. Catecheſis Romana pag.*194. neq; Apoſtoli fuerũt in-
4 ſtitutores ſacramẽtorũ, *Couar. lib.4. var. reſ. c.44. Trid. loc. cit. & ſeſſ.14. c.5. de conf.*

Quæres primò, an potuerit Chriſtus alteri communicare hanc potentiam inſtituendi ſacramenta, modo quo ipſe inſtituit.

Reſp. negatiuè, *S.Doct.3.par.q.64.art.2.*
5 vbi ſoli tribuit Deo poteſtatem principaliter inſtituendi ſacramenta, vbi idem tenet *Scot. in 4. diſtin.q.3. artic.2. concluſ.2. Vaſq. diſput.*12. Ratio autem hæc eſt, quia per ſacramenta dum nobis applicantur Chriſti merita, ratione meritorum Chriſti de condigno debetur nobis gratia, & remiſſio peccatorum, ſed nõ poteſt dari meritum de condigno in aliqua pura creatura, ergo non poteſt pura creatura inſtituere ſacramenta.

Probatur minor, nam mereri de condi-
6 gno, eſt dare æquiualens pro æquiualenti, vt ſi velim ab aliquo rem, quæ valet decẽ, debeo ei etiam decem offerre, ſed offenſa facta Deo eſt infinita (vt ſuo loco dicemus) & omnis creatura eſt finita, & limita-
7 ta, ergo non poteſt creatura mereri æquiualens, & reddere æquale Deo pro peccato, & ſic non poſſet mereri de condigno.
8 Poſſet tamen Deus acceptare meritum alicuius creaturæ, & de congruo dare ei poteſtatem inſtituendi ſacramenta, hoc modo videlicet: potuiſſet Deus acceptare quodlibet opus alicuius creaturæ, & in cõpenſationem talis operis dare tali creaturæ poteſtatem inſtituendi aliqua ſigna ſacra, quibus qui vterentur, haberent à Deo remiſſionem criminum, gratiam, & gloriam, &c. Hoc autem procederet ex promiſſione Dei, & ex eius decreto de concurrendo cum talibus ſignis honeſtis in nomine huius creaturæ: quare hæc ſigna, ſeu ſacramenta eſſent etiam infallibilia, quia intercederet decretum Dei de danda gratia cuilibet, qui ipſis vteretur, quod autem potuiſſet Deus hoc facere, patet, quia eſt Dominus abſolutus gratiæ, & gloriæ, & poteſt hæc dare, prout vult, ſicut poteſt etiã Dominus creatus pro vna pecunia dare omnia bona ſua, ergo multò magis poterit hoc facere Deus, cum ſit Dominus abſolutus omnium bonorum ſuorum, neq; ex hoc aliqua ſequitur implicantia, *Suar. diſp.12. ſect.2. & S.Doct.3. par. quaſt.64. art.4. in corp.*

Quæres ſecundò, an Chriſtus fuerit principalis inſtitutor ſacramentorum, & effectus eorum, vt homo reduplicatiuè, vel vt homo Deus; certum enim eſt, quòd
9 Chriſtus habebat operationes diſtinctas, & poterat operari, vt Deus, & vt homo, & ſic paſſus eſt, vt homo reduplicatiuè, ſubſtentatus tamen à diuinitate, à qua habebat ſubſiſtentiam.

Reſp. cum *S.Doct. quaſt.64. cit. art.3. in*
10 *corp.* quod Chriſtus Dominus, circa ſacramenta operatus eſt vt Deus, & vt homo, vt Deus agit in ſacramento principaliter dicente *Auguſt. Quod in ſacramento diuina virtus operatur ſecretum*, ergo vt Deus eſt principalis inſtitutor, & agens. Prout
11 homo eſt, operatur effectus ſacramentorum, non vt principalis agens, ſed vt inſtrumentum immediatum diuinitatis, & ſic habet maiorem excellentiam ratione magis immediatæ vnionis cum Verbo, alij verò miniſtri ſe habent vt inſtrumenta magis mediata, & remota.

In §. ergo cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio eius de quo tractatur in §.*
2 *Sacramentum collatum ab infideli habente intentionem conformem Eccleſiæ eſt validum,*
3 *non maculatur à malitia miniſtri;*
4 *in quo præter ordinem requiratur iuriſdictio non confertur validè ab Hæretico, vel Infideli.*
5 *Regula* text. in l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. *non verſificatur in miniſtro ſacramentorum.*
6 Tex. in cap. non ſanat, cap. ſi quis confugerit, & cap. pen. 1. q.1. *declarantur, & nu.7.*
8 *Sacerdos non debet gloriari de ſua poteſtate, ſed refundere etiam in Deum.*
9 *A Sacerdotibus nulla ſanctificandi virtus emanat.*
10 *Sacerdotis deuotio, aut bona vita nihil operantur ad effectum principalem ſacramentorum.*
11 *ſunt efficaciores, vt Deus exaudiat illas orationes, quæ dicuntur ante, vel poſt collationem ſacramẽtorum, vel det augmentum maius gratiæ ex opere operantis n.13.*

Ora-

Digitized by Google

12 *Orationes,quæ dicuntur ante,vel poſt col-*
lationem ſacramentorum nomine totius
Eccleſiæ dicuntur.
14 *Miniſter indignus quomodo licitè poſſit*
induci ad dandum ſacramentum & nu.
15.per totum.
16 *excommunicatus etiam notorius ,*
vel Paganus,aut Infidelis in caſu neceſ
ſicatis licitè dat ſacramenta.

1 AGitur hic de miniſtro ſacramenti,
de eius qualitatibus,de intentio-
ne, &c. de quibus ſupra dixi in §.
ſacramentorum tamen præter ibi dicta.
Aduerte primò, quod ſacramentum
2 collatum ab Infideli,qui habet intentionē
faciendi id,quod facit Eccleſia, eſt validū,
ſic de Baptiſmo patet ex *cap.decedit,capit.*
quod autem,& cap.ſi iuſtus, 1.*q*.1.nec ma-
3 culatur ſacramentum a malitia miniſtri ,
cap nec foris,nec intus cauſa,& quæſt. cit.
non ſic autem in ſacramentis, in quibus
4 præter Ordinem requiritur iuriſdictio ;
tūc enim,nec Infidelis,nec Hæreticus po-
teſt id facere , *capit.remiſſionum cauſa,&*
quæſt.cit.
Aduerte ſecundò,in malis miniſtris ſa-
5 cramentorum non verificari regulam ,
Quod,nemo dat quod non habet,ex l.nemo
plus iuris ff.de regul.iur. nam mali mini-
ſtri ſacramentorum non habent gratiam
ſacramēti,& tamen illam dant, & characte-
rem,ſeù vnctionem , quam inutiliter ha-
bent,alijs vtiliter,& ſalubriter conferunt,
§.ſi ergo,cap.remiſſionem cit.
Sed contra dictum obſtat primò *text.in*
cap.non ſanat,eadem quæſt. vbi habetur ,
quod non ſanat , ſed polluit Baptiſmus
perfidorum.Secundò obſtat *text in cap ſi*
quis confugerit,eadem quæſt. vbi baptiza-
ti a Catafrigijs,ſunt rebaptizandi.Tertiò in
*cap pen.eiuſdem quæſt.*vbi Hæretici non
conferunt effectum Sacramentorum.
Sed his non obſtantibus, non eſt rece-
dendum a *text.in d.cap.dedit*,& ad primū,
& ſecundum contrarium reſpondetur il-
6 los fuiſſe baptizatos cū forma defectuoſa,
vt aduertūt *gl.illorū cap.*defectus aūt for-
mę eſt defectus ſubſtātialis ſecū trahēs va-
7 liditatem ſacramenti.Ad tertiū reſp.q *tex.*
ibi loquitur de ſacramento Pœnitentiæ ,
quod ab Hæreticis collatum non valet ,
quia non habent iuriſdictionem,dum ſunt
extra Eccleſiam, & patet ex *rubric. ipſius*
*cap.*quæ enim non ſit correſpondes nigro,
aliud videtur annuere , *text.* autem in ni-
gro aliud oſtendit,vt patet ex eius lit.
Aduerte tertiò,quod Sacerdos non de-
8 bet gloriari ex hoc, ſed omnia refundere
in Deum,nam neq; qui plantat eſt aliquid,
neq; qui rigat , ſed qui incrementum dat
Deus,*cap.multi* 1.*q*.1.nec à ſacerdotibus
9 vlla ſanctificandi virtus emanat, vt habe-
tur in §.*ergo*,ibi:*Sicut nec Sol per fetida*
loca tranſiens maculatur , nec aqua fit la-
pidea, tranſiens per canales lapideos , ita
nec gratia Dei tranſiens per malos mini-
ſtros,&c.
Aduerte quartò,quod neq; bona vita
10 miniſtri aliquid operatur ad effectum
principalem ſacramentorum,nec quidquā
facit eius deuotio,vel oratio , *S.Doctor 3.*
*par.q.64.artic.*1. & ſic effectus ſacramenti
non habetur maior propter meliorem mi-
niſtrum. Verum tamen eſt,quod deuotio
11 miniſtri , & eius bona vita aliquid opera-
tur præter ſacramentum,& eſt efficacior ,
vt exaudiatur à Deo in illis orationibus ,
quæ pręcedunt, vel ſubſequuntur collatio-
nes ſacramentorū. Imò vt ait *S.Doct.ibid.*
neq, operatur aliquid eius bona vita quo-
ad effectum, ad quem ordinantur oratio-
12 nes ſacramentorum , nam illæ dicuntur
nomine totius Eccleſiæ , quam Deus non
poteſt non exaudire,dum dicitur *Matth.*
18.*Si duo ex vobis* (per quæ demonſtrat
vnionem Eccleſiæ)*conſenſerint ſuper ter-*
ram,de omni re quamcumq; petierint, fiet
*illis à Patre meo,&c.*poteſt tamen eius iu-
ſtitia,& deuotio aliquid aliud impetrare à
Deo,vt maius augmentum gratiæ, ſed non
13 ex operato,quia gratia virtute ſacramenti
datur æqualis omnibus,vt loquitur *S.Do-*
*ctor loc.citat.*ſed ex opere operantis,& ex
merito ipſius miniſtri.
Aduerte quintò , quod miniſter ſacra-
14 mentorum poteſt induci etiam ſi ſit indi-
gnus,in duobus caſibus. Primus eſt,ſi mi-
niſter teneatur ex iuſtitia miniſtrare ſa-
cramenta; tunc enim licitè poſſum ab ip-
ſo petere ſacramenta , vt aduertit *Caet.in*
S.Doct.3.part.q.64.articul.6.ad 2.vbi ait,
quod poteſt quis petere ſacramenta a Pa-
rocho, quem ſcit eſſe concubinarium,ta-
men petendo taliter ſacramenta, non de-
bet directè intendere inducere Parochū ,
ſeù alium miniſtrum(qui tenetur ex iuſti-
tia)ad peccandum , nam peccaret ex pra-
uo affectu, & mala intentione , dum vult
malum proximi , vndè poteſt velle ſacra-
menta,& hic debet eſſe eius finis,licet co-
gnoſcat ex tali petitione euenturum pec-
catum miniſtri,dummodo ipſa non inten-
dat hoc,& dat rationem *Caet.loc.cit.* quia
ſcilicet quamuis nunquam liceat induce-
re homines ad peccādum, tamen licet vti
15 iniquitate alterius.Secundus caſus eſt cō-
currente neceſſitate ex parte ſuſcipientis,
& animi præparatione ex parte miniſtri

Digitized by Google

v.g.quis eſt in articulo mortis,indiget ſacramento Pœnitentiæ, eſt præſens Sacerdos,non Parochus, qui tamen eſt in peccato mortali,ſed eſt paratus miniſtrare ſacramenta, tunc poteſt ab iſto recipere ſacramentum, & dat paritatem *Caet. in S. Doctor.* quia ſcilicet poteſt ſimiliter quis propter extremam neceſſitatem ſumere pecuniam ſub vſuris ab eo,qui paratus eſt illam ſic dare.

Aduerte ſextò, quod poteſt quis in caſu
16 neceſſitatis petere ſacramenta ab excõmunicato etiam notorio,& etiam à pagano, vel infideli petere Baptiſmum *Sanct. Doctor in 4.ſent.diſt.4.* tum extra caſum neceſſitatis poſſunt recipi ſacraměta à Pa-
17 rocho excommunicato,dummodo non ſit notorius excommunicatus, vel publicus percuſſor clerici,vt in *Concil. Conſtãtienſ ſub Martino V.* & docet *D. Antoninus 3.par.tit.26.cap.3.* Tollant igitur fideles omnem anſietatem in recipiendis ſacramentis,quæ à quolibet miniſtro miniſtrata,ſortiuntur ſemper effectum ſuum, dummodo adhibeantur eſſentialia,ſcilicet materia,& forma,& intentio,ſiuè deuotè, ſiuè indeuotè ille miniſtret;Deus enim eſt principalis operans.Et hæc ſint pro ſacramentis in genere.

DE BAPTISMO, & eius effectibus.

TITVLVS TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli ad praecedentia.*
2 *Diuiſio eius de quo tractatur in præſenti titulo.*
3 *Baptiſmus quomodo definitur?*
4 *Sacramenta ſunt ſigna practica.*
5 Vgonis de Sancto Victore opinio circa definit.Baptiſmi.
6 *Declaratur.*
7 *Baptiſmum fuit maximè figuratum per circumciſionem.*
8 *fuit figuratum per diluuium vniuerſale.*
9 *per verba Cantic.4.* (Veni de Libano) *& quod interpretetur Libanus.*
10 *& per tranſitum Iſrael per mare.*
11 *& per baptiſmum Ioannis,quod nõ erat Sacramentum;per diſcurſum.*
12 *& per Mare vitreum Apocalyps 4.*
13 *fuit inſtitutum à Chriſto Domino & quando per diſcurſum.*
14 *Baptiſmis materia eſt ablutio cum aqua, & quare? nu.15. 6.17.18.& 19.*
20 *Forma habetur per verba,* Ego te baptizo,&c.
21 *Aqua Baptiſmalis non debet eſſe neceſſario exorcizata,ſed ad ſolemnitatem.*
22 *Baptizans,extra caſum neceſſitatis non vtens aqua exorcizata peccat mortaliter.*
23 *Aqua Baptiſmalis quanta ſit ſufficiens ad baptizandum?*
24 *Ablutio Baptiſmalis quare non poteſt fieri vino,vel alio ſimili liquore.*
25 *poteſt fieri aqua niuis.*
26 *non poteſt fieri aqua ex ſale,quæ verè non eſt aqua.*
27 *Aqua florum,vel cucumeris,vel ſudor,aut ſaliua,&c. non poſſunt deſeruire ablutioni baptiſmali.*
28 *ſi immiſceantur in minima quantitate in vaſe aqua naturalis valet ſacramentum ſed miniſter peccat mortaliter extra caſum neceſſitatis id faciens, & n.29.*
30 *Aqua decoctionis carnium licet ſatis craſſa,expreſſo, ac educto iure,valet ad ſacramentum.*
31 *Ablutio Baptiſmalis, & ipſa aqua ambo ſunt materia ſacramenti,ſed diuerſimode.*
32 *Aqua baptiſmalis extra caſum neceſſitatis quomodo tangere debet baptizandum.*
33 *Baptiſmum non valet ſi vnus immittat aquam,alius formam proferat.*
34 *Baptizandus non poteſt ſe ipſum immergere.*
35 *Baptiſmus poteſt fieri per aſperſionem in caſu neceſſitatis.*
36 *Trina immerſio in aqua non eſt de eſſentia baptiſmi.*

1 COntinuatio huius tituli ad præcedentem,patet ex §.*fin. præcedent.* vbi dicitur,quod poſitis generalibus, erat deſcendendum ad particularia, vt pariter dicit *Iuſtinin. §. his itaquè de iuſtit. & iur.* & cum inter particularia primum locum obtineat Baptiſmus tanquam ianua ſacramentorum, ideò de ipſo hìc, ad cuius *tit.* & §.1.
2 intellectũ videbimus primò, quid ſit Baptiſmus.Secundò,vbi fuerit hoc ſacramentum figuratum.Tertiò,à quo inſtitutum, vbi,& quando.Quartò,de eius materia,

&

& forma . Quintò, de eius effectibus. Sextò, de eius miniſtro.

Circa primum patet definitio ex præ-
3 ſenti §. dicitur enim hic , quod Baptiſmus
eſt ablutio corporis exterior, quæ adhibi-
ta certa forma verborum, interiorem ani-
mæ ablutionem deſignat, & operatur. Eſt
etiam definitio *Sanct. Doctor 3. par. quæſt.
66. art. 1. in corp. & etiam Magiſt. ſent. in
4. diſt. 3.* & communiter omnium . Ex hoc
4 colligunt Dialectici, ſacramenta eſſe ſigna
practica, quatenus ſignificant , & operan-
tur , ſic Baptiſmus ſignificat ablutionem
interiorem animæ , & verè ipſam opera-
tur.

Sed contra hanc definitionem obijcies
5 ex *Vgone de Sancto Victore lib. 2. de ſacra-
ment. par. 1. c. 2. circa princ.* vbi ait, quod
Baptiſmus eſt aqua diluendis criminibus
ſanctificata per verbum Dei , ergo non
vſus aquę (& ſic ablutio) eſt Baptiſmus, ſed
aqua ipſa, vt colligitur ex verbis citatis, ac
proindè mala eſt definitio Baptiſmi.

Reſpon. nego conſeq. & pro maiori de-
6 claratione ſciendum eſt , quod in ſacra-
mēto pōt cōſiderari ſacramētū ipsū, & res
materiales ſacramenti, *Vgo* igitur aſſignat
potius materiam, & formam ſacramenti ,
ſed non dat definitionem eſſentialem ip-
ſius; vndè in aqua non eſt virtus ſacramē-
ti, neq; in aqua recipitur , vt ait *S. Doct. in
corp. cit. artic.* ſed eſt in ipſa aqua virtus in-
ſtrumentalis ſacramenti fluens in homi-
nem, qui eſt ſanctificationis ſubiectum ;
aqua igitur nullam recipit ſanctificationē,
niſi extrinſecam, quatenus fuit materia ſa-
cramenti celebrati.

Circa ſecundum aduerte, quod figura
7 maxima Baptiſmi, fuit circumciſio, vt ha-
betur in præſenti § quę operabatur etiam
in partem id, quod operatur Baptiſmus, &
figurabat ipſum in lege Euangelica, *Sanct.
Doct. 3. par. q. 60.* Secundò fuit figuratum
8 per diluuium vniuerſale, quo perijt mun-
dus peccato dirutus, ſic perit in baptizato
regnum peccati , & introducitur gratia
1. Petri cap. 3. nu. 20. & 21. Tertiò fuit fi-
9 guratum Canticorum 4. ex verbis Spon-
ſæ: *Veni de Libano ſoror mea* ; Libanus .n.
interpetratur, *dealbatio*, vt aduertit *Greg.
ibid.* & ſic veni de Libano , hoc eſt veni de
dealbatione, quę per Baptiſmum habetur,
Pauon. 3. part. introduct. c. an. 6455. Quar-
10 tò fuit figuratum in tranſitu Iſrael per
mare, nam ſicut populus trāſiens per ma-
re fuit liberatus à ſeruitute Faraonis , ſic
baptizati liberantur à ſeruitute demonis
cap. nec quemquam, de conſecr. diſt. in. 4. ex
11 verbis *Apoſt. 1. ad Corint.* 10. Quintò fuit
figuratum per Baptiſmum Ioannis, qui nō
erat ſacramentum, ſed diſpoſitio ad Bap-
tiſmum Chriſti, nec erat de præcepto, nec
remittebat peccata , nec conferebat gra-
gratiam, nec caracterem imprimebat, ad
ipſum non admittebat pueros, nec genti-
les, quia eius Baptiſmus erat præparato-
rius ad pœnitentiam, pueri autem non poſ
ſunt penitentiam agere, nec infideles, dum
manent in ſua perfidia. Alia de Baptiſmo
Ioannis ponit *S. Doct. q. 58. per totum, &
q. 68. art. 6. ad 1. & q. 70. artic. 1. ad 3.* Sextò
12 fuit figuratum in mare vitreo, quod vidit
Ioannes *Apoc. 4. num. 6.* ibi, *Mare vitreum
ſimile criſtallo*, & tale mare fuiſſe figuram
Baptiſmi, docet *S. Doct. loc. cit.*

Circa tertium reſpondeo ex *Tridentin.
13 ſeſſ. 7. can.* 1. Baptiſmum fuiſſe inſtitutum
à Chriſto Domino, *Ioann. cap.* 1. ſed tunc
initiatiuè, *Victor. de baptiſm. c. 4 & in cap.
per aquam, de conſecrat. diſt.* 4. ibi, *Cum
Dominus noſter Ieſus Chriſtus formam
baptiſmi daret, venit ad Ioannem, &c. &
gloſſ in cap. ex quo, eadem diſt. verſ. ad in-
uocationem*, ait : *Quod tunc credimus fa-
ctum, quando Dominus tactu ſua mundiſ-
ſima carnis vim regeneratiuam contulit
aquis, &c.* ſed melius dic perfectè inſtitu-
tum , quando Dominus poſt ſuam reſur-
rectionem dedit formam Apoſtolis dicēs:
*Docete gentes baptizantes eos in nomine
Patris, &c. vt in cap propriè, ead. diſt.* vbi
habetur, quod tunc ſacramentum Baptiſ-
mi habuit vim, quando Dominus formā
inſtituit, forma enim eſt vltimum comple-
mentum rei , nec poteſt dici quid perfe-
ctum, dum forma caret , ergo tunc debet
dici inſtitutum Baptiſma , quando Domi-
nus poſt ſuam reſurrectionem formam
dedit Apoſtolis, *dict. cap. propriè*, quod idē
videtur dicere *S. Doct. 3. p. quæſt. 66. artic.*
2. vbi ait, Baptiſmum fuiſſe perfectè com-
pletum poſt Chriſti reſurrectionem . Nec
facit , quod Dominus dixerit Nicodemo
Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua,
& Spiritu ſancto, non intrabit, &c.* nam
reſpondet *S. Doct. loc. cit.* id potius reſpi-
cere tempus futurum, ſeù poſt ſuam reſur-
rectionem.

Circa quartum aduerte primò, propriā
14 materiam huius ſacramenti eſſe ablutiò-
nem cum aqua, *Trident. loc. cit. can. 2. &
Florent. de ſacram. clement. fidei, de Sum.
Trinit. cap. firmiter, cit. tit. S. Doct. loc. cit.
articul.* 3. & deinceps ex verbis Domini
Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua,*
15 *&c.* patet etiam hoc ex pluribus con-
gruentijs, quas habet aqua cum hoc ſa-
cramento, ſeù cum effectu intrinſeco ip-
16 ſius. Primò, quia aqua lauat, & Baptiſmus
abluit à peccatis . Secundò eſt frigida, &
com-

Digitized by Google

comprimit calorem; ſic Baptiſmus repri-
mit fomitem. Tertiò, quia eſt diaphana
17 & facillimè recipit lumen, & per Baptiſ-
mum illuminatur in fide. Quartò, quia
18 vt ait *Chryſoſt. hom. 24. in Ioan. Qui ſe*
immergit in aquam, dum eleuatur, reſur-
gere videtur, ſic & qui baptizatur. Vlti-
19 mò, quia cum Baptiſmus ſit neceſſarius
omninò, ideò debuit aſſignari materia,
cuius abundantia vbique haberi poſſit,
vel facilis ſit ad ipſam aditus. Hęc, & alia
habes per S. *Doct. in corp. ar. 3.*

Aduerte ſecundò, formam huius Sacra-
20 menti eſſe illa verba, *Ego te baptizo, in*
nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti,
ſic dicente Domino per *Ioan. loc. cit.* & ha
betur in *d. cap. propriè, cap. firmiter, & ele-*
ment. fidei, cap. detrahe, 1. q. 1. cap. in Syno
do de conſecr. diſt. 4. vbi ad oſtendendum
quod omnes tres perſonæ ſint exprimen-
dæ, dicitur: *Qui vel vnam de Trinitate*
perſonam in baptiſmo non nominat, illud
baptiſma eſſe verum non poſſet. & ſubdit:
Qui enim confeſſus fuerit Patrem, & Fi-
lium, ſi confeſſus non fuerit & Spiritum
ſanctum, neque Patrem, neque Filium ha-
bebit. cum tamen multa occurrant diluci-
danda, ideò

Quęres primò, an aqua baptiſmalis
debeat eſſe neceſſariò exorcizata?

Reſp. negatiuè, ſic S. *Doct. ad 5. a. 2. cit.*
21 vbi ait, ſpectare tantum ad quandam ſo-
lemnitatem, per quam excitatur deuotio
fidelium, & fugantur Demones: vnde eſt,
22 quod qui absq; neceſſitate vellet vti aqua
non benedicta, peccaret mortaliter, tum
quia faceret cõtra communem vſum Ec-
cleſiæ, tum quia priuaret puerum tãto bo-
no, quod eſt ablui ab aqua exorcizata, &
fugato Dæmone.

Quæres ſecundò, quænam quantitas
aquæ ſit neceſſaria ſufficiens pro baptiſ-
mo?

Reſp. ſufficere illam quantitatem, quæ
23 tangendo corpus, ſiue partem corporis
poſſit aliquo modo profluere, & ad hoc
ſufficit etiam minima pars duarũ, vel triũ
guttarum, *Paul. Comitol in reſp. mor. lib.*
1. q. 12. & Filiuc. to. 1. tract. 2. c. 2. n. 34. qui
approbant, baptiſmum celebratum a qua
dam muliere cum digito intincto in aqua
tangendo, & ſignando frõtem pueri, quia
ſic habetur ablutio, ergo adeſt materia
eſſentialis.

Quæres tertiò, cur nõ poſſit iſta ablutio
fieri vino, dum etiam vno abluuntur ſor-
des, vel per alium ſimilem liquorem?

24 Reſp. id negari, quia tam vinum, quàm
cętera, nõ ita mundant, vt non relinquãt
aliquam ſui maculam, vel tibrem, S. *Doct.*
loc. cit. ad 2. quod non decet in hoc ſacra-
mento, in quo nulla licet leuis macula re-
linquitur, vt infra videbimus.

Quæres quartò, an poſſit fieri in aqua
niuis, vel in aliquore ex ſale?

Reſp. quod in aqua niuis licet, quia nix
25 non eſt aliud, quam aqua congelata; at in
aqua, ſeù liquore, ex ſale non ſic, quia ſal
vel eſt aqua maris, vel eſt ſal in venis ter-
26 ræ. Aqua igitur, quæ emanat ex ſale, vel
eſt ex ſale terreo, & non poteſt dici, quod
id, quod emanat, ſit aqua, ſed humor, vel
emanat à ſale, quod ſit ex aqua maris, &
neq; valet ſacramentum, quia tale ſal non
eſt aqua maris durefacta, vel condenſata,
ſed ipſa aqua maris per longum ſpatium
temporis vibrante Sole exiccatur, & re-
manent partes terreæ, & craſſæ, quæ erant
in ipſa aqua, & ſic tranſit aqua in aliam
ſpeciem potiùs terream, quàm aquatilem,
meritò quando poſtea liqueſcit, diſſolui-
tur in id, ex quo fuit compoſitum imme-
diatè, ſed immediatè nõ fuit compoſitum
ex aqua, ſed ex talibus partibus craſſis, &
terreis, ergò dum non eſt aqua id, quod
ab ipſo emanat, neq; poſſumus vti ad ba-
ptizandum, *Conine. de ſacram. q. 66. ar 4.*
dub. 5, n. 22. Aug. in ſum. verb. baptiſmus 4.
n. 3. Silueſt. verb. eod. n. 2. in fi.

Quæres quintò, an poſſit eſſe aqua ro-
ſacea, vel florum, an aqua cucumeris, an
ſudor, vel ſaliua, &c.

Reſp. in nullo ex his valere, & de ſaliua
27 expreſsè habetur in *cap. pen. hoc tit.* quod
ſcilicet ſic baptizati non ſunt habẽdi pro
Chriſtianis; pro omnibus autem ratio eſt,
quia his non vtimur ad abluendum, nec
ſunt aqua naturalis, Dominus autem dixit
Ex aqua &c. ſi tamen tales res in mini-
28 ma quantitate immiſceãtur in vaſe aquæ
naturalis, tunc valeret ſacramentum, quia
minimum non mutat eſſentiam, peccaret
tamen mortaliter id faciens contra Ritum
Eccleſiæ, & Chriſti inſtitutionem, licet
tamen in caſu neceſſitatis vti aqua ex lu-
29 to expreſſo, vel lixiuio, vel etiam iure;
dummodo non ſit valdè craſſum, vel ſpiſ-
ſum, quia hæc omnia ſunt aqua naturalis,
S. *Doct. 3. p. ar. 4. q. 66.* ex quo habemus, quod
30 ſi aqua decoctionis carniũ ſit ſatis craſ-
ſa, & ſpiſſa, ſi exprimatur, & educatur ex
ipſo iure aqua, benè poterit deſeruire ad
baptiſmum. Inſuper, quotieſcumq; aqua
non mutauit ſuam ſpeciem, vel licet ſit im
mixta cum alio liquore, ſi tamen maximè
præualeat aqua, ipſa vti poſſumus ad bap-
tizandum, ſicut etiam aqua pluuiæ, idem
S. Doct. loc. cit.

Quæres ſextò, quæ ſit materia ſacramẽ-
ti, an aqua, an eius vſus, ſeù ablutio.

Reſp.

Reſp.vtramq.eſſe mareriam, ſed diuerſo
31 modo;aqua enim eſt materia,ex qua, ſeù
remora,ablurio verò eſt mareria qua , ſeù
proxima,idem S.*Doct.ar.j.*vnde ſi quis po
ſito puero coram aqua , proferret formã,
puer non diceretur baptizatus , quia verè
non interceſſit ablutio.

Quæres ſeptimò , quomodo aqua debear tangere baptizandum extra caſum nec ſſiraris ?

Reſp.quod debet tangere vel totum
32 corpus, vel caput , quod eſt maior pars,
argum.*tex.in l.nam in diuerſis,ff.de relig. & ſumpt.fun.*vnde licet modica ſtilla profluat per corpus baptizãdi,tamen valeret ſacramentum,*Innoc.in 3.decretal.in cap. debitum,de baptiſm.& eius effect.*

Quæres octauò , an poſſit vnus immittere aquam,& alius proferre formam ?

Reſp.negatiuè,quia ſic nõ poſſet verifi-
33 cari forma in qua dicitur,*Ego te baptizo,*
ſic tenet *Innoc.in d.cap.debitum.* ea hoc
collige, ꝙ neq. poteſt baptizandus ſeipsũ
34 immergere , ſed ſupra ipſum eſt immittenda aqua, nam per formam deſignatur actio ex parte baptizãtis,& paſſio ex parte baptizati; ille air,Te baptizo,ergo ille debet abluere,& baprizandus ablui,idem haberur per formam Græcorum,Baptizetur ſeruus Chriſti , Poreſt etiam fieri bap-
35 tiſmus per aſperſionem, dummodo adſit neceſſitas , ſic in eadem die ter mille fuerunt baptizari tempore Apoſtolorum, *Act.2.n.40.S.Doct.quæſt.cit.ar.6.& 8.*vbi
36 etiam notat, ꝙ non eſt de eſſentia ſacramenti trina immerſio in aqua,vel trina effuſio,quia etiam vnica effuſione,vel immerſione habetur myſterium mortis Ieſu Chriſti. Et hęc ſint pro materia baptiſmi.

Circa formam.

SVMMARIVM.

1 *Forma Sacramenti Baptiſmi nõ requirit neceſſariò ly Ego, miniſter verò illud omittens in cõtemptũ peccat mortaliter.*
2 *cur non habeatur per Baptizeris,& habeatur per ly. Te baptizo.*
3 *Græcorum cur permittatur,& vnde habuerit originem.*
4 *cur requirit expreſſionẽ ipſius exercitæ ablutionis per ly, Ego te baptizo.*
5 *Baptizatus abſque ly.Ego te baptizo,quo modo & quare ſit rebaptizandus.*
6 *Baptiſmus non valet ſi in forma dicatur in Nomine Chriſti.*
7 *Apoſtolis cur erat permiſſum baptizare in nomine Chriſti, & quomodo debeat intelligi,& nu.9.*
8 *nullibi reperitur permiſſum baptizari in nomine Chriſti.*
9 Tex.in cap. à quodam de conſecr.diſt.4. *declaratur.*
10 *Apoſtolos non præſumitur baptizaſſe in nomine Chriſti.*
11 *Forma Sacramenti baptiſmi habet de eſſentia ly,in Nomine, nec poteſt alterari,vel repeti .*
12 *Nomen ſignificat eſſentiam.*
13 *Baptizans repetẽs ly,in Nomine,per quãlibet Diuinam perſonam, quomodo ritè diceretur baptizare non euitando tamen peccatum mortale.*
14 *Obſtetrices tenentur ſcire formam Sacramenti Baptiſmi .*
15 *Forma* Sacramenti *Baptiſmi valida eſſet ſi omittantur ly Ego,& In, omittens tamen peccat mortaliter.*
16 *per quem defectum verborum vitietur .*
17 *Baptizans ſi immitteret puerum in puteũ, & dum puer tangit aquam proferret formam, ritè baptizat.*
18 *Baptiſmus debet eſſe ad vitam ſpiritualẽ, non corporalem.*
19 Tex.in cap.ſic non ſint 32.q.4. *quomodo intelligatur .*
20 *Adultus baptizandus permittens immergi in puteo cum periculo vitæ reciperet caracterem,ſed nõ gratiam,verum ſtante periculo non eſt baptizandus,& Miniſter an peccaret mortaliter cõficiens, & n.21.& 22.*
23 *Baptizandus propter nimiam infirmitatem impotens ad ſufferendam aſperſionem aquæ an excuſandus , & quomodo baptizari poſſit.*
24 *Baptizans proferens ex ignorantia in Nomine Patrus, &c. an ritè baptizet.*
25 *Baptizans,addẽs, vel apponẽs verba ante vel poſt formã , dummodo intentionem habeat Eccleſiæ conformẽ,ritè baptizat.*
26 *Forma Sacramenti Baptiſmi non eſt inuertenda circa ordinem perſonarum.*
27 *Baptiſmus cauſat remiſſionem omnium peccatorum præcedentium .*
28 *Baptizatus non tenetur confiteri de peccatis commiſſis ante baptiſmum.*
19 *Peccatum actuale non remittitur in baptiſmo.*
30 *non impedit receptionem caracteris in Sacramento Baptiſmi.*
31 *Baptiſmus cauſat infuſionem gratiæ, & ſimul virtutes tum Theologales, tum morales,& n.32.*
33 *Virtutes infunduntur in* Sacramento *Baptiſmi admodum habituum.*

34 *dicun-*

Digitized by Google

34 *Dicuntur quaſi virum tuentes.*
35 *Habitus dant poſſe remotè.*
36 *Virtutes morales cum charitate coniunctæ non faciunt, id quod etiam facerent virtutes ſupernaturales.*
37 *Habitus virtutum ſimul cum charitate facilitant potentias ad actus dirigendos ad Deum.*
38 *Virtus ſecundum Ariſtotelem quid ſit?*
39 *Habitus virtutum in adultis baptizatis infunduntur magis, vel minus perfecti iuxta maiorem, vel minorem diſpoſitionem, vel gratiam.*
40 *Baptizatus in peccato actuali non recipit habitus virtutum.*
41 *recipit poſtea virtutes ablato obice etiam per actum contritionis.*
42 *Effectus baptiſmi eſt aperire ianuas cœli, quod fuit figuratum in baptiſmo Chriſti.*
43 *eſt liberare aliquatenus à pœnalitatibus contractis per peccatum Adæ, diſpoſitiuè ad vitam æternam.*
44 *Peccatum originale perfectè, & nulla remanente radice remittitur in baptiſmo, licet pœnalitates ſecundum ſtatum naturæ remanent.*
45 *Effectus baptiſmi eſt aggregatio ad fideles, participatio ſacramentorum, & tollere infamiam præcedentem.*
46 *Irregularitas ante baptiſmum contracta, tollitur per ipſum.*
47 *bigamia non tollitur, & quare?*
48 *ex peccato eſt melioris conditionis quam quæ non eſt ex peccato.*
49 *Concupiſcentia quomodo extinguatur per baptiſmum.*
50 *Baptiſmus reddit hominem de terreno cœleſtem.*
51 *plus remittit quam contritio, vel abſolutio ſacramentalis.*
52 *Baptiſmus licet remittat peccata tamen nihil remittit in præiudicium tertij.*
53 *non tollit vindictam publicam.*
54 *ſeruum non efficit liberum.*
55 *efficit ſeruum Iudæi liberum.*
56 *Vſurarius baptizatus non poteſt retinere illicitè acquiſita.*
57 *vt poſſit retinere, quid debet facere.*
58 *Baptiſmus iocosè collatus, ſed cum debita intentione producit effectuum ſuum.*
59 *collatus propter pecuniam dummodo non adſit alius, qui conferre velit ſacramentum abſq; pecunia, licitè procedit.*
60 *Baptizandus ſi inducatur mediante pecunia ad baptizandum, putà quia pauper, & taliter alliciatur ad fidem recipiendam, licitè baptizatur.*
61 *ſi inducatur præcisè propter cupiditatem pecuniæ peccat mortaliter recipiens baptiſmum ſicuti etiam dans.*
62 *Baptiſmus permiſſus filio à patre pagano, mediante pecunia ſibi data eodem modo procedit, ac in paupere taliter inducto.*
63 *licitè confertur filijs ſeruorum Dominis volentibus licet parentibus inuitis.*
64 *producit effectum ſuum primarium, & principalem æquè adultis, ac paruulis.*
65 *producit effectum per accidens, magis, in adultis benè diſpoſitis quam in paruulis.*
66 *Originale peccatum non ſufficit ex ſe ad damnationem niſi ſit ſimul cum actuali.*
67 *Filij ex parentibus chriſtianis, quare ſint baptizandi?*
68 *Baptiſmus tempore interdicti validè confertur.*
69 *Baptiſmũ qui validè conferre poſſunt, & quals ordine id procedat, & n. 70. 71. 72. 75. 76. 77. & 78.*
73 *Mulier poteſt prædicare.*
74 Tex. in cap. mulier 20. de conſecr. diſt 4. *declaratur.*
79 *Baptizans in peccato mortali non ſolemniter, ſed in caſu neceſſitatis, non peccat mortaliter.*
80 *ſi ſit laicus non peccat mortaliter.*
81 *Baptiſmus in caſu neceſſitatis valet ſi plures, ad ipſum conficiendum concurrant, ſed non vt miniſtri.*
82 *Baptizare ſe ipſum nemo poteſt etiam inſtante neceſſitate.*
83 *Baptizans in caſu neceſſitatis quid teneatur ſcire, & quid non?*

QVæres primò, an debeat poni neceſſariò ly, *Ego?*

1 Reſpon. negatiuè, nam venit ſub ly, *baptizo*, eſt tamen peccatum mortale illud omittere in contemptum, quia eſt vnum ex verbis formæ ſacramentalis, quod licet non ſit eſſentiale, eſt tamen in forma, qua vtitur cõmuniter Eccleſia, *S. Doct. q. 67. art. 5. ad 1.* ſi verò non fuerit in contemptum, erit tãtum veniale, *Coninc. 3. par. q. 66. art. 6. nu. 1. Vaſq. 3. par. diſp. 142. n. 39. Sot. in 4. diſt. 3. q. vn. ar. 5.*

Quæres ſecundò, cur non dicatur, Baptizeris à Patre, & Filio, & Spiritu ſancto, poſito quod Deus ſit principalis agens, & in ipſum refundi debet actio; eſt enim actio agentis actio.

Reſp. quod ratio eſt eadem, ſcilicet, qa actio

Digitized by Google

2 actio eſt agentis actio,& ſic verè miniſter
eſt;qui baptizat(licet in nomine Dei)er-
go Miniſter dicere debet,Te baptizo,&in
ipſa forma reſundit actionem ad agẽtem
principalem; nam dicit, Te baptizo,in
Nomine Patris,&c. ad oſtendendum, ꝙ
ipſe in tali actione eſt miniſter , & agens
principalis eſt ipſe Deus, *S.Doct.loc.cit.*

Quęres tertiò,cur permittatur forma
Græcorum in verbis deprecatiuis, Bapti-
zetur ſeruus Chriſti N. in nomine Patris ,
&c. poſito, quod debeat exprimi perſona
ipſius miniſtri.

Reſp.quod hoc, & multa alia antiqua
3 relinquuntur Græcis ad remouendum
ſchiſma;ſunt enim non ita dociles,& diffi-
ciliter obedientes: hæc autem forma ſer-
uabatur antiquitus,ad eſtirpandum vſum,
qui erat inductiuus hæreſis;dicebant enim
fideles ſe eſſe illius,à quo fuerant baptiza-
ti,quaſi ex meritis illius baptiſma recepiſ-
ſent,& ſic dicebant, Ego ſum Pauli, ego
ſumCe fæ,&c. ad Corint.3.eo quod Pau-
lus,vel Cefas dixerat ipſis,Ego te baptizo,
cum autem eſſent rudes; putabant forſan
ſe virtute illorum fuiſſe baptizatos , hoc
autem hodiè ceſſauit,quia in omnem ter-
ram exiuit ſonus fidei,& omnibus innotue
runt merita Chriſti,ex quo omnia,& in
quo omnia.

Quæres quartò,ad quid dicere,Ego te
baptizo,dum de facto immittit aquam ?
actus enim exercitus oſtendit factum ip-
ſum,ergo non debet voce exprimi.

Reſpond.quod poteſt eſſe, quod aqua
4 fuerit immiſſa ad abluendum naturaliter,
ad reſrigerandum,ad emundandas ſordes
corporis,&c.vndè benè Eccleſia,vt cogno
ſcatur differentia inter ablutionem ſacra-
mentalem,& alias ablutiones , ſtatuit ſibi
certum verbum, quo vocet ſuam ablutio-
nem,& ſic dicit, Baptizo,ad oſtendendum
ablutionem illam dirigi ad ſacramentum,
non autem ad purum lauacrum.

Quæres quintò, an eſſet rebaptizandus
qui eſſet ſic baptizatus,In nomine Patris ,
&c.ſed tamen miniſter non expreſſit,Te
baptizo ?

Reſpon.eſſe rebaptizandum ſaltem ſub
5 conditione, quia pro hoc ſacramento de-
bemus eſſe pluſquam tuti;non conſtat igi-
tur,miniſtrum habuiſſe intentionem bap-
tizandi per illum actum, vel abluendi, vel
immergendi, &c. ergo erit puer ſub con-
ditione rebaptizãdus. Colligitur ex *Caet.
in S.Doct.art.5.cit.ad* 5.nec facit,ſi dicas,
ablutionem fuiſſe factam in nomine Pa-
tris, &c. ac proindè præſumi factam ad
baptizandum ſacramentaliter; in contra-
rium enim eſt veritas , quia vt habetur ad
Coloſſen.3. omnia debemus facere nomi-
ne Trinitatis,& ſic poſſet dici,quod illa
fuiſſet ablutio naturalis , facta tamen in
nomine Trinitatis , vnde neceſſarium eſſe
dicere,Te baptizo,eſt conſtitutum de fide
per *Florent.in decreto de Armen.* vbi di-
cit, valere ſacramentum , ſi exprimatur
actus,qui per ipſum exercetur,ergo à cõ-
trario ſenſu quando non exprimitur, non
valet.Idem eſt definitum in *capit. ſi quis
puerum.extra eodem*,per *Alex.III.*dicen-
tem:*Si quis puerum ter in aquam immer-
ſerit,& non dixerit,te baptizo, nõ eſt puer
baptizatus* , tum quia ſic patet ex Chriſti
inſtitutione,dicitur,Baptizantes,&c.vt in
d.cap.propriè.

Quæres ſextò,an poſſet baptizari in no-
mine Chriſti ?

Reſpond. ſecundum *gloſ. in cap.à quo-
dam,de conſecr. diſt.4.* vbi in fine videtur
6 dicere,poſſe ſic baptizari·In contrarium
tamen eſt dicendum, vt patebit ex infra
dicendis,& ex ſolutione argumentorum.
Pro quibus.

Obijcies primò ex Act.Apoſt. vbi dici-
tur,Apoſtolos baptizaſſe in nomine Chri
ſti , ergo validè quis baptizat taliter, eſto
peccet mortaliter , dum non vtitur com-
muni forma Eccleſiæ.

Reſpond.nego conſeq.& ad illud Apo-
7 ſtolorum reſpondet *Grat.per loc.cit.* illud
fuiſſe permiſſum Apoſtolis tunc temporis
ad Chriſti nomen ampliandum, & amorẽ
8 prouehendum , tamen cum hoc nullibi
permiſſum reperiatur Apoſtolis, vt aduer
tunt *Bellar.lib.1.de bapt.c.5.et Coninc.loc.
cit.*ideo ſecundum Theologos.

Reſp.ſecundò,illud Apoſtolorum eſſe
intelligendum,quod Apoſtoli baptizabãt
in perſona Chriſti,hoc eſt non excluden-
do à forma alias perſonas,ſic forſan dicẽ-
do , Ego te baptizo in nomine Patris, &
Chriſti,& Spiritus ſancti.& hoc poteſt in-
telligi permiſſum Apoſtolis tunc tempo-
ris ad Chriſti amorem diſſeminandum ,
Beccan.de ſacr.c.10.q.3.

Obijcies ſecundò ex *d.cap.à quodam* ;
vbi apponitur particula,*tantum*, quæ eſt
taxatiua, & ſic habetur aliquos fuiſſe ba-
ptizatos in nomine Chriſti tantum.

Reſpond. illam taxatiuam excludere
9 alias expreſſas ſignificationes perſonæ
Chriſti,& ſic Filij,vel geniti; &c. non au-
tem excludere alias perſonas, tum quia
*Damaſc.libr.4.de fide cap.10.*exponens il-
lud ad *Roman.7. In Chriſto baptizati ſu-
mus*,ait:In Chriſto baptizatum eſſe,non
eſt aliud,quàm in eum credendo,ſalutife-
ra aqua intingi : vndè potius debet dici,
quod per merita Chriſti fuerint baptizati

conuincitur etiam contraria opinio per
hanc conſiderationem, nam Paulus fuit
etiam tempore Apoſtolorum, & Apoſto-
lus aſſumptus, & tamen Act.19. interrogās
quoſdam, qui aſſerebāt ſe eſſe baptizatos,
dicebat: Si Spiritum ſanctum accepiſtis
credentes, reſponderunt, ſed neq; ſi Spiri-
tus ſanctus eſt, ignoramus, tunc Paulus. In
quo ergo baptizati eſtis? quaſi diceret,
nonne in baptiſmate audiſtis inuocationē
ſancti Spiritus? ergo dum Paulus repre-
hendit non baptizatos in nomine perſo-
narum, ſignum eſt, Apoſtolos baptizaſſe
10 taliter. Sic igitur dicimus cum *S. Doct. ar.5. ad 7.* dum Dominus expreſſam de-
dit formam, nec præſumendum eſt, quod
Apoſtoli tam citò degenerauerint à ſan-
ctiſſimis inſtitutionibus ſui Præceptoris.

Quæres ſeptimò, an ly, *in nomine*, ſit de
eſſentia? & an poſſit alterari, dicendo, In
nominibus Patris, & Filij, &c. vel In nomi-
ne Patris, in nomine Filij, & in nomine Spi
ritus ſancti?

Reſpond. negatiuè quantum ad primā
11 partem, & ratio eſt, quia in baptiſmo non
tantum eſt exprimenda Trinitas perſona-
rum, ſed etiam vnitas diuinitatis, & eſſen-
tiæ; hæc autem importatur per ly, *in no-*
12 *mine*, nomen enim ſignificare eſſentiam,
habetur *Exod.3. num.*14. & deinceps, vbi
cum Moyſes peteret à Domino de ſuo no
mine, reſpondit Dominus per eſſentiam
dicendo, *Ego ſum qui ſum*, ergo nomen
idem eſt ac eſſentia, ſed vnica eſt eſſentia
diuina in tribus perſonis, ergo dici debet,
in nomine, non autem in nominibus.
Quantum ad ſecundam partem quæſiti,
reſpond. ſecundum *Comine.3. part.q.66.*
13 *art.6. dub.*1. quod ſi hic intelligeret vnam
eſſentiam, ſed exprimeret ſic, vt magis
oſtenderet quamlibet perſonam, valeret
ſacramentum, tamen peccaret mortaliter
recedendo à communi forma Eccleſiæ.

Nota hic, teneri obſtetrices ſcire formā
14 baptiſmi, ſic *Palud. in 4. diſp.5. part.2. art.
1. num.7. Turrecrem. in cap. ſi mulier, de
conſecr. diſt.4. Rodriqu. in ſumm. Hiſpan.
tom.3 c.26. num.5. & D. Antonin.3. part. t.*
15. §.4. Ratio eſt, quia tenetur quis ſubue-
nire proximo in extrema neceſſitate con-
ſtituto, ſed nulla eſt maior neceſſitas, quā
periculum ſalutis æternæ, nec poteſt pro
hoc periculo ſubueniri pueris, niſi ab ob-
ſtetrice, ergo hæc tenetur ſcire formam
ratione ſui officij; cui, vt plurimum talis
accidit caſus.

Quæres octauò, quid ſi omitterentur
hæc omnia, ſcilicet, *Ego, In, Et*, an ſacra-
mentum eſſet inualidum? Ratio dubitan-
di eſt, quia omnes iſtæ particulę ſimul ſum-
ptæ videntur eſſe magna pars, ergo non
valet ſacramentum.

Reſpond. tamen valere ſacramentum,
15 ſic *Sot. in 4. diſt.3. art.5.* miniſter tamen
peccaret mortaliter, *Enriqu. lib.2. de bapt.
cap.8. nu.10.* Ad rationem dubitandi dici-
mus, quod non magna pars formæ defi-
ciens vitiat ſacramentum, ſed debet eſſe
16 pars eſſentialis, licet minima: ſic ſi omit-
teret, *Patris, &c.* hæc enim eſſet pars eſſen
tialis, & ideò ſacramentum non valeret:
at defectus talium particularum non in-
uertit ſenſum formę huius ſacramenti, er-
go debet habere effectum ſuum, hoc idē
extendi poterit ad cęteras formas, à qui-
bus ſi tollatur aliqua pars, licet lōgiſſima,
haberetur tamen effectus ſacramenti (ſic
eſſet in forma calicis noui, & æterni teſta-
menti, &c.) non ſic autem eſt dicendum
de ly, *Te*, hoc enim debet neceſſariò expri
mi, vt deſignetur perſona baptizanda, *Sil-
ueſt. verb. baptiſmus, nu.6. Nauar. in man.
c.*25. nec eſt eadem ratio de ly, *Ego*, quia
ſubintelligitur, ſub, baptizo, ſub quo non
poteſt intelligi ly, te.

Quæres nonò, ſi quis immittat puerum
in mare, vel in puteum cum intentione
ipſum baptizandi, & dum ille tangit aquā
proferret formam, vel dum ipſum immit-
tit, an valeret ſacramentum?

Reſpond. affirmatiuè, quia adfuit mate-
17 ria, formæ, & intentio ſacramenti, ergo va-
let, ſic *Abb. in cap. non vt opponeret, extra
eodem, & Suar. diſputat.20. ſect.3. Vaſqu.
diſput.145. cap.3. Valent. diſput.4. quæſt.*1.
quamuis contrarium teneant *Silu. verb.
de baptiſmo, 4. num.6. Sot. in 4. diſt. in.3. q.2.
art.8. Scot. ibidem diſt.5. q.3.* & alij, noſtrū
tamen dictum commune eſt, neque quid
firmum apparet in contrarium: tamen pro
contraria opinione.

Dices pro cōtraria opinione baptiſmus
debet eſſe ad vitam, ſed puer ſic immerſus
de facili moreretur, ergo non valet baptiſ-
mus.

Reſpond. diſtinguo maiorem, debet eſ-
18 ſe ad vitam corporalem, & nego, ſpiritua-
lem, & concedo, neque obſtat *text. in cap.*
19 *ſic non ſunt 32. quæſt.4. apud gloſ. in cap.
forte 14. q.1.* quod ſcilicet non ſunt facien-
da mala, vt eueniant bona, nam id intelli-
gitur reſpectu eiuſdem perſonæ, ſic non
poteſt quis ſeipſum caſtrare propter con-
tinentiam, nec poteſt baptizandus ſe ipſū
immergere in puteum cum periculo vitæ;
tunc enim benè curreret dictum, at in ca-
ſu noſtro miniſter eſt, qui facit operam;
non debet igitur eius iniquitas infanti no-
cere, qui in tali malo non habet volunta-
tem, meritò eſſet baptizatus.

Sed

Sed rogabis, an baptizaretur adultus,
qui permitteret ſic immergi cum periculo vitæ?

Recipere caracterem, ſed non gratiam;
20 non enim poteſt recipere gratiam dum
actualiter peccat, immò etiam ſi curreret
periculum vitæ, non debet ſic baptizari,
patet ex *d. cap forte.*

21 Sed videtur miniſtrum non peccare, quod
probatur à ſimili in pluribus caſibus, nā
pôt quis occidere ſuum iniuſtum inuaſorem, dummodo non poſſit omninò aliter
ſe defendere, etiam ſi per talem occiſionē
inuaſoris præuideret per accidens occiſionem alicuius innocentis, puta ſi ille
inuaſor defenderet ſe cum aliquo puero
in manu, v. g. ſi fecit quod occidens non intēdat per ſe occiſionem talis pueri. Item poteſt quis licitè defendere ſe currēdo à facie inuaſoris, etiam ſi tali curſu præteriret
& occideret infantem ſtratum terræ in
via, quia ipſe non intendit occiſionem
pueri, ſed tantum ſuam vitam ſic currendo ſaluare. Item poteſt fœmina prægnans,
infirma, & deſtituta omni auxilio, accipere medicinam directè contrariam puero,
quem habet in vtero, dummodo non intendat præcisè mortem illius, & alios ponit caſus *Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 9 dub. 9.* ergo neque peccat Parochus, vel alius
miniſter immergendo puerum in puteum
in caſu neceſſitatis, vt ipſum baptizet, licet præuideat mortem pueri, dummodo
non intendat ipſam.

His tamen, & ſimilibus non obſtantibus, eſt diſpar caſus noſter, quia non pôt
22 non intendi mors pueri cum tali immerſione, & immerſio ipſa mors eſt, at in caſibus enumeratis ſunt actus ſeparabiles,
& diſtincti, ſic fœmina directè intendit
ſui curam, aggreſſus intendit ſe defendere, &c. at in caſu noſtro ipſa baptizatio
mors eſt, ergo omnino illicita, ac proindè
nullo modo admittenda.

Sed petes, quid ſi infans ſit adeò infirmus, vt nō poſſit ſufferre etſi leuem aſperſionem aquæ, quomodo erit baptizandus.

Reſp. caſum eſſe ferè impoſſibilem, ac
23 proindè erit omninò baptizandus; homines enim huius ſeculi quampluribus ſe
exponunt periculis propter affectum diuitiarum, ergò multo magis id debet dici
propter affectum ſalutis æternæ, nec debemus in re tam neceſſaria adeò ſcrupuliſare pro ſalute corporis, *Scot. in 4. diſp. 5. q. 3. & Vaſq. diſp. 145. n. 13.* tamen poſito
tali caſu, poſſet baptizari infans cum aqua
tepida ad euitandum tale periculum, ſed
caſus eſt valdè metaphyſicus.

Quæres decimò, an valida ſit forma ſic
prolata, *Ego te baptizo in nomine Patrus & Filius, & Spiritus ſanctus.*

Reſp. affirmatiuè, ſi id fuerit ex ignorā-
24 tia, & miniſter habuerit intentionem faciendi id, quod facit Eccleſia, vt ſimiliter
ſupra diximus, ex *cap. retulerunt 86. de conſecr. diſt. 4.* ratio autem eſt, quia hæc
forma non deficit in eſſentialibus, *cap. ſatis 48. diſt. cit.*

Quæres vltimò, quid ſi aliquid addatur
formæ, vel interponatur, puta ſi quis diceret: In nomine Patris, &c. & Virginis Mariæ, vel & diaboli, vel ſimilia verba apponeret ante, vel poſt, vel etiam in medio,
puta ſi diceret, Baptizo te, & Deus eſt in
nomine Patris, & Filij, &c. vel Baptizo te
(veni Franciſce) in nomine Patris, &c. an
valeat ſacramentum?

Reſp. ſecundum *glo.* omninò videndam
in *cap. ſi non 72. de conſecr. diſt. 4. verb. eua-*
25 *cuatis*, quod verba appoſita ante, vel poſt
formam, non vitiant ſacramentum, dummodo intentio baptizantis non ſit illa eſſe neceſſaria, vel velle innouare formam,
&c. ſecus autem ſi habeat intentionem faciēdi id, quod facit Eccleſia; nam ſi cet adderet nomen dæmonis in fine formæ, vel
ante prolationem formæ, adhuc conficeret ſacramentum, vt expreſsè *gloſ.* ibi, argumento *tex. in l. quod extrinſecus, ff. de verb. ſignif.* ſi tamen interponatur *glo.* ibi,
tenet non confici ſacramentum, ſed corrigitur ex iuribus ſuprapoſitis, cum de forma in tractatu de ſacramentis in genere,
vndè eſt intelligenda gloſa, quod non tenet ſacramentum, ſi apponantur iſta verba
æſtimata vt neceſſaria, vel ſi eſſent directè appoſita formæ, vt ſi apponeretur particula, *non*, dicendo, Ego te baptizo non
in nomine patris, &c. tunc enim non conficeretur ſacramentum. Ex ipſa gloſa ha-
26 bes, neque eſſe inuertendum ordinem
perſonarum in iſta forma, quidquid dicāt
alia iura in contrarium, ex illa ratione, quia
præpoſterus ordo reducitur ad ordinem;
hoc enim non currit in caſu noſtro, quia
perſonæ debent proferri modo, quo fuerunt prolatæ à Chriſto, & per talem formam oſtenditur modus proceſſionis, &
prioritatis originis perſonarum, vt aduertit *glo. cit.*

Circa quintum reſtat agendum de effectibus huius ſacramēti, pro quibus aduer-
27 te primò, principalem effectum huius ſacramenti eſſe remittere omne peccatū, &
culpam præcedentem, & ſic in adultis remittit mortalia, venialia, & originale, in
infantibus originale tantum, cū aliud non
habeant, *Trid. ſeſſ. 5. de pecc. orig. Flor. de ſacram. S. Doct. 3. p. q. 69. ar. 1. & 2. in corp.*

cap. regenerante de conſecr. diſt. 4. Bell. de ſacram. bapt. lib. 1. c. 13. nec tenetur de ip-
28 ſis confiteri, quia, vt notant Theologi, & Canoniſtæ, fuerunt commiſſa extra poteſtatem Eccleſiæ, & clauium.

Nota tamen, non poſſe dici remitti per
29 baptiſmum peccatum actuale, quia vt videbimus de ſacramento Pœnitentiæ, nullum peccatum actuale remitti poteſt, niſi prius efficiatur habituale; eſt enim actuale peccatum dum actu committitur; implicat autem, quod quis in eodem inſtanti ſit iniquus per peccatum, & amicus per gratiam, vndè opus eſt, vt antea valeat dicere, nunc peccatum committitur, & poſtea remitti poteſt; quando autem pôt dici, peccatum cômiſſum eſt, nô eſt actuale, quia iam commiſſum eſt; ſi igitur quis in eodem inſtanti dum baptizatur, cômitteret peccatum mortale, hoc peccatum
30 non remitteretur, ſed reciperet caracterem, & potentiam etiam ad impedienda peccata in poſterum, *S. Doct. q. 68. art. 3. a 13.*

Aduerte ſecundò, quod alius effectus
31 baptiſmi eſt infuſio gratiæ, ac virtutum tum Theologalium, tum Moralium, ſic *clem. fidei, de ſum. Trin. & fid. cath. S. Doct. quæſt. cit. ar. 4. in corp. ex Diuo Aug. lib. 3. de baptiſm. c. 26.* qui ait, *ad hoc baptiſmus valet, vt baptizati Chriſto incorporētur,* ex illo *Ioa. 1.* De plenitudine eius omnes accepimus, ergo oēs baptizati recipiunt omnes dictas virtutes.

Confirm. hoc, quia per baptiſmum quis
32 renaſcitur ad vitam gratiæ, ergò debet habere omnia neceſſaria ad talem vitam, ſed omnes dictæ virtutes sũt neceſſariȩ ad talem vitã, vt ſupra diximus de Sacram. in genere, vt in *cap. placuit, de cõſecr. diſt. 4.* vbi habetur, ꝙ ſine gratia non poteſt quis præcepta Dei ſeruare, ſed vt ſeruētur præcepta Dei, ſunt neceſſariæ oēs dictȩ virtutes, ergo omnes dictȩ virtutes, cum gratia infunduntur. Sunt aũt iſtȩ virtutes ad mo-
33 dũ compotentiarum, ſeu habituum, quia & dant poſſe, & faciliter poſſe, nemo enim ſine gratia poteſt ſupernaturaliter operari, ergò gratia eſt prima potentia ad operandum, iſtȩ autem virtutes facilitant animam gratam ad benè operandum, ergò debent dici compotentiæ, & ſic habitus.
34 Dicuntur autem virtutes, quaſi virum tuentes, & preſeruantes à vitijs, *cap. illa anima de pœnit. diſt. 3.*

Dices primo ex *glo. in d. clem. fidei, §. verum, ver. opiniones circa fin.* Habitus dant poſſe, ſed pueri baptizati non habent hoc poſſe, nam nullo modo operãtur, ergò ipſis non infunduntur tales habitus.

Reſp. diſtinguo maio. Habitus dant poſ
35 ſe proximè & nego, remotè, & concedo; non enim Habitus operantur, ſed potentiæ facilitatæ ab habitibus. Nec facit minor in argumento, nam reſp. ex paritate oppoſita, quia etiam puer infans habet intellectum, & voluntatem, & tamen pro illo tunc, nec cognoſcit veritatem, nec vult bonum, ergò ſicut non eſt dicendum, puerum non habere intellectum, & voluntatem, quia illis vti non pôt pro illo tunc, ſic neque debet dici habere virtutes, quia illis vti non poteſt; tantò fortiùs, quia verè renaſcitur, ergo debet habere neceſſaria ad vitam, ad quam naſcitur, ſed hæc omnia sũt neceſſaria, vt diximus, ergo hęc omnia ei debentur.

Dices ſecũdò, fruſtrà ſiũt per plura, quę poſsũt fieri per pauciora, ſed virtutes morales acquiſitę poſsũt facere (ſi fuerint informatę charitate) id ꝙ faciũt virtutes morales ſupernaturales infuſę, ergo non eſt dicendum iſtas infundi. Prob. minor, quia charitas vnit nos cum Deo, vt ait Auguſt. ergo poteſt quis facere actum temperantiæ, v. g. & facere propter Deum, ex quo ſine actus erit etiam ſupernaturalis, ergò non eſt dicendum dictas virtutes infundi.

Reſp. nego mino. quod ſcilicet hoc fieri
36 poſſit per charitatem, & virtutes acquiſitas, & ad probationem dico, quod licet charitas poſſit dirigere omnes actiones ad Deum, tamen neceſſe eſt, vt poſteà ſint
37 habitus, qui facilitent potẽtias ad talem actum ſic dirigendum ad Deum, non pôt autem prudentia naturalis, vel iuſtitia naturalis ſuos actus dirigere ad Deum, ergò facient hoc virtutes morales ſupernaturales. Quod non poſſint hoc facere virtutes naturales; patet, quia ſunt extra ordinem ſupernaturalem, ergò non poſſunt pertingere ad hoc.

Dices tertiò, Sacramẽtum quoad infuſionem gratiæ, & harum virtutum eodem modo operatur tàm in adultis, quàm in paruulis, ſed in adultis iſtę virtutes morales nihil operantur, ergò non ſunt in ipſis, ergò neque pueris infunduntur. Confir-
38 matur, quia virtus ſecũdum *Ariſt. 2. Eth.* eſt illa, quæ hominũ perficit, & opus eius bonum reddit, ſed in adulto baptizato ad huc præualent Intemperantia, Iniuſtitia, &c. ergò ipſi non infunduntur iſtæ virtutes, & per conſequens, nec paruulis.

Reſp. ad argumentum, & ad confirmationem vnico dicto, & eſt quid in talibus adultis ſignũ eſt, quod habitus praui præ-
39 ualent habitibus bonis contrarijs; tunc enim vnus habitus præualet alteri, quod eſt maior illo, v. g. quis habet habitum luxu-

Digitized by Google

xurioſum, vt ſex, debet acquirere habitũ
continentię vt ſeptem, ad hoc vt expel-
lat habitum luxurioſum contrarium, ſic in
caſu noſtro certum eſt, quod illi habitus
non infunduntur omninò perfecti, ſed in
adultis inſunduntur magis, vel minus in-
tenti ſecundum propriam diſpoſitionem,
vnde ſi quis haberet habitum Iniuſtitiæ vt
octo, & infunderetur ei habitus Iuſtitiæ ſu
pernaturalis vt ſex, certum eſt, quod in
ipſo remanent ambo habitus, & ideò ope-
ratur etiam iniuſtè, quia habitus ſuperna-
turalis eſt remiſſus. Quod ſi acquirat ma-
iorem gratiam, acquirat etiam maius aug
mentum virtutum (gratia enim, & virtu-
tes de pari procedunt) ac proindè expel-
let actum Iniuſtitiæ contrarium, patet ex
tex. in cap per baptiſmum de conſecr. diſt.
4. & docet *S. Doct. q. 69. a. 8. in corp.*

Quęres, quid ſi quis baptizetur cum
actuali peccato mortali, an recipiat has
virtutes?

Reſp. negatiuè, quia vt aduertit *tex. in*
40 *cap. tunc valere de conſecr. diſt.* 4. obex
impedit effectum interiorem baptiſmi, &
ſic ablutionem peccatorũ, quæ fit per gra
tiam, recipit tamen caracterem, vt per *glo.*
in d. clem. fidei, §. verum, ver. omnibus, iſtę
verò virtutes, quia comitantur gratiam,
dum non datur gratia, neq; ipſę conferun-
tur. Verum tamen eſt, quod ablato obice
41 etiam per actum contritionis recipit gra-
tiam, & cum ipſa virtutes, *S. Doct. quaſt.*
cit. a. 10. & tũc etiam dum aufert obicem,
remittuntur omnia peccata commiſſa an-
tè baptiſmum, nec tenetur de ipſis cõfite-
ri, quia virtute baptiſmi remittuntur, tene
tur tamen cõfiteri ſacrilegium, & obicem,
quod poſuit in gratiam, quod ſacrilegium
incurrit in ipſo inſtanti dum imprimitur
caracter, & ſic eſt in gremio Eccleſiæ, &
quia tunc deberet cõferri gratia, cui ipſe
obicem ponit, ideo ſacrilegium cõmittit.

Aduerte tertiò ꝙ alius effectus baptiſ-
42 mi eſt aperire Ianuas cęli, *cap. maiores,*
ext. eod. cap. per baptiſmum cit. & glo. ibid.
ver. euacuatur. Probatur ex *S. Doct. art. 7.*
quaſt. cit. nam aperire Ianuas cęli, eſt tol-
lère impedimentum, quod habet homo ad
illud, ſed per baptiſmum remouentur om
nia peccata, vt diximus, ergo remoue-
tur omne impedimẽtum ad Cęlum, quod
fuit etiam figuratũ *Luc.* 3. vbi in baptiſmo
Chriſti à Ioanne apertum eſt cęlum.

Aduerte quartò, ꝙ per baptiſmum libe
43 ramur etiam aliquatenus à pęnalitatibus
quibus ſubijciebamur propter peccatũ Adę,
ſed non liberamur ſimpliciter in hac vita,
quia Chriſtus caput noſtrum paſſus eſt, &
mortuus, ergo & nos talia ſubire debemus
dicente Apoſt. *Si compatimur, & conglo-*
rificabimur, & ad *Rom.* 8o. idem cõfirmat,
liberamur tamen diſpoſitiuè quoad vitã
æternam, & hic relinquuntur iſtæ pęnalita
tes, vt homo difficiliter pugnans, glorio-
ſius coronetur, tũ quia ſi homines in vita
per baptiſmum fęlicitarẽtur, propter hũc
finem baptizarentur, non propter Deum,
& *Paul. ad Corin.* 15. ait, *ſi in hac vita tã-*
tum ſperantes ſumus in Chriſto, miſerabi
liores ſumus omnibus hominibus. Hęc, &
alia habes per *S. Doct. quaſt. cit. ar. 3. in*
corpore.

Dices, per baptiſmum remittitur origi
nale, ergo debent remitti omnia conſecu-
tiua ad ipſum, ſed adhuc homo remanet
mortalis, & ſubiectus pęnalitatibus huius
vitæ, (quæ fuerunt inductæ per originalẽ)
ergo non perfectè remittitur originale,
ſed remanet aliqua radix cui correſpon-
dent mors, & aliæ pęnalitates.

Reſp. ſecundum *S. Doct. quaſt. cit. a. 7.*
44 fideles non ſubijci morti, & alijs pęnalita-
tibus ratione alicuius debiti in ſua perſo-
na, ſed propter ſtatũ naturæ, quæ eſt mor-
talis & defectuoſa, vndè eſt, quod ſeparata
anima à corpore, ſtatim habet id, quod ſi-
bi debetur, ſcilicet, gloriam, viſionem
Dei, &c.

Aduerte quintò, ꝙ alius effectus baptiſ
44 mi eſt aggregatio ad fideles, & participa-
tio ſacramentorum, *S. Doct. q. 70. a 1. in*
corp. & q. 62. a. 2. Item tollere infamiam
pręcedentem *glo. in cap deindè diſt.* 16.
verb. inter peccata & ex *D. Ambr. in cap.*
vna diſt. cit. idem habetur.

Nota etiam, tolli per baptiſmum irre-
46 gularitatem contractam antè baptiſmũ,
& ſic irregularitas homicidij *gl. cit. in cap.*
ſi quis poſt ſuſceptum diſt. 51. vbi decla-
rantur irregulares illi, qui poſt baptiſmum
occidunt, vel fiunt milites, ergo argumẽto
à contrario ſenſu, ſi occiderint ante baptiſ
mum, non remanent irregulares poſt bap
tiſmum quod patet etiam ex Paulo Apoſt.
qui antè baptiſmũ fuit homicida, & perſe-
cutor Eccleſiæ, poſt baptiſmum fuit Apo
ſtolus, & Epiſcopus. patet etiam ex *§. econ*
tra diſt. 50.

Quęres, cur per baptiſmum nõ tollatur
irregularitas contracta ex Bigamia?

Reſp. ex *cap. vna, § Ioannes, diſt. cit* ꝙ
47 matrimonium valet etiam extrà claues
Eccleſiæ, quia verè eſt contractus, & ſic ẽt
tempore baptiſmi matrimonium perſe-
uerat, nec poteſt quis non habuiſſe vxo-
rem, indè amittit prærogatiuam ſacerdo-
tij. Vndè habes ex *glo. ver. inter peccata*
48 *in fi.* quod melioris conditionis ſunt irre
gulares ex peccato, vt ſunt homicidæ, quã

ij, qui

Digitized by Google

ij,qui non deliquerunt, vt eſt, qui habuit
duas vxores,nam illorum irregularitas re-
mittitur per baptiſmum,nō autem iſtius,
quia in bigamis deficit Sacramētum vni-
tatis,vt diximus *lib.1.tit.de ijs,qui promo-
ueri non poſſunt.*
Extinguit etiam baptiſmus concupi-
49 ſcentiam non vt non ſit,ſed vt non obſit,
cap. per baptiſmum de conſecrat.diſtin.4.
50 Item de terreno facit Cęleſtem,*capit.per
aquam diſt.cit.* Item per baptiſmum plus
51 remittitur, quam per contritionem, vel
etiam abſolutionem ſacramentalem,quia
per baptiſmum remittitur etiam pęna tē-
poralis purgatorij in totum,*cap.nullus de
pęnitent.diſt.7.& gloſ.in §.porrò diſt.32.
Soccin.1.part.§.decretalium in cap. de his
de accuſat.*
Aduerte ſextò, baptiſmum remittere
52 quidem peccata, tamen nihil operari in
præiudicium tertij *gloſ.in cap.deindè diſt.
36.cap.2.diſt.23.*& ex ipſa *gloſ.*etiam ha-
bes per baptiſmum non tolli vindictam
53 publicam,puta ſi quis committeret ho-
micidium,& poſteà baptizaretur, etiam
eſt puniendus,*Socin.loco cit.nu.*20.Item
54 infidelis ſeruus ſi baptizetur non efficitur
liber,*cap.mancipia diſt.*54.quod limita ſi
Iudęus, vel Infidelis emeret aliquem ſer-
55 uum mercimonij cauſa, ſi hic baptizetur
efficitur liber in præiudicium Iudæi Do-
mini,*d.cap.mancipia*, quod aduertit *gloſ.*
hic eſſe introductum, vt Iudæi deſiſtant
ab vſuris. Item nec vſurarius poſt baptiſ-
56 mum, nec fur retinere poſſunt illicitè ac-
quiſita. *Io.Andr.in cap.debitum de baptiſ-
mo,& eius effectibus,cap.Iudæi extrà de
Iudęis*,vnde vt talia bona licitè retinere
poſſint,deberent habere conſenſum om-
nium fidelium,vel ſaltem remiſſionem ab
illis cum quibus contraxerunt vſurariè,&
à quibus furati ſunt,*capit.cum omnes de
reg.iuris in 6.*vbi DD. communiter;cum
tamen circa hos effectus baptiſmi occur-
rant aliqua dilucidanda.Ideò
Quæres primò, an baptiſmus iocosè
collatus, & iocosè ſuſceptus producat ef-
fectum ſuum?
Reſp.quod ſi adſit intentio baptizandi,
58 verè producit effectum ſuum,*capit.ſpiri-
tus,§.ecce 1.q.1.cap.ſolet,& cap.quamuis
de conſecrat.diſt.*4.tamen ſi omninò ioco-
sè,& abſq; intentione conferatur,neq; ca-
racterem imprimit, *cap.quod ait 22.q.2.l.
obligationum ſubſtantia, ff. de action. &
obligat.*
Quæres ſecundo, quid ſi alicui detur
pecunia pro baptiſmo,an produceret effe-
ctum ſuum.
Reſpond. cum diſtinctione, vel poſſu-
59 mus non dare,quia forſan adeſt alius qui
ſcit baptizare,& etiam ſi ſit hæreticus,dū-
modò tamen intendat facere id quod fa-
cit Eccleſia, & tunc debet puer potiùs ab
ipſo baptizari,quam alteri dari pecunia,
vel nullus alius adeſt, & tunc licitè datur
pecunia. *Soccin.in cap.cum ſit de ſimonia,*
paritate ducta ex *text.in cap.ſuper eo de
vſuris*,vbi pro neceſſitate licitè dātur vſu-
ræ,quamuis illicitè recipiantur.
Quæres tertiò,an ad inducendum ali-
quem ad baptiſmum poſſit licitè promit-
ti,vel dari pecunia ſiuè alia res?
Reſpond. cum diſtinctione, vel hic eſt
60 pauper,& talibus rebus allicitur potiùs ad
fidem recipiendam,& tunc licitè datur,vt
faciebat etiam S.Sylueſt.Papa,qui tempo-
ralia promittebat baptizandi, *gloſ.in cap.
fin.23.quaſt.4.& cap.qui ſincera diſt.55.
Oſtienſ.& Io.And.in cap.cum ſit de ſimo-*
61 *nia.* Vel præcisè baptizatur propter cupi-
ditatem pecuniæ,vel alterius rei, & tunc
dantes, & recipientes peccant mortaliter,
*cap.ad fidem 35.q.5.Soccin.in d.cap.cum
ſit*, vbi docet quid ſi detur aliquid patri
62 pagano,etiā ratione cupiditatis, vel aua-
ritiæ, ad hoc tamen, vt permittat filium
ſuum baptizari, baptiſmus haberet effectū
ſuum,ſicut quando datur pauperi,& idem
Soccin.in cap.ſicut Iudæi de Iudæis tenet,
quod Domini poſſunt facere,vt baptizen
63 tur filij ſuorum ſeruorum etiam inuitis
parentibus,quia poſſunt inuitis parētibus
ipſos alienare,ergo poſſunt Deo dare per
baptiſmum,*Io.Andr.in d.cap ſicut Iudæi,
& Archidiaconus in cap.qui ſincera.*
Quæres quartò,an effectus baptiſmi ſit
æqualis in omnibus,tam in adultis,quam
in paruulis?
Reſpond.cum diſtinctione,vt ex *Sanct.
Doct.art.8.q.69.* aut loquimur de prima-
64 rio, & principali effectu ipſius baptiſmi,
qui eſt regenerare hominem ad vitam
ſpiritualem,& de inimico,facere Deo ami
cum, & hic effectus eſt æqualis omnibus,
nā ex Chriſti Inſtitutione fuit baptiſmus
ad hoc inſtitutus,aut loquimur de effectu
per accidens(vt ait S.*Doct.*) & hic cū de-
pendeat à pręparatione ſuſcipientis,& ex
opere operantis, ille plus participat de ip
ſo,qui magis ſe diſponit, hic autem effe-
ctus per accidens eſt maior,vel minor gra
tia cum maiori,vel minori augmēto au-
xiliorum,& virtutum, cum igitur, adulti
neceſſariò debeant ſe diſponere, vt ſupra
diximus,& patet ex *capit.agunt de conſecr.
diſt.*4. per conſequens ipſi recipiunt ma-
ius augmentum gratiæ, quod nō recipiūt
paruuli,qui nullo modo ſe diſponunt, ſed
recipiunt gratiam tantum ex opere ope-
rato,

rato,& ex meritis Chriſti.

Quæres quintò,quomodo ratione pec-
cati originalis ſãtum non remiſſi per bap-
tiſmum poſſit quis puniri pœna æterna,
cum tale peccatum non habeat volunta-
rium proprium perſonale.

Reſp.neminem ratione ſolius origina-
66 lis damnari,ſed per originale,& actuale,
quod committit ſtatim, ac habet vſum
rationis non accedendo ad Deum,enim-
verò ratione peccati originalis habet ho-
mo quandam carentiam iuris ad viſio-
nem beatificam , quam carentiam ſe-
cum ducit originale, & non ſupponit vo-
luntarium,niſi tantum in prima cauſa pa-
tre omnium Adami,*Innoc.in cap.maiores
de baptiſmo,& eius effectibus n.2.*

Quęres ſexto,quare filij Chriſtianorum
ſint baptizãdi,dum naſcuntur etiam à pa-
rentibus Chriſtianis?

Reſp. quia à parentibus carnem tantũ
67 recipiunt,gratiam verò dat Dominus me-
dijs Sacramentis, at in ſtatu innocentiæ
natura fuiſſet grata,& ſic ſimul cum eſſe
habuiſſent homines gratiam , vt docent
Theologi de gratia,& iuſtificatione.

Nota etiam poſſe baptiſmum validè
68 conferri etiam tempore interdicti, vt per
*S.Doct. in cap.ne fortè de pœnitentia diſt.
1.verbo quid facit.*

Circa ſextum aduerte primò,quod mul
69 ti poſſunt validè baptizare primo paro-
chi,*Trident.ſeſſ.cit.cap.conſtat 19.de con-*
70 *ſecrat. diſt.4.* Secundò Diaconi,qui poſ-
ſunt baptizare,iuxta *text.citat.* abſentibus
Epiſcopo,& Presbyteris,*dict.cap.conſtat,
cap.Diaconos,& cap.Diaconi diſt.93.*Ter-
71 tiò quilibet laicus in caſu neceſſitatis,*cap.
in neceſſitate de conſecrat.diſtin.4.*ſemper
tamen dignior præferri debet,ex *cap.ſoli-
ta de maioritate, & obedientia,* & ſic præ-
ſente Presbytero , non baptizat laicus .
72 Quartò etiam mulier neceſſitate cogente,
*cap.ſuper quibus 30.q.3.*Poteſt etiam mu-
73 lier prędicare,vt aduertit *gl.in cap.adijci-
mus 16.q.1.*

Dices ex *capit.mulier 20. de conſecrat.
diſt.4.*vbi habetur,quod mulier quamuis
docta, baptizare non poteſt,ergo falſum eſt
id,quod diximus.

Reſpon.quod *textus* intelligitur præter
74 neceſſitatem,vel melius,quod *textus* pro-
hibet mulieribus non catechizare adultos
baptizandos; ſunt enim catechizandi adul
ti per 20.dies,*cap.antè diſt.cit.* & hoc ra-
tione periculi,& colligitur ex verbis ipſius
capituli,ibi (*In Conuentu docere, & ali-
quos baptizare*) qui videntur actus conti-
nuati,& ſic iam non ſumus in caſu neceſſi-
tatis.

Quintò, poteſt baptizare etiam Infide-
75 lis, dummodò habeat legitimam inten-
tionem, *cap.Romanus de pœnitent. diſt.4.*
vbi *gl.verbo Romanus,*ſic ait. (*Romanus
Pontifex non reſpicit baptizantem homi-
nem ſed virtutem Dei in baptiſmo.* Idem
76 dic ſiuè pro pagano , ſiuè pro quolibet
alio infideli,vt per *cap.ſubſequentia ad d.*
77 *diſt.*Sextò,etiam excommunicatus in ca-
ſu neceſſitatis,*S.Doct.in 4.ſent.diſt.4.*Sep
78 timò,extrà caſum neceſſitatis etiam ab
excommunicato Parocho, dummodò nõ
ſit notorius , *Caet.in S.Doct.q.64. art.6.
ad 2.& D.Ant.in ſumm.3.p.tit.16.c.3.*

Aduerte ſecundo,quod ſi quis in extre-
79 ma neceſſitate miniſtret Sacramentum in
peccato mortali,dummodò nõ faciat ſol-
lemniter,nec videatur facere ex officio,nõ
peccat mortaliter , quia in tantum hæc
actio eſt peccaminoſa,in quantum proce-
dit ab agente proprio,ſed in caſu neceſſi-
tatis etiam ſi ſit Parochus,vel Sacerdos ,
non miniſtrat vt agens proprius , ſed per
accidens ſe habet,quod ipſe vel alius tũc
faciat talem actionem, ergo non peccat .
Sic docet *Caet.3.part.q.64 art.6.ad 3.cir-
ca finem,*vndè neq; laici miniſtrantes tale
80 Sacramentum baptiſmi in peccato mor-
tali quoquo modo peccant mortaliter ex
ratione adducta,quia ſc.actio non proce-
dit tanquam ab agente proprio, & *Lopez
in inſtructorio conſcientia c.10.§.4. con-
cluſio* , confirmat hoc ipſum etiam ſi eſſet
Parochus proprius,imò in §.*ideò* ait extrà
caſum neceſſitatis ſufficere in miniſtro
contritionem,vel etiam attritionem puta-
tam contritionem.

Aduerte tertiò, quod poſſunt plures ,
81 (ſed non vt miniſtri ſimpliciter)concur-
rere ad conficiendum vnum baptiſma .
S.Doct.q 67.art.6.ad 3. & Caet.ibid. (In-
tellige tamẽ in caſu neceſſitatis)v.g.ſi vnus
ſit mutus,& alter non habens manus,poſ-
ſet tunc mutus retinendo vaſem ſupra ca-
put manci,ipſe mancus inclinare caput, &
ſic facere vt caderet aqua,tunc n.quia ve-
rè ipſe eſſet cauſa ablutionis, verificaretur
forma,& ſic ipſe verè diceret.Ego te bap-
tizo,alias à duobus omninò nullo modo
valet Sacramentum.

Aduerte quartò,quod nemo poteſt ſe
82 ipſum baptizare,neq; inſtante neceſſitate.
*cap.debitum extra eod.*quia baptiſmus eſt
ad modum generationis,& per ipſum ve-
rè renaſcimur,dicente Domino(*Niſi quis
renatus fuerit,&c.*)ſed alia eſt perſona ge-
nerans,alia genita,quia non poteſt idem
baptizare ſe ipſum,tum quia duo correla-
tiua reſpectu eiuſdem, non poſſunt eſſe in
eodem ſubiecto;puta non poteſt quis eſſe
filius,

Digitized by Google

filius,& ipſemet eſſe ſui pater. Notat tamẽ
ibi *gloſ.* quod ſi quis itá baptizaret, putans
hoc fieri poſſe, ſaluaretur propter fidem
baptiſmi, ſeù baptiſmo flaminis, de quo
infrà.

Aduerte quintò, quod miniſter in caſu
neceſſitatis non tenetur ſcire quid ſit bap-
tiſmus, nec quid operetur, nec credere
hæc, nec ſcire quid ſit Eccleſia, vel quid
Eccleſia intendat facere, imò ſi putaret ſe
nihil poſſe operari per talem baptiſmum,
niſi tantum quandam madefactionem,
dummodò velit facere id, quod facit Ec-
cleſia,& proferat verba, vere valet baptiſ-
mus, ità ſi adultus in caſu neceſſitatis pe-
teret baptiſmum ab Infideli, docẽs ipſum
formam baptiſmi, licèt Infidelis nihil cre-
dat, ſed tantùm velit baptizare, quia ſic
petijt ab ipſo adultus, & velit facere per
illum actum id quod facere poteſt, licet
neſciat quid fiat per talem actũ, valet bap-
tiſmus, *Innoc. in 3. decretalium in capit. ſi
quis puerum hoc titulo*, & patet ex *d. cap.
Romanus*. Eſſet hic agendum de ſuſcipien-
te, de intentione, &c. de quibus diximus
cum de Sacramento in genere, ideò ad ibi
dicta vos remitto.

In §. non tamem.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum originale non aboletur quoad pœnam, & fomitem, per baptiſmum.*
2 *in B. Virgine nullo modo fuit.*
3 *per baptiſmum omnino remittitur quoad inimicitiam cum Deo, remanet verò quoad naturam corruptam.*
4 *contrahitur in infuſione animæ.*
5 *non cõtraheretur poſſeſſio, quod Deus animam creatam non infunderet.*

MVlta, quę pertinent ad hunc §. *di-
ximus in §. præcedenti*, tamen
adhuius intelligentiam.

Aduerte primò, ex *gloſ. in capit. non ex
1 quo 146. de conſecrat. diſtin* 4. quod licet
baptiſmus remittat omne peccatum, ta-
men originale non aboletur in totũ quo-
ad pęnam, remanet enim pęna originalis,
quatenus remanet fomes, & inclinatio ad
peccandum, quæ licet mortificetur per
frequentatos actus oppoſitos, tamen nun-
quam omninò tollitur, caro enim ſemper
concupiſcit aduerſus ſpiritum, vt ait Apo-
ſtolus, & notat *Vgo in figurationi caſus
dicti capituli*: hunc fomitem remanere,
docet Paulus, qui ad *Romanos* 7. ait. *Non
eo illud operor, ſed quod inhabitat in me
peccatum*, & ad *Romanos* 6. Non regnat
peccatum in noſtro mortali corpore, ergo
eſt peccatum in vnoquoq; noſtrum, ſeù
fomes, & pęna originalis. ſed nõ debet re-
gnare, hoc eſt pręualere ſpiritui, vt ait Apo
ſtolus.

Nota tamen, quod in Sanctiſſima Vir-
2 gine hoc non habuit locum, quia nec ori-
ginale in ipſa fuit, vndè poſſet oriri fomes,
vt ait *Leo Papa ſermone 2. de natiuit.* Im-
maculata Virgo concupiſcentiam neſci-
uit, & clariùs *Tolet. in capit. 1. Lucæ anno-
tat. 57.* ex verbis *Diu. Auguſt.* circa illud
Pauli, Adam, in quo omnes peccauerunt,
excepta S. Virgine, de qua enim de pecca-
tis agitur, nullam fieri volo quæſtionem
propter filij reuerentiam.

Dices, ergò in nobis per baptiſmum nõ
in totum remittitur originale, dum rema-
net iſte fomes, per quem homo tendit etiã
ad peccatum.

Reſpond concedendo ſequelam ſecun-
dum *gloſ. citat.* & in præſenti § noſtro. Dic
tamen cum *S. D. Th. 3. p. q. 69. art 7.* quod
3 iſta inclinatio, ſeu fomes non remanet ra-
tione originalis, quod verè perſeueret in
nobis quoad eſſe, nemo enim actu habet
in ſe peccatum originale, quia per hoc eſ-
ſet ſimul amicus, & inimicus; *Trident. ſeſſ.
5. cap. 5.* ſed tamen quia per originale duo
mala fuerunt introducta ſc. Inimicitia cũ
Deo, & corruptio, ſeù deprauatio naturæ,
tollitur itaq; originale omninò quoad ini-
micitiam, ſed remanet quoad naturam
corruptam. vndè cum quis eſt homo, ſta-
tim habet hanc naturam cum his inclina-
tionibus, & paſſionibus relictis ab origi-
nale, quæ contrahuntur per participatio-
nem ipſiuſmet naturæ vt aduertit *D. Bo-
nauentura in 4. diſtin. 4. part. 1. annot. 1.
q. 2.*

Aduerte ſecundò, quod cõtrahitur ori-
4 ginale in infuſione animæ, vt notat *gloſ in
cap. non ex quo, de conſecrat. diſt. 4. verbo
5 aſſumitur.* igitur Deus crearet animam,
& non infunderet ipſam corpori, iſta non
contraheret originale, quia non haberet
totam naturam humanam, ſic neque cor-
pus antequam habeat animam dici poteſt
corpus peccati, nam natura humana, quę
peccauit, conſtat ex anima, & corpore.

In

In §. baptizandi, vſque ad §. quod quidem.

SVMMARIVM.

1 *Laicus baptizans extra caſum neceſſitatis validè operatur, ſed eſt puniendus.*
2 *Baptizatus ab heretico, vel infideli deueniens ad Eccleſiam, vt admittatur quæ debeat adimplere.*
3 *Infidelis, aut hæreticus licet poſſint baptizare, non poſſunt tamen leuare de ſacro fonte.*
4 *Miniſter in baptiſmo nemo poteſt eſſe ſui ipſius.*
5 *& leuans, qua ætate debeant præcedere baptizandum.*
6 *Patrinus in baptiſmo non eſt de neceſſitate.*
7 *putans leuare puerum, & lauet fœminam, adhuc contrahit cognationem.*
8 *putans leuare filium Caij, & leuet Titij, non contrahit.*
9 *ſi ſit procurator ipſe ne an principalis contrahuntur diſtinguendo, nu. 10.*
11 *Baptizandus ſi immergeret ſeipſum, & alius formam proferret, non baptizaretur.*
12 *Miniſter in baptiſmo ſi interponerat inter immiſſionem aquæ, & prolationem formæ ſpatium orationis Dominicæ, an validè baptizetur.*

MVLTA pro his §§. dilucidauimus ſupra, tamen præter ibi dicta.
Aduerte primò, quod ſi quis extra
1 caſum neceſſitatis baptizaret, adhuc valeret
baptiſmus, *Abbas in cap. quanto de conſuetud.* qui tamen ait, iſtos eſſe puniendos, quia non licet immittere falcem in meſſem alienam, & vnuſquiſque debet ſuum munus gerere. Nec facit ſi dicas, quod poſſet à pari validè, quamuis illicitè purus laicus abſoluere, ſicut poteſt baptizare, quia baptiſmus propter ſuam maximam neceſſitatem non habet miniſtrum determinatum; at alia ſacramenta non ſunt adeò præcisè neceſſaria ſicut baptiſmus, meritò non debet pro alijs Sacramentis dari eadem libertas miniſtrorum.

Aduerte ſecundò, quod baptizatus ab
2 infideli, vel hæretico, cum deuenerit ad
Eccleſiam, debet interrogari quid ſentiat de fide, vt mente retineat, quod fidem ſuſcepit, *cap. ecce 1. q. 1.* & debet etiam confirmari *cap. de quibus de conſecration. diſt. 5.*

Nota tamen, quod infidelis licet poſſit
3 baptizare, tamen non poteſt leuare de
ſacro fonte, quia dum non habet fidem in ſe, nec poteſt pro alio fidem profiteri. Quod ſi dicas, poſſe baptizare, & ſic conferre gratiam, & imprimere caracterem, quem tamen in ſe non habet. nam in ſacramento miniſter non operatur principaliter, ſed Deus, *cap. baptiſmus, cap. Romanus, cap. cum baptizato. cap. ſi inter bonos, de conſecrat. diſt. 4.* at leuans de ſacro fonte ipſe verè profitetur fidem pro baptizato, ergo ſi in ſe non habeat, nec poteſt pro alio profiteri.

Aduerte tertiò, quoad miniſtrum, quod
4 nemo poteſt ſeipſum baptizare, vt diximus. Patet ex *cap. diximus, 24 q. 4.* & de-
5 bet etiam miniſter præcedere baptizan-
dum ſaltem in ætate 14. annorum, *Abb. in cap. debitum extrà eod.* quod ampliat etiã in leuante, qui debet præcedere baptizandum eadem ætate paritate ducta ex *§. minori inſtit. de adoption.* quia ſicuti ibi non poteſt quis adoptare ſe maiorem, ita neque leuans poterit ſe maiorem leuare, dum baptiſmus etiam natiuitas eſt.

Quæres primò occaſione Patrin, an in baptiſmo ſolemni ſit neceſſarius patrinus, vel leuans, & ſi in caſu neceſſitatis quis teneat puerum (dum fœmina v.g. baptizat) animo tamen contrahendi cognationem an ipſam contrahat.

Reſp. quoad primam partem negatiuè,
6 ſic *Abb. in d. cap. debitum*, quia eſt tantum
ſolemnitas ab Eccleſia exigita. Quoad ſe-
7 cundam partem dic affirmatiuè, quia hæc
affinitas naſcitur ex Sacramẽto, ſed etiam quando baptizat fœmina Sacramentum eſt, ergo tunc etiam naſcitur affinitas, *Zãbranus de caſibus occurrentibus tempore moreis, cap. 1. de Sacramento Baptiſmi dub. 18. num. 17. Nauarrus in manuali cap. 22. num. 4. Armilla verbo matrimonium num. 14.*

Quæres ſecundo, quid ſi quis putaret leuare filium Titij, & leuaret filium Cai, an cum hoc contraheret affinitatem, ſeù cognationem ſpiritualem?

Reſp. negatiuè, quia ad contrahendam
8 cognationem, requiritur voluntas, & ſciẽ-
tia, quæ non ſupponitur in hoc, ergo non contrahitur cognatio, *Sanch. de matrim. tom. 2. lib. 7. diſp. 50. n. 7. ex c. 2. de cognation. ſpirituali.*

Quæres tertiò, quid ſi quis fecerit procuratorem ad leuãdum aliquem de ſacro

ſonte, an ipſe, an procurator contrahat
cognationem?

Reſp. aliqui contrahi per procurato-
9 rem, ſic *Scot. in 4. diſt. 42. q. 1. ar. 2. in fine, Tolet. lib. 7. c. 8. n. 5. Sylueſt. verbo matrimon. 8. q. 7. diſt. 15. Emanuel Sà de impedimento matrimonij num. 5. verbo cum quis per procuratorem*, *Couar.* verò, & alij
apud *Sanch. tom. 2. lib. 7. diſp. 59. num. 2.*
tenent contrahi per principalem, quia id,
quod agit procurator, non nomine proprio, ſed nomine principalis agit. Sic autem conciliabis iſtos DD. nam vel tenens,
10 procurator, & principalis, ſunt ambo viri, vel ambo fęminæ, & tunc ſi procurator habeat intentionem faciendi actum pro ſe, ipſe contrahit, quia ipſe eſt magis immediatus, & puerum tangit, qui actus eſt neceſſarius, *Sanchez loc. cit*, & licet principalis habeat intentionem, tamen fruſtratoria eſt, quia baptiſmus eſt regeneratio, & nemo plures patres, vel plures matres habere poteſt, per conſequens fruſtrà adhibētur duo patres, vel matres, quarè melior eſt conditio poſſidentis. Vel vnus eſt vir, alia fęmina, & tunc ambo contraherent, quia de facto ſic etiam admittuntur Patrini ab Eccleſia, nempè vnus, & vna.

Aduerte vltimò, quod ſi quis immer-
11 geret ſe ipſum, alio dicente, Ego te baptizo, &c. hic non eſſet baptizatus, quia verba nō cohęrent materiæ, *Abb. in d. cap. debitū* Sed etiam quod ſumus in iſta cohętentia. Dubiratur, quid ſi quis immitrat aquam, & deindè taceat per ſpatium orationis Dominicæ, & deindè proferat formam, vel è contrà, an valeat baptiſmus.

Reſpond. *Fernandez de Heredia diſp.*
12 *de Sacramento in genere p. 6. dub. 2.* valere, & currere in quolibet Sacramento. Dic tamen valere ſi actus ſint continuati, ita vt poſſit haberi veritas formæ, ſicut habetur veritas loquutionis, ſi quis dum ſe præparat ad iter Romæ, dicit vado Romā, *Enriquez lib. 1. de Sacram. in genere cap. 9. num. 10. Laiman. in Theologia morali lib. 5. tract. 2. cap. 7*

In §. quod quidem.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus ſecundum opinionem aliquorum non datur niſi in aqua.*
2 *quotuplex.*
3 *fluminis in quo differat ab alijs, & num. 4. & 5.*
6 *Flaminis idem eſt ac contritio, & quando valet.*
7 *non cauſat impreſſionem caracteris.*
8 *non remittit omnem pęnam, & dat augmentum virtutum, & gratia ſicut ille fluminis niſi ſit perfectiſſima contritio.*
9 *Fluminis in quo conueniant cum illis fluminis, & ſanguinis, & n. 10. 11. & 12*
13 *Sanguinis in aliquibus eſt excellentior baptiſmo aquæ.*

NON deſuere, qui efficaciam ſanguinis Ieſu Chriſti ita coarctarint, vt tantum in Sacramentis
1 conſtituerint, ſicq; putabant tantum per baptiſmum aquæ poſſe quem ſaluari, ſic de aliquibus, refert *Diuus Bernardus epiſtola 77. ad Vgonem, & Magiſter ſententiarum lib. 4. diſt. 4.* tamen contra ipſos.

Aduerte primò, triplicem eſſe baptiſ-
2 mum, ſcilicet Fluminis, Sanguinis, & Flaminis, *cap. detrahe 1. quaſt. 1. cap. Apoſtolicam de presbytero non baptizato, cap. baptiſmi vicem, cum alijs de conſecr. diſt. 4. S. Doct. q. 66. ar. 10. Beccan. de ſacram. c. 8. quaſt. 6.*

Aduerte ſecundò, differentias inter ba-
3 ptiſmum fluminis, ſeù aquæ, & baptiſmum flaminis, vel ſanguinis. Primò, quod baptiſmus fluminis eſt inreiterabilis, *cap. hanc regulam, 1. quaſt. 1.* alij centiès reiterari poſſunt; & ſemper admittuntur baptiſmū fluminis, quia ſunt in ſubſidium, & in neceſſitate, qua ceſſante, non debemus recedere ab aqua, & verbo, *cap. detrahe, 1. q. 1.* & ex verbis Domini apud Ioannem: Niſi quis renatus fuerit ex aquæ, &c. Secundò,
4 baptiſmus aquæ eſt communis omnibus etiam infantibus, quamuis non perfectè natis, vndè poteſt baptizari puer etiam nato pede, ſi tamen perfectè deindè naſcatur, eſt rebaptizandus ſub conditione, *S. Doct. 3. p. q. 68. art. 10.* non ſic autem ſi fuerit baptizatus in capite, tunc enim non eſſet rebaptizādus ſub conditione, ſed de hoc infrà. Tertiò, baptiſmus flaminis, &
5 ſanguinis non ſunt Sacramenta, *S. Doct.*

art.

*art.*11. *q.66. ad* 2.& ideò nec imprimunt
caracterem, nec ſunt ianua ad alia ſacra-
mẽta, ad quæ ſi quis poſſit accedere, prius
debet baptizari, *Beccanus loco citato con-
cluſ.*3.

Aduerte tertiò, circa Baptiſmum fla-
6 minis, qui idem eſt, ac contritio, & tunc
valet, quando quis dum non poteſt bap-
tizari, & tactus intrinſecus dolore cordis
ſua peccata deteſtatur, & remouet quan-
tum in ſe eſt, cum propoſito ſubijciendi ſe
clauibus Eccleſiæ, & fidei Chriſtianę, tunc
enim habet remiſſionem omnium pec-
catorum, *Sanctus Doctor quaſt.*69.*ar.*1.
7 *ad ſecundum*, tamen non recipit caracte-
rem, quia hic eſt effectus ſpecialis ſa-
cramenti Baptiſmi, ſed contritio non eſt
ſacramentum baptiſmi, ergo, &c. Differt
8 etiam contritio à baptiſmo aquæ, nam
hic remittit etiam omnem pęnam, & dat
maius augmentum virtutum, & gratiæ. nõ
ſic contritio, niſi eſſet perfectiſſima, *Sanct.
Doct.q.*69.*a.*4.*ad* 2. Valere autem hoc ba-
ptiſma, docet *Aug. lib.*4 *de baptiſmo con-
tra Donaſt.c.*22.*to.*2. *Cypri.* apud S. *Doct.
ar.*11.*cit.& Beccan.q.*6.

9 Conueniunt autem contritio, & mar-
tyrium, cum baptiſmo aquæ. Primo, nam
configurãt hominem paſſioni Chriſti. Se-
10 cundò, quia remittunt omnia peccata &
habitualia, & originale. Tertiò remittunt
11 pęnam æternam, nam quoad pęnam tem
poralem licet *Beccan.* teneat, remitti to-
tam in quolibet baptiſmo, hoc tamen
non admittit indiſtinctè *Sanctus Doctor
quaſt.*69.*art.*4, *ad* 2. quia negat de con-
tritione.

Aduerte quartò, Baptiſmum ſanguinis,
12 ſeù martyrium facere, totum id, quod fa-
cit baptiſmus aquæ (præter caracterem
vt diximus) *cap. baptiſmi de conſecrat. di-
ſtinct.* 4. & patet hoc in Latrone, cui
Dominus dixit: Hodie mecum eris in
Paradiſo, & tamen non eſt credendum,
quòd vir tam facinoroſus, vt erat Latro,
abſque pœna Purgatorij Paradiſum ingre-
deretur, niſi hoc dediſſet martyrium, quod
in Cruce Chriſtum confitendo patiebatur,
Cyprian. in d. cap. baptiſmi vicem, &
alij Patres communiter cum ipſo.

Nota tamen, Baptiſmum ſanguinis eſ-
13 ſe in aliquibus excellentiorem baptiſmo
aquæ, nam in baptiſmo aquæ habetur fi-
gura repreſentatiua paſſionis Chriſti, at
in martyrio habetur expreſſio per effu-
ſionem ſanguinis, quæ eſt viua imitatio
ipſius paſſionis, prætereà in baptiſmo
aquæ Spiritus Sanctus operatur intrinſe-
cè, ſanctificat animam, & facit Deo ami-
cam, in martyrio excellentiſſimè demon-
ſtratur iſta claritas, dicente Domino *Ioan.*
15. Maiorem charitatem nemo habet
quam vt animam ſuam ponat quis pro
amicis ſuis: Hæc habes per *Sanctum Do-
ctorem quaſt.*66.*art.*12. Ex *Auguſtin. in
Pſalm.*103. habes in his baptiſmis flami-
nis, & ſanguinis Deum coronare volunta-
tem, dum non inuenit facultatem; affe-
ctum enim Deus compenſat, non effectũ,
ex qua regula ſaluatur contritus cum cõ-
feſſione in voto, datur pręmium martyrij
ex petentibus illud remittuntur pœnæ cũ
quis ſe parat ad ſufferendum; &c. in qui-
bus currit pręmiari affectum pro effectu.

In §. non tamen.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus in paruulis nullam re-
quirit diſpoſitionem contra Luthe-
rum.*
2 *in paruulis eſt contentus fide alie-
na, & ſic matris Eccleſia. & nu.*3.
*paruulorum ſuppleri poteſt per mar-
tyrium.*
4 *Circumciſio per accidens ſe habuit ad
martyrium SS. Innocentium.*
5 *Baptiſmus in quibus caſibus poteſt con-
ferri, vel non, paruulis inuitis parenti-
bus, vel contradicentibus, num.*6. 7, 8.
& 9.
10 *Paruuli baptizati, cum adoleſcunt te-
nentur ad obſeruantiam praeceptorum,
& ſunt conſtringendi.*

MVlti multis modis recipere poſ-
ſunt baptiſmum, cum tamen
primò ſe offerant Infantes, ideo
incipiendo ab ipſis.

Aduerte primo, in Infantibus nullam
1 requiri diſpoſitionem propriam, *Augu-
ſtin. epiſtola* 57. *ad Dardanum, & Naza-
zenus oratione in ſancta lumina*, vbi ait,
Infantes abſque ſenſu ſanctificationis, ſan
ctificari, quod eſt contra Lutherum, qui
putabat paruulos per exorciſmos qui fiũt
antè baptiſmum recipere à Deo actua-
lem fidem, & ſic credere antequam bap-
tizentur, quod gratis aſſerit, vt aduertit
Beccanus cap. 10. *quaſt.* 2. Si enim paruuli
habuerunt hanc fidem actualem, quo-
modò poſteà quando ſunt maiores non
reminiſcuntur, ſed omnia à fundamentis
diſcunt, ergo nullam habeant propriam
fidem.

Digitized by Google

Dices, Dominus dixit: Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit, ergò ad hoc vt valeat baptiſmus puerorum, requiritur etiam in ipſis fides.

Reſp. diſtinguo anteced. Fide propria
1 vel aliena, & concedo, fide tãtum propria, & nego, nam hoc limitatur in paruulis, vt docent communiter omnes, tum quia po tuerunt paruuli per alienum volũtarium contrahere culpam originalem, ergo poſ ſunt etiam per alienam fidem, & voluntarium interpretatiuum Deo incorporari, vndè *Aug. ſer. 20. de verbis Apoſt.* loquen
3 do de baptiſmo paruulorum ait, Accomo dat mater Eccleſia illis aliorum pedes, vt veniant; aliorum cor, vt credant, aliorum lingua, vt fateantur, & *lib. 1. de peccatorũ meritis c. 25.* ait, Mater Eccleſia cor maternum eis præſtat, vt ſacris myſterij imbuantur; quia non poſſunt proprio corde credere ad iuſtitiam, nec proprio ore confiteri ad ſalutem, nec debet eſſe minor eff. ctus Baptiſmi, quam Circumciſionis, q̃ etiam operabatur effectum ſuum ex fide parentum, vt habetur in præſenti §.

Aduerte ſecundò, poſſe baptiſmum in
3 fantium ſuppleri per martyrium, *S. Doct.* 3. a. q. t 24. *a. 5. ad* 1. *Scot. Riccar. Gabriel.* & alij in 4. *diſt.* 4. Prob. quia ſanguis ſupplet id, quod facit aqua, & patet exemplo SS. Innocentium, quos Eccleſia reponit inter Martyres, & vocat primitias martyrium, & *Aug. 3. de libero arbitr. c. 23.* ait, Non fruſtrà infantes illos, qui occiſi ſunt in honorem martyrium receptus commendat Eccleſia.

Dices, Illos fuiſſe circumciſos, & ideo ſaluos, non autem ratione martyrij, ergo ſi quis ex pueris non baptizetur, martyriũ non ſufficit.

Reſp. nego conſequentiam, & ad antecedens dico, ꝙ vt curras noſtrum dictum
4 ſufficit quod Eccleſia ipſos vocet Martyres, & non indigemus alia probatione, poſito quod iſti Innocentes ſint martyres, dum iam ſupra diximus, martyrium ſupplere vices baptiſmi, vndè ad martyrium per accidens ſe habuit, quod fuerint circumciſi, vel non, tum quia quis dixerit, omnes illos infantes fuiſſe circumciſos? poteſt enim eſſe, quod multi ex ipſis non fuerint circumciſi, meritò ſi quis infans ante annũ diſcretionis occideretur in odium Eccleſiæ, & fidei, benè eſſet martyr, & ſaluaretur, licet non eſſet baptizatus, & hoc ratione martyrij, vt tenent *Gabr. Sot.* & alij in 4. *ſent. loco cit.*

Quæres, an filij Infidelium baptizari poſ ſint inuitis parentibus, vel contradicentibus.

In hac difficultate non poſſum abſolutè reſpondere, ſed diſtinguendi ſunt plures caſus. Vel iſti ſunt filij Apoſtatarum,
5 qui, ſ. poſt baptiſmum receſſerunt à fide, & tunc ſecundum *Beccan. cap. 10. de ſacram. q. 7.* iſti poſſunt licitè baptizari, & ait eſſe communem opinionem. Prob. quia Eccleſia in tales apoſtatas habet authoritatem coercendi ipſos, & puniendi propter crimen, quod commiſerunt recedẽdo ab Eccleſia, ergo põt in pœnam criminis eos priuare authoritate quam habent in filios, & ſic poteſt eorum filios ipſis contradicentibus baptizare. Vel iſti infideles ſunt ſim
6 pliciter tales, & nullo modo ſubiecti Eccleſiæ, vel Principibus Chriſtianis, & iſti nullo modo poſſunt baptizari, *S. Doct. q. 68. a. 10.* & ratio eſt, quia vel Eccleſia auferet iſtos pueros à parentibus, & hoc non põt facere, quia nullum habet ius in illos, vt ſupponimus. Vel non aufert, ſed baptizãt
7 illos, & relinquit ſub dominio parentum, & tunc nec ſunt baptizãdi, quia facillimè à parentibus facti maiores, deuiantur, & inducuntur ad idolatrandum, tum quia fit iniuria parentibus; nam Eccleſia per caracterem acquireret ius in filios inuitis parentibus, quod non eſt licitum, tamen valeret baptiſmus, & eſſet validus, licet non licitus, *Beccan. q. 7. cit. concl. 2.* Vel iſti
8 infideles ſunt ſub dominio politico Principum Chriſtianorum, & tunc poſſunt baptizari, *Sot. & Gabr. loc cit.* quia Princeps habet poteſtatem puniendi hos infideles quando peccant, ergo poteſt punire ipſos, dum peccant faciendo, quod filij non baptizentur, & ſic poteſt facere, vt bapti-
9 zentur. Vel ſunt infideles ſerui dominorum, & hos licitè poſſe baptizari ſupra diximus, quia ſunt ſub dominio dominorum parentes & filij, qui ex ipſis naſcuntur, diximus *lib. 5. ciuili de libertin.* ſic tenent communiter Theologi, & Canoniſtę, *Duran. in 4. diſt. 4. c. 6.* In alijs autem caſibus ſi alter ex parentibus conſentiret, poſſent licitè baptizari, vt aduertit *Beccan. cit. obiect. 6.*

Aduerte tertiò, quod paruuli baptizati
10 eum poſteà adoleſcunt, tenentur ad obſeruantiam præceptorum, & ad hoc ſunt conſtringendi, vt permaneant in fide ſuſcepta, *Trid. ſeſſ. 7. de baptiſm. can. 4.* & ratio eſt, quia propter caracterem impreſſum, Eccleſia habet ius in illis, & poteſt coercere, ac punire.

In

In §.is quoquè.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus non poteſt conferri puero, qui omninò extat in vtero matris.*

2 *collatus ab obſtetrice, quaro omnino extanti in vtero (dato, quod poſſit id facere) non valet.*

3 *In baptiſmo matri prægnanti collato nõ habet locum §.2. inſt. de ingenuis.*

4 *Baptizatus puer domi ex neceſſitate ſi ſuperuiuat, quid debet adimplere?*

5 *ſi moriatur eſt ſepeliendus in loco ſacro.*

6 *Baptizans fœminam, ſub nominibus maſculinis, an validè baptizet?*

7 *Baptiſmus quomodo, & quando conferri debeat monſtris bicorporeis, vel habentibus figuram canis, aut equi, &c.*

8 *Infans in vtero matris ad mortem proxima, vt baptizetur, non eſt ſcindendus venter maternus.*

9 *Iuramentum non eſt obſeruandum contra bonos mores.*

10 *infans in vtero matris damnata ad mortem, vt baptizetur, eſt differenda pœna mortis donec partus adueniat.*

MAter prægnans eſt altera perſona a filio quem gignit, vndè debēt ſeparato baptiſmo baptizari, vt habetur in præſenti §. circa quem.

Aduerte primò, non poſſe puerum bap-
1 tizari, qui omninò extat in vtero matris, nec ſaltem aliqua pars orta apparet, *Sanct. Doct. q.*68 *art.* 11. & ratio aſſignatur in præſenti §. nam non poteſt reperiri regeneratio, vbi generatio non præceſſit, & Dominus baptiſmum vocat natiuitatem, niſi quis renatus fuerit, &c. Ex hoc habea
2 quod obſtetrix ſi poſſet aliquo modo immittere aquā in corpus pueri adhuc omninò extantis in vtero matris, baptiſmus non valeret, vt habetur in præſenti §. & patet ex *S. Doct. cit. ex capit. qui in maternis* 115. *de conſecrat. diſt.*4. *Bonac. de Sacrament. diſp.* 10. *q* 2. *punct.* 6. *nu.* 6. *Alex de Ales p.* 4 *q* 8. *membr.* 7. *art.* 2. *Riccard. in* 4. *ſentent. diſt.* 6. *art.* 2 *q.* 1. *D. Anton.* 3. *par. tit.* 14. *c.* 15. §. 2. *Syluest. verbo baptiſmus* 6. *num.* 7. quidquid dicat *Diana in* 1. *tractatu miſcellaneo in* 2. *par* puto enim verba Domini non admittere extorſionem, ſed eſſe intelligenda vt iacent, & in materia ſacramentorum non puto recedendū à S.D. approbato hic à Domino, neque eſt eadem ratio quando naſcitur aliqua pars corporis, quatenus homo non dicitur perfectè natus, nam dicimus poſſe dici natum hominem, quatenus anima eſt tota in qualibet parte corporis, ſi tamen deindè perfectè naſcatur, erit rebaptizandus ſaltem ſub conditione, vt docet *S. Doct. loc. citat.*

Dices ex Legiſtis, partus ſequitur ventrem, §. 2. *de ingenuis*, & manumiſſa matre, cenſetur manumiſſus filius, ergò manumiſſus filius, ergò manumiſſa matre à poteſtate Diaboli per baptiſmum, debet etiam æſtimari ſic liberatus filius, qui eſt in vtero.

Reſpon. nego conſequentiam, & diſpa-
3 ritas eſt, quia ibi agitur de libertate adipiſcenda, hic & agitur de libertate adipiſcēda, & de regeneratione, ſed non poteſt dici regeneratus, vel renatus, (vt loquitur Dominus) qui adhuc natus non eſt, ergò non currit eadem ratio, tum quia baptiſmus eſt beneficium perſonale, quod ad alios non tranſit *gloſ. in capit. ſi ad matris diſt. cit. & in cap. ſi qua mulier ead. diſtin.* habetur quod vniuſcuiuſq; voluntas in confeſſione monſtratur, ergo ad duas voluntates demonſtrandas duæ debent eſſe confeſſiones, ſcù profeſſiones, ſed in baptiſmo matris eſt vnica profeſſio, ergo vnica voluntas, & vnum baptiſma, tum etiam quia in *d. cap. ſi ad matris* dicitur quod filius, qui eſt in vtero matris verè non pertinet ad corpus matris, nec poteſt dici eius corpus, ergò dum habet diſtinctum corpus, & animam, diſtincta etiam ablutio eſt adhibenda.

Aduerte ſecundò, puerum baptizatum
4 domi ex neceſſitate eſſe deferendum deindè ad Eccleſiam, vt in ipſo fiant exorciſmi, & orationes conſuetæ, ſi tamen in-
5 terim moreretur, eſſet ſepeliendus in loco ſacro, verè .n. fidelis eſt, *Nauarr. in ſumm. c.* 22. *n.* 6.

Aduerte tertiò, quòd ſi miniſter bapti-
6 zando dixiſſet Antoni, vel Petre, &c. te baptizo, & infans eſſet fęmina, diſtinguendum eſt, vel miniſter intendit baptizare puerū vt maſculum, & tunc nō valet baptiſmus, vel intendit baptizare præſcindendo an ſit maſculus, an fęmina, & tunc valeret Sacramentum, *Syluest. verbo baptiſmus nu.* 13. *Armilla eodem verbo n.* 31. *& Victoria nu.* 35.

Quæres, quid ſi naſcatur monſtrum habens duo corpora, vel cum figura equi, vel canis, an ſit baptizandum.

Reſp. ad primum, quando habet duo
7 corpora, vel ſunt duo capita viuentia, & tunc debent duo baptiſmi adhiberi, ſi ve-

rò

rò ſint duo corpora,& vnum caput,& tūc corpus cum capite baptizatur ſimpliciter, aliud verò corpus ſub conditione (ſi eſt capax,&c.) *Vinald. de Baptiſm. & eius effect. nu. 64. ex cap. de quibus, eod. tit.* vbi datur remedium baptizandi ſub conditione in dubio. Ad caſum monſtri, dico quòd ſi appareat aliquo modo homo, debet ſimpliciter baptizari, ſecùs autem ſub conditione, non enim debent miniſtri videre an poſſit homo generare hominem cum tali figura, quod poteſt eſſe ex Dei ordinatione. Si tamen omninò appareat brutum,& tunc non poteſt baptiſmi, licet naſcatur ex homine, *Socin. in 2. par. 5. decretalium, capit. mulieres de ſententia excommunicationis n. 21. & Oſtienſis in ſumma tit. de baptiſmo, §. qua ſit verſ. quid ſi mulier.*

Aduerte quartò, quod ſi mater ſit prægnans & propè mortem, etiam in vltimis
8 conſtituta, non debet ſcindi, vt baptizetur puer. Sic *S. Doct. q. 68. art.* 11. *ad* 3. non .n. ſunt facienda mala, vt eueniant bona. ad
9 *Romanos* 3. ſicut nec iuramentum obſeruari debet contra bonos mores, .x *capit. non eſt obligatorium in 6.*

Quæres, quid ſi mater prægnans fuerit morti damnata, an poſſit ſcindi, vt baptizetur puer?

Reſp. negatiuè, ſed (ut potiùs differen-
10 da pęna mortis, donec pariat,& hoc propter bonum prolis, ne moreretur ſimul cū matre dum aperitur, *l. pragnantis, ff. de pœnis.* Quid ſi dubitetur de morte prolis antè partum, licitum erit anticipare ſupplicium, & ſcindere matrem ipſam, ideò enim transfertur ſupplicium, vt proli afferatur vtilitas, ſed ex tali tranſlatione dubitatur potiùs de malo ipſius prolis. ergo poterit anticipari pęna, *Beccan. q. 8. de Sacrament. baptiſm. n. 4.*

In §. muti,& ſurdi;

SVMMARIVM.

1 *Muti,& ſurdi baptizandi habent priuilegium, quod habent paruuli, ſcilicèt, quod poſſit alius pro ipſis fidem profiteri, quid de mutaſtris, & ſurdaſtris, numer. 2.*

1 Priuilegium conceſſum paruulis; quod ſcilicèt poſſit alius profiteri fidem pro ipſis, ampliatur in mutis, ſurdis,& ęgrotantibus, *cap. agrotantes, & cap. paruuli de conſecrat. diſt.* 4. vndè poterunt per profeſſionem aliorum liberari, ſicut per culpam alterius fuerunt obligati, *cap quaris de conſecrat. diſt.* 4. ſi tamen ſit mutaſter, vel ſurdaſter, debet mo-
2 do quo poteſt reſpondere, quia licet non poſſit perfectè loqui debet tamen ſuam voluntatem exprimere, vtcunquè. Idem dic de infirmo, ſi quo modo loqui poſſit, vt colligitur ex *d. cap. agrotantes*, ibi .n. in ſubſidium impotentiæ id conceditur.

In §. de dormientibus cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Amentes, quo ordine debeant, & poſſint baptizari? n. 2. & 3.*

4 *contradicentes, quando licitè poſſint baptizari?*

5 *Baptiſmus, inſcijs, inuitis, vel coactis, dummodo poſitiuè non ſit contradictio licitè confertur.*

6 *Subdiaconus coactè ordinatus, an & quādo teneatur ad obſeruantiam caſtitatis annexam?*

7 *Baptiſmus collatus, coactis non cauſat illis gratiam.*

8 *Amentes baptizandi conſiderantur tamquam habentes potentiam rationalem propter quam ſunt capaces ſacramenti, licet actu per accidens aſſimilentur brutis.*

9 *non indigent vlla diſpoſitione.*

10 *Dormientes, an et quando validè baptizari poſſint? & n. 11.*

12 *Eccleſia non iudicat de internis.*

13 *Baptizandus, extrinſecè oſtendens ſuam voluntatem, licet intrinſecè contradicat recipit tantum caracterem, et poteſt cogi ad obſeruantiam præceptorum.*

14 *Subdiaconatus caracterem licet non gratiam verè accipit, qui intrinſecè non habet illam voluntatem quam extrinſecè oſtendit.*

15 *Voluntas coacta in baptiſmo qualiter, & quotuplex debet conſiderari?*

Ad-

1 ADuerte primò, quod amentes poſ-
ſunt baptizari hoc ordine ſerua-
to, ſc. vel quis fuit ſemper amens
à natiuitate, vel à tempore infantiæ, & antè
vſum diſcretionis, ita vt ſemper durauerit
in amentia, & hic licitè baptizari poteſt
ad modum Infantis, nõ enim habet aliud
peccatum, quam originale, in quo cum nõ
fuerit voluntarium proprium, per conſe-
2 quens neq; requiritur voluntarius acceſ-
ſus ad Deum, vndè licitè baptizatur, *cap.
iudæas 3 q. 6. § item quæritur, cap. maio-
res extrà eodem*, ibi: Dormientes autem,
&c. quod probatur à ſimili ex *l. eum pater,
§. ſuum, ff. de leg. 2.* & docet *S. Doct. 3. p. q.*
68. *art.* 12. Vel eſt amens poſt infantiam, &
3 tunc ſub diſtingue, vel antè amentiam vo-
lebat baptizari, & tunc poteſt baptizari, vt
in § *fin. d. cap. maiores*, vel nolebat bapti-
zari, & tunc ſi baptizetur, nullus eſt actus.
Vel ſe præciſiuè habebat; hoc eſt nec pete-
bat baptiſmum, nec contradicebat, & hic
neq; eſt baptizandus. *Sanct. Doct. loc. cit. in
corp.*

Nota tamen ex ipſo primò, quod licet
4 amens contradiceret tempore amentiæ,
ita vt nollet baptizari, ſtandum eſt tamen
priori voluntati, & poteſt licitè baptizari,
vel fuit ſemper amens, & etiam licitè bap-
tizatur, licet contradicat, nam neſcit quod
agat, & illæ actiones non ſunt ſuæ.

Nota ſecundò, quod quibuſcunq; etiã
5 inſcijs, vel inuitis, dummodò poſitiuè, &
actu non contradicant imprimitur ſaltem
caracter, vt in *d. cap. maiores, §. fin.* gratia
autem datur tantum illis, in quibus non
repetitur obex, vel contraria voluntas; vn-
dè ait *S. Doct.* quod ſi quis coactus acce-
deret ad baptiſmum, ſed ſine actu poſiti-
uè cõtrario, reciperet caracterem, & eſſet
cogendus ad obſeruantiam præceptorum,
nam coacta voluntas, voluntas eſt, *cap. me
rito* 15. *q.* 1. & patet ex *d. cap. maiores*, quod
currit etiam in ſacramento Ordinis, *cap.
vbi iſta, diſt.* 74 *& cap. de iudicijs diſt.* 45.
ſi tamen quis coactè accederet ad ſacrũ
6 ordinem Subdiaconatus, teneretur etiam
ad obſeruantiam voti continentiæ anne-
xi, *cap. Diaconi diſt.* 28. *cap. cum in præte-
rito diſt.* 84. ex ratione *tex. in d. cap. meri-
to* niſi poſitiuè contradiceret. Gratiam ta-
7 men non reciperent iſti ſic baptizati, quia
Deus diligentes ſe, diligit.

Dices primò: ideò homines baptizan-
tur, & non bruta, quia hæc carent ratio-
ne, ſed perpetuò amentes ſimiles ſunt bru
tis, ergo neq; ipſi ſunt baptizandi.

Reſpond. neg. min. ſecundùm *S. Doct.
q.* 68. *art.* 12. *ad* 3. & ratio eſt, nam iſti amen
8 tes habent potentiam rationalem, quæ eſt
anima, per accidens autem, & propter de-
fectum organi corporalis nõ habeat vſum
rationis in actu; Bruta verò nec actu, nec
aptitudine vſum habent rationis, ergò nõ
eſt eadem ratio.

Dices ſecundò, poteſt eſſe, quod aliquis
amẽs poſt infantiam commiſerit aliquod
mortale, propter quod antequam accede-
ret ad baptiſmum deberet ſaltem elicere
actum attritionis formalis, vt diximus ex
Trid. de Sacram. in genere, ergo licèt iſte
ante habuerit voluntatem baptiſmi, tamẽ
poſteà non poterit baptizari, quia non
habet diſpoſitionem neceſſariam, vt dixi-
mus.

Reſp. neg. conſequentiam, & ratio eſt,
9 nam iſti excuſantur, quia defectus non eſt
voluntarius, ſed impotentiæ, dum non ha-
bent vſum rationis, validè igitur baptizã-
tur abſq; tali diſpoſitione, nec enim vult
Deus id, quod impoſſibile eſt, meritò ta-
lis indiſpoſitio, vt indiſpoſitio non erit ip-
ſis adſcribenda, neq; per hoc erit commit
tere nouum peccatum.

Aduerte ſecundò, idem eſſe dicendum
10 de dormientibus, regulariter tamen, & im
minente periculo mortis, iſti enim ſi an-
teà petierint baptiſmum, licitè tunc bap-
tizantur, *Aug. lib. 4. confeſſ. c.* 1. *propè med.*
qui narrat hoc accidiſſe in quodam ſuo
amico, tamen ſecluſo periculo, eſt expe-
ctandum, vt excitetur dormiens, *S. Doct.
in corp. d. art.* 12. vbi loquendo de his, qui
habent lucida interualla (quibus aſſimilã-
tur dormientes) ait, melius eſt ſi tempus
expectetur, in quo ſint ſanæ mentis, vt de-
uotius Sacramentũ ſuſcipiant &c. ex qui-
bus verbis colligitur hoc non eſſe de ne-
ceſſitate Sacramenti, ſed tantum facere ad
Sacramentum magis deuotè ſuſcipiendũ.
Non nego tamen miniſtrum peccare mor
taliter, quia Eccleſia non miniſtrat Sacra-
mentum talibus; niſi in caſu neceſſitatis,
vt in fine *d. cap. maiores, & S. Doct. in reſ-
11 ponſione ad* 3. Quod ſi dormiens non pe-
tierit baptiſmum, nihil ei confertur, quia
nullum habet voluntarium in illo actu,
neq; ratihabitio aliquid valeret, quia dum
nihil ſuſceperunt, neq; habent quod rati-
ficent, *gl. in d. cap verbo non ſuſcipiunt*, &
idem eſt dicendum de amenti poſt infan-
tiam, qui nullam habuit voluntatem bap-
tiſmi, in hoc .n. neq; operatur ratihabitio,
vt aduertit *gl. cit.*

Aduerte tertiò, quod pro baptiſmo
12 plus valet actus exterior, quam interior,
quia Eccleſia de his non iudicat, vndè vt
habetur hic in *§. ſed ſi quis contradicens*, ſi
omninò coactus baptizaretur aliquis, ni-
hil reciperet, nam requiritur libera volun-
tas,

Digitized by Google

tas, *l.qui teſtamentum,§.fin.ff.de teſtam.*
vbi nec teſtamentum ſic coactè conditum
valet. E contra antem ſi quis extrinſecè
13 oſtēdat velle baptizari,reciperet caracte-
rem,ſi non poneret poſitiuum actum cō-
trarium, & ideò poſſet cogi ad obſeruan-
tiam præceptorum, vt in fine *d cap.maio-
res*, argumento *text.in cap.ſicut de ſimo-
nia,& cap.Petrus de homicidio,gl.hic ver-
bo caracterem in fine*. Idem etiam dic in
14 eo,qui accedit ad Subdiaconatus ordinē,
hic enim ſimiliter caracterem acciperet;
& teneretur ad votum, gratiam verò non
reciperet, vt patet ex iuribus adductis, &
ex *cap.presbyteros de baptiſm. & eius ef-
fect.* Vt autem res magis clarè procedat.

Aduerte quartò,quod voluntas coacta
15 multiplex eſt, vel enim eſt coactio abſo-
luta,vt ſi quis omninò contradicens,puta
ligatus manibus, & pedibus baptizaretur
ab alio, & tunc baptiſmus verè nihil ope-
raretur,hic enim potiùs patitur, quam
quod agat,*cap ſacris quod metus cauſa,
cap presbyter.diſt.50. & Abb.in dict.cap.
maiores*, *§ fin.* vel eſt coactio conditiona-
lis,puta ſi quis non ex violentia abſoluta,
ſed ex metu pęnalitatis infantis,vel futurę
baptizaretur,& quia hic metus nō cauſat
omninò inuoluntarium per conſequens
ſic baptizatus,vel ordinatus, recipit cara-
cterem, *Abb.in c.1.§ fin. extrà eod.* & per
conſequēs teneretur ad onera,quæ ſecum
fert caracter baptiſmalis,vel ordinis. Eſſet
hic agendum de metu iuſto, vel iniuſto,
de voluntario, & inuoluntario, ſed de his
infrà in §.*is quoq; de appellat.*

In §.illud in dubium:

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmi dubium inducit reiterationem
ſub conditione.*
2 *Baptiſmus reiteratus ſub conditione ſtan-
te validitate primi nullum omnino effe-
ctum producit,& ſic de ordine n.3.*
4 *Baptizatum putans, quis ſe eſſe cum non
ſit adhuc ſaluatur ſi habeat baptiſmum
flaminis.*
5 *Baptiſmi dubium vnus teſtis tollit.*
6 *Teſtis in baptiſmo non poteſt eſſe Iudæus,
vel paganus.*
7 *in præiudicium tertij nō ſufficit vnus*
8 *poteſt teſtificari,quid vidit in impu-
bertate,caſus eſt ſingularis.*
9 *Baptiſmi dubium, tollitur, per indiciū, &
quale hoc eſſe poſſit?*
10 *Indicium quid ſit?*

1 HVius Sacramenti eſt tam magna
neceſſitas, vt dubium de caren-
tia ipſius, inducat eius reitera-
tionem ſub forma conditionali, *cap.2.ex-
trà eodem*,debet tamen eſſe firma ratio du
bitandi,vt habetur hic.

Aduerte tamen primò, quod ſi quis in
2 primo baptiſmo verè receperit eius effe-
ctum,in ſecundo nihil accipit, niſi illam
extrinſecam effuſionem aquæ,& vnctionē
cum oleo,*capit.presbyteri diſt.38. §.quod
ergo in fine,& Gratian.ibid.* adducit exē-
plum ex *l.2.C.de manumiſſionibus*, ſi quis
enim fuerit priùs manumiſſus, ſecunda
manumiſſio nihil operatur.Idem dic de
3 ſecunda ordinatione, vel ſecunda conſe-
cratione Eccleſiæ,&c.& in fine *d.§.* reddi-
tur ratio pro baptiſmo,nam hoc fit ad cau
telam ſalutis,tanta eſt neceſſitas huius Sa
cramenti.

Quęres,quid ſi quis putaret ſe eſſe bap-
tizatum,& verè non eſſet baptizatus, an
ſaluaretur?

Reſp,affirmatiuè, ſi habeat baptiſmum
4 flaminis,qui valet in caſu neceſſitatis,nul-
la autem maior neceſſitas,quam ignoran-
tia ſui ſtatus, tum quia hic habet fidem
Sacramenti, licet non habeat Sacramen-
tum fidei, vt per *gloſſ. in cap.venient de
presbytero non baptizato, verbo mini-
ſtrare.*

Aduerte ſecundò, quod ad euacuandū
5 dubiū baptiſmi,ſufficit vnicus teſtis,vndè
ſi vnus dicat ſe ſcire Titium fuiſſe baptiza-
tum,ſtandum eſt eius dicto,vt in *cap.cum
itaq; de conſecrat. diſt.4.*

Nota tamen hic primò, quod hic teſtis
6 non poteſt eſſe Iudæus, vel paganus,vt no
tat *gloſſ. hic verbo teſtimonio*, & ratio eſt,
quia illi cum ſint inuidi, nollent alios ha-
bere id,quod ipſis deficit,& putant baptiſ-
mum eſſe vanum,& ſuperſtitioſum, & ſic
ne adhiberetur facillimè inducerentur ad
id teſtificandum, meritò ipſis non eſt cre-
dendum.

Nota ſecundò, quod ſi quæratur an
7 quis ſit baptizatus, & hoc in præiudicium
tertij, forſan ad captandum aliquod lucrū
ab alio,qui tenetur dare Titio,v.g.centū,
ſi ſit Chriſtianus, tunc cum legatum ſit in
præiudicium hæredis,per conſequens nō
tenet fides vnius,*cap.placuit,diſt.citat.* &
aduertit *gl.verbo teſtentur.*

Nota tertiò caſum ſingularem, in quo
8 poteſt quis teſtificari id quod vidit in im-
pubertate,vt in *cap. placuit* aduertit *gloſ.
verbo per ætatem,cap.cum itaq; verbo te-
ſtimonium,& cap.relatum diſt.37.*

Aduerte ſecundo, quod ſi ſit aliquod
9 indicium,ſtatur huic,& non debet rebap-
tiza-

tizari, *cap. ſi nulla diſt. citat.* vbi habetur, quod ſi quis meminit ſe veniſſe cum parentibus ad Eccleſiam, ibi ſacris adſtaſſe, neq; erit ſub conditione rebaptizandus. Indicium autem eſt medium proueniens
10 ex aliqua circumſtantia, quod indicat veri atem rei, vt per *DD. in l. indicia, C. de re vendicatione.*

In §. de eo tamen.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmi dubium tollitur per vehementiſſimam ſuſpicionem, & qualis hæc eſſe poſſit?*
2 *Præſumptio quotuplex, & quid ſit?*
3 *Suſpicio ex coniecturis deducitur.*

1 ALiquando rationem dubij euacuat vehemẽtiſſima ſuſpicio, quæ inducit etiam probabilitatem rei, puta ſi quis ſit natus à Chriſtianis, & ſit conuerſatus fideliter inter ipſos, præſumitur baptizatus, donec poſitiuè contrarium probetur ab alijs.

Aduerte hic, quod habemus plures ter-
2 minos, ſc. ſuſpicio, & eſt de qua diximus; præſumptio, & eſt multiplex, alia iuris, alia hominis, alia naturæ, alia facti. Præſumptio iuris, & de iure nullam admittit probationem in contrarium, ſic ſi quis dedit fidem de contrahendo matrimonio, præſumitur tale matrimonium contractum, & non valet, ſecundum *cap. is, qui fidem de ſponſalibus,* ſic etiam licèt fœmina non ſit ſtipulata ſibi dotem reſtituendam, præſumitur tamen id feciſſe, nec admittitur probatio in contrarium, *l. vnic. C. de rei vxor. act.* Præſumptio hominis eſt, quando ex coniecturis homines malum præſumunt contrà aliquem, & hæc præſumptio admittit probationem in contrarium, & etiam iuramẽtum, *cap. presbyter 2. q. 5.* Præſumptio naturæ eſt, quando ex ratione naturali videtur pro aliquo dicendum, vt ſi pater exhæredaret filium, præſumeretur iniuſtè exheredaſſe, donec contrarium probetur, *l. omnimodò, verſ. ſi tamen, C. de inoffic. teſtam.* Præſumptio facti, vel eſt ex præcedenti ad futura, vt qui ſemel errauit, cenſetur in poſterum idem facturus, *l. ſi cui, §. iſdem, ff. de accuſat. cap. placuit 3. q. 10.* A. ia eſt facti ſubſequentis circà preterita, vt eſt hęc in caſu noſtro, ſi quis enim habeat reminiſcentiam, quod fideliter vixerit inter Chriſtianos, talis præſumitur, vt per *gl. in d. cap. is, qui fidem.* Iſta autem præſumptio eſt violenta, & transfert onus probandi in aduerſarium, vt per *gloſ. hic,* quæ probatio debet eſſe euidentiſſima, alias non derogat præſumptioni, *capit. fin. de presbytero non baptizato, l. non eſt veriſimile, ff. quod*
3 *metus cauſa.* Suſpicio verò ex coniecturis deducitur, *cap. afferte mihi gladiũ, & cap. ex literis, de præſumptionibus.*

In §. quod ſi quis.

SVMMARIVM.

1 *Rebaptizatus etiam ignoranter excluditur ab ordine, & quando admittatur?*
2 *Rebaptizatio pluribus rationibus eſt omnino illicita n. 3. 4. 5. & 6.*
7 *non poteſt dici, quæ oritur ex probabili dubitatione etiam ex quolibet fine.*
8 *permiſſa ſcienter à rebaptizato inducit perpetuam irregularitatem, & alias pœnas, & n. 9. & 10.*
11 *permiſſa ſub conditione in fraudem legis appoſita etiam facit, vt rebaptizatus puniatur pœna irregularitatis, & mortis de iure ciuili.*
12 *permiſſa ignorantèr non inducit perpetuam irregularitatem in rebaptizato.*
13 *facta coactè nullo modo inducit irregularitatem in rebaptizato.*
14 *permiſſa ignorantèr intelligitur de ignorantia; quæ faciat actum voluntarium.*
15 *Irregularitas contracta per rebaptizationem ignoranter permiſſam, ſed publicè factam à ſolo Pontifice diſpenſari poteſt, ſin autem occultè ſit facta talis rebaptizatio, etiam ab Epiſcopo diſpenſari poſſit irregularitas, & an in omnibus caſibus ſemper hoc currat n. 16.*

1 PVnitur aliquando etiam qui nullo modo ſcienter concurrit ad actũ, vt hic in §. noſtro, vbi qui ignoranter rebaptizatus eſt, excluditur ab ordine, & non admittitur niſi ob penuriam clericorum, & inſtante neceſſitate, vt aduertit *gl. hic in figuratione caſus.*

Aduerte primò pro hoc §. eſſe omninò
2 illicitam rebaptizationem, *Trident. ſeſſ. 14. c. 2. de differentia baptiſmi, & pœnitentiæ, & ſeſſ. 7. de baptiſ. can. 4. & 13.* quod eſt propter plures rationes. Primò, quia per baptiſmum renaſcimur Deo, ſed vnica eſt

3 natiuitas ex ventre matris, ergo vnica re-
natiuitas ad Deum, *Auguſt. tractat. 11. in
Ioann. tom. 9. ante medium*, dicente Nico-
demo *Ioann. 3.* nunquid poteſt quis in
ventrem matris ſuæ iterum introire, &
renaſci? ſic tu intellige natiuitatem ſpiri-
tus, vt Nicodemus intellexit natiuitatem
carnis, &c. Secundo, quia per baptiſmum
4 configuramur morti Ieſu Chriſti, Chri-
ſtus autem ſemel mortuus eſt, vnde *Pau-
lus ad Hebræos 6.* reprehendendo, qui vo
lebant rebaptizari, ait: Ruſus crucifigen-
tes ſibi metipſis filium Dei, & *gloſſ.* ibi ait
vna Chriſti mors, vnum baptiſma conſe-
crauit. Tertiò, quia baptiſmus imprimit
5 caracterem, qui indelebilis eſt, ergo non
poteſt reiterari. *Trident ſeſſ. 7. can. 5. & 6.*
Quartò, quia baptiſmus fuit principaliter
6 inſtitutus ad tollendum originale, quod
ſemel remiſſum, non recontrahitur, ergo
neq; debet baptiſmus reiterari.

Aduerte ſecundo, quod quādo eſt pro-
7 babilis dubitatio, tunc non poteſt dici rei-
teratio, *c. 2. extra eod.* Id enim reiteratur,
quod alias factum fuit, vndè ſi baptiſmus
anteà fuit collatus validè, & hæc reitera-
tio non eſt realis, ſed tantum in voce, &
extrinſeca actione, vt per *gloſ. in d. cap.* vel
non fuit validè collatus, & tunc primo cō-
fertur, ac proindè dicitur materialiter tan-
tum iteratum Sacramentum, *cap. quod er-
gò in fine, §. presbyteri diſt. 68.*

Aduerte tertiò, quod is qui ſciēter per-
8 mittit ſui rebaptizationem, non expectat
remiſſionem, ſed eſt perpetuò irregularis,
cap. qui bis de conſecr. d. 4. & ibi aliæ con-
9 numerantur pęnæ ex quolibet fine, id fe-
cerit, ſiuè vt magis mundaretur, ſiuè vt
Hæreticus, &c. vt per *gl. ibid.* punitur etiā
10 pęna mortis de iure ciuili, vt in *l. 1. & 2.
C. ne ſanctum baptiſma iteretur*, eſt enim
ſpecies hæreſis, immò vult *Io. Prapoſitus
3. p. ſeſſ. 6. art. 9. dub. 3.* quod ſi quis bapti-
zaret, vel baptizaretur ſub conditione,
11 quę tamen videretur appoſita in fraudem
legis, ſed verè intenderet rebaptizare ſim-
pliciter, hic etiam erit puniendus tali pę-
na, non ſic autem ſi quis omninò ignoran-
12 ter eſſet rebaptizatus, hic enim non ſem-
per eſt irregularis, ſed in caſu neceſſitatis
promoueri poterit, *gloſſ. in d. cap. qui bis
ignoranter*, & quælibet ſit ignorantia nul-
lo modo releuat à tali irregularitate, *Na-
uarr. in ſumma cap. 27. nu. 246. Tolet. lib. 1.
c. 25.* & ſic infertur ei iniuria, & præiudiciū
abſq; ſua propria culpa, patet à ſimili ex
*cap. placuit 1. q. 4. & l. proſpexi, ff. qui, & à
quibus*, ſecùs ſi fuerit coactus ſimpliciter,
13 puta ſi ligatus rebaptizetur, tunc enim
nullo modo eſſet irregularis, *Maiorinus
lib. 3. de irregularitate cap. 14.* quare debet
14 eſſe ignorantia, quæ faciat actum inuolun-
tarium, ſi enim dormiens, vel amens re-
baptizentur, cum nulla ſit eorum culpa,
nullo modo contrahunt irregularitatem,
vt patet ex *Maiorino cit.*

Aduerte quartò, quod quando hæc re-
15 baptizatio ex ignorantia fuit libera, & pu-
blica, ſolus Pontifex diſpenſare poteſt, ſi
ſit occulta poteſt etiam Epiſcopus, vel eius
Vicarius diſpenſare, *Trid. ſeſſ. 24. cap. 6.* vbi
omnes irregularitates occultæ remittun-
tur Epiſcopo, vel eius Vicario. Idem eſt de
16 alijs caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ,
dummodò dictæ irregularitates, & caſus
non deuenerint ad forum contentioſum,
quia tunc efficerentur publicæ, & ſic non
diſpenſabiles per Epiſcopum, ſi autem
dormiens fuerit rebaptizatus, & euigilans
id ratum habeat, incurrit in eandem irre-
gularitatem, *Syluest. verbo irregularitas
num. 40.*

In §. illi quoquè.

SVMMARIVM.

1 *Rebaptizantes voluntariè, & ſimpliciter, quæ pœna puniuntur.*

2 *ſub conditione puerum, qui ſola Infidelium teſtimonio probabiliter aſtimari poteſt, baptizatus nullam pœnam incurrunt.*

1 ETiam rebaptizantes puniuntur, vt
in præſenti §. vbi excommunica-
tione perpetua deponūtur à quo-
libet officio & beneficio, *cap. licèt extra
eodem*, dummodò tamen rebaptizauerit ſim
pliciter, quia ſub conditione, licitum eſt,
*cap. 2. extra eodem, Nauarr. & Tolet. locis
citat.* ſi tamen quis inuitus cogeretur coa-
ctione abſoluta ad hoc agēdum, nulla pę-
na eſſet dignus, dum nullum eſſet volun-
tarium, patet ex *cap. 2. de apoſtatis.*

Nota hic, quod ſi quis rebaptizaret ſub
2 conditione aliquem, erutum de manibus
Turcarum, quem dicunt ipſi Infideles eri-
puiſſe à parentibus Chriſtianis, tempore
quo poterat eſſe baptizatus, hic neque in-
curreret irregularitatem, neque peccaret
mortaliter, quia vt ſupra diximus teſtes
Infideles in hoc non faciunt fidem, & prę-
ſumitur, quod id dicant in odium baptiſ-
mi, & ne iſte baptizetur, *Nugnus 3. part.
tom. 1. q. 66. art. 9. concl. 2. Paludanus in 4.
ſen-*

ſententiarum diſt.5.q.4.art.1.nu.6.Villalobos in ſumma tom.1.tractat.5.difficul.7. Suarez tom.3.diſput.22.ſect.2. Ledeſma in ſumma tom.1.de Sacramento baptiſmi c.5. & alij, qui communiter aſſerunt non ſufficere talem fidem, ſed requiri, quod quis fideles aſſeueranter dicat ſe vidiſſe talem baptizari, *gloſ.in cap.cum itaquè de conſecrat.diſt.4.* quod in nobis ſupplet hodie fides ex libro baptizatorum.

In §. poſtremò.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmi cæremonias ad quem ſpectat inſtituere, vel immutare?*
2 *ad quid inſtituit Eccleſia?*
3 *ommittens peccat, ſed validè baptizat*
4 *enumerat Auctor, & quid illa ſignificentur n.5.6.7.8.9.10.11. & 12.*

DEbent materia, & forma huius Sacramenti certis cœremonijs, & regulis miniſtrari, vt habetur hic, non enim licet ſic nudè confici ſacramenta, ſed debent aliqua adhiberi ad eorum ornatum, quare circa cęremonias Sacramentorum.

Aduerte primò quod ipſas inſtituere
1 ſpectat tantum ad ſummum Pontificem,
vt aduertit *gl.in cap.quis neſciat diſt.11.*
vnde ſi Epiſcopus aliqua immutaret circa
cęremonias Sacramentorum, immutatio
non tenet, niſi ex confirmatione Pontificis,
vt aduertit ibi *gl.verbo auctoritate, & Trident.ſeſſ.7.de Sacramentis in genere can.13.*
& per totam *ſeſſ.22.* vbi de ritibus
circa celebrationem Miſſarum. Has autem
2 cęremonias inſtituit Eccleſia ad excitandam
deuotionem in ſuſcipientibus, & in
Miniſtris, ſignis enim ſenſibilibus eleuatur
mens noſtra ad cognitionem ſpiritualium,
& inſenſibilium, *Tolet.in ſumma lib.2.cap.25.* vndè ſi quis omitteret aliquam
3 ex his ſollemnitatibus; peccaret, ſed valeret
Sacramentum, quia non ſunt eſſentialia, *Trid ſeſſ cit.can.13.*

Aduerte ſecundò, quod cęremoniæ in
4 Sacramento Baptiſmi adhibendæ continentur
ſub his carminibus per *gl.* hìc.

Sal, oleũ criſma, cereus, criſmale, ſaliua;
Flatus virtutem baptiſmatis iſta figurant.
Hęc cum patrinis non mutant, ſed tamẽ ornant.

5 Primum, quod ponitur in his carminibus
eſt ſal, quod ſignificat ſapientiam cęleſtis
doctrinæ, qua debent eſſe prædíti
omnes Chriſti fideles, *cap.ſal cęleſtis de*
6 *conſecr.diſt.4.* Secundò, oleum inungitur
enim baptizandus oleo cathecumenorũ,
vt acquirat vires ad laborandum, & magna
opera pro Criſto exercenda, *cap.deindè diſt.cit.* Tertiò, Criſma poſt baptiſmum
7 adhibetur, vt poſſit verè vocari Chriſtianus,
& vt oſtendatur regalis hęreditas in
Regno Chriſti, *capit.poſtquam ead.diſt in.*
8 Quartò cereus traditur propter plures rationes,
primò, vt ſciant baptizati ſe Chriſtum
induiſſe qui per cereum, ſeù candelam
deſignatur, *Greg.in Ezechielem homil.6. & in pſalm.131.nu.17.* ibi: Illuc producam
cornu Dauid, paraui lucernam Chriſto
meo, & *Luca.2.num.32.* cum dixit Simeon
loquendo de Chriſto. Lumen ad reuelationem
gentium. Secundò, vt accẽdatur
baptizatus ad zelum honoris Dei,
qui zelus comburit nos, vt lumen ceram,
pſalm.68.nu.10 Zelus domus tuæ comedit
me. Tertiò, datur poſt baptiſmum, vt
oſtendatur ſtatus iuſtitię, & puritatis, *Matthai cap.13 n.43* Iuſti fulgebunt, ſicut Sol
in Regno Patris mei, & *Sapientia 3.nu.7.*
Iuſti autem ſicut ſcintillæ in arũdineto diſcurrent,
Danielis 12.n 3. Tanquam ſtellæ
in perpetuas æternitates. Quintò, datur
9 criſmale, ſiuè veſtis alba, per quam deſignatur
munditia, & puritas, quam debent
ſeruare baptizati, vſq; in diem Iudicij §.*in cap.poſt baptiſmũ*, & ponitur in capite, vt
intelligat baptizatus ſe diademate Regni,
& ſacerdotali dignitate potiri, vt ex verbis
Rabani in d.c.6. Saliua, nares, & aures tan-
10 guntur, vt recipiat bonum odorem pietatis
diuinę, & audiat intimo cordis mandata
Dei, *cap.poſteà, & cap.propter gloriam*
11 *diſt.cit.* Septimò, ſtatus immittitur à Sacerdote
in baptizandum, vt eff:getur ab
eo poteſtas Diaboli, ſub quo omnes naſcimur,
cap.poſt quam, & cap.ſicut noſtis de conſecr.diſt.cit. Vltimò patrini. qui non
12 ſunt de eſſentia, ſufficit .n. obſtetrix, & miniſter
qui reſpondeat. Sunt & aliæ cęremoniæ,
de quibus videte citatam diſt. de
conſecratione.

In §. finali.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmi locus magis proprius eſt Eccleſia matrix.*

Digitized by Google

3 *ex conceſſione, & priuilegio principibus tantum, eiuſq; filijs legitimis, & naturalibus, nepotibus, & alijs deſcendentibus ex linea maſculina illorum, domus eſſe poteſt, & n. 3.*

4 *ex neceſſitate iſtante quilibet eſſe poteſt.*

5 *Baptizans præter caſus exceptos alibi quã in Eccleſia matrici puniendus arbitrio Epiſcopi, ſed confert validè.*

IN *clem. 1. de baptiſmo, & eius effectibus*, conceditur filijs principum priuilegium, vt poſſint in ſuis domibus baptizari.

Aduerte tamen primò, quod locus pro-
1 prius baptiſmi eſt Eccleſia, & non omnis Eccleſia, ſed Eccleſia matrix, quia in ea per baptiſmum renaſcimur, *cap. eſt tranſmiſſa de preſcriptionibus, capit. 1. de ſent. excommunic. in 6.* quare omnis Eccleſia parochialis poteſt dici Eccleſia matrix.

Aduerte ſecundò, hoc priuilegium
2 concedi tantum principibus, non autem cuilibet titulato, & illis ratione maioris excellentiæ, *gloſ. in d. clem. 1. verbo regum.* Conceditur tamen non tantum filijs principum, ſed etiam nepotibus, & alijs deſcendentibus, quia omnes veniunt ſub liberorum appellatione, *l. liberorum, ff. de verbor. ſignific.* intellige tamen de deſcendentibus ex maſculis, *l. liberos, ff. de ſenatoribus*, & hoc eſt diſcrimen inter filios, & liberos, nam filiorum appellatione veniũt tantum nati in primo gradu, *l. filij, ff. de verb ſignific.*

Aduerte tertiò, comprehendi filios le-
3 gitimos, & naturales, non autem naturales tantum, *l. non legitimi, ff. de ſtatu hominum, & § final. Inſtit. de nuptijs.* Item
4 neceſſitas etiam comparatur nobilitati, vndè poteſt quilibet inſtante neceſſitate, vbicunquè baptizari, vt in *dict. clem. 1.* qui
5 autem ſecus fecerit exceptis caſibus poſitis, punitur arbitrio Epiſcopi, *cap. de cauſis de officio delegati*, tamen valet Sacramentum, quia adſunt omnia neceſſaria ad illud, *cap. 1. de ſumma Trinit.* vbi in §. Sacramentum non aſſignatur locus.

DE SACRAMENTO Criſmatis.

TITVLVS QVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli ad præcedentia, eiuſq; diuiſio.*

2 *Chriſmatis, & cõfirmationis ethimologia quæ?*

3 *Sacramenti definitio quæ?*

4 *Sacramentum à quo, & quando fuit inſtitutum?*

5 *nõ fuit practicatum à Domino in terris, vt alia, ſed miſſum è Cœlo.*

6 *Sacramenti materia eſt oleum balſamo admiſtum, & quare hoc num. 7. 8. & 9.*

10 *Sacramentum quare in forma linguæ igneæ, miſſum à Chriſto Apoſtolis?*

11 *non exigit eſſentialiter balſamum (regulariter.)*

12 *Oleum Sacramenti Chriſmatis, an debeat eſſe conſecratum, & quale eſſe debet?*

13 *poteſt conſecrari à ſimplici Sacerdote ex commiſſione Pontificis.*

14 *eſt impartiendum manu immediatè Epiſcopi confirmantis, & quare ſic, & non penniciello, vel penna, & c. n. 15.*

16 *Forma Sacramenti confirmationis, quæ ſit?*

17 *quare requirat neceſſariam expreſſionem Santiſſimæ Trinitatis?*

18 *omnia verba habet neceſſaria.*

19 *quare requirat neceſſariam expreſſionem materiæ?*

20 *Miniſter Sacramẽti confirmationis proprius eſt ſolus Epiſcopus, & quare, hoc n. 21. & 22.*

23 *poteſt eſſe ſimplex Sacerdos cum mãdato Pontificis, quo reuocato ſi conferat non conficit ſacramentum.*

24 *Epiſcopus etiam prohibitus confirmare ſi confirmet validè operatur.*

25 *Miniſter confirmationis debet, & ipſe eſſe confirmatus.*

26 *Epiſcopus ordinans non confirmatos non peccat mortaliter.*

27 *poteſt confirmare ſubditum alterius abſq; vlla pœna, aut cenſura.*

28 *confirmans non eſt neceſſe, vt ſit ieiunus, & conferat ieiunis neq; vt ſit in Eccleſia.*

29 *Confirmandus debet eſſe in gratia, & ſufficit*

ſicit præuia contritio,& quid ſi putaret
inuincibiliter ſe eſſe in gratia?
30 *poteſt eſſe etiam infans,& quando id*
procedat,& an induceret peccatum mor
tale in confirmante?
31 *ſi ſit amens dicendum eſt idem quod*
dictum fuit in baptiſmo.
32 *Sacramentum cõfirmationis omittens per*
longum tempus ſecluſo ſcandalo,& non
ex contemptu,non peccat mortaliter.
33 *eſt neceſſarium neceſſitate præcepti,*
ſed non medij.
34 *ſtante copia miniſtri omittens cùm*
accedere vult ad profitendam fidem, co-
ram Tiranno peccat mortaliter.
35 *quos effectus producatur.numer.36.*
37.& 38.

1 COntinuatur titulus
iſte ad præcedentes
tali ordine. Viſum
eſt ſupra de Sacra-
mento baptiſmi,q
eſt ianua omnium
Sacramentorum,
verum quia Criſ-
ma nonniſi morte intercedente ſeparari
debet ab ipſo,meritò ponitur præſens ru-
brica,ad cuius, & §.primi intellectum,vi-
debimus primò vndè dicatur criſma, &
quid ſit,ſecundò, quando inſtitutum hoc
Sacramentũ,tertiò de eius materia,quar-
tò de forma,quintò de miniſtro,ſextò de
ſuſcipiente, ſeptimò de neceſſitate huius
Sacramenti, octauò de effectibus.
Circa primũ aduerte primò, quod criſ-
2 ma dicitur à græco,& idem eſt, ac vnctio,
capit. cum veniſſet de ſacra vnctione in §.
quia verò circa finem,& Aug.tractatu 33.
*in Ioan.*vndè Chriſtus idem eſt,ac vnctus.
Dicitur etiam Confirmatio,quaſi robora-
tio,& hoc à robore propter hoc Sacramẽ-
tum datur fidelibus per merita Chriſti.*Vi*
uald.de confirmatione n.4.
Aduerte ſecundò, quod Sacramentum
3 Criſmatis, ſeù Confirmationis eſt ſignum
ſpirituale,quo vnctione Criſmatis conſe-
crati, Epiſcopus frontem vngit baptizati
ſub certa forma verborũ S. *Doct.* cũ *Ma-*
giſtro ſentent.in 4. diſtin.7. Definitio eſt
clara,nam habet omnes partes. Eſt igitur
confirmatio ſuſceptione Spiritus ſancti,
qua quis confirmatur in gratia ad reſiſten
dum Dęmoni, & ad currendum in odorẽ
Chriſti vncti,*§.quia verò cit.& §.per fron*
tis in eod.cap.
Circa ſecundum aduerte, hoc Sacra-
4 mentum fuiſſe inſtitutum quãdo Domi-
nus *Ioann.16.*dixit Apoſtolis. Si non abie-
ro,paraclitus non veniet ad vos, ſi autem
abiero,mittam eum ad vos,in quo nota
differentiam inter confirmationem,& alia
ſacramenta, nam alia ſacramenta fuerunt
inſtituta à Domino,& practicata in terris,
5 hoc autem ſacramentum promiſit Domi-
nus,ſed miſit è Cęlo, vt cognoſcamus eius
excellentiam,& hanc vnctionem expecta-
bat Pſalmiſta *pſalm.108.*ibi: Vt exhilaret
faciem in oleo, & *text.in cap.cum veniſſet*
de ſacra vnctione, vndè colliguntur variæ
figuræ huius Sacramenti, fuiſſe autem in-
ſtitutum à Domino, patet de fide defini-
tum per *Trident. de Sacramento in gene-*
re ſeſſ.cit.can.1.
Circa tertium,& ſic circa materiam hu
ius Sacramenti.
6 Aduerte primò, eſſe oleum, cui balſa-
mum admiſcetur. Sic *S.Doct.q.72.art.2.*
in corp.& dat rationem, quia per baptiſ-
7 mum quis ſibi viuit,meritò ſola aqua na-
turalis eſt materia, at per Confirmationẽ
conuiuit etiam alijs, ac proinde debet ip-
ſis benè,ſuauiter,ac ſanctè cõuiuere,quod
oſtendit odor balſami, dicente *Apoſtolo*
2.ad Corinth.cap.2.Chriſti bonus odor ſu-
mus, & quia in hoc Sacramento recipitur
8 gratia Spiritus ſacti,ideò adhibetur oleũ,
quod ſignificat ipſam gratiam, dicente
Dauide, *Vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ,*
& quia præbet vim ad reſiſtendum con-
trà concupiſcentias, ideò admiſcetur bal-
9 ſamum, quod ſignificat incorruptibilita-
tem *Eccleſiaſtici 24 Quaſi balſamum non*
mixtum odor meus.
Quæres,cur Chriſtus non dederit Apo
ſtolis Spiritum ſanctum hoc modo?
Reſp. quod cum ipſe fuerit auctor Sa-
10 cramentorũ, poterat quomodolibet gra-
tiam conferre, tum quia deſcedit Spiritus
ſanctus in formam linguę igneę,per quam
ijdem effectus olei,& balſami deſignantur,
id.n. quod facit ignis actiuè,facit oleum
paſſiuè,& ſic ſignificat charitatem,& Spi-
ritum ſanctum. Inſuper lingua ſignificat
communicationem cum alijs per loquu-
tionẽ,& hoc oſtendit balſamum per odo-
rem, *S.Doct.loc.cit.art.2.ad 1.*
Aduerte ſecundò, non requiri balſamũ
11 eſſentialiter, ita vt niſi balſamum admi-
ſceretur, non conficeretur Sacramentum,
ſic colligitur ex *S.Doct.cit.*vbi id non exi-
git eſſentialiter, & *Caetan.in commẽto cit.*
*art.2.*vbi ait,id eſſe intelligendum non ne-
ceſſariò,ſed regulariter, & adducit exem-
plum Epiſcoporum antiquæ Eccleſiæ,qui
cum eſſent pauperrimi,non eſt veriſimili-
ter,quod habuerint balſamũ ſic faciliter.
Idem tenet *Ledeſma in ſumma tit.de con-*
firm.n.3.Couar.lib.1.variar.reſol.c.3.n.4.
Victo-

Digitized by Google

Victoria in ſumm.n. 40. *Rubeus de ſacra-
mento in 4.ſentent.diſt.7.§.balſamum.Vi-
uald.in candelabro in cap.de materia con-
firmationis n.*2.Colligitur ex *cap.paſtora-
lis de ſacramento non iterandis*,vbi *Innoc.
III.*interrogatus de validitate Confirma-
tionis collatæ tantum cum oleo, ait, Non
eſſe aliquid iterandum,ſed cautè ſupplen-
dum id, quod incautè fuerit prætermiſ-
ſum.

Aduerte tertiò,requiri de neceſſitate
12 Sacramenti,quod hoc oleum ſit conſecra
tum ab Epiſcopo,ſic *Caet.*cũ *Viual.Rub.
& alij cit.*ex quibus nota ly,de neceſſita-
te,ad diſtinctionem ly,de eſſentia, nam
adhuc oleo non conſecrato, conficeretur
hoc Sacramentum,quia vt patet ex *Caet.
q.72.cit.*ſufficit ſi ſit vnctio cum oleo, &
confirmatur ex *Innoc.in d.cap.paſtoralis.*
Debet tamen eſſe oleum vſuale,& ex oli-
uis,quæ ſemper vireſcunt, oſtendunt Dei
miſericordiam, & gratiam Spiritus ſancti
ſemper paratam,quod nõ eſt in alijs oleis
S.Doct.loc.cit.ar.2.ad 3.

Sed dubitatur,an poſſit hoc oleum cõ-
ſecrari ab aliquo ſimplici ſacerdote ex cõ-
miſſione tamen Summi Pontificis.

Reſp.affirmatiuè,ſic tenet *Valentia to.
13 4.diſp.5.q.1.punct.*2.& alia apud ipſum,
quia hoc eſt de iure merè poſitiuo.

Aduerte quarto,quod materia eſt im-
partienda confirmando immediata manu
14 Epiſcopi, vndè non ſufficit ſi miniſtretur
medio alio inſtrumento,& ſi quis vngere-
tur cum aliqua penna,vel pennicillo,non
valet Sacramentum,quia non eſt vera vn-
ctio per manuum impoſitionem,quæ re-
quiritur in hoc Sacramento, *Laiman. in
theol.moral.lib.5.tr.3.c.2.n.5.Filiuc.to.j.
tract.3.c.1.n.17.& Nugnus 3.p.to.j.q.72.
a.4.concl.*2.Neque facit paritas,quam ad-
ducit *Fernan.de Hered.in diſp.de Sacra-
mento Confir.diff.5.p.5.dub.unic.nu.*2.ait
enim ipſe,quod ſi quis incurrit in Canon.
ſuadente Diabolo, eo quod inijciat in cle
ricum non manus immediatè,ſed aliquod
inſtrumentum,& tamen textus ait:*Si* quis
ſuadente,&c.manus violentas,ergo pari-
ter in caſu noſtro manibus diceretur teti-
giſſe Epiſcopum ſi mediante pennicillo id
faceret.

Reſp.neg.conſeq. & diſparitas eſt,nam
15 in priuilegium clericorum benè currit id
quod dicitur, dum ratio viget à fortiori,
maior enim iniuria infertur baculo, quã
manibus;at in caſu noſtro currit contra-
rium,agitur enim de maiori priuilegio ip
ſius confirmandi,& certum eſt,quod ma-
ius eſt priuilegium ſi immediata manu tã-
gatur,quam quod ſi tangatur pennicillo,
ergo immediata manu inũgi debet, quod
ſi alia olea penna, vel pennicillo tractari
ſolent,id ideò eſt, quia ſoleant eſſe macu-
loſa, & obnoxia, & non ſic debet tractari
ſanctum Chriſma, *Reginal.to.2.lib.28.c.2.
n.*10. & alij DD. communiter.

Circa quartũ,forma huius Sacramen-
16 ti hęc eſt,*Signo te ſigno Crucis,& cõfirmo
te criſmate ſalutis,in nomine Patris,&c.*)
Quoad formam hanc.

Aduerte primò,eſſe neceſſariã expreſ-
17 ſionem Sanctiſſimæ Trinitatis,& ratio eſt,
quia per confirmationem quis perficitur
in fide per baptiſmum ſuſcepta, ergo de-
bet augmentum ſe gerere ad modum
initiatæ generationis,ibi naſcimur in no-
mine Trinitatis, ergò hic debemus perfici
in nomine eiuſdem.

Aduerte ſecundò,ꝙ omnia alia verba
ſunt neceſſaria. In primis, Signo te ſigno
18 Crucis,ad indicandum quo ſigno ſigne-
tur, ſic etiam cõfirmo criſmate ſalutis, ad
oſtendendum per quid fiat hæc confirma-
tio,debet etiam apponi ly,te,ad oſtendẽ-
dum quiſnam Confirmetur. Et hæc omnia
requiri neceſſariò,affirmat *Coninck.de ſa-
cram.q.72.a.4.n.65.& Filiuc.to.j.tract.3.
c.j.n.20.& ſeq.*

Dices: In baptiſmo non eſt neceſſe di-
cere:Baptizo te aqua,ergo neque hic de-
bet dici,Confirmo te criſmate.

Reſp.neg.conſeq.Primò,quia in baptiſ-
14 mo non põt eſſe dubium de materia,quæ
videtur eſſe aqua naturalis,& ablutio,quæ
eſt eius materia proxima iam patet, at in
Confirmatione nõ poteſt de facili diſcer-
ni quid ſit id, quo Epiſcopus vngit, ergo
eſt exprimendum,tum quia verbum ipsũ,
Baptizo,denotat lauare,quod aqua fit,nõ
ſic autem verbum,Confirmo, nam poteſt
confirmari verbis,precibus,ſcriptis,&c.&
ſic non eſt eadem ratio.

Circa quintum, aduerte primò, ex S.
*Doct.3.p.q.72.ar.xj.*ſolum Epiſcopum eſ
30 ſe proprium miniſtrum huius Sacramen-
ti,& dat rationem,nam fideles ſunt,quod-
21 dam opus Dei,vt 1.*ad Cor.*3. *Dei ædifi-
catio eſtis,&c.*ſed in quolibet opere con-
fecto ab inferiori miniſtro, debet magi-
ſter ſupremam manum imponere,ergo in
complemento fidelium,quod eſt Confir-
matio,ſeu Spiritus ſancti collatio,Epiſco-
pus debet ſupremam manum imponere.
Hæc ait *S.Doct.*& confirmat ex au hori-
tate *text.in cap,omnes fideles de conſecrat.
diſt.5.*vbi ſic dicitur,*Oẽs fideles per manus
impoſitionem Epiſcoporum poſt baptiſmũ,
Spiritum ſanctum recipere debent,&c.*
22 tum quia hoc Sacramentum eſt dignius
Sacramento Baptiſmi,*cap de his verò de
conſecr.*

Digitized by Google

conſecr. diſt. 5. ergo digniorem exigit miniſtrum.

Aduerte ſecundò, limitationem huius
dicti per *glo. in cap. manus diſt. sit. verbo*
irritum, quod poteſt etiam ſimplex ſacer
23 dos ex mandato Pontificis conferre hoc
Sacramentum. Idem tenet *S. Doct. q.* 72.
ar. xj. tex. in cap. peruenit diſt. 95. *Auguſt.*
verb. confirmatio n. 3. *Syluest. & Armilla*
in ſum. eod. verb. & colligitur ex *Trid. ſeſſ.*
7. *can.* 3. *de confirm.* vbi ait, Epiſcopum eſ
ſe miniſtrum ordinarium huius Sacramē
ti, ergo datur miniſter extraordinarius, &
hic erit Sacerdos ex commiſſione Ponti-
ficis, vt diximus, tamen hac differentia,
quod ille, qui confert Sacramentū Con-
firmationis ex mandato Pontificis reuo-
cato mandato, non poteſt conferre, & ſi
conferat, non conficit Sacramentum, at
24 Epiſcopus ē prohibitus conferre, ſi con-
ferat valet Sacramentum, quia prohibi-
tio non aufert ordinem Epiſcopalem, cui
hæc poteſtas annectitur, *cap. ordinationes*
9. *q.* 1. *cap. quod quidem* 1. *q.* 1.

Aduerte tertiò, quod miniſter debet ip-
25 ſe etiam eſſe confirmatus, vt aduertit *glo.*
hic verb. irritum. Dico hoc, nam de iure
communi poteſt quis eſſe Sacerdos, & ta
men non eſſe confirmatus; *Molfe. in ſum.*
to. 1. *tract.* 4. *c.* 2 *n.* 21. *Reginal. to.* 2. *lib.* 28.
c. 3. *n.* 24. vnde Epiſcopus ordinans non
26 confirmatus non peccat mortaliter, *Zam*
bran. de caſib. occurren. temp. mort. c. 2. *du.*
3. *n.* 2. vbi adducit plures DD.

Aduerte quartò, ꝙ ſi alicui Epiſcopo
27 mitterētur literæ dimiſſoriales pro ordi-
nando aliquo clerico, ſi hic clericus non
ſit confirmatus, pōt etiam à tali Epiſco-
po confirmari, nec infertur præiudicium
proprio Epiſcopo, qui expediuit literas
dimiſſoriales, ſic tenet *Zambr. loc. cit.* &
Enriq. lib. 3. *c.* 6. *n.* 6. *Laim. lib.* 5. *trac.* 3. *c.* 6.
quia hoc Sacramentum eſt magna diſpo
ſitio ad ordinem, ergo Epiſcopus qui pōt
ex commiſſione ordinare, poterit etiam
hoc Sacramentum conferre. Item neque
Epiſcopus confirmans in propria Diœceſi
ſubditum alterius, infert præiudiciū Epi-
ſcopo proprio talis confirmati, neq; incur
rit in aliquam cenſuram, vel pęnam, nam
præſumitur hoc gratum proprio Epiſco-
po. Vt vidimus ſeruatum etiam Neap. vbi
cōmorantes in burgo S. Mariæ pedis Grut
tæ, confirmantur vt plurimum ab Epiſco-
po Puteolano in Eccleſia S. Vitalis extra
gruptum, & id licere, docet *Genuenſ. in ma*
nuali prælat. c. 54. *n.* 7. & alia apud *Bar-*
boſ. de poteſt. Epiſc. alleg. 30. *nu.* 12. contrà
Bonac. & alios.

Aduerte quintò, quod non eſt neceſſe,
28 vt conferatur ieiunis à ieiuno, ſed tātum
poteſt dici de conſilio, & ad reuerentiam,
aliàs non eſt cur non deberet ſimiliter di
ci de Baptiſmo, & de aliis Sacramentis,
Prepoſ. in 3. *p. S. Doct. q.* 72. *art. xij. nu.* 54.
& *Bonac. de ſacram. diſp.* 3. *punct.* 2. *n.* 14.
ex quibus etiam habes, quod neq; eſt ne-
ceſſe, ꝙ conferatur hoc ſacramentum in
Eccleſia, dū nullibi reperitur hoc præcep-
tū, ſufficit ſi conferatur in loco decenti.

Circa ſuſcipiētes, aduerte primò, quod
29 ſuſcipiens debet eſſe in gratia, ſufficit ta-
men ſi contritionem præmittat, quòd ſi ac
cederet cum peccato, putans tamen inuin
cibiliter ſe eſſe in gratia, iuſtificatur ſi ali-
quo modo, ſupernaturaliter diſpoſitus ac-
cedat, Diximus ſupra de Sacramentis in
genere, quando egimus de diſpoſitione
ſuſcipientis.

Aduerte ſecundò, quod poteſt ſuſcipiēs
30 eſſe etiam Infans, puta ſi Epiſcopus de ra
ro accederet ad aliquem locum ſuæ Diœ-
ceſis ſatis diſtanti, vel ſi eſſent filij Princi-
pum, vt docet *Tander. to.* 4. *diſp.* 4. *q.* 4. cū
Enriq. & Suar. cęterū non eſt peccatum
mortale confirmare Infantes, idem *Suar.*
citatus ex *S. Doct.* 3. *p. q.* 72. *ar.* 8. *ad* 2. & *in*
4. *ſent. diſt.* 7. *q.* 3. *a.* 2. *quæſtiun.* 2. *Bonau.*
ibid. q. 1. *ar.* 3. *Riccar. q.* 2. *ar.* 3. *Gabr. ar.* 3.
quia iſti infantes neque habent impedi-
mentum, neque diſpoſitionem, & DD. qui
ſunt in contrarium, nō dicunt eſſe pecca-
tum mortale id facere, ſed tantum eſſe in-
conueniens, *Nugn.* 3. *p. q.* 72. *n.* 8. Equiùs
tamen erit expectare ſeptennium.

Aduerte tertiò, in amentibus idem eſſe
31 ſeruandum, quod diximus in Sacramento
Baptiſm. ſic docet *Tander. & Suar.* apud
ipſum, & *Coninch. de ſacram q.* 77. *ar.* 8.
n. 83. *Zambr. loc. cit. c.* 2. *dub.* 5. *Laiman. in*
theol. moral. lib. 5. *tr.* 3. *c.* 5. *n.* 3. & alij. Nota
etiam, quod ſi quis per longum tempus
32 non reciperet hoc Sacramentum non
peccaret mortaliter, ſecluſo tamen ſcan-
dalo, & ratio eſt, quia pariter multa, quæ
nobis conferunt ad ſalutem, eſſet peccatū
mortale ſi omitterentur, *Valen. to.* 4. *diſp.*
5. *q.* 2. *pun.* 3. *Molf. in ſum. to.* 1. *tr.* 4. *c.* 2.
Zambr. cit. c. 2. *dub.* 4. *n.* 1. ex *Couar. Suar.*
& alijs, niſi id eſſet in contemptum, vt di-
ximus in §. ſacramentum de Sacramento
in genere.

Circa ſeptimum, neceſſitas huius Sacra
33 menti eſt præcepti, non autem medij,
Trid. enim *loc. cit. de ſacram. in gen.* ait,
ſufficere, ſi hoc Sacramentum non contē-
natur, ſi quis tamen haberet copiam mini
ſtri, & volens accedere ad profitendam
fidem coram Tiranno, nollet tamen hoc
Sacramentum accipere peccaret morta-
liter

Digitized by Google

liter, quia exponeret ſe manifeſto pericu-
lo deficiendi,& hoc Sacramentum ad hoc
inſtitutum eſt, ſcilicèt, vt det robur ad re-
ſiſtendum contra fidei inimicos , vt ad-
uertit *Sanct. Doctor quaeſt. 72. artic. 1. in corp.*

Circa octauum effectus huius Sacra-
35 menti multiplex eſt,& primus eſt impreſ-
ſio caracteris, *S. Doct. q. cit. art. 5. ex cap. 2.*
de conſecr. diſt. 5, Secundus eſt date maius
36 lumen fidei , quod oſtendit Dominus
Ioann. 16. vbi promittens Spiritum ſan-
ctum dixit, *cum venerit Paraclitus, doce-*
bit vos omnem veritatem. Tertiùs eſt con-
37 firmare caracterem baptiſmi, vndè ſi quis
non eſſet baptizatus,& confirmaretur, nõ
valeret illud Sacramẽtum, ſed deberet ite-
rum confirmari , quia vt ait *S. Doct. art. 1.*
ſicut ſe habet aumentum ad generationẽ,
ità ſe habet confirmatio ad baptiſmum.
Quartus eſt, nam in hoc Sacramento quã-
38 tum eſt ex opere operato confertur ma-
ior gratia, quã in baptiſmo,& in alijs, ex-
cepto Sacramento Ordinis. Sic *Prepoſitus*
in 3. p. S. Doct. q. cit. art. 7. dub. 1. n. 35. So-
tus in 4. diſt. 7. q. vnic. art. 7. Suarez 3. par.
tom. 3. diſp. 24 ſect. 3. Oragauia de ſacram.
tract. vnic. de confirm. q. 7. & ratio eſt, nam
Deus dat gratiam correſpondentem mu-
neribus, & finibus Sacramentorum , ſed
præter ordinem hoc Sacramentum habet
finem excellentiorem quolibet alio , ergò
in hoc confertur maior gratia.

In §. igitur cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum confirmationis conferendi*
poteſtas non poteſt vllo modo præſcribi,
& quare ſoli Epiſcopi habeant illam,
& non Sacerdotes, aut Vicarij Epiſco-
porum n. 2. 3. & 4.
5 *Vicarius Epiſcopus poteſt confirmare.*
6 Text. in cap. cui plus de reg. iuris in *6. ex-*
plicatur.
7 *Conſtitutio Apoſtolorum maximè facit in*
materia ſacramentorum.

MVlta, quæ faciunt pro his §§. pa-
tent ex dictis in §. ſuperiori, hic
tamen.
Aduerte primò, quod poteſtas confe-
1 rendi hoc ſacramentum nullo modo præ-
ſcribi poteſt, patet ex *cap. quanto de con-*
ſuetudine docet *Io. Andr. in c. 2. de præben-*
dis, quia conſuetudo ſupponit ſius capaci-
tatem in præſcribente , ſed Sacerdos non
Epiſcopus non habet hanc capacitatem
ex ſe , ergo nullo modo præſcribere po-
teſt. Idem patet ex *cap. vnic. §. frangis ex-*
trà de ſacra vnctione.

Aduerte ſecundò, quod hæc poteſtas
2 eſt Epiſcoporum , quia ipſi ſunt ſucceſſo-
res Apoſtolorum, qui per manuum impo-
ſitionem confirmabant, ergò ipſis tantum
datur hæc poteſtas , quod de iure diuino
eſſe, docet *Couarr. variar. reſol. lib. 1. c. 10.*
n. 7. & Viguerius de confirm. verſ. 3. ex ra-
tione ſupra adducta, quia ſc. quæ ſunt ma-
ioris perfectionis , ſuperioribus tantum
reſeruantur, *cap. nihil de electione.*

Aduerte tertiò, quòd ſi priuatus Sacer-
3 dos conferret hoc ſacramentum ſine diſ-
penſatione Pontificis , nihil conficeret, vt
per *gloſ.* hic verbo reputabitur , quia hæc
poteſtas ex ſe conſequitur ad dignitatem
Epiſcopalem , nec eſt ſacramentum tantæ
neceſſitatis, vt poſſit quilibet Sacerdos il-
lud miniſtrare , ſicut multi, ſunt miniſtri
baptiſmatis propter eius neceſſitatem.

Dices primò, qui per alium facit, per ſe
ipſum facere videtur,& Epiſcopus, & Vi-
carius pro vna perſona habentur , ergo ſi
poteſt Epiſcopus hoc facere, poterit etiam
committere ſuo Vicario.

Reſp. neg. conſequentiam, & ad propo-
4 ſitionem antecedentis dic id currere in
ijs, quæ ſunt iuriſdictionis, non autem in
ijs, quæ ſunt ordinis, *cap. aqua de conſecra-*
tione Eccleſiæ, & Altaris , & aduertit etiã
gloſ. in cap. quanto de conſecr. diſt. 5. Idem
dic in perſona Vicarij, cui Epiſcopus tan-
5 tum illa committit quæ ſunt ordinis , niſi
Vicarius eſſet ipſe etiam Epiſcopus, vt fue
runt in Diœceſi Neapol. Illuſtriſſimi Tira-
boſcus,& Tamburrelli.

Dices ſecundò, Sacerdotes poſſunt id ,
quod eſt plus, ergò poſſunt id quod eſt mi
nus , & *cap. cui plus de reg. iur. in 6.* ſed Sa-
cerdotes poſſunt baptizare , quod eſt ſa-
cramentum maioris effectus, ergo poſſunt
etiam confirmare, quæ cõfirmant ſuppo-
nit iam hominem amicum.

Reſpond. dictum capitulum procede-
re cœteris paribus , & quando id quod eſt
minus eſt ſubordinatum eo , quod eſt
plus, ſecus autem quando ſunt plus, & mi-
nus diſparata , at in caſu noſtro ad ità ſe
habet , quia hæc ſacramenta non habent
eandem neceſſitatem, ergò non viget ea-
dem ratio in miniſtris , tum quia ex con-
ſtitutione Apoſtolorum fuit reſeruatum
hoc ſacramentum ſolis Epiſcopis, & con-
7 ſtitutio Apoſtolorũ maximè facit in ma-
teria Sacramentorum, *Abb. in cap. quanto*
de

de conſuetudine, gloſ. hic verbo reputabitur, tum quia ſacramentum Confirmationis eſt maioris dignitatis, quatenus conſert maiorem gratiam, vt diximus.

In §. accedent igitur.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum confirmationis malè ſeruatur conferendo infantibus.*
2 *non eſt neceſſe, vt conferatur ieiunis à ieiuno, ſed tantum ad maiorem honeſtatem.*
3 *quare conferatur ſignando confirmandum in fronte?*

HIc fit mentio de qualitatibus ſuſcipientis, de quibus ſupra egimus, & ſignanter de ætate.

Aduerte tamen hic primò, quod licet
1 inſantes poſſint confirmari, id tamen malè ſeruatur, vt per *gloſ.* hic verbo legitimè, quia cum hoc Sacramentum non ſit ſimpliciter neceſſarium, per conſequens debet expectari aliquod tempus in quo poſſit quis ſe diſponere ſuis actibus, & magis deuotè tale ſacramentum accipere, tantò fortiùs quod S. *Doct. q.* 68. *art.* 12. idem dicit de baptiſmo reſpectu amentis, vel dormientis, quod ſcilicèt, ſi amens habeat lucida interualla, debet expectari reſipiſcẽtia, vt magis deuotè ſe diſponat, dummodò non ſit neceſſitas, & periculum, quia tunc mora illicita eſt, *capit. baptizati de conſecr. diſt.* 5. *cap. ne quid abſit de conſecr. diſt.* 4. *cap. de Siracuſana diſt.* 28.

Aduerte ſecundò, neq; eſſe de eſſentia
2 Sacramenti, neq; de præcepto quod conferatur ieiunis à ieiuno, *text.* autem in *cap. ſi quido de conſecr. diſt.* 2. *& cap. honeſtum* 22. *q.* 2. & alia iura loquũtur ad maiorem honeſtatem, non autem de neceſſitate, nec facit quod Euchariſtia requirat neceſſariò hanc diſpoſitionem, quia ibi non tantum quis recipit gratiam in anima, ſed etiam Chriſti corpus in corpore, ergò & corpus debet eſſe diſpoſitum, & anima etiam propter reuerentiam gratiæ ſuſcipiendæ, ergò cum ibi duplex habeatur effectus, duplex etiam requiritur diſpoſitio.

Aduerte tertiò, quod confirmandus ſi-
3 gnatur in fronte, vt declaretur venire in ipſum plenitudinem Sancti Spiritus cum omni ſapientia, & doctrina, *capit. nouiſſimè de conſecr. diſt.* 5. baptizandus autẽ ſignatur in capite, vt oſtendatur in ipſo habitatio Spiritus ſancti, per Confirmationem verò oſtenditur habitatio, & illuminatio *gloſ.* ibi verbo ad habitationem.

In §. illud commune cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio eius de quo tractatur in §.*
2 *Patrini qui dicantur?*
3 *Baptiſmi, non poſſunt eſſe confirmationis niſi ex aliqua neceſſitate.*
4 *debent eſſe baptizati, & confirmati aliter peccant mortaliter.*
5 *non poſſunt eſſe regulares, & qui appellatione regularis veniant?*
6 *non poſſunt eſſe pater, aut mater frater, ac ſoror.*
7 *ſi pater, aut mater ex neceſſitate eſſet quid circa debitum coniugale? & quid ſi ſint data opera?*
8 *antiquitus quilibet, & quodlibet eſſe poterant.*
9 *an qua teneantur, & an in conſcientia? n.* 10.

HIc agitur de patrinis, de quibus partim egimus cum de baptiſmo, tamen vt clarius res proce-
1 dat, plura videbimus hic, primò quod ſit patrinus, & vnde dicatur, ſecundò de eius requiſitis, tertiò quot poſſint eſſe patrini, quartò ad quid teneantur.

Circa primum aduerte, quod patrinus
2 eſt, qui vel leuat de ſacro fonte, vel tenet in Confirmatione, & dicitur patrinus, quia habetur loco patris. *gloſ. in cap. in catechiſmo verbo patrinus de conſecr. diſt.* 4.

Circa ſecundum aduerte primò, quod
3 non poteſt idem qui leuauit in baptiſmo, tenere in Confirmatione, niſi ſit aliqua neceſſitas, *d. cap. in Catechiſmo.* Secundò debet eſſe baptizatus qui leuat in baptiſ-
4 mo, & confirmatus, qui tenet in Confirmatione, aliàs non eſt admittendus, neq; contrahit cognationem ſpiritualem, quia non eſt legitimus patrinus, *Coninch. de Sacram. q.* 72. *art.* 10. *n.* 94. *Sotus in* 4. *diſt.* 42. *q.* 1. *art.* 3. *Syluest. verbo matrimonium* 8. *q.* 8. imò peccat mortaliter, quia vult ſe intromittere ad id quod expreſsè per Canones prohibetur, *cap. in baptiſmate de conſecr. diſt.* 4. & vult oſtendere ſe dare quod

Digitized by Google

5 non habet, & ſic peccat iactantia, tertiò regulares non poſſunt eſſe patrini, *cap. monachi, & cap. non licet de conſecr. diſt. cit. Laiman. in theologia morali tract. 2. cap. 9. nu. 3.* vbi aduertit quod ſub ly, monachi, omnes regulares comprehenduntur, quar-
6 tò, nec pater, nec mater pueri, nec frater, nec ſoror, *Tolet in ſumma c. 29. n. 21.* quia debet eſſe alia parentela, vt oſtēdatur alia natiuitas. Si tamen pater, vel mater bapti-
7 zarent, vel leuarent proprios filios in caſu neceſſitatis, non infertur impedimentum matrimonio quoad vſum eius, & debitum coniugale, *cap. ad limina* 30. *q.* 1. ſecus autē ſi ſit data opera, nam qui id fecerit, non poteſt petere debitum, reddere tamen tenetur, *Victoria, & DD.* apud ipſum *de confirmatione n.* 5.

Circa tertium aduerte, quòd antiquitus
8 poterant, quilibet, & quotlibet eſſe patrini, *cap. fin. de cognatione ſpirituali in 6*, qui *text.* limitatur hodiè per *Trid. ſeſſ. 24. de reformatione c. 2.* & ſancitū eſt quod vnus tantum adhibeatur patrinus, vel ad ſummum vnus, & vna, & ſi plures adhibeātur, cum illis non contrahitur cognatio ſpiritualis; illi autem tantum contrahunt, qui à Parocho fuerunt deſignati. Ratio huius dicti fuit à nobis adducta in §. baptizādi, de baptiſmo in quæſitis tertia aduertentia, & eadem extendi poteſt ad confirmationem, in qua eſt quædam veluti educatio in via Domini, & hoc ideò requirūtur patrini, vt ait *S. Doct. 3. p. q. 72. art.* 10. ſicut enim, qui naſcitur debet habere patrē, & matrem, ità qui cōfirmatur debet habere parentes, à quibus regatur, in via Domini.

Circa quartum aduerte, quod patrini
9 ſunt fideiuſſores confirmatorum, vel baptizatorum, & ideò debent in primis ipſos admonere, vt iuſtitiam diligāt; caſtitatem cuſtodiant, charitate polleant. Item debēt ipſos docere rudimenta fidei, vel aliter procurare, vt diſcant, & ſciant, *cap. vos antè omnia de conſecratione diſt.* 4.

Quæres, an patrini teneātur in conſciētia, & verè procurare hæc omnia, ita vt ſi id non faciant peccent mortaliter?

Reſp. cum diſtinctione, aut loquimur de
10 patrinis baptiſmi, & certum eſt teneri, nā hoc reperitur ipſis præceptum in *cap. vos antè omnia cit.* at in patrinis confirmationis, non eſt peccatum mortale ſi hęc omittant, quia nullibi reperitur hoc præceptū, *Laiman. lib. 5. tract. 3. c. 6. n. 1. Coninch. art. 10. cit.* qui citat *Enriquez*, & alios.

In §. finali.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio eſt irreiterabilis?*
2 *poteſt conferri tempore interdicti, & tunc etiam conſecrari oleum.*

1 HIc duo ſunt notanda, primò eſt tā Sacramentum baptiſmatis, quam Confirmationis eſſe inreiterabilia, *cap. rebaptizare de conſecr. diſt. cit.* Se-
2 cundum eſt, quod vtrumq; ſacramentum tempore interdicti conferri poteſt, vt in hoc §. Ex quo etiam habes, quod ſi non adſit chriſma conſecratum, poterit etiam Epiſcopus illud cōſecrare tempore interdicti ad conficienda dicta ſacramenta; & hęc ſint pro ſacramento Confirmationis.

DE POENITENTIIS,

Et remiſſionibus.

TITVLVS QVINTVS.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli ad præcedentia, & quare præmittatur titulo Euchariſtiæ?*

1 VIſum eſt ſupra de ſacramento Confirmationis, per quod Fidelis recipit robur ad reſiſtēdum tentationibus Dęmonis, verum quia etiam confirmatus facilè incidit, ideò eſt videndum de remedio contrà lapſum, quod eſt ſacramentum penitentiæ, meritò ponitur præſens titulus, & ipſum pręmittit auctor noſter Sacramento Euchariſtię, nā penitētia ſe habet, vt diſpoſitio ad Euchariſtiam, tum etiā quia qui non habet vſum Euchariſtię, facile ruit in mortalia, dicente ēt Domino. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, nō habebitis vitam in vobis, meritò erat vidēdū de hoc remedio cōtrà labētes, & de diſpoſitione ad Euchariſtiā.

In

In §. Pœnitentia.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia definitio quæ?*

1 PONIT hic Auctor noſter definitionem Pœnitentiæ, & ait, quod eſt Sacramentum, quod contritione, confeſſione, & ſatisfactione concurrentibus peccatorum operatur remiſſionem, textus autem in *cap. Pœnitentia de pœnit. diſt. 3.* definit potius virtutem pœnitentiæ, de qua infra, dum ait, quod pœnitentia eſt præterita peccata plangere, & plangendo amplius non committere. Cum igitur ex his definitionibus datur nobis occaſio ex verbo *peccatorum, & peccata,* ideo videbimus hic aliqua breuiter de peccatis.

De Peccatis vt materia pœnitentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentiæ materia quæ?*
2 *Peccatum quid ſit?*
3 *Peccare non eſt aliqid poſſe.*
4 *Peccans cōtra legem humanam rationabilem, peccat etiam contra legem æternam.*
5 *Peccatum origale eſt peccati ſpecies.*
6 *quomodo definiatur.*
7 *non eſt eiuſdem rationis in nobis, ac fuit in Adamo.*
8 *non inducit formaliter habitum inclinantem ad peccatum.*
9 *non contraheretur ab homine qui miraculosè, & ex nihilo creatus eſſet à Deo.*
10 *non contraxiſſent homines ſi ſola Eua peccaſſet.*
11 *Peccatum actuale quotuplex, & quid?*
12 *commiſſionis quid, & quotuplex conſideretur eius malitia, & n. 13.*
14 *omiſſionis quid, & an poſſit eſſe ſine actu voluntatis.*
15 *Peccatum habituale quid, & an poſſit dici actuale, & remiſſibile in ipſo actu.*
16 *Mortale, & veniale quid differant inter ſe.*
17 *Veniale quotupliciter committi ſolet.*
18 *Peccatū in genere quotuplicis ſit ſpeciei?*
19 *& infinitum in genere malitiæ.*
20 *eſt maioris grauitatis in lege Euangelica, quam fuerit antea.*
21 *Peccati grauitatem oſtendit nobis dignitate perſonæ diuinæ, quæ pro eo ſatisfecit.*
22 *Effectus quot ſint, & quales, nu. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30.*
31 *Peccatum quare permittat Deus.*
32 *Liberum arbitrium cur non dedit Deus homini inclinatum ad bonum. & n. 33.*
34 *Deus non poteſt dici cauſa peccati,*
35 *concurrit ad peccatum tamquam cauſa vniuerſalis, & generalis, n. 36. 37 & 29.*
38 *neque per accidens poteſt dici cauſa peccati.*
40 *Pœnitentia ethimologia.*
41 *Sacramentum fuit figuratum per lauacrum, quod fiebat ante ingreſſum Templi.*
42 *Forma ordinis ſacerdotalis quoad poteſtatem abſoluendi non poteſt immutari.*
43 *Laico non poteſt confiteri etiam in neceſſitate.*
44 *Pœnitentiæ materia proxima, & remota quæ ſint? remota quotuplex? forma quæ?*
45 *ſacramentum à confeſſione ſacramentali quid differunt. & nu. 46.*
47 *Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium.*

1 MAteria huius Sacramenti ſunt peccata ſub dolore, vt parebit ex infra dcendis, ideo ne in obſcuris procedamus, videndum eſt primò, quid ſit peccatum. Secundò, quotuplex. Tertiò de grauitate. Quartò, de effectibus.

Circa primum aduerte, quod peccatū
2 in genere eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam, & voluntatē Dei, ſic *Aug. lib. 22. contra Fauſtum c. 27* & cum ipſo communiter omnes Theologi, & Summiſtæ, & *gl. in cap. ille Rex de pœnit. diſt. 3. ver. operatrix culpæ,* vbi ait, peccatū eſſe nihil, & quidquid recedit à Deo & non eſt Deus ſaltem per participationem, peccatum eſt, Deus. n. eſt omnia, & omnia poteſt, tamen non eſt peccatum,
3 nec peccare poteſt, imò neque peccare eſt aliquid poſſe, vt in *cap. fin. §. charitas de penit. diſt. 2, & glo. in cap. firmiter de ſum. Trin. & fid. cath. ver. omnipotens.*

Dices contra definitionem, committitur peccatum, etiam per inobedientiam contra præcepta Superioris temporalis, ergo malè dicitur, quod peccatum eſt cōtra legem æternam.

Reſp. neg. conſeq. & ratio eſt, quia vt di-

ximos *lib.j.de Conſtitu. in* §.*conſtitut.* in-
4 tātum lex particularis, ſeu humana eſt bo
na,& obligat, in quantum eſt rationabi-
lis,vndè lex contra rectam rationem, nul-
lo pacto eſt obligatoria, ideo qui peccat
contra legem humanam rationabilem,
peccat etiam contra legem æternam,nam
recta ratio eſt lex æterna, quam cordibus
noſtris indidit Deus *Pſal.4. ſignatum eſt
ſuper nos lumen vultus tui Domine*, qui
autem facit contra legem irrationabilem
nullo modo peccat,etſi aliquando iniuſtè
pęnis conterantur tranſgreſſores talis ini
quæ legis,

Circa ſecundum aduerte primò, inter
5 ſpecies peccati connumerari etiam ori-
ginale (ſed non eſt materia huius Sacra-
menti) de hoc aliqua diximus de Sacram.
Baptiſmi, & non facit ad rem noſtram
in præſenti,tamen breuiter.

Nota primò,quod peccatum originale
eſt priuatio iuſtitiæ originalis debitæ in
eſſe paruulis.*S.Doct.p.2.q.82.ar.2.& 3.&
Sot.lib.j.de natur & grat.c.1.& 9.* vbi ait
hanc priuationem iuſtitiæ originalis inclu
6 dere Dei inimiciam,& auerſionem ab ip-
ſo;tota enim natura in ſuo capite auertit
ſe à Deo,& eius ratione,& ideo omnes na
ſcimur filij iræ,vt ait Apoſtol.

Nota ſecundò,peccatum originale non
eſſe eiuſdem rationis in nobis, ac fuit in
7 Adamo,in ipſo enim fuit actuale, & per-
ſonale, fuit enim formalis auerſio à Deo,
& conuerſio ad creaturas,quia ſ. proprio
voluntario ſe auertit à Deo, in nobis aūt
importat priuationem vnionis cum Deo,
& per hoc conuerſionem ad creaturas,nā
vt loquitur *S.Doct.q.5.de malo ar.2.* habi-
tualis inclinatio ad peccatum, correſpon-
8 det pęnæ ſenſus,ſed propter ſolum origi-
nale nulla infligitur pęna ſenſus,ergò ha-
bitus inclinans ad peccatum, non induci-
tur formaliter ab originali, ſed tantum
virtualiter,vt diximus, quatenus per ori-
ginale, quis priuatur gratia,qua poteſt ſe
auertere à creaturis, & conuertere ad
Deum.

Nota tertiò,ꝙ ſi Deus miraculosè crea
9 ret aliquē hominē de nouo,non productū
ex ſemine humano,ſed omninò de nihilo,
hic non inficeretur macula originali, quia
non eſſet ex propagine Adæ, ſic *S.Doct.
p.2.q.81.ar.4.* ait enim peccatum origi-
nale à primo Parente induci in poſteros:
quatenus ab ipſo mouemur per genera-
tionem,idem docet *Trid.ſeſſ.6.de iuſtific.*
10 *c.3.* ex quo colligunt Theologi, quod ſi
non peccaſſet Adam, ſed tantum Eua
nos non contraxiſſemus maculam, nam
Adam fuit caput,quod patet etiam à po-
ſteriori,nam licet ambo peccauerint, ta-
men ſoli Adæ tribuitur culpa.

Aduerte ſecundò,quod habemus pecca
tum actuale,& habituale,mortale, & ve-
niale,ideo

Nota primò,peccatum actuale, quod
11 pōt eſſe mortale,vel veniale,eſſe dictum,
vel factum,&c. vt ex definitione *D.Aug.*
& includit ſemper receſſum à recta ratio-
ne,& ab vltimo fine,*S.Doct.p.2.q.21.art.
1.& 2.*

Nota ſecundò,ꝙ peccatū actuale aliud
eſt cōmiſſionis,aliud omiſſionis. Peccatū
cōmiſſionis eſt priuatio rectitudinis debi-
12 tæ per poſitionem actus contrarij virtu-
ti,quæ poterat tunc exerceri, v.g. in furto
quis furatur propter affectū pecuniæ, hic
ponit actum contrarium temperantiæ, &
iuſtitiæ,quatenus non refrenat illam paſ-
ſionem,& lędit ius alterius,& ſic nō exer-
cet actus talium virtutum, ſed actus vi-
tioſos contrarios, ſic commun. Thologi
cum *Bellarm.lib.2. de peccat. c.5. & c.18.
Alenſ.2.par.q.94.memb.2.Capreol.* & alij
apud ipſum, *S.Doct.p.2.q.28.art.1. & q.
72.a.1.Scot.in 2.diſt.34.a.1.* Itaq; peccatū
13 commiſſionis habet duplicem malitiam,
vnam poſitiuam per poſitionem actus vi-
tij,aliam priuatiuam per non poſitionem
actus virtutis, ſed à malitia priuatiua,ori-
tur poſitiua,ponit enim furtum, quia non
exercet iuſtitiam. Peccatum omiſſionis
14 eſt non executio operis exercendi,*S.Do-
ctor p.2.q.71.a.5.* non poteſt tamen omiſ
ſio eſſe ſine actu voluntatis directo, vel
indirecto,Vt colligitur ex *S.Doct.cit.* vn-
dè quando quis omittit, vel poſitiuè vult
non operari actum præceptum,vel ponit
actum contrarium poſitiuè,vel actū diſpa
ratum;certum.n.eſt, quod ſemper ad ali-
quid agendū tendit voluntas,& eſt deter-
minata ad hunc,vel illum actum,ergo per
poſitionem alterius actus,quem volunta-
riè ponit,inducitur omiſſio,meritò non
eſt omiſſio ſine aliquo actu voluntatis.

Nota tertiò;peccatum habituale eſſe
15 peccatum iam patratum,& inhærens in
anima,ex quo collige,quod nunquam ali-
quod peccatum poteſt dici actuale,& re-
miſſibile in ipſo actu non antequam cō-
pleatur,quia non poteſt dici peccatum in
actu,ſed in potentia,poſtquam eſt comple
tum,iam dicitur habituale, actuale igitur
eſt tantum in vltimo inſtanti completi-
uo malitiæ,& in eodem tali inſtanti impli-
cat remitti,cum non poſſit in eodem in-
ſtanti quid incipere,& deſinere.

Nota quartò,quod peccatum mortale
16 eſt propriè auerſio ab vltimo fine.venia-
le verò non eſt formalis auerſio à fine,ſed
tan-

Digitized by Google

tantum impedimentum ne quis acedat ad
finem, *Sanctus Doctor tertiò contra gentes*
c.143.& q.7.de malo ar.xj. vbi ait, quod p
mortale homo patitur minoratronem
charitatis per priuationem principij pro-
ducentis ad finem, quod principium eſt
gratia, per veniale verò ponit minoratio-
nem charitatis, nõ per priuationem prin
cipij, ſed per poſitionem impedimenti ad
augmentum, non enim eſt dignus maiori
amore is qui aliquid inconueniens in
Deum facit, & in *2. ſenten. diſt. 42. q. 1. ar. 3.*
ait, per peccatum mortale hominem rece
dere à via ſalutis, per veniale non recede-
re à via, ſed immorari in acceſſu, vndè ve-
niale ponit tantum impedimentũ ad cha-
ritatem.

Aduerte tertiò, quod peccatum venia-
17 multipliciter committi ſolet, vt in *capit.*
onum horarium, §. nunc autem propè ſin.
vbi hæc ponuntur pro venialibus, primò
plus cibi, vel potus ſumere, quam opus ſit
(intellige tamen, quod non ſit in ductiuum
mali notabilis, tunc enim eſſet mortale)
plus loqui, quam oporteat, & ſic verba
otioſa (aliqua tamen honeſta, animi cauſa
permittuntur, maximè quando quis gra-
uibus curis opprimitur,) Tacere dũ opus
non eſt (excipe correctionem fraternam,
quæ aliquando obligat ſub mortali) Ex-
pellere pauperes importunè petentes ver
bis aſperis, Comedere coram ieiunanti-
bus. Propter ſomnium tardiùs accedere
ad Eccleſiam. Cognoſcere vxorem abſq;
deſiderio prolis. Tardiùs accedere ad in-
firmos viſitãdos, vel carceratos. Inimicos
non reconciliare (hoc autem in ſuperio-
re eſt mortale, *glo. in eod. §, verbo neglexe-*
rit, ex cap. præcipimus diſt. 90.) Plus corri-
gere, & exaſperare vxorem, filios, vel ſamu
los quam oporteat, vel plus blãdiri quam
liceat, & circa pęnas infligendas, ſemper
quis debet eſſe mitior, imò propter ſæui-
tiam compelluntur Domini etiam inuiti
manumittere, nel uendere ſeruos, *l. 2. §. do*
minorum, ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni
iuris. Cæterum tenetur vir moderatè ca-
ſtigare vxorem, vt in *cap. ſicut 7. q. 1.* ſed
bebet putare illam eſſe tibi æqualem, non
ſuperiorem, nec inferiorem, ideo enim Do
minus non ex capite, neque ex pedibus
Adæ, ſed ex latere formauit Euã, ad oſten
dendam æqualitatem cum viro. Adula-
latio extollendo bonum magis, quam do
cet veritas, quod ſi quis laudet malum,
erit mortale eiuſdem ſpeciei, cuius eſt ma
lum commiſſum, & contra ordinem natu-
ræ eſt prædicare malum pro bono, *cap.*
vtb, qui dicitis 11. q. 3. indeliberata male-
dictio, vel inconſideratum iuramentum,
glo. ibid. verb. iuramus.

Aduerte vltimò, triplicem poſſe aſſigna
18 ri ſpeciem peccati ſpeciem peccati in ge-
nere, ſcilicet in Patrem, in Filium, & in Spi
ritum ſanctum, vt in *cap. qualis diſt. citat.*
& glo. ibid. ver. blaſphemiam, In Patrem
peccat quis per impotentiam, quę Patri
contradicit, *cap. qui Epiſcopus diſt. 24.* &
ſic peccant non reſiſtentes tentationibus,
In Filium peccat quis per ignorantiam;
ſapientia enim Filio tribuitur; In Spiritũ
Sanctum peccat quis ex formali contem-
ptu Dei, & in odium eiuſdem, & hoc
peccatum eſt inremiſſibile, hoc eſt
difficiliter remiſſibile, *§. poteſt de pęniten.*
diſt. j.

Circa tertium, & ſic circa grauitatem
peccati.

Aduerte primò, offenſam ſumere gra-
19 uitatem ab obiecto offenſo, & ab offen-
dente, ſed perſona offenſa eſt Deus, qui
eſt ens infinitè dignum, ergo peccatum
eſt infinitum in genere malitiæ, *S. Doctor*
2. p. q. 73. ar. 3. in corp. & ar. 4. & 5. & q. 74
ar. 9. in corp. glo. in extrauag. antiquorum
de penit. & remiſſ. in 6. ver. & confeſſis.

Aduerte ſecundò, quod peccatum in
20 lege Euangelica eſt maioris grauitatis,
quam fuerat anteà, quia in lege Euange-
lica habemus gratiam, qua poteſt homo
diù viuere Deo gratus, & amicus, habe-
mus merita Chriſti, quæ nobis per ſacra-
mẽta applicantur efficacia liberare à qua
libet culpa, ergo qui peccat deſtitutis tot
auxilijs, eſt maiori pęna dignus, *S. Doct.*
q. 106. ar. 2. ad 2.

Aduerte tertiò, grauitatẽ peccati oſten
21 dere nobis dignitatem perſonæ diuinæ,
quæ vt de cõdigno, & ad æqualitatem pro
peccato ſatisfaceret, incarnata eſt, & pro
nobis mortuus eſt homo Deus, aliàs nun
quam de condigno pro offenſis ſatisfactũ
eſſet, tantũ debemus Saluatori Ieſu Chri
ſto attrito propter ſcelera noſtra, & *Atha-*
naſius in Symbolo, *qui paſſus eſt pro ſa-*
lute noſtra.

Circa quartum, primus effectus pecca-
22 ti eſt ducere ad non eſſe, ſic *gl. in cap. con-*
uertimini, de pęnit. diſt. j. §. conuerſio ver.
velut, nam quod non eſt viuum, nihil eſt.
23 Secundus eſt, interficere animam, nam ſi-
ne gratia Dei, quæ per peccatum tollitur
anima viuere non valet, *cap. reſuſcitatus*
35. §. cum enim diſt. cit. cap. omnis, vbi ha-
betur, quod omnis qui non diligit, manet
in morte. Tertius eſt facere hominem mi-
24 ſerum *glo. ver. læſa, ex cap. quia corpus de*
conſecr. diſt. 2. & Pſalmiſta, Miſer factus
ſum, & curuatus. Quartus eſt abbreuiare
vitam, *glo. in cap. dilectiſſimi, 12. q. 1. verbo*
pro-

Digitized by Google

propter peccatum, *& cap. ea vindicta* 23.
*q.*4. Quintus eſt, aggrauare hominem vt
16 ſarcinas, & pondus, vt in extrauaganti,
quemadmodum *de pœnitent. & remiſſ.*
Sextus eſt amiſſio omnium bonorum
27 operum, & ſi quæ fiant tempore peccati,
ad nihil valent, neque per pœnitentiam re-
uiuiſcunt, non .n. reuiuiſcere poteſt, quod
nunquam vitam habuit, *S.Doct.*3.*p.q.*89.
*art.*4. *&* 6. Septimus eſt inductio mortis,
28 & cuiuslibet defectus, *S.Doct.*1. 2.*q.*65.
*& Bellarm. de ſtatu peccati lib.*6.*capit.*12.
Aug. 22. *de Ciuitate Dei cap.*22. *Trident.*
*ſeſſ.*5.*de peccato originali.* Octauus eſt ſer-
29 uitus, fit .n. homo per peccatum ſeruus
creaturæ, & Diaboli, *Trident. loco cit. &*
S.*Doct.*2.2.*p.*183.*art.*4. Nonus eſt indu-
30 ctio alterius peccati, nam abiſſus abiſſum
inuocat, *S.Doct.*1.2.*q.*87.*art.*2. Alios effe-
ctus peccati habes per eundem S. *Doct.*
*q.*85.*art.*4.

Quæres huius occaſione cur Deus per-
mittat peccatum, & quomodò concurrat
ad ipſum.

Quantum ad primam partem quæſiti,
31 ratio eſt, nam Deus non vult hominem
priuare in re ſuo, & ſic cum Deus dederit
homini liberum arbitrium, & dominium
ſuarum potentiarum, per cõſequens dum
homo eſt in ſuo poſſe liberè peccat, & li-
berè benè operatur.

Sed rurſus dices, cur Deus non dederit
homini liberum arbitrium inclinatum ad
bonum?

Reſp. primò, quod voluntas omninò in-
32 clinata, & determinata non poteſt dici li-
bera, & ſic implicat habere liberum arbi-
triũ, & habere volũtatem determinatam.

Reſp. ſecundò id factum eſſe, vt homines
modo glorioſiori acquirant gloriam, nam
33 cum homo poſſit peccare, & non pecca-
re, operari benè, & malè, per conſequens
cum ad benè operandum magnam expe-
riamur difficultatem, acquirit per hoc ſibi
homo gloriam modo magis laborioſo, ſed
honorabiliori, *Pauon.* 1.*p. introductionis*
*diſt.*6. *de bonis*, *& malis operibus de vo-*
luntatis libertate, *&* S. *Doct.* 1. *par. q.*59.
*art.*3.

Quantum ad ſecundam partem.

Aduerte primò, Deum non poſſe dici
34 cauſam peccati, nã qui eſt cauſa peccati,
peccatũ etiã cõmittere dicitur, *Trid. ſeſſ.*
6. *can.* 6. tum quia peccare eſt recedere à
Deo, ſed Deus omnia operatur propter ſe,
& omnia dirigit ad ſe, vt ad vltimum finẽ,
ergò non poteſt dici Deus cauſa peccati,
S.*Doct.p.*2.*q.*79.*art.*1.

Aduerte ſecundò, Deum concurrere
35 ad actionem peccati (non ad malitiam,)
non vt cauſa particularis, ſed vt cauſa vni-
uerſalis, & per hoc non poteſt refũndi ma-
litia peccati in Deum, ſic *Molina in con-*
*cordia q.*14.*art.*3. *diſp.*31. *& Bellarm. lib.*
2. *de gratia c.*18. Ratio eſt, quia ille eſt cau-
ſa peccati, & malitiæ annexæ, qui ſpecifi-
cat actionem, & à quo procedit, actio de-
terminata, ſed creatura eſt illa, quæ ſpeci-
ficat ſibi actiones, & ad ipſas petit auxiliũ
à Deo, ergò ipſa tantum eſt cauſa malitiæ
peccati, & actionis peccaminoſæ, non au-
tem Deus. Probatur minor, nam Deus
decreuit ab æterno dare ſuum concurſum
generalem creaturis in ſuis actionibus;
igitur creatura eſt, quæ trahit hunc con-
curſum ad hanc, vel illam actionem, ac
proindè in ipſam refunditur malitia;
S.*Doct. tertiò contra gentes cap.*66. *&* 1.2.
*q.*19.*art.*9. *& q.*49.*art.*2. Tum etiam, quia
Deus concurrendo nobiſcum ad actiones
peccaminoſas, benè operatur, nam opera-
tur ſecundum ſuam rectam rationem, qua
cognoſcit ſe debere concurrere cum cau-
ſis ſecundis liberè operantibus, ne ſubtra-
hendo ab illis ſuum concurſum, operen-
tur neceſſariò, quod eſt contrà ordinem
vniuerſi, vt ſeruetur eo ordine, quo ab ipſo
conditum eſt, *Pauon. diſt.*6.*cit.* §. *intelli-*
gimus.

Dices primò, actio peccaminoſa depẽ-
dec a Deo, & non poſſet poni in eſſe ceſ-
ſante concurſu Dei, ergò Deus eſt cauſa
peccati, & in ipſum videtur refundenda.

Reſp. diſting. antecedens dependec à
malitia.
36 Deo, vt à cauſa generali, & concedo, vt à
cauſa ſpecificante, & nego, certum enim
eſt nullam actionem poſſe poni in eſſe
abſq; concurſu Dei, tamen quod creatu-
ra ponat hanc, vel illam actionem, hoc
non facit Deus ſpecificando, ſed tantum
concurrendo ad exigẽtiam creaturarum,
imò vt loquitur S. *Doct. tertiò contra gen-*
tes. Creatura potius determinat hunc Dei
concurſum generalem, nam creatura vult
hoc, vel illud operari, quod non poteſt po-
ni in eſſe ſine concurſu Dei, quem Deus
præbet ex rationibus adductis.

Dices ſecundò, ſi quis inducat aliquem
ad peccandum, v. g. ad furtum, iſte talia
cooperans, peccat, licèt fuerit inductus,
ergo ſic etiam dicendum eſt in Deo, quod
licet determinetur à creatura, tamen con-
currendo ad peccatum, in ipſum refunda-
tur malitia.

Reſp. neg. conſequentiam, quia ille, qui
37 inducitur ad peccandum, ipſe ſe determi-
nat ad talem actionem, nec eius concur-
ſus eſt neceſſariò exigitus, poſſet .n. non
concurrere, at in Deo non ſic, quia poſito
de-

Digitized by Google

decreto de concurrendo, non poteſt non concurrere, vndè nullo modo malitia refundi poteſt in Deum, & ſic neq; per acci-
38 dens Deus eſt cauſa peccati, quia non ipſe inducit creaturam, ſed ab illa inducitur.

Inſtabis. Deus eo modo, quo concurrit cum igne ad calorem, ſic concurrit cum homine ad operationem, ſed poteſt dici Deus cauſa caloris, ergò poteſt dici Deus cauſa peccati.

Reſp. diſting. min. poteſt dici cauſa pri-
39 ma, & vniuerſalis, & concedo, poteſt dici cauſa ſpecificans, & determinans ignem hic, & nunc operantem, & nego, vndè licèt Deus dicatur cauſa caloris abſq; illa expreſſione vniuerſalis, id ideò eſt, quia per hoc nulla refunditur imperfectio in Deum, quod non eſt in caſu noſtro, ergò nullo modo poteſt dici Deus cauſa peccati, tum quia non poteſt recedere à ſe ipſo, & omnia propter ſe ipſum, & ad ſui gloriã operatus eſt Deus.

Nota etiam in hoc §. ad perfectam in-
40 telligentiam terminorum, quod iſta vox, pęnitentia, idem eſt, ac pęnę tenentia, nam malum commiſſum naturaliter ſecum ducit ſui diſplicentiam, quæ videtur eſſe propter malum patratum, quando autem iſta diſplicentia eſt propter offeſam Dei, vel ex alio fine ſupernaturali, tunc ſufficit ad ſacramentum, in quo non tantum requiritur iſta pęnitentia, & diſplicentia interior, ſed etiam requiruntur aliæ partes, de quibus in hoc eodem § & infra ſuſius.

Nota ſecundò, fuiſſe hoc Sacramentum
41 figuratum in lauacro, quod fiebat ante ingreſſum Templi *Exod. c. 3.* ſic iubente Domino, vt nullus maculatus accederet, ſed mundus, & lauabantur in quodam vaſe æneo, ſic deſtinato à Domino ad oſtendendum, quod ſicut ęs perpetuitatem denotat, ſic pęnitentia ſtabilis, & perpetua debet eſſe, fuit etiam hoc ſacramentum figuratum à Domino, dum ſanauit leproſum, & poſteà dixit ei, *Vade oſtende te Sacerdoti.* & *Trident. ſeſſ.* 14. *c.* 1. vbi ait fuiſſe inſtitutum hoc ſacramentum directè contrà lepram peccati, & inſtituit ipſum Dominus *Matthæi* 16. & 18. dum dans Spiritum ſanctum Apoſtolis ſuis, ait, *Accipite Spiritum Sãctum, quorum remiſeritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Sylu. Oſtienſ.* & alij *verbo pœnitentia.*

Aduerte hic obiter, quod non poteſt
42 forma ordinis ſacerdotalis quoad poteſtatem abſoluendi nullo modo poteſt mutari, quia in eiſdem verbis fuit data à Domino talis poteſtas Apoſtolis, vndè debet etiam Epiſcopus ſic dicere, *Accipite Spiritum ſanctum, &c.* alias non eſſet collata poteſtas, quia non debemus à doctrina tam magni præceptoris aberrare, vt in caſu ſimili pro forma ſacramenti Baptiſmatis, docet *S. Doct.* 3. *p. q.* 66. & 68.

Nota tertiò, falſum eſſe id, quod tenent
43 aliqui, poſſe ſcilicèt, quem in neceſſitate confiteri laico, & diſpoſitiones *tex. in cap. quod pœnitet de pęnitent. diſt.* 1. & *cap. placuit* 16. *q.* 1. *vbi gl. verbo ſuppleatur*, clareſcent ex infra dicendis, vndè ſolus Sacerdos eſt eius miniſter, *gl. in cap. paſtoralis, § præterea de offic. iudic. ordinarij, & cap. omnis vtriuſquè ſexus de pœnitent. & remiſſ.*

Nota quartò, eius materiam proxi-
44 mã eſſe peccata cõfeſſa ſub dolore, remotã verò eſſe peccata commiſſa, quæ ſi ſint mortalia, ſunt materia neceſſaria, ſi venialia, materia libera, & ſufficiens, forma verò, abſoluo te, ſic *Sanct. Doctor* 3. *part. quæſt.* 84. *artic.* 3. *Tridentin. ſeſſ.* 14. *cap.* 3. vndè alia verba non ſunt neceſſaria, tamen quis peccat mortaliter ea omittendo extrà caſum neceſſitatis, nam facit cõtrà communem ritum Eccleſiæ. Poteſt tamen excuſari ſi Cõfeſſarius habeat magnam copiam pœnitentium, qui iam iam communicandi ſunt, & hnac poſſe dici neceſſitatem, teſtantur *Innocenc. & Oſtienſ. verbo pœnitentia.* Differt tamen Sacra-
45 mentum Pœnitentiæ à confeſſione ſacramentali, nam poteſt eſſe, quod quis faciat confeſſionem ſacramentalem, & non habeat abſolutionem à Sacerdote propter aliquam iuſtam cauſam, tunc enim non eſſet Sacramentum Pęnitentię, ſed tantum eſſet confeſſio ſacramentalis, vndè collige differentiam inter pœnitentiam, Sacramẽtum pęnitentiæ, & confeſſionem ſacramẽtalem. Pœnitentia eſt actus doloris pro-
46 pter Deum, Pœnitentia ſacramentalis includit omnes actus numeratos, & enumerandos, confeſſio ſacramentalis, eſt vnum ex requiſitis Sacramentis Pœnitentiæ.

Nota vltimò ex *gl.* hic in explicatione tituli, pęnitentiam eſſe ſecundam tabulam
47 naufragij, nam qui amittit Dei gratiam non poteſt ipſam recuperare, niſi per Sacramentum Pœnitentiæ ſaltem in voto, vndè his qui ſunt in peccato mortali, eſt neceſſaria neceſſitate medij.

In

In §. multiplex.

SVMMARIVM.

1 *Deus noſtris malis pluribus vijs occurrit.*
2 *Pœnitentia confert gratiam, & remittit culpam.*
3 *remittit pœnam temporalem ſecundũ diſpoſitionem pœnitentis.*
4 *reuiuiſicat bona opera mortificata per peccatum, non quæ facta ſunt in peccato.*
5 *debet eſſe voluntaria.*

1 IN hoc §. connumerantur effectus Sacramenti Pęnitentię, & ait auctor noſter, quod Dominus noſtris malis occurrit non tantum vna, ſed etiam pluribus vijs, & Sacramentum pœnitentiæ eſſe ſecundam tabulam naufragantibus in mari peccatorum demonſtrat. Idem habetur in *cap. multiplex de pœnitentia diſt.* 1.

Aduerte tamen hic primò, quod effe-
2 ctus Sacramenti Pœnitentiæ eſt collatio gratiæ, & remiſſio culpæ, *cap. magna pietas de pœnitentia diſtin.* 1. & de pęnitentia, vt virtus eſt, habetur *Ezechiel.* 33. & in *Actibus Apoſtolorum c.* 2. ſed de hac infrà, facit etiam nouum hominem, vt in *cap. tres ſunt diſt. cit.*

Aduerte ſecundò, quod alius effectus
3 pęnitentiæ eſt remittere pęnam temporalem, tantò maiorem, quanto maior eſt diſ-
4 poſitio pœnitentis. Item reuiuificat omnia bona opera mortificata per peccatum, ait enim Dominus per *Ezechiel. citatum, Quotieſcunq; ingemuerit peccator, iniquitatum eius non recordabor amplius,* ideſt eſſet maximè recordari niſi recuperaret id, quod per peccatum amiſit, ergò ſic eſt dicendum, tamen nullo modo recuperat opera facta in peccato mortali, quia non poteſt reuiuiſcere id, quod nunquam habuit vitam gratiæ, nec remittit pœnitentia pęnam ciuilem, vt colligitur ex *cap. ad monere* 33. *q.* 2. & aduertit *gloſ. verbo pro quibus. in cap. quamuis de pęnitentia diſtin.* 1. ſed de effectibus pœnitentiæ, infrà clarius, & fortius.

Aduerte tertiò ex *gloſ.* hic verbo iudi-
5 cio, quod pœnitentia debet eſſe voluntaria, & ex verbis §. noſtri habes, quòd requiritur vſus rationis, quod propriè dicitur iudicium, ad hoc vt quis poſſit pœnitentiam agere, & vt cognoſcat culpam à pęna.

In §. ſunt autem cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Pęnitentia, vt virtus eſt quot actus includat.*
2 *poteſt eſſe, tum de peccato proprio, cũ de alieno, & ſic de originali.*
3 *vt ſacramentum eſt non comprehendere poteſt peccata aliena, & ſic originale.*
4 *quomodo fuerit in Chriſto.*
5 *Pœnitentia naturalis poteſt haberi etiam ab Infidelibus.*
6 *Pęnitentia ſupernaturalis quæ?*
7 *Contritus de vno peccato, immemor aliorum implicitè dicitur cõtritus de omnibus, an & quando id procedat inuenialibus? n.* 8.
9 *Pœnitentiæ quot habeat ſpecies?*
10 *publica, quæ ſit, & quando poſſit imponi à confeſſario.*

ANtequam deueniamus ad ſpeciem pœnitentiæ, opere pretium duxi aliqua agere de pœnitentia, vt virtus eſt, & ſic de pœnitentia priuata, pro qua.

Aduerte primò definitionem huius pę-
1 nitentiæ haberi in *cap. pęnitentia de pęnitentia diſt.* 3. *cap tres ſunt actiones diſtin. cit. & Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 4. ex quo habes pœnitentiam multos includere actus, primus eſt amor Dei, nemo enim triſtatur de malo commiſſo contra inimicum. Secundus eſt deteſtatio peccatorum, & dolor, ſicut enim is, qui deſiderat bonum, gaudet de eius conſequutione, ita triſtatur de malo, bono contrario. Tertius eſt voluntas abolendi peccata in poſterum, & ſatisfaciendi Deo.

Aduerte ſecundò, qnòd hæc pœniten-
2 tia poteſt eſſe non tãtum de peccato proprio, ſed etiam de peccato alieno, & hac ratione includir etiam peccatum originale, prout fuit actuale in Adamo. Probatur, nam id ad quod tendit iſta virtus, eſt peccatum, vt deteſtabile, ergò etiam peccatũ alienum poteſt venire ſub tali virtute, ſic *Suarez diſputat.* 2. *ſection.* 1. *numer.* 11.
3 quando autem patres dicunt peccatum alienum, vel originale non comprehendit ſub pœnitentia, intelligi debent de pœnitentia, vt ſacramentum eſt, non autem vt virtus eſt, & hac ratione fuit etiam pœni-

4 tentia in Chriſto, qui peccatum non fecit,
ſed pro nobis doler, & *Argentina in 3. ſententdiſt. 14. q. 1. ad* 5. quod potuiſſet etiã
Chriſtus Dominus elicere hunc actum, ſi
poſſibile eſſet me peccare, & peccaſſem
diſplicceret me, & dolere de talibus ſceleribus.

Aduerte tertiò, quod etiam Infideles poſſunt habere pęnitentiam naturalem, *S. Doctor 3. p. q. 84. a. 7. in corp.* nam poteſt quis
ſe pęnitere offendiſſe Deum, prout auctor
naturæ eſt, vel vt benefactor, quem poteſt
ſic naturaliter amare, ergo poteſt per diplicentiam criminis contra Deum velle
etiam Deum ſibi amicum, ergo datur pęnitentia naturalis.

Aduerte quartò, quod pęnitentia ſuperna-
6 turalis, quæ operatur remiſſionem peccatorum extrà ſacramentum, eſt illa, de
qua nos infrà, cum de contritione, & vt
operetur effectum remiſſionis peccatorũ,
debet eſſe dolor culpæ propter offenſam
Dei ſummi boni amabilis, aliàs ex quolibet motiuo ſit, quantumuis ſupernaturali,
non iuſtificat hominem extrà ſacramentum, colligitur ex *Triden. ſeſſ. 14. c. 4. cit.* &
ratio eſt, nam ex opere operantis, vt quis
efficiatur Deo gratus, debet eodem modo ſe conuerſare, quo auertit, ſed auertit
ſe à Deo, ergo ad ipſum, & propter ipſum
conuerti debet, aliàs ſi motiuum ſit naturale, & ideo quis accedat ad Deum, quia
ens infinitè amabile eſt propter nos, hic
nullo modo iuſtificatur.

Aduerte quintò, quod qui habet dolo-
7 rem de vno peccato (immemor aliorum)
ex motiuo vniuerſali, & competenti omnibus, vt eſt offenſa Dei, amiſſio gloriæ,
&c. hic implicitè habet dolorem omniũ
peccatorum, ita vt ſi dolor ſit contritio,
remitterentur omnia peccata, etiam ſi de
vno doleret, immemor tamen aliorum.
ſic colligitur ex *S. Doct. q. 86. ar. 3. in corp.*
8 quia militat eadem ratio in omnibus.
Idem extende ad venialia, vt ſi quis habeat dolorem vno veniali propter aliquã
rationem communem, puta quia diſponit
ad mortalẽ, &c. hic haberet diſplicentiam
de omnibus.

Nota tamen, quod qui habet dolorem
mortalium, immemor venialium, per remiſſionem mortalium, non habet remiſſionem venialium, niſi actus doloris eſſet
valdè perfectus propter nimium amorẽ
Dei, cum quo repugnat quæuis culpa
leuis, at ſi non eſſet charitas perfecta, non
ſic, poteſt enim quis amare Deum etiam
actu charitatis, & velle peccata venialia,
quia hæc non ſunt formaliter. & directè
oppoſita charitati, & amicitia Dei, vt ſupra diximus.

Circa ſpecies pœnitentiæ hic enumeratas.

Aduerte primò, quod pęnitentia triplex eſt
9 Solemnis, Publica, & Priuata. Solemnis
fiebat antiquitus, nam feria quarta cinerũ
Sacerdos antè Eccleſiam induebat peccatores cilicium, & aſpergebat, & ſic deportabantur ad pęnitẽtiam, *Viual. de ſacram. pœnit. ver. ſolemnis n. 10. & cap. in capit. diſt. 50. S. Doct. q. 1. diſt. 14. in 3. ſent.* & hęc
reddit homines irregulares, vt diximus
lib. 1. tit. de his, qui promoueri nõ poſſunt,
ſed hæc pęnitentia receſſit, & ſeruatur tãtum in atrocioribus criminibus, præcipuè
in illis locis vbi eſt tribunal ſanctæ Inquiſitionis.

Aduerte ſecundò, pęnitentiam publicã
10 eſſe illam, quæ imponitur à Confeſſario,
ſic eſt delatio certi habitus, vel peregrinatio, &c. vt in præſenti §. & ſic eſſet etiã
publica diſciplinatio, lingua terram lambere, &c. & hæc poteſt imponi à Confeſſario pro peccatis ſcandaloſis, vt ab ipſo
ſumant bonum exemplum ij qui ratione
patrati delicti ſcandalizati ſunt, *Syluest. & Armilla ver. pœnitentia n. 2.* & poteſt
etiam eadem ratione ad id cogi pęnitẽs.

In §. Priuata.

SVMMARIVM.

1 *Materia §.*
2 *Obligatio ſatisfaciendi Deo pro peccato commiſſo, eſt de iure naturali*
3 *Peccans an, & quando teneatur poſt cõmiſſum peccatum conteri, aut confiteri.*
4 *differens diutiùs, putà ad tres, vel quatuor annos pœnitentiam, peccat in tali dilatione, præter tranſgreſſionem præcepti.*
5 *Præceptum de confitendo ſemel in anno liget Pontificem?*
6 *Ætas quæ requiratur ad Sacramentum pęnitentiæ, & Euchariſtiæ, & quid debeat obſeruari circa illam?*
7 *Sacramentum pœnitentiæ quoties, & quando in anno tenentur fideles recipere.*
8 *Paſchale tempus pro præcepto Eccleſiæ quando poſſit augeri, vel minui, & quid obſeruetur ex conſuetudine Neap.*
9 *Confeſſio inualida non facit vt ſatisfiat præcepto Eccleſiæ in Paſchate, non tamen inducit excommunicationem, n. 10*
11 *facta Pœnitentiario liberat à reſer-*

uatione caſuum.

12 Confeſſus in Paſchate non tenetur ante alium annum confiteri peccata ex obliuione omiſſa.

13 Confiteri non valens niſi per ſcripturam, vel interpretem, an teneatur in Paſchate, vel in articulo mortis id facere.

14 Confeſſionem omittens in Paſchate, an poſt elapſum tempus toties mortale committat quoties habens occaſionem confitendi non confitetur.

15 Materia ſacramenti Pœnitentiæ quæ ſit?

16 non debent eſſe peccata aliena, ſed propria.

17 non poſſunt eſſe peccata actualia.

18 non poteſt eſſe peccatum originale,

19 Circumſtantiæ exprimendæ in confeſſione quibus particulis comprehendantur, n. 20

21 aggrauantes tantum, vel minuentes non ſunt exprimendæ in confeſſione.

22 Sacerdos Religioſus an teneat. r in confeſſione explicare ſe eſſe tale, & quid teneatur explicare qui cum ipſo peccauit?

23 Stuprans virginem conſentientem, ſufficit ſi dicat in confeſſione ſe eſſe fornicatum.

24 Religioſus non obediens ſuo Superiori præcipienti aliquid ſub ſancta obedientia quid teneatur explicare in confeſſione circa hoc?

25 Reliquias Sanctorum ſi quis geſtauerit in actu venereo non tenetur hoc exprimere in confeſſione.

26 Contumeliarum diuerſitates an ſunt exprimendæ in confeſſione, & quid circa ipſas neceſſe eſt exprimi.

27 Temerarij iudicij diuerſitates an ſint exprimendæ, & quid circa ipſa neceſſe eſt exprimi, quod non, num. 28.

29 Pœnitens qui optauit malum proximo an teneatur exprimere circa quid optauerit.

30 in delectationibus moroſis quid teneatur exprimere, aut non?

31 an teneatur exprimere tactus, vel oſcula libidinoſa comitantia copulam, vel ſequentia?

32 qui miniſtrauit Euchariſtiam in peccato, an teneatur exprimere numerū eorum quibus ſucceſſiuè miniſtrauit.

33 qui peccauit contra naturam an teneatur exprimere actionem, aut paſſionem.

34 qui peccauit in loco ſacro quos locos excipere debet qui non veniunt ſub tali appellatione in pœnalibus?

35 qui oſculatus fuerit pudenda iuuenis, vel fœminæ, quid circa hoc teneatur, vel non, exprimere.

36 ſcandali circumſtantias quando teneatur exprimere, & an teneatur numerum perſonarum quas ſcandalizauit, exprimere, n. 37

38 rem habēs cum Infideli, tenetur hoc exprimere.

39 ſi frigidus, & ineptus ad generationem rem habuerit cum muliere, tenetur hoc exprimere.

40 omnia, & integra peccata debet cõfiteri.

41 ſi ſit ægrotus qui non poſſit exprimere niſi vi omnia peccata excuſatur.

42 habens caſus reſeruatos excuſatur ſi non exprimat illos ſuo confeſſario ordinario, & quid ſeruetur circa hoc?

43 non habēs copiam confeſſarij poteſt omittere peccatum ad cuius complicis cognitionem deuenire poſſit confeſſarius cum propoſito illum confitendi extera confeſſario.

44 Sacerdos ſi in abſolutione data alicui commiſiſſet aliquod peccatum, & neceſſe ſit reuelare peccatum, quod audiuit non tenetur cõfiteri, niſi habeat copiam Confeſſarij per quam poſſit euitari fractio ſigilli.

45 Confeſſarius, vel pœnitens quando poſſit omittere, vel non audire peccata imminente graui damno animæ, vel corporis ex vtraque parte, n. 46. 47. 48. 49. 50.

51 Pœnitens debet confiteri peccata abſque mendacio.

52 ſi mentiatur in confeſſione circa res non pertinentes ad ipſam, quid dicendum?

53 ſi mentiatur circa veniale quid, & qualiter ſit ſeruandum.

54 dicens peccatum, quod non fecit, vel tacēs quod fecit, qualiter committat peccatum mortale?

55 debet ſecretò confiteri peccata.

56 poteſt publicè confiteri peccata quæ non continet infamiam alienam.

57 Non poteſt publicè confiteri peccata quæ continent infamiam alienam.

58 debet voce exprimere peccata, & an valeat in ſcriptis, & per epiſtolam.

59 quando poſſit per peccata ſcripta validè ſe confiteri? n. 60. & 61.

62 Peccata remiſſa nõ reuiuiſcunt per ſubſequentia peccata, & quomodo dicatur reuiuiſcere quoad pœnam, num. 63. & 64.

65 Peccatum veniale quando puniatur pœna æterna.

66 Peccata remiſſa neque per potentiam Dei abſolutam poſſunt reuiuiſcere.

67 Peccatum poteſt remitti à Deo ſub conditione de potentia eius abſoluta.

68 an poſſit remitti per pœnitentiam vnum

onum ſine alio?

69 *Peccato remiſſo an remaneant aliqua reliquia?*

70 *Peccatum veniale an poſſit remitti ſine infuſione gratia?*

71 *in quibus caſibus verè remittatur abſq; infuſione gratia?*

72 *an poſſit remitti abſq; mortali?*

73 *Bona opera facta in peccato mortali nullo modo ſunt meritoria vita aterna, habent, tamen rationem meriti naturalis. nu. 74.*

75 *facta in gratia, vel minima habent apud Deum retributionem.*

76 *facta in peccato mortali, ſuperueniente gratia non reuiuiſcunt.*

77 *facta in gratia, amiſſa iſta, amittitur & ipſa.*

78 *facta in gratia, & poſtea amiſſa reuiuiſcunt reuiuiſcente gratia, & nu. 79.*

80 *Gratia ſuperueniente quomodocunque recuperantur merita, ius ad gloriam, & virtutes Theologales, & morales.*

81 *Praſeruatio, & manutentio in innocentia eſt ius Dei beneficium, quam liberatio à culpis, & num. 82*

83 *Gratia pleniſſima ſuperueniens per pœnitentiam non eſt facilitare homines ad peccandum.*

84 *Habitus malus qui remanet poſt peccatū remiſſum tollitur per frequentiam pœnitentia.*

85 *Moriens impœnitens, qua pœna afficiatur?*

86 *Satisfactio impoſita à Confeſſario, an & quando poſſit per alium adimpleri.*

87 *Praceptum Eccleſia de ſemel in anno cōfeſſione, non eſt taxatiuum.*

1 Hic quaſi in ſommario ponitur doctrina Sacramenti Pœnitētiæ, & ſic agitur de pœnitentia, & de præcepto confeſſionis, & communionis. Ideò videbimus primò, quis teneatur confiteri. Secundò quando. Tertiò quid. Quartò, de effectu ſacramenti Pœnitentiæ tā quoad remiſſionem culpæ, quàm quoad reuiuiſcentiam bonorum operum. Quintò, de pœna circa morientes impœnitentes.

Circa primum, aduerte primò, obliga-
2 tionem ſatisfaciēdi Deo pro peccato cōmiſſo eſſe de iure naturali, ſic *S. Doct. 3. p. q. 84. art. 7. in corp. Caet. ibid. Vaſq. diſp. 6. ar. 2. dub. 2. & 3. Vega in Trid. lib. 13. cap. 20.* Ratio eſt, quia ius naturale vult, vt offenſus detur illa ſatisfactio, quam poteſt ipſe offendens adhibere, ergo tenetur peccator Deo offenſo ſatisfacere de iure naturæ, ac proindè tenetur elicere actum contritionis cum pœnitentia in voto, vel actu confiteri, tum quia etiam ius naturale dictat diuinam amicitiam eſſe conſeruandam, & malum ei illatum compenſandum.

Aduerte ſecundò, quod peccatum non te-
3 netur ſtatim poſt commiſſum peccatum conteri, vel confiteri (regulariter loquendo) hic tenent communiter Theologi, & Canoniſtæ, nam nullibi reperitur hoc præceptū adeò taxatū, ergo non ſunt ſic alligandi fideles, neq; Deus eſt ita exactus nobiſcum, tum quia, vel ille, qui peccat eſt recidiuus, & difficillimè faceret actum cōtritionis, vel confeſſionis validum, vel peccat ex fragilitate, & tunc facillimè commouetur ad dolorem abſq; alio præcepto. Dixi regulariter, nam tenetur quis conteri, vel confiteri, Primò, quando poſt commiſſum mortale vult accipere Sacramentum, vel miniſtrare, quia ſemper tenetur cōteri, ad Euchariſtiam verò debet ſēper precedere ſacramentū Confeſſionis, vt diximus cum de Sacramento in genere. Secundò, quando propter proprium peccatum poteſt dubitari de magno malo infligendo à Deo Communitati, quam vnuſquiſque ſubleuare tenetur. Sic ſolet euenire in Superioribus propter quorum crimina Deus punit ſubditos, ſicq; fuit *Ioſuè 7. Nam ſolus Acam peccauerunt, & Dominus dereliquerat totum populum.* Tertiò, quando experitur quis ſe non poſſe euitare tentationes, niſi ſe conterendo, vel confitendo peccata ſua, tunc enim tenetur tale remedium adhibere. Quarto, quādo vult aggredi magnum opus, in quo timet derelictionem diuini auxilij, ſi ingratus accedat, quia in omnibus his caſibus non tenetur pœnitere, quia peccauit, ſed propter fines conſequendos, ſcilicet propter Sacramenta, propter bonum commune, &c. Patet hoc, nam aliàs deberent Cōfeſſarij petere à pœnitēte quoties poſt mortale habuit occaſionem confitendi, vel conterendi, & ipſam omiſit, & deberet ipſum dānare ad tot mortalia, quod eſt maximum abſurdum, & omninò contra cōmunem praxim, *Caet. in ſum. ver. contritio, §. tempus autem, Nauar. in man. cap. 1. n. 33. Duran. in 4. diſt. 27. q. 10. ar. 1.* & alij communiter, qui tenent (præciſo præcepto Eccleſiæ) teneri peccatorem in articulo mortis conteri, vel confiteri, dum exponit ſe periculo damnationis æternæ.

Limita tamen hoc, ſi quis diutiùs dif-
4 ferret pœnitentiam, vt ad tres, vel quatuor annos, nam tunc videretur contemnere diuinam amicitiam, & propter hoc aliud

committeret mortale præter illud quod
committit annualiter contra præceptum
Eccleſiæ, quod ligatur etiam Pontifex
5 (ſi habeat mortale) patet ex *capit. omnes
vtriuſque ſexus ext. eod. cap. quicunque
10. q. 1. cap. præcipimus 12. q. 5. Victor. in
ſum. n. 138. Nauar. c. 32. n. 34.*

Aduerte tertiò, quod ætas pro Sacramẽto
6 pœnitentiæ eſt quando quis habet vſum
rationis, & æſtimatur communiter in ſep-
tennio, *Oſtienſ. & Abb. in d. cap. omnis
vtriuſque ſexus*, pro communione autem
eſt ætas 14. ann. *Abb. loc. cit.* & hoc prop-
ter reuerentiam tam magni Sacramenti,
ergo quando confeſſarius cognoſcit ha-
beri reuerentiam Sacramenti ante talem
ætatem, poteſt dare licentiam vt quis ſe
communicet: Idem dic de confeſſione, ad
quam non debet quis omninò ligari in ſe-
ptennio, poteſt enim eſſe, quod peruene-
rit etiam ad annum 14. & non diſtinguat
adhuc rem à re, nec malum à bono, & po-
teſt aliquando è contra malitia ſupplere
ætatem, vnde ætas in his Sacramentis re-
mittitur in arbitrium confeſſarij.

Circa ſecundum, præter caſus enume-
7 ratos ſupra, dicimus, non teneri quem ad
Sacramentum Pœnitentiæ, niſi ſemel in
anno, & hoc in Paſchate, vt hic in §. no-
ſtro, tamen hoc tempus non ſtat vt condi-
tio, ſine qua non, ſed tantum facit ad ma-
iorem commoditatem fidelium.

Aduerte tamen hic primò, quod tem-
8 pus Paſchale poteſt ſecundum frequen-
tiam, vel minoritatem populi augeri, vel
minui, & ſignanter in Ciuitate Neapol. ex
conſuetudine approbata incipit currere
hoc tempus Paſchale à Dominica Palm.
per totam hebdomadam ſubſequentem
ad octauam Paſchæ.

Aduerte ſecundò, per confeſſionem
9 inualidam non ſatisfieri præcepto, quid-
quid referat *Diana tract. 4. de ſacram.* ſic
*Coninch. de ſacram. diſp. 15. dub. 9. Medin.
in ſum. lib. 1. §. 14. n. 41. Emanuel Sà verb.
confeſſio n. 1. Paul. Comitol. lib. 1. reſponſ.
moral. q. 19.* & alij. Ratio autem eſt, quia
licèt Eccleſia non iudicet de internis, ta-
men ipſa præcipit confeſſionem ad recõ-
ciliationem cum Deo, & illam confeſſio-
nem præcipit, quam pręcipit Deus, ſed
per talem confeſſionem homo non ſatiſ-
facit Deo, ergo neq; Eccleſia. Verumta-
10 men eſt, quod non incurrit excommunica-
tionem latam contrà eos, qui non confeſ-
ſi ſunt peccata ſua, &c. & per talem con-
feſſionem inualidam, *Eman. Sà loc. cit. &
Enriq. lib. 4. §. 5. c. 4.* imò ſi faciat confeſſio-
11 nem inualidam Pœnitentiario, v. g. rema-
net liberatus à reſeruatione caſuum, &
poterit à quolibet Sacerdote abſolui, ita
*Coninch. de ſacram. diſp. 8. dub. 12. num. 91.
Laiman. in theol. moral. lib. 5. tr. 6. c. 5. n. 11.*
idem tenent alij DD. vt videre eſt apud
Coninc. loc. cit.

Aduerte tertiò, quod ſi quis in confeſ-
12 ſione Paſcatis, ſiuè annuali omiſit aliqua
mortalia ex iuſta cauſa, vel ex obliuione,
ſiuè culpabili, ſiuè inculpabili, non tene-
tur de rigore præcepti antè alium annum
illa confiteri, *Syluest. ver. confeſſio 1. nu. 3.
Nauar. c. 1. n. 10. Tolet. lib. 3. c. 8. n. 1. Suar.
tom. 4. diſp. 36. ſect. 4. n. 6. Victor. in ſumma
n. 137. Filius. to. 1. tract. 7. c. 3. num. 57. Sil-
uius in addit. ad 3. par. q. 6. ar. 3. quęſito 5.*
& alij.

Aduerte quartò, quòd qui non poteſt
13 confiteri niſi per interpretem, vel per ſcri-
pturam, non tenetur ſic confiteri in Pa-
ſchate, *Filiuc. tom. 1. tract. 7. n. 63. Sotus in
4. dict. 18. q. 2. ar. 6. Ioan. de la Cruz in di-
rectorio conſcientiæ p. 2. de ſacram. pęnit.
q. 3. dub. 7.* at in articulo mortis, neq; tene-
tur ſic confiteri, ſed poteſt, & debet con-
fiteri per ſcripturam, vel per interpretem
aliqua venialia in ſpecie, & ſe accuſare
de omnibus mortalibus in genere, ſic te-
net *Coninch. de ſacram. diſp. 5. dub. 10. n. 77.
& Molf. in ſum. tom. 1. tract. 7. c. 11. nu. 12.*
hoc tamen intellige ſi dubitet de ſua cõ-
tritione, nam ſi probabiliter putet ſe ha-
bere contritionem, non tenetur ad talem
confeſſionem, ſic tenet *Vaſq. tom. 4. q. 91.
ar. 4. dub. 3. Sancius in ſelect. diſp. 32. nu. 8.
Ioan. de la Cruz loc. cit. q. 3. dub. 7. concl. 1.*
& alij communiter.

Aduerte quintò, neque committere
14 plura mortalia eum, qui poſt elapſum
tempus præcepti, dum habet occaſionem
adimplendi pręceptum illud, non adim-
plet, verum tamen eſt, quod hæc eſt cir-
cumſtantia aggrauans, vnum tamen eſt
peccatum mortale, aliàs millies in dies
peccaret mortaliter, dum poſſet pro quo
libet inſtanti tempore abſolui, quod non
eſt ſubſtinendum, ſic tenet *Molfeſius in
ſumma tom. 1. tract. 7. cap. 10. num. 73. &
Valentia tom. 4. diſp. 7. q. 1. par. 4. Nugn.
in addit. ad 3. part. tom. 2. quæſt. 6. artic. 5.
differ. 5. Laiman. in theologia morali to. 5.
tract. 6. cap. 5. num. 8. corollar. 1. Villalob.
in ſumma tom. 1. tract. 9. differ. 28.* & alij,
quod limitari debet, ſi quando quis ha-
bet occaſionem adimplendi pręceptum,
omitteret adimplendum contemnendo
pręceptum, quia tunc ſemper eſt nouum
peccatum mortale ratione contemptus
pręcepti.

Circa tertium, & ſic circa materiam
confeſſionis ſacramentalis.

Ad-

Aduerte primò, quòd materia huins ſa-
15 cramẽti ſunt peccata perſonalia habitualia confeſſa ſub dolore, ſic *S. Doct. 3. part. q. 84. ar. 2.* & cęteri communiter, idem etiã habetur in *Trident.* noſtro,

Nota tamen hic primò, qnod debent
16 eſſe peccata propria, & non aliena, vt faciunt quædam mulierculæ, quæ vt ſe accuſent, accuſant alios, & ſic videntur propriè confiteri peccata aliorum. Idem aduertit *gloſ.* hic verbo tria, niſi peccatum alienum eſſet exprimendum ad manifeſtandam circumſtantiam, quæ mutat ſpeciem in peccato proprio, vt ſi quis rem habuerit cum ſorore, v. g. deberet id exprimere neceſſariò, hoc autem non eſſet confiteri peccatum alterius, ſed magis exprimere peccatum proprium, vt per DD. communiter in *cap. omnia de pœnit. & remiſſ. & gl. in diſt. 1. de pœnit. in princ.*

Nota ſecundò, quod non poteſt eſſe
17 peccatum actuale materia huins Sacramenti, quia vt patet ex ſępiùs dictis implicar contradictionem, quod peccatum dũ actualiter committitur, remittatur, non enim poteſt eadem res in eodem inſtanti derinere, & incipere etiam, vt docent Philoſophi de modis incipiendi, & detinendi.

Aduerte ſecundò ex *S. Doct. loc. citat.*
18 *ad 3.* nullo modo peccatum originale poſſe eſſe materiam huius Sacramenti, nequè ſufficientem, neq; neceſſariam, quia non fuit inſtitutum hoc Sacramentum a remittendum peccatum originale, tum quia tale peccatum remittitur omninò per ſacramentum baptiſmi, vt nihil aliud remittendum remaneat, alia autem peccata etiã remiſſa, ideò poſſunt eſſe materia ſufficiẽs in hoc Sacramento, quia ſemper in ipſis remanet quid purgandum, & ſatisfaciendum, at in originali non ſic. Idem dic de alijs mortalibus, & venialibus commiſſis antè baptiſmum, quia nihil remanet purgandum de ipſis, dum in totum fuerunt remiſſa, & extincta, & fuerunt commiſſa extrà poteſtatem clauium, vt docent communiter Theologi, quidquid dicat *Aug. in ſumma verbo confeſſio*, & ratio eſt, quia hæc peccata tolluntur omninò per baptiſmum, & nullo pacto remanent purganda.

Aduerte tertiò, peccata eſſe confitenda
19 cum ſuis circumſtantijs, quæ continentur per *S. Doct.* ſub illis particulis, quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Quis ſcilicèt, an clericus, an ſæcularis
20 &c. quid, hoc eſt ſpecies peccati, & ſic non ſufficit dicere peccatum luxuriæ, v. g. ſed etiam ſpeciem tenetur pœnitens exprimere. Vbi, hoc eſt an in Eccleſia, vel Ciuitate, in via, &c. Quibus auxilijs, ſcilicèt, an cũ aliquo inſtrumento ſacro, an cum ſacramẽtalibus, &c. Cur, ſcilicèt, finis. Quomodo, ſcilicèt modus actionis, an ſcilicèt, irato animo, &c. Quando, ſc. an in maiori, an in minori ætate, an noctis tempore, an de die, &c. *Bonacin. de partibus ſacramenti pœnit. diſp. 5. q. 4. difficult. 8. nu. 1.* Sunt autem circumſtantiæ aliæ mutantes ſpeciẽ, & hæc ſunt omninò explicandæ, ſic *Trid. ſeſſ. 14. c. 5.* aliæ ſunt aggrauantes, vel mi-
21 nuentes intrà eandem ſpeciem peccati nõ mutantes eſſentiam, puta mortale eſt furari 10. & mortale eſt furari 100. ſed furari 100. eſt qnod maius, furari 10. eſt quod minus, an iſtę circumſtantię aggrauantes ſint neceſſariò explicandæ, dubitant DD. aliqui tenent opinionem affirmatiuam, ſic *Altiſiodorenſis in ſumma libr. 4. cap. 3. q. 3. Alenſis 4 par. quæſt. 77. nu. 3. Auguſt. Sotus q. 2. art. 4. Marſil. in 4. quæſt. 12. art. 1.* & alij communiter, ſed quidquid iſti dicant, negatiuam ſubſtinemus ſententiam cum *S. Doctor. Bonauent. Riccardo*, & alijs apud *Valent. q. 9. part. 1. concl. 5.* idem tenet *Beccan. cap. 37. quæſt. 1 num. 4. Molfeſius in ſumma tract. 7. c. 12. num. 18. & 68. Maldonatus in ſumma quæſt. 19. §. 9. Guttierez de matrim. c. 1. num. 19. Eſtius in 4. ſentent. diſp. 17. §. 1.* ratio eſt, quia præceptum confeſſionis eſt præceptum Chriſti, ergò debet conſtare de eius voluntate circa modum confeſſionis, ſed nequè per Apoſtolum, neq; per Concilia nobis præcipitur accuſatio talium circumſtantiarũ, ergò non tenetur pęnitens ipſo accuſare, tum quia *Trident. loc. cit.* aſſerit in confeſſione eſſe ſeruandas ſpecies peccatorum, numerum, & circumſtantias mutantes ſpe[illegible] & nihil addit, ergò neq; nos debe[illegible]ponere tale onus, quod ſi dicas dictas circumſtantias eſſe exprimendas, ad hoc vt poſſit confeſſarius maiorem pœnitentiam imponere, dicimus ſufficere ſi ſeruet modum circa numerum ſpecies, & circumſtantias mutantes ſpeciem, vt aduertit *Beccanus* hìc.

Ex his circumſtantijs collige ad multos
22 caſus, & primò quando non eſt exprimenda circumſtantia à Sacerdote religioſo, ſufficit tantum dicere ſe eſſe in ſacris, vel eſſe profeſſum, idem dic de illo, qui cum ipſo peccat, ſufficit enim dicere peccaui cum conſtituto in ſacris, *Molfeſ. loc. citat. c. 12. nu. 66. & 68. Siluius 22. quæſt. 188. §. 12.*
23 Secundò ſtuprum virginis conſentientis, nec eſt explicandum, ſed ſufficit dicere fornicatus ſum, *Suarez tom. 4. diſput. 22. iud. 4. num. 6. Nauar. lib. 2. cap. 3. num. 419. Molfeſ. loc. citat. num. 72. Siluius loc. citat. quæſt.*

q.174.§.6.Faber de pœnitent.in 4.ſentent.
*diſput.17.quaeſt.vnica diſp.*24.& alij. Ter-
tiò,religioſus non obediens ſuo ſuperiori
24 pręcipienti ei aliquid ſub ſancta obedien-
tia ſufficit ſi dicat ſe non obediſſe ſuperio-
ri præcipienti,neq; duplex committit pec-
catum nempè contrà religionem, & con-
trà obedientiam , *Suarez de relig. tom.3.*
lib.10.c.7.Vaſquez part.2.diſp.98.c.3.n.7.
Quartò, ſi quis in actu venereo geſtabat
25 reliquias Sanctorum,neq; tenetur talem
circumſtantiam exprimere,*Sanchez in*
ſumm.to.1.lib.2.c.40.n.28. Quintò,nõ sũt
explicandæ diuerſitates contumeliarum ,
26 puta affect Titium iniurijs,& cõtumelijs ,
vocando lenonem,furem,hæreticum, &c.
ſed ſufficit dicere ſic in genere,& vices ex-
primere,*Sancius in ſelectis diſput.* 5. *num.*
10. qui tener idem eſſe dicendum de indi-
cijs temerarijs , ſufficit ſi dicat totiès ſini-
27 ſtrè iudicaui de proximo, non debet au-
tem exprimere,an iudicauerit hæreticũ ,
vel furem,&c.

Neque an ſit monachus, an laicus. Sic
28 de contumelijs tenet *Antonin. tom.1.lib.*
4.c.4.q.5.Filiuccius tom.2.tract.21.cap.9.
*tract.*322.& alij communiter, & diffusè,vt
videre eſt.

Sextò,non tenetur pœnitens dicere cir-
29 ca quid optauerit malum proximo , an
circa famam,an circa bona,&c.
Homobonus de bonis in examine Eccleſia-
ſtica par.1.tract.6.c.25.q.112.

Septimò , in delectationibus moroſis
30 (dummodò non ſint voluntates determi-
natæ,& efficaces)non opus eſt exprimere,
in quo ſexu fuerit,& in quo ſtatu,an circa
liberam,an circa virginem,an coniugatã,
&c.*Azonius loco citat.c.6.quaeſt.3.Eman.*
Sà verbo luxuria 1.num.13.Tand[illegible]
1.2. Sanct.Doctor diſputat.4. q.[illegible]
q.149.

Octauò,tactus, oſcula libidinoſa , &c.
31 quæ comitantur,vel ſequuntur copulam,
non ſunt neceſſariò aperienda in confeſ-
ſione,ſic tenet *Salas part.2.tom.2.tract.13.*
diſt.5.ſect.5.num.91.Graffius in appendi-
ce ad deciſionem lib.1.c.9.n.12.

Nonò,Miniſter Euchariſtiæ ; qui plures
32 ſucceſſiuè communicauit , non tenetur
deindè exprimere quos fuerint , patet ex
ſupra dictis , quia vnicum tantum com-
miſit mortale,*Rodriquez in ſumma nouiſ*
ſima tom.2.c.94.n.23.& alij.

Decimò,in peccatis contrà naturam ,
33 nõ tenetur quis exprimere an fuerit agẽs,
vel patiens, ſed ſufficit ſe accuſare de pec-
cato,(& hoc ad tollendam erubeſcentiã)
ſic tenet *Alphonſ. de Leone tract. de offic.*
& pot.confeſſarij p.1.recollectanea 4.n.216
& 218.

Vndecimò,pro circumſtantia loci ſacri
34 tam in crimine furti,quam luxuriæ, non
venit campanile Eccleſiæ,neq; Sacriſtia ,
neq; Clauſtrum,neq; Dormitorium regu-
larium,quia hæc omnia verè nõ ſunt cor-
pus Eccleſiæ, *Azorius part.3.libr.3. c.27.*
q.13.Sotus in 4.diſp.32.q.1.art.3. ſed po-
teſt dicere pœnitens , fornicatus ſum, vel
mœcatus ſum,&c.

Duodecimò, oſculans pudenda iuue-
35 nis,vel mulieris , non tenetur dicere niſi
tantum ſe impudicè oſculatum,nec tene-
tur exprimere locum, & ſi fuerit multipli-
cata oſculatio,ſed ſucceſſiuè,& per modũ
vnius, neq; erunt explicandæ vices, ratio
eſt eadem,quia hæc omnia aggrauant,ſed
non mutant,*Diana p.3.tract.4.de ſacram:*
*reſolut.*225.

Sunt aliquæ circumſtantiæ explicandę,
ſic primò circumſtantias ſcandali indire-
36 ctè voliti, puta ſi quis induxerit non pa-
ratam ad peccandum,non ex animo deli-
berato,vt ipſam induceret , ſed tantum
propter propriam delectationem, ità *Co-*
ninc.de actibus ſupernaturalibus diſp.32.
dub.5.num.35.Filiuccius tom.2.tract.28
c.6.num.226.Becan.in 2.2.*c.27.q.*2.quam
circumſtantiam debent interrogare con-
feſſarij,quia populi ignorantes putant vnũ
37 eſſe peccatum . Secundò eſt explicandus
numerus perſonarum ex ſcandalo propter
peccatum coram ipſis commiſſo , ſic *Fi-*
liuccius loco citat.& Sanchez in ſumma
tom.1.lib.1.c.6.nu.8.Siluius in 2.2. *Sanct.*
*Doctor quaeſt.43.artic.3.concl.*2.idem te-
net *Bonacina de ſacram.diſput.5.quaeſt.5.*
ſect.2.puncto 2.§.3.quod ſcilicèt,ſit expri-
menda qualitas perſonarum , & numerus
quando quis ſe accuſat de verbis obſce-
nis,& ſcandaloſis, ſic etiam de qualitate
ſermonis,ſcilicèt circa quam materiam,&
ſi in materia carnis, an fornicationis, vel
38 adulterij , &c. Tertiò concubitus fidelis
cum infideli eſt circumſtantia mutans ſpe-
ciem,& ideò explicanda, *Sanchez de ma-*
trim.tom.1.lib.7.diſput.5.num.12.& Ho-
mobon.de caſibus reſeruatis part.2.caſu 4.
ſentent.5.Lopez in inſtructorio part.1. c.
35.§.affine eſt huic, & quid ipſum vide
plura de circumſtantijs . Quartò,eſt ape-
39 rienda circumſtantia concubitus à frigi-
do inepto ad generationem,nã talis con-
cubitus eſt ſpecies peccati contrà naturã,
Filiucc.tom.1.tract.10.part.2.c.1.num.23
Sanchez tom.2.lib.7.diſput.5.num.14.En-
riquez lib.5.de pęnitent.c.6. num.3. in gl.
lit.M.

Aduerte quartò, peccata eſſe dicenda
40 omnia,debet enim confeſſio eſſe integra,
vt videbimus infrà de requiſitis ad con-
feſſionem.

Li-

Limita hoc primò in ægroto, qui non
41 poteſt omnia peccata exprimere,ſed tã-
tum vi aliqua expreſſit, poteſt enim tunc
abſolui, imo quamuis nullum peccatum
exprimit,ſed tantum dat ſigna contritio-
nis,& confeſſionis, abſolui poteſt, *Anto-
ninus 3.p. tit.xj. c.2. Medina in cap. de
pœniten. Conturben.q.30.de indulg.diſp.3
Ang.ver.confeſſio 4. nu.8 Valentia q. xj.
p.1.concl.6.& ex Concil. Arauſicano c.xj.*
vbi ſic dicitur: *Subitò obmuteſcens, bapti-
zari, aut pœnitentiam recipere poteſt, ſi
voluntatis præteritæ teſtimonium aliorũ
verbis habeat, aut præſentis in ſuo nutu,*
Ratio eſt ex *Beccan.c.37.q.2.* nam ſicut
obliuio peccatorum excuſat aliquem ab
integritate,ſic etiam excuſat impotentia,
nec facit quod ad confeſſionem requiran
tur actus pœnitentiæ, nam nutus gerunt
vices talium actuum,vt expreſsè approbat
Auraſican.loc.cit.

Secundò limita, quando quis habet ca
42 ſus reſeruatos,quia poteſt tunc ipſos tan
tum confiteri Pœnitentiario,& alia con-
fiteri ſuo Confeſſario ordinario,ſic *Sot.in
4.diſt.18.p.2.ar.5.Palud.diſt.17.q.5.ar.1.
Nauar.in cap.conſideret §.cautus.nu.12.
Caetan.verb.confeſſio n.10.Valentia q.11.
p.1.caſu 6.*Ratio eſt,quia hæc confeſſio nõ
diuiditur ex verecundia, vel ex prauo af-
fectu, ſed tantum ex voluntate Sacerdo-
tis,qui forſan eſt impeditus, vt eſt Supe-
rior propter multa ſua negotia,imò *Cae-
tanus* ait, hunc eſſe ſtylum Rom. Curiæ
in abſoluendo à caſibus reſeruatis.

Tertiò limita, quando pœnitens non
43 habet copiam Confeſſarij, & ſi explicet
aliquod peccatum,Confeſſarius venit in
cognitionem complicis, tunc enim licitè
poteſt tale peccatum omittere cum pro-
poſito confitendi illud in poſterum Con-
feſſario extero, qui complicem noſcere
non valeat,ità tenet *Marſ.in 4 q.12.ar.1.
Nauar.in man.c.7.n.20.*& deinceps, & in
*cap.conſideret,n.98.*vbi etiam citat *Oſtien.
& Innoc. Nauar.*quia .ſ.& dat rõem ipſe
quando concurrunt duo præcepta incom
patibilia,maius ſecundum eſt, ſed fama
proximi eſt de iure diuino naturali, quod
tibi non vis,alteri ne feceris. & præceptũ
de integritate confeſſionis eſt de iure di-
uino poſitiuo, vt ex *Silu. verb. confeſſ.1.
num.19.*colligit *Beccan. de ſacram.pœnit.
c.40 quæſt.vlt.* (qui eſt in contraria opi-
nione *c.37.q.2.*)ergo potius eſt ſeruanda
bona fama proximi,quam quod fit ſaci-
enda confeſſio integra.

Quartò limita, ſi ſacerdos commiſiſſet
44 aliquod peccatum in danda abſolutione
alicui, quod peccatum non poſſet confi-
teri à ſacerdote, niſi reuelaret peccatum,
quod audiuit à pœnitentia,& tunc neque
tenetur confiteri de tali peccato donec
habeat maiorem copiam Confeſſariorũ,
& hoc ne frangat ſigillum confeſſionis, quod
præualet integritati eiuſdem,*Valent.q.11
p.1.concl.6. Medina q.10.de confeſſ. Nau.
c.8. nu.6.*

Quintò limita, quando ex confeſſione
45 alicuius peccati imminet graue damnũ
animæ,vel corporis,vel ex parte Confeſ-
ſarij,vel ex parte pœnitentis. Primò,ſi pœni
tens timeat ex imprudentia Confeſſarij
reuelationem confeſſionis, tunc enim po-
teſt tacere illud peccatum de quo dubi-
tat. Secundò, ſi timeret ſollicitationem
46 à Confeſſario,ſi ſe accuſet de aliquo pec
cato carnis, v.g. ſi enim probabiliter de
hoc dubitet,poteſt tale peccatum non
confiteri, *Medina q.7. de confeſſ. Nau. in
man.c.7.n.4.Valen.in loc.præcit. Beccan.
q.2.c.37.* Ex parte Confeſſarij poteſt hoc
47 euenire pluribus modis. Primò,ſi timeat
mortem pœnitentis:põt enim tunc audito
vno peccato,pœnitentem abſoluere,dein-
dè audire alia,*Beccan.loc.cit. concl.4.* Se-
48 cundò, ſi ipſe Confeſſarius morbo corri-
piatur,præſertim ſi non adſit alius Cõfeſ-
ſarius,& pœnitens ſit in periculo. Tertiò,in
49 aliquo periculo mortis,ſi ſint multi pœni-
tentes,& vnus confeſſarius, tunc enim ſi
verè immineat periculũ mortis (puta ex
ſubuerſione nauis,vel tempore belli,&c.)
poſſunt ſimul omnes ſe accuſare alta vo-
ce,& Confeſſarius vnica abſolutione,om-
nes abſoluere, *Beccan.loc.cit.Enriq.lib.2.
c.12.§.3.* Idem dic ſi ſint multi laborantes
50 in extremis in eodem tempore, puta tẽ-
pore peſtis,tunc enim poteſt confeſſarius
audito vno peccato,abſoluere,*Enriq.loc.
cit.*pro quibus omnibus ea eſt ratio, quia
integritas confeſſionis non eſt de eſſentia
ſacramenti,ſed de neceſſitate præcepti, quod
non poteſt in caſibus prædictis tam ſtri-
ctè ligari.

Aduerte quintò, quod peccata debeat
51 verè confiteri,& abſque mendacio.

Nota tamen primò,quod ſi quis men-
tiatur non circa peccata in confeſſione,
52 ſed tantum circa res non pertinentes ad
confeſſionem, committeret tantum pec-
catum mendacij,& non eſſet confeſſio in-
ualida, *Beccan.loc.cit.quæſt.3. §.prima
concluſio.*

Nota ſecundò, quòd ſi quis mentiatur
53 circa veniale,vel dicit v.g. ſe non commi
ſiſſe veniale,&ſi verè commiſit,eſt tantum
veniale,ſic *Suar.diſp.26.ſect.10.* Vel dicit
ſe commiſiſſe,& verè non cõmiſit,& tunc
ſubdiſtinguo, vel adeſt alia materia abſo-
lutio-

lutionis,vel non,ſi adeſt alia materia,non
peccat mortaliter, ſi nõ adeſt,peccat mor-
taliter,quia irritat formam,& reddit ſacra-
mentum eluſoriũ,ſic *Beccan. in §.ſecunda
concluſio circa finem.*

Nota tertiò,quod mentiri circa morta-
le,dicendo, v.g.ſe non feciſſe cum verè fe-
54 cerit,eſt peccatum mortale, nam reddit
confeſſionem non integram in materia
neceſſaria,vel dicit ſe feciſſe, & verè non
fecit,& tunc quia fallit Iudicem in re gra-
ui,etiam peccat mortaliter,*Enriquez lib.
2.c.4.lit.*C. Excipe tamen à peccato mor-
tali eum,qui non faceret hoc ex animo de-
liberato , ſed ex ſimplicitate , vel ſcru-
pulo.

Aduerte ſextò, quod peccata debent
55 ſecreto confiteri,non publicè.

Nota tamen primò,quod ſi peccatum,
56 quod quis publicè confitetur non conti-
neat infamiam alienam , ſed tantum pro-
priam pœnitentis,tunc poteſt hic publicè
cõfiteri,vel pluribus ſacerdotibus, vel per
interpretem,*S.Doctor in 4.diſtin.*17. *q.*3.
*art.*4.*quæſtiuncula* 3.*ad* 2. *Paludan.ibid.
Adrian.q.*1.*de confeſſ.Nauarr.c.*2.*num.*8.
*Valentia quæſt.*10.*part.*1.*& Trident.ſeſſ.*
24.*c.*5.vbi docet Chriſtum non prohibuiſ
ſe eum,qui voluntariè voluerit id facere,
ſed tantum non præcepiſſe talem confeſ-
ſionem.

Nota ſecundò,quod ſi peccata,quę pu-
57 blicè confitentur contineant infamiam
alterius, non poteſt fieri talis confeſſio ,
quia non ſunt facienda mala, vt eueniant
bona , & bonum nemini debet eſſe no-
ciuum, quia de ratione boni eſt beare ,
Scotus autem cum alijs in 4. tenet,Secre-
tum ex parte pęnitentis eſſe de eſſentia,ac
proindè non valere confeſſionem publicè
factam.

Aduerte ſeptimò,quod peccata debent
voce proferri,nec valet confeſſio in ſcrip-
tis,vel per epiſtolam, ſic declarauit *Cle-
mens VIII.* per *Bullam,* quæ incipit *San-
ctiſſimus Dominus,hanc propoſitionem,ſci-
licèt licere,&c.*

Nota tamen primò , quod poteſt quis
59 ſcribere peccata,& dare confeſſario,ac ip-
ſi interroganti poterit pœnitens annuere ,
& ſic valida erit confeſſio, *Sotus in 4.diſt.*
18.*quæſt.*2. *& Beccan. quæſt.*6. Non ſic
autem ſecluſa tali interrogatione , & an-
nuentia , quia non poteſt quis per ſimpli-
cem ſcripturam confiteri , ſic tenet *Sanct.
Doctor in quodlibetis art.*10. *Scotus in* 4.
*diſtin.*17.*quæſt.*1. *Enriquez lib.*2.*c.*2.*§* 6.
qui licèt dicant confeſſionem eſſe inuali-
dam,id tenent non quod talis modus con-
fitendi ſit contrà naturam ſacramẽti; nam
adhuc muti confitentur per nutus abſquè
verbis, ſed quia eſt contra communem
vſum Eccleſiæ, & eius inſtitutionem, &
Apoſtolus ait,*Confitemini alterutrum pec-
cata veſtra,*Confeſſio autem ore fit, ergò
abſolutio non ſortiretur effectum ſuum
ratione obicis,quem ponit ipſe pœnitens,
dum non ſeruat ritum Eccleſiæ,non quod
pœnitentia deficeret in eſſentialibus.

Nota ſecundò,quod in duplici caſu erit
60 licita talis confeſſio , & valida abſolutio
præſentata tali ſcriptura , & concurrente
annuentia ipſius pœnitentis,primò ſi puel
la propter maximam erubeſcentiam non
61 poſſet loqui.Secundò,ſi quis haberet ma-
ximum dolorem,& lacrymas, ſine ſingul-
tus,vt non poſſet exprimere peccata, ra-
tio eſt ſecundum *Beccan.in 3.concl.* quia
hic vſus,ſeù ritus confitendi proprio ore,
non poteſt,tam ſtrictè ligare in caſibus,tã
magnæ neceſſitatis,ergò tunc licita,& va-
lida erit confeſſio.

Circa quartum,& ſic circa effectum pę-
nitentiæ

Aduerte primò, nunquam peccata per
62 pœnitentiam remiſſa reuiuiſcere per ſub-
ſequens peccatum , nam dicitur *Ezechie-
lis* 18. *Quotieſcunq; ingemuerit peccator,
omnium iniquitatum eius non recordabor
amplius,*& ad *Romanos* 11. *Deus nunquam
retractat ſemel datam remiſſionem.* Dici-
mus hoc , nam àpud *Magiſtrum ſentent.*
non defuere, qui dixerint per ſubſequens
peccatum reuiuiſcere peccata anteà re-
miſſa.

Confirmatur noſtrum dictum ex *capitè
fin.de pœnit.diſtin.*4.ibi, *Diuina clemen-
tia dimiſſa peccata in vltionem vlterius re-
dire non patitur,*& *Sanct.Doct.*apud *Gra-
tianum de pęnitent.diſtinct.*4. idem con-
firmat.

Dices primò,illud *Regum* 3.*c.*17.vbi mu
lier vidua dixit Eliæ.*Ingreſſus,& adme,
vt rememorarentur iniquitates meæ,et in-
terficeres filium meum,*ergò peccata remiſ
ſa reuiuiſcunt,& aliquid operantur,& *pſal.*
78.habetur, *Ne memineris iniquitatum
noſtrarum antiquarum,*ergo peccata re-
miſſa reuiuiſcunt.

Reſpond.neg.vtramq; conſequentiam,
63 & ad dicta loca reſpond. quod per ipſa
non probatur reuiuiſcere peccata quoad
maculam culpæ , ſed tantum quoad pœ-
nam,quam Deus differt infligere , & tem-
pore quo non infligit,videtur obliuiſci,ta-
mẽ poſteà occaſione alterius peccati qua-
ſi reminiſcens iniquitatum antiquarum ,
nouam infligit pęnam,vndè quando *Aug.*
& cęteri patres videntur docere peccata
remiſſa reuiuiſcere , id intelligendum eſt

non

non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & quoad aliquam pęnam quam Deus infligere diſtulit, vt diximus, ſic explicat, *Auguſt.* & alios patres *Suarez diſputat.* 13. *ſectione* 1.

Dicea ſecundò, peccatum remiſſum aliquando punitur pęna æterna, ergò reuiuiſcit, nam pœna ęterna datur propter reatum culpæ exiſtentis. Probatur antecedens, nam ſi quis poſt remiſſum vnum peccatum (remanente tamen pœna temporali ſoluenda) committat aliud peccatum, ſi hic moriatur, punitur pœna æterna, & punitur etiam peccatum remiſſum, nam dum remanet pœna ipſius purganda, & in Inferno nulla eſt redemptio, remanet per conſequens tale peccatum puniendum in æternum, ergò falſum eſt id, quod diximus. ſ. peccatum remiſſum non reuiuiſcere.

Reſpond. antecedens negari ab omnibus, & ſignanter à *Sanct. Doctor in* 4. *diſt.*
64 22. *quaſt.* 1. *art.* 1. *ad* 2. & 4. *Scoto ibidem*
diſt. 15. *quaſt.* 1. *art.* 4. *Medina tract.* 5. *de*
pęnit. quaſt. 5. §. *corollaria*, ſequitur à *Coninc. diſp.* 10. *dub.* 5. & ab alijs communiter, & ad probationem dicimus, quod per accidēs ſe habet tale peccatum puniri pęna æterna, non quod per ſe taliter punibile ſit, (quia hoc modo haberetur pro non remiſſo) ſed quia quis decedit cum tali pœna temporali purganda, & cum ſtatus inferorum non admittat tempus ſatisfactionis, nemo enim in puris naturalibus poteſt Deo quouis modo ſatisfacere, vel ſatis pati, ibi enim nulla eſt redemptio, hoc ideò punitur tale peccatum ratione alterius, quod meretur pęnam ęternam, ac proindè non ex propria ratione, ſic *Suarez diſput.* 13. *ſect.* 2. & cum ipſo Theologi communiter, non negamus tamen poſſe Deum elapſo aliquo tempore pęnarum Inferni habere tale peccatum pro remiſſo quoad pęnam temporalem, quæ remanebat ſoluenda, ſed hęc Theologis relinquamus.

Aduerte tamen, quod hac ratione pu-
65 niuntur etiam pœna æterna peccata venialia, quia damnati propter mortalia, ſi venialia etiam habeant, puniuntur propter hæc, & propter illa, & nunquam ſatiſfaciunt quantumcumq; pœna opprimantur, & patiantur, nunquam enim releuantur, ſed ſemper ſunt pœna digni, & damnatorum ſatis paſſio, nullam habet firmitatem, *cap. non æſtimemus, cap. præſenti,* & *cap. tempus* 13. *quaſt.* 2. neq; ex hac punit Deus vltra condignum, ſemper enim ſunt digni, vt puniantur, & nunquam poſſunt ipſi reddere Deo æquiualens, quia vt infrà videbimus, nemo poteſt facere opus ſatisfactorium, niſi ſit in gratia, & Deo amicus, tum quia ſequeretur, quod ſi in Inferno remitterentur peccata venialia, vel peccata anteà remiſſa, poſſet quis orare pro degentibus in Inferno, quod à mente omnium fidelium eſt omninò alienum.

Aduerte ſecūdò, quod neq; per Dei po-
66 tentiam abſolutam poteſt reuiuiſcere peccatum remiſſum ſimpliciter, Eſt communis ſententia Theologorum, & probatur, quia dum ſunt abſolutè remiſſa, interceſſit decretum Dei de tali remiſſione abſoluta, ſed Deus immutabilis eſt, *cap. firmiter de ſumm. Trin. & fide Cathol. S. Doct.* 1. *p. q.* 9. & *q.* 19. *art.* 7. ergò quod ſimpliciter, & abſolutè à Deo remiſſum eſt, ſemper ſic permanet, tum etiam quia neq; poſſet dici tale peccatum, peccatum nobis, nam peccatum includit voluntarium, ergò dū homo non habet voluntarium circa tale peccatum, non poteſt iterum induci eius macula, quæ includit voluntarium, & vbi deeſt voluntarium, ibi nullum peccatum. Neq; poſſet dici talis reuiuiſcentia peccatorum remiſſorum voluntaria in peccato ſubſequenti, tanquam voluntarium in cauſa, nam ad hoc vt vna res poſſit dici voluntarium in cauſa, non ſufficit facere, & ponere cauſam talis rei, ſed etiam talis cauſa quæ ponitur, debet cognoſci, vt talis, & poni, vt cauſa mali ſubſequētis, aliàs id quod ab ipſa prouenit, non poſſet dici voluntarium, nihil .n. dicitur volitum, quod non fuerit præcognitum.

Aduerte tertiò, poſſe Deum de poten-
67 tia abſoluta remittere aliquod peccatum ſub conditione, vt ſc. ſi quis aliud in poſterum committat, reuiuiſcat tale peccatum quoad pęnam etiam æternam. Patet hoc, quia ex nullo capite apparet implicantia; ergò non eſt cur non poſſit Deus, ità remittere. Cęterum ſubſequens peccatum ad multa iam remiſſa, non aggrauat culpam, eo quod forſan ſit contrà multiplicem Dei miſericordiam, niſi quis expreſsè peccaret in contentum talium beneficiorum, & miſericordiæ.

Sed quæres primò, vtrum poſſit per pęnitentiam remitti vnum peccatum mortale ſine alio.

Reſpon. negatiuè de lege ordinaria, ſic *S. Doct.* 3. *p. q.* 86. *art.* 3. *in corp.* & ratio eſt,
68 quia peccata] remittuntur per infuſionem gratiæ, cui quodlibet peccatum aduerſatur, ergò non poteſt vnum remitti ſine alio, tum quia quem pęnitet de vno peccato propter Deum, pœnitet etiam de omnibus alijs, nam quodlibet peccatum eſt contra Deum, nec poteſt verus pœnitens

habere dolorem de vno peccato, & non de alijs, quia non haberet verum dolorem nec à Deo eſt ſperanda talis dimidiata remiſſio, vt ait *Aug. lib. de vera, & falſa pœnit. c. 6.* non longè à fine, ibi: *Quædam impietas infidelitatis eſt ab illo qui iuſtus, & iuſtitia eſt dimidiam ſperare veniam, &c.* Verum tamen eſt, quod poſſet Deus ſaltem extrà ſacramentum per contritionem pœnitentis remittere vnum peccatũ ſine alijs, ratio eſt, quia tota ratio remiſſionis peccatorum, eſt gratia quæ infunditur, quæ habet contrarietatem cum peccatis, & expellit illa, ſed nulla eſt implicantia cur non poſſit Deus producere gratiam, quæ habeat contrarietatem cum vno, vel pluribus peccatis, & non cum alijs, & quæ tendat ad expellendum tale peccatum, & non alia, ergo poterit Deus hoc facere, tum quia poteſt Princeps ſecularis qui paſſus eſt plures iniurias à ſubdito vnam remittere, & non alias, ergo ſic etiam poterit Deus.

Quæres ſecundò, an remiſſo peccato mortali, remaneãt aliquæ reliquiæ in homine?

Reſp. affirmatiuè, ſic S. *Doct. quæſt. cit. ar. 5.* & ratio eſt, nam per frequentatos
69 actus peccaminoſos, quis acquirit habitum ſic inordinatum, remiſſo autem peccato, tollitur auerſio à Deo, & fit conuerſio ad ipſum. Tollitur actualis conuerſio ad creaturas, remanet tamen illa habitualis inclinatio, & tendentia, ſed mortificata, vt diximus de fomite in Sacramento baptiſmi, & per alios actus cõtrarios ſubſequentes inductiuos boni habitus cõtrarij omninò in poſterum, tollitur talis reliquia peccati.

Quæres tertiò, an remittatur peccatum veniale abſque infuſione gratiæ.

Reſp. affirmatiuè, & ratio eſt ſecundum
70 *S. Doct. q. 87. a. 2. in corp.* nam vnũquodq; tollitur per ſuum contrarium, vndè quia mortale inducitur cum amiſſione gratiæ, tollitur per infuſionem eiuſdem, at veniale non facit quod homo amittat Dei gratiam, ſed tantum retardat ne magis accedat ad Deum, meritò quotieſcũq; homo facit aliquem actũ per quem accedat aliquo modo ad Deum, habet remiſſionem venialium; ſed poteſt eſſe, quod hic actus ſit adeo infirmus, vt nõ mereatur augmentum gratiæ (puta ſi eſſet attritio) ergò tũc remitterentur venialia abſque infuſione gratiæ.

Quæres quartò, an detur caſus in quo verè nunc remittantur venialia abſq; infuſione gratiæ.

Reſp. ſecundum Sanctum Doctorem
71 & communem Canoniſtarum, & Theologorum, quod habemus multa, quæ ſi deuotè fiant, operantur remiſſionem venialium, & ſunt confeſſio generalis, oratio dominica, tunſio pectoris, aſperſio aquæ benedictæ, benedictio Epiſcopalis, oratio in Eccleſia conſecrata, vnctio ſacramentalis, &c. & ratio eſt ſecundum *S. Doct. art. 3 q. cit.* quia per hæc habetur aliquis actus, vel religionis in Deũ, vel petitionis, vt remittãtur peccata, vel deteſtationis eorũdem, &c. per quos actus quis accedit ad Deũ, ergo ponit formam contrariam venialibus, quæ retardant acceſſum ad Deũ, meritò habet remiſſionem venialium.

Quæres quintò, an poſſit remitti veniale ſine mortali?

Reſp. negatiuè, & ratio eſt, quia non fit
72 remiſſio culpæ ſine gratia, *S. Doct. q. 86. ar. 3. & q. 87. ar. 4. in corp.* vndè ad impetrandam remiſſionem venialium, neceſſe eſt, vel quod ſit in gratia, & faciat vnum ex actibus enumeratis; vel quod eliciat actum charitatis, vel contritionis, & ſic conſequitur remiſſionem mortalium, & venialium.

Circa ſecundam partem quæſiti, & ſic 5
circa recuperationem bonorum operum quę per ſubſequens peccatum mortificata fuerunt,

Aduerte primò, quod opera facta in
73 peccato mortali, non habẽt rationem meriti ad æternam gloriam, quia duo cõprincipia requiruntur ad merendum, ſ. voluntas libera in operãte, & gratia, *S. Doct. p. 2. q. 109. ar. 5. & q. 114. ar. 4.* & probatur, quia meritum debet habere proportionẽ cum premio, ſed premium eſt ſupernaturale, & ſatis excedens (vt eſt viſio Dei, & gloria) ergo opera debent eſſe ſupernaturalia, ſed qui eſt in peccato mortali nõ habet gratiam, quæ eſt principium vitæ ſupernaturalis, ergo eius opera nõ ſunt meritoria vitæ æternæ, quia nõ ſunt ſupernaturalizata, patet etiam ex *Trid. ſeſſ. 6. c. 16. & ſeſſ. 4. c. 8. de ſatisf. neceſſit. & fruct.* ibi, *Nam qui ex nobis tãquam nobis nihil poſſumus, eo cooperante qui nos confortat, omnia poſſumus,* & ſubdit, *Quod in Chriſto meremur, & ſatisfacimus, ergò qui non eſt in Chriſto, & ſic non eſt in gratia, non habet modum merendi.*

Confirmatur dictum, ex *cap. nihil, de pœnit. diſt. 3.* ibi, *Nihil prodeſt homini ieiunium, & oratio, niſi mens ab iniquitate conſurgat,* & *Pſ. 117.* ibi, *Impij incircuitu ambulant*, quaſi diceret Dauid, non mouentur ab eodem loco, & ſi multum operentur, & *Iſaiæ c. 1. Ne offeratis incenſum fruſtrà, incenſum abominabile eſt mihi,*

ma-

manus enim veſtra , ſanguine plenæ
ſunt.

Aduerte ſecundò, quòd opera bona fa-
74 cta in peccato mortali habent aliquam
rationem meriti naturalis, vt per *gloſ. in*
cap. quot quidem de pęnit. & remiſſ. per il-
los verſus.

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona
terræ
Cor faciunt humile, minuunt tormenta
gehennæ.

Vnde per talia bona opera quis conſequi-
tur à Deo bonam prolem, augmentum
diuitiarum, ſanitatem, &c. inſuper humi-
liationem cordis, quatenus pietatem na-
turalem exercet, & diminutionem ge-
hennæ, quatenus facienda talia bona ope-
ra, quis euitat peccatum omiſſionis, ac
proindè non venit puniendus in Inferis
pro ipſo, & ſic eſt diminutio gehennæ prę-
ſeruatiua, non verè diminutiuè.

Aduerte tertiò, quod quodlibet opus
75 bonum iuſti habet apud Deum retribu-
tionem, licet opus minimum ſit, *Matt.* 10.
& Lucæ 11. ibi, *Veſtri capilli capitis omnes*
numerati ſunt, ac ſi diceret Dominus etiã
bonam cogitationem idem, & *Trid. ſeſſ.* 6.
can. 32. vbi bona opera merentur augmẽ-
tum gratiæ, & vitæ æternæ, & *Eccleſ.* 9. ibi
Comede cum lætitia, quia placent Deo ope-
ra tua.

Aduerte quartò, id quod certum eſt
apud omnes, ſcilicèt, non poſſe reuiuiſce-
76 re id, quod nunquam fuit viuum, & ſic cũ
opera facta in peccato mortali nunquam
fuerint viua, per conſequens non poſſunt
reuiuiſcere per ſupernenientem pęniten-
tiam, & gratiam. Patet hoc ex illo *Sapient.*
27. ibi. *Qui abijcit ſapientiam, & diſcipli-*
nam, infelix eſt, & vacua eſt ſpes illorum,
& labores ſine fructu inutilia opera eorũ,
vbi ly, inutilia indiſtinctè ponitur, ergò
neq; per ſuperuenientem pęnitentiam ali-
quod valent, patet ſecundò ex illo *pro-*
uerb. 11. ibi, *cap. Impius facit opus inſtabi-*
le, ſeminanti autem iuſtitiam merces fide-
lis, ergò opera impiorum ſunt inſtabilia,
& ad nihil valent.

Aduerte quintò opera, quæ fuerunt fa-
77 cta in ſtatu gratiæ amitti deindè per ſub-
ſequens peccatum, nam deſtructo funda-
mento, corruit totum ædificium, ſed gra-
tia eſt fundamentum bonorum operum;
ergò deperdita gratia euaneſcũt bona
opera. Quod gratia ſit fundamentum; pa-
tet, quia opus ſupernaturale non poteſt
recipi in potẽtia naturali niſi ſit informa-
ta gratia, ſed meritum, quod relinquunt
talia opera, eſt quid ſupernaturale, ergò ni-
ſi quis habeat gratiam, quæ eſt vita ſuper-
naturalis, neq; habet radicem talium me-
ritorum, ac proindè deperdita gratia, de-
perduntur omnia opera, quæ ad gratiam
ſubſequuntur, ſic Theologi, & Canoniſtæ
communiter.

Aduerte ſextò, per ſuperuenientem pę-
78 nitentiam recuperari omnia bona opera
meritoria, & omnem ſtatum gratię deper-
ditum per peccatum commiſſum, patet ex
Ezechiel c. 33. ibi, *Impietas impij non no-*
cebit ei, in quacumq; hora conuerſus fuerit
ab impietate ſua, & *c.* 18. habetur, *omnium*
iniquitatum eius quas operatus eſt, non
recordabor, ſed maximè recordaretur
Deus iniquitatum peccatoris, niſi ei reſti-
tueret omnia bona deperdita per pecca-
tum, ergò dicendum eſt ea reſtitui, ſicut
à pari, ſi propter crimen Princeps confi-
ſcaſſet bona alicuius, non poſſet dici re-
miſſum, deindè crimen illi non nocere, ni-
ſi reſtituerentur bona, ergò pariter in caſu
noſtro dici debet. Patet ſecundò ex *Tri-*
den. ſeſſ. 6. *c.* 16. vbi præponitur merces per-
ſeuerantibus in gratia, ſiuè etiam lapſis, &
redeuntibus ad Deum, ibi, *Labor veſter*
non eſt inanis in Domino, non enim iniu-
ſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis ve-
ſtri, & dilectionis quam oſtendiſtis in no-
mine ipſius, nolite amittere confidentiam
veſtram, quæ magnam habet remuneratio-
nem, &c. Hæc ibi, & alia ſimilia ſubſequun-
tur; patet tertiò, nam ceſſante cauſa, ceſſat
effectus, *cap. cum ceſſante de appellat.* ſed
cauſa propter quam receſſit meritum fuit
peccatum, ergò remiſſo peccato, debet ceſ-
ſare talis effectus, tum quia iſta bona ope-
ra non ſunt quid materiale, quod corrum-
patur per peccatum, & deindè indigeat no-
ua Dei creatione, ſed tantũ ſunt ius quod-
dam, quod habet anima ad gloriam, per
peccatum ſuſpenditur, ſeù impeditur tale
ius (ita vt ſi ſic decederet, nõ haberet glo-
riam) ergò ceſſante peccato, reſtituitur.
Patet quartò, nam per gratiam ſubſequen-
tem quis reſtituitur in priſtinum ſtatum,
ſed reſtitutus recuperat omnia, quæ ami-
ſerat, *l. quod ſi minor, §. reſtitutio, ff. de mi-*
noribus, & mitius agitur cum Deo, quam
cum homine, *l. celſus, ff. de receptis arbi-*
tris, ergò ſi homines, reſtituto omnia bo-
na deperdita concedunt, multò fortiùs id
dicendum eſt in Deo, cuius miſericordiæ
non eſt numerus, & qui eſt pater miſericor-
diarum, cuius natura, ſeù proprietas eſt
miſereri ſemper, & parcere, & *Ambroſius*
lib. 2. *in Lucam* ait, *Vide quam Deus, et fa-*
cilis indulgere peccatis, non ſolum ablata
reſtituit, verum etiam inſperata concedit,
ergò ſic omninò dicendum eſt.

Collige ex dictis, primò, ſtatim cum in-

79 fuſione gratię in ſacramentis,vel per con-
tritionem,recuperati omnia bona deper-
dita, nulla enim eſt ratio maioris dilatio-
nis,& Deus abſq; rempore operatur. Se-
80 cundò,recuperari omne meritum deper-
ditum, ius ad gloriam, gratiam, virtutes
theologales, & morales, quia vt diximus
de ſacramento baptiſmi,iſtæ virtutes ſunt
neceſſariæ ad vitam ſpiritualem, ſed quis
recuperat principium vitæ ſpiritualis,ergò
debet recuperare omnia neceſſaria ad ta-
lem vitam, vt ſunt dictæ virtutes,vt patet
ex ſupra dictis.

Dices primò,ſi hoc eſſet,ſequeretur in-
iuſtum eſſe melioris conditionis,quam ſit
homo iuſtus,probatur, nam homo iuſtus
non haber, tam magnum beneficium à
Deo,vt eſt recuperatio bonorum,& nouũ
augmentum gratiæ, quod conſequitur ex
ſacramento, vel contritione, vel ex actu
charitatis,propter quæ habet remiſſionẽ,
& recuperat gratiã,ergo nõ eſt,ita dicẽdũ.

Reſp. hanc obiectionem petere ſolutio-
nem quæſtionis theologicæ,per quã quę-
ritur,an ſit maius beneficium præſeruatio
à peccatis, vel excitatio, & reſurrectio ab
ipſis, Cui quæſito,vt breuiter reſpondea-
mus.

Dico ſecundum *S.Doct.*& communem
81 Theologorum, eſſe maius Dei beneficiũ
præſeruare aliquem,& manutenere in in-
nocentia, quam liberare à culpa commiſ-
ſa,nam innocentia nullum malum dicit,
reſurrectio autem dicit malum iam fuiſſe,
& ſic connotat præteritam Dei inimicitiã,
vt Deus aliquem præſeruet in gratia, vti-
tur extraordinarijs remedijs, vt fuit in
B.V.quam vt pręſeruaret,tot vſus eſt vijs,
vt autem aliquem excitet à peccato, & li-
beret,vtitur via ordinaria inſpirationum,
impulſus,&c.igitur ad argumentum.

Reſp. quod ille,qui recuperat gratiã de-
82 perditam cum virtutibus, &c. non facit
nouum lucrum, imò vt diximus,eſt lucrũ
indignum, connotans Dei inimicitiam
præteritam,& reſpectu nouæ gratiæ,quam
acquirit, hanc poteſt acquirere iuſtus fa-
ciendo actum charitatis ergà Deum, vel
proximos,& ſic nulla apparet melior con-
ditio peccatoris, quam iuſti.

Dices ſecundò,ſi hoc eſſet, facilitaren-
tur homines ad peccandum,nam ſunt tu-
ti, quod poſteà per ſubſequentem pœni-
tentiam recuperant omnia bona deperdi-
ta,ac proindè nihil amittent,ergò non eſt
ità dicendum.

Reſp.neg.antecedens,& ratio eſt,nam
83 ex tali capite poſſet etiam homo pro ſui
libito offendere Deum, tutus de Diuina
miſericordia infinita. Sed ſit quomodo-
cunq; ſaltem exponit ſe periculo decedẽ-
di in ſtatu peccati,& amittendi Deum in
æternum, vndè enim cautionem habet,
quod poſt commiſſum peccatum,præbea
tur ei occaſio,& tempus reſurgendi? rum
quia maximum malum eſt priuari chari-
tate Deij, & amicitia ſummi boni etiã pro
minima parte temporis.

Dices tertiò, homo reſurgens à pecca-
tis,adhuc videtur malè habituatus,& ten-
dens ad ipſa,ergò non recuperat virtutes,
& alios habitus ſupernaturales.

Reſp.neg. conſequentiam, vt diximus
84 de baptiſmo,nam ſignum eſt,quod in ip-
ſo habitus malus præualet,& eſt in maio-
ri gradu, quam ſit habitus ſupernaturalis
infuſus, igitur accedat ipſe ad Deum ma-
gis,& magis,vt maius habeat augmẽtum
gratiæ,& habitus ſupernaturalis,atq; adeò
expellat habitus malos,vt firmentur,& au
geantur boni.

Circa quintum,pro pœna circa morie-
tes in peccato mortali,& impęnitentes.

Aduerte plures pęnas eſſe introductas,
85 & in primis,ſi ſit elapſus annus Eccleſia-
ſticus,impęnitens eſt excommunicatus,&
priuatur Eccleſiaſtica ſepultura, *Becan.
c.36.de pœnit.q.5.§.ſecunda concluſio*,ubi
limitat hanc pœnam in impuberibus,in
quibus non ſunt punienda debita,ſicut pu
niuntur in maioribus, *Greg.in cap.pœnit
de delictis puerorum*.Secundò,ſi ſit impę-
nitens viuus adhuc expellitur ab Eccleſia,
& dicitur *arcebitur* ad oſtendendam vio-
lentiam,nam iſte expelli poteſt etiam im-
plorato brachio Curiæ ſęcularis,*capit.ad-
miniſtratores 23.q.5.c.1.de offic.ordinarij*,
& etiam non lata excommunicatione,po-
teſt ſic ab Eccleſia arceri elapſo anno, &
tempore præcepti, aliàs habet pœnas per
DD.quarum maxima eſt priuatio ſummi
boni.

Collige ex *gloſ.* noſtra hic quod non
86 poteſt quis adimplere per alium ſatisfa-
ctionem ſibi impoſitam à Cõfeſſario, *cap.
pęnit.de pœnitent.diſtin.3. & capit.omnis
vtriuſq;ſexus de pęnit.& remiſſ.* neq; hic
currit regula,qui per alium facit,per ſe ip-
ſum facere videtur,ſed limitatur in patre,
cui ſi præcipiatur aliqua actio pœnalis,po
teſt filius pro ipſo ſatisfacere de volunta-
te Confeſſarij, pater enim magis in filio
quam in ſeipſo cruciatur,*l.iſti quidem,ff.
quod metus cauſa*, dum pro vna perſona
habentur *gl.* hic verbo proprijs viribus, &
extendit etiam ad exteros vrgente neceſſi
tate,vt ſi pœnitens ſit infirmus, ſed de ſa-
tisfactione,infrà ſuſius erit agendum.

Collige ſecundò, præceptum Eccleſia-
87 ſticum non eſſe taxatiuum aſcenſiuẽ, ſed
pe-

peremptorium, vt ſcilicèt ad minus ſemel in anno quis confiteatur peccata ſua, & ſumat ſacram Euchariſtiam, quod antiquitus frequentiùs fiebat, *cap. et ſi frequentiùs de conſecr. diſt. 2.* vndè malè loquuntur qui dicunt, quod Eccleſia præcipit fideles ſemel in anno confiteri, quia non eſt voluntas taxatiua, ſed præceptina, nec eadem lege ligantur Eccleſiaſtici, iſti enim ſæpiùs ad hæc ſacramenta accedere debēt ratione maioris exempli, & vitæ ſanctioris, quā ducere debent, *clem. ne in agro, §. ſanè de ſtatu religioſorum.*

In §. conſtat igitur.

SVMMARIVM.

1 *Partes pœnitentiæ anumerantur.*

1 IN præſenti §. aſſignantur partes ſacramenti pœnitentiæ, quę ſunt cordis contritio, oris confeſſio, & operis ſatiſ factio. Ideò à prima incipientes, tractatum de contritione breuiter, & clarè decurrentes per articulos diuidemus, ſit igitur.

ARTICVLVS I.

Vnde dicatur contritio quid ſit, & quotuplex ſit.

SVMMARIVM.

1 *Contritio, quid ſit, & quotuplex. nu. 12.*
2 *eius ſymbolum.*
3 *eius definitio eſſentialis.*
4 *Quomodo charitatem Dei includat; & n. 9. & 11.*
5 *eſt ſufficiens diſpoſitio ad remiſſionē peccatorum extra ſacramentum.*
6 *Charitas erga Deum qualis.*
7 *Dolor peccatorum qualis in contritione.*
8 *Amor Dei commenſuratur, cum odio peccati.*
10 *Peccati odium eſt Dei dilectio.*

1 CIrca primam partem articuli, dicimus, quod contritio idem eſt, ac ſciſſio, & hoc ab effectu contritionis, quæ operatur ſciſſuram, ſeù ſeparationem animæ à creaturis, & ſciſſuram, etiam corporis per pœnitentias, quas veri pœnitentes exercent, vndè piſcina in Eſebon, quod interpretatur cingulum mœ-
2 roris, ſimbolum fuit contritionis, quacum lachrymis in dolore peccata delentur, *Pater Franciſcus Pauonius 3. part. can. 7078.*

Circa ſecundam partem articuli, dicimus ex *Trident. ſeſſ. 14. capit. 4. de contrit.*
3 quod contritio eſt animi dolor, ac deteſtatio de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cœtero, vndè Dauid *pſalm. 6.* dicebat, *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*, quaſi diceret pœnitet de annis præteritis in peccatis, quia tamen hic loquimur de contritione perfecta, prout differt ab attritione, quæ eſt contritio imperfecta, ideò

Aduerte primò, quod contritio, quæ
4 diſponit ad iuſtificationem extrà ſacramentum, debet neceſſariò eſſe aliquo modo ex amore Dei ſuper omnia, *Sanct. Doctor 3. part. quæſt. 85. art. 5. & 6. quæſt. 86. art. 3. & 1. 2. quæſt. 123. art. 4. 5. & 8.* Dixi aliquo modo, quia poteſt eſſe virtualiter, vel formaliter. Formalis amor Dei eſt actus charitatis, virtualis verò amor Dei eſt actus contritionis, vt patebit infrà.

Probatur dictum ex *Trident. ſeſſion. 14.*
5 *c. 4.* vbi habetur, quod contritio perfecta eſt ſufficiens diſpoſitio ad remiſſionem peccati, ſed remiſſio peccati non poteſt haberi ſine mutua amicitia inter peccatorem, & Deum, ergò neceſſariò actus contritionis includit actum charitatis. Fauet etiam noſtrum dictum illud *Ioann. 3. Qui non diligit, manet in morte*, ergò ſine amore Dei, non habetur remiſſio peccatorum, & *Paulus 1. ad Corinthios cap. 13.* ait, *Si charitatem non habuero, nihil ſum*, quod autem debeat eſſe dilectio Dei ſuper omnia, patet, nam qui diligit aliquid ſupra Deum, vel qui diligit aliquid æquo modo, ac Deum, eſt in actuali mortali, quod patet ex præcepto Domini. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, & *capit. conuertimini de pœnitent. diſtinct. 1.* vbi habetur, quod ex toto corde debemus diligere Deum ad iuſtificationem, idem habetur in *cap. ſi conuerſio diſtinct. cit.*

Aduerte ſecundò, contritionem inclu-
7 dere etiam neceſſariò dolorem peccatorum ſuper omnia, *Sanct. Doctor in 4. diſtin.*

ſtinct.17. quaeſt.2. artic.4. queſtiuncula
*1.ad 4.*ex illo *Deuteronomius 4.*ibi,*cum*
quæſieris Dominum Deum tuum,inuenies
eum, ſi tamen extoto corde tuo quæſieris
eum, & cum tota perturbatione animæ
tuæ,vbi nota ly,*cum tota perturbatione*,
ad oſtendendum maximum dolorem
peccatorum, quod ſcilicèt, vt inueniatur
Deus per amicitiam, & gratiam, debet
anima eſſe tota perturbata, & habere do-
lorem maximum, quem poteſt habere
8 appretiatiuè,vt ſcilicèt, homo plus æſti-
met offenſam Dei, quam quodlibet aliud
malum,tum quia qui diligit Deum ſuper
omnia bona, triſtatur de malo oppoſito
contrà Deum ſupra quoblibet aliud ma-
lum,& hic eſt effectus veræ,& non fictę di-
lectionis.

Aduerte tertiò, quod contritio ſi ſpe-
9 ctetur,vt contritio, non eſt formalis cha-
ritas,ſed tantum virtualis. Probatur,quia
contritio eſt actus pœnitentiæ, quæ eſt
virtus diſtincta à charitate, ergò contritio
non eſt formalis actus charitatis; tum
quia deteſtari peccata per contritionem
10 propter Deum offenſum, eſt amare Deũ
indirectè,& reductiuè, ergò nõ eſt forma-
lis charitas,*Suarez diſput.4. ſect.2.* & alij
apud ipſum.

Nota tamen nos non negare contritio-
nem eſſe charitatẽ in genere, ſed dicimus
11 tantum non eſſe ſpeciem charitatis,qua
quis vult Deo bonum, vt volunt iuſti, &
qui operantur ex habitu charitatis,ſed eſ-
ſe aliam ſpeciem charitatis, qua quis re-
mouet impedimenta rendendi ad Deum,
vndè eſt formális charitas in genere, vir-
tualis charitas in ſpecie,prout eſt virtus il-
la,quę vult Deo bonum,& amat ipſum,vt
ſummum bonum.

Circa tertiam partem articuli
Aduerte,quod contritio duplex eſt,alia
12 perfecta,alia imperfecta.Perfecta eſt, de
qua nos loquimur in pręſenti.Imperfecta,
ſeù potiùs attritio,eſt de qua infrà.

ARTICVLVS II.

An contritio requirat neceſſariò propoſitum vitandi peccata in poſterum, & confitendi.

SVMMARIVM.

1 *Propoſitum non peccandi de cætero, quomodo requiramur,& n.2.et an ſufficiat virtuale n.3.4.5.6.& 7.*
8 *Propoſitum confitendi,an ſit neceſſarium, & n.9.*
10 *Propoſitum ſatisfaciendi Deo, an ſit neceſſarium.*
11 *Patientia in aduerſis ſatisfactio eſt.*
12 *Satisfactio dilatata arguit imperfectam pęnitentiam.*
13 *Pęnitentia eſt perfectior ſi omnes actus expreſsè ponantur.*

PRro ſolutione huius articuli,
Aduerte primò, certum eſſe
quod in eo, qui cogitat de futura
1 vita,requiritur neceſſariò formale propo-
ſitum vitandi peccata in poſterum,quia
non poteſt eſſe dilectio in eo,qui in poſte-
rum putat redire ad idem. Sic *Caetan. in*
opuſcul.tom.1.tract.4.quaeſt.1.Sotus in
4.diſtinct.15.quaeſt.1.artic.2. & diſtinct.
17. quaeſt.2. artic.1.& 2. Bellarm.libr.2.
de pęnitent.cap.6.& 7. Suarez diſputat.4.
ſect.3.num.3. Vaſquez quaeſt.86. artic.2.
dub.4.numer.7.Coninc.diſputat.2. dub.6.
num.18. Probatur ex *Trident.ſeſſ.14.c.4.*
vbi ait,contritionem eſſe dolorem de pec
cato præterito,cum propoſito non pecca-
2 di in poſterum, ergò requiritur hoc pro-
poſitum,tum quia conuerſio ad Deum,
quę fit per contritionem,includit initium
bonæ,& nouæ vitæ,ergò debet homo ha-
bere tale propoſitum bonæ vitæ in poſte-
rum.

Aduerte ſecundò, dari caſum in quo
3 poteſt haberi remiſſio peccatorum abſq;
formali propoſito vitandi peccata in po-
ſterum,dummodò ſaltem ſit virtuale. Eſt
autem virtuale propoſitum ſi quis intrin-
ſecè talem habeat voluntatem non pec-
4 candi de cętero. Puta ſi dum eligit actum
contritionis,interrogaretur, an vellet in
poſterum peccare, diceret nunquam in
poſterum peccabo,quod ſufficere,docent
Maior,et Almainus in 4.diſt.14.q.1.Medin.
in C.de pęnit.tract.1.q.3. Sotus lect.17. de
pęnit. Nauarr.in manual.c.1.nu.15. Sua-
rez,Vaſquez,& Coninc.locis ſuprà citatis,
5 & in pluribus caſibus id currere poteſt.
Primò,in omninò immemore futuræ vi-
tæ hic.n.ſi eliciat actum contritionis pec-
catorum,propter ſummum bonum offen
ſum,iuſtificabitur(licèt non cogitet de fu-
tura vita,&propoſito,) quia veram habet
contritionem, & hanc inſtificare, docet
6 *Trid.cit.*Secundò,ſi quis certò ſciat ſe du-
dum

dudũ moriturum,& putet fruſtratorium
eſſe tale propoſitum, ita vt virtualiter ſi
putaret ſe poſſe ſuperuiuere, faceret tale
propoſitum. Tertiò, ſi quis faceret actum
7 amoris Dei, immemor ſuorum peccatorũ,
omnes conſentiunt, talem iuſtificari, & ta-
men neq; deteſtatur formaliter peccata,
neq; facit propoſitum non peccandi de
cætero, ergo in omnibus his caſibus non
requiritur eſſentialiter, & neceſſariò tale
propoſitum.

Aduerte tertiò, neque requiri per ſe
8 propoſitum confitendi. Patet quia, vel
quis habet formale propoſitum vitandi
peccata in poſterum, & hic certum eſt, quod
virtualiter vult obſeruantiam præcepti
confitendi ſemel in anno, niſi habeat poſi
tiuum actum contrarium non confitendi,
9 quia hic nõ haberet perfectam contritio-
nem, & per conſequens non iuſtificaretur.
Vel eſt immemor talis propoſiti de cęte-
ro, quia videt dudum ſe moriturum, vel
quia nõ cogitat de futura vita, & ſic omit
tit propoſitum formale, & hic dum virtu-
aliter habet propoſitum vitãdi peccata,
habet etiam ſic propoſitum confitendi, vt
ſupra diximus, & docent *Suar. Vaſq. Co-
ninch. Sot.* & alij locis cit.

Aduerte quartò, neque requiri formale
10 propoſitum ſatisfaciendi Deo in hac vi-
ta per pęnalitates, mortificationes, ſiue
per alia pia opera, vel iniuncta à Confeſ-
ſarijs, vel volũtariè elicita; patet diſcurrẽ-
do eodem modo, quo ſupra diximus, te-
net *Enriq. lib. 4. de ſacram. c. 24. n. 6. Suar.
3. p. diſp. 4. ſect. 3. n. 8. Sot. in 4. diſt. 20. q. 2.
a. 2. circa fin.* & alij, quia oẽs tenent com-
11 muniter ſufficere, quod pęnitens ſeù ſe
conterens ſit paratus ſubire, quidquid ma-
li acciderit, & ſufferre pęnas à Deo infli-
gendas, imò *Suarez* tenet, ſufficere ſi ſit
paratus ſatis pati in Purgatorio. Verum
tamen eſt, quod qui non eſt paratus pati
in hac vita, oſtendit ſe habere valdè im-
12 perfectam contritionem, ſi autem quis
faciat actum contritionis, & eliciat omnes
prędictos actus formaliter (cęteris pari-
bus) eius contritio erit magis meritoria,
quam ſit illa, quæ ſit tantum non inten-
ſa deteſtatione peccatorum, quod patet,
quia cum exequutione talium actuum
exercentur plures actus virtutum, quo-
rum quilibet expetit ſuum pręmium, &
ſic cum propoſito confitendi quis elicit
actum humilitatis, & obedientiæ, dum
vult ſe ſubijcere homini, & obedire
præceptis Eccleſiæ, cum propoſito ſatisfa-
ciendi, facit actum iuſtitiæ, & cum propo-
ſito vitandi peccata in poſterum, elicit
actum charitatis.

ARTICVLVS III.

An contritio perfecta habeat certam intentionem, & durationem.

SVMMARIVM.

1 *Duratio in contritione an requiratur, & num. 7. & 8.*
2 *Appretiatio ſufficit in contritione.*
3 *Contritio non exigit intentionem, & nu. 4. & 5. nec lacrymas exigit, num. 6.*
Immoderata, & excedens eſt peccamino-ſa, n. 9. & 10. & nu. 12.
Spem veniæ includit, num. 11.

1 ADuerte primò, quod contritio re-
quirit aliquam intentionem volũ-
tatis, vt ſcilicet nõ ſit purus actus
voluntatis per modum tranſitus, nã aliàs
non oſtenderetur dolor, tamen eius vis
ſufficit ſi conſiſtat in appretiatione, vt. ſ.
quis cum affectu plus appretiet offenſam
2 Dei, quam quodlibet aliud malum, quam
ſummum maximum, quòd ei euenire poſ
ſet, *Beccan. c. 35. de ſacramen. pęniten. q. 2.
concl. 3. Sot. lect. 14. de pœnitent. in fin. &
lect. 15. §. cæterum. Bonauent. in 4. diſt.
16. q. 1. Duran. ibid. diſt. 17. q. 4. Riccar. q. 1.
ar. 1. ad* 3. qui reſpuunt intenſiuam, & po-
nunt comparatiuam, quarè videntur ma-
3 gis accedere ad appretiatiuam. Quod non
requiratur intenſio, patet, nam alioquin
eſſet difficillima iuſtificatio, & ſępiùs ho-
mines exercitè magis triſtantur de morte
filij, quam de offenſa Dei, & ſic non iuſti-
ficarentur, quod non eſt dicendum. Ratio
autem eſt, quia dolor de morte conſangui
4 neorum, de amiſſione honorũ, &c. eſt do-
lor naturalis, & per conſequens magis cõ-
currunt noſtræ potentiæ, quæ ſunt etiam
naturales, at ad eliciendum actum ſuper-
naturalem, potentiæ non ſunt ita expedi-
tæ, quia actus eſt pręter earum poſſe, ergò
ſufficit iſte dolor appretiatiuus, probat
Beccan. loc. cit. exemplo S. Paulę Romanę,
quam refert *D. Hieron.* habuiſſe maiorem
5 dolorem de morte filij, quam de offenſa
Dei, quod tamen intelligi debet intẽſiuè,
nõ autem appretiatiuè, & tamen erat mu-
lier ſancta, & pia, neq; per hoc peccauit,
vt vult *D. Hieron.* ergo ſic eſt dicendum.
Ex quo collige eſſe auferendos ſcrupulos
circa hanc materiam, ſunt enim nonnulli
6 qui putant contritionem conſiſtere in la-
cry-

erymis,in afflictione cordis , in maximo
actu intenſiuo voluntatis , & in ſimilibus,
quæ ſi requirerentur, ferè nullus contere-
retur.Quantum igitur ad durationem.
Aduerte ſecundò,quod *D.Chryſ.epiſt.*
5.ad Theodor. lapſum, & habetur in *cap.*
talis de pœnit.diſt.3. ait, *Quantulamcūq.*
7 *& quolibet breui tempore geſtam, non*
reſpuit pęnitentiam,ſuſcipit etiam ipſam,
nec patitur quamuis exiguæ conuerſionis
*perdi mercedem,&c.*Ex quo collige,quod
pęnitentia nullam requirit temporis mo-
ram , tum quia ſi requireretur aliqua du-
ratio,ſequeretur,quod qui habet diſplicē-
tiam ſuorum peccatorum ſupra quodli-
bet malum appretiatiuè propter Deum
(quam poteſt haberi in inſtanti) ſi iſte
poſt tale inſtans moreretur,non eſſet ſal-
uus, poſito quod requireretur talis dura-
tio,ſed conſequēs eſt abſurdum,ergo nul-
lo pacto eſt expetenda duratio aliqua,
8 tum quia nullibi reperitur præceptum du
rationis,& Dominus abſolutè dicit:*Con-*
uertimini ad me, & ego conuertar ad vos.
Non negamus tamen, quod quantò ma-
gis durat actus,tantò maiorem quis me-
retur gratiam, ſed poſito quod in inſtanti
ponat veram contritionem,in inſtanti iu-
ſtificabitur, ſubſequēs autem duratio erit
ad maiorem rationem meriti,& gratię.
Aduerte tertiò,quod poteſt etiam quis
peccare in immoderata pęnitentia:Primò
9 ſi haberet maiorem dolorem de peccato
veniali,quam de culpa mortali, nam ſignū
eſt,quod hic non habet dolorem de pec-
cato propter Deum,ſed propter alium fi-
nem,& ſic non iuſtificabitur. Secundò, ſi
excederet , ita vt potiùs induceretur ad
deſperationem, ſcilicet, ſi talem haberet
dolorem peccatorum,vt deſperaret remiſ
10 ſionem , hęc enim pęnitentia reprobatur
per *Trid ſeſſ.6.c.6.& ſeſſ.14.c.4.*vbi ait, ꝙ
11 vera pęnitentia debet eſſe cum ſpe veniæ,
& *Paul.2.ad Cor.*ait,*Ne abundantiori tri*
*ſtitia abſorbeatur.*Tertiò,ſi talis eſſet pę-
nitentia,vt induceret mortem , ſi enim
præuideatur mors ſequutura ex pęnitētia
vehementiſſima propter frequentiſſimos,
12 & intenſiſſimos actus corporis , per pœ-
nitentias eſſet potiùs peccare, quam ha-
bere contritionem , Deus enim non vult
mortem peccatoris,& *D.Chryſoſt.hom.4*
in 2.ad Corinth. ait, *Ad conditionem pec-*
cantium hominum moderandam eſſe pę-
nitentiam.

ARTICVLVS IV.

An ad effectum contritionis debeat præcedere ſingulorum peccatorum cogitatio, & dolor.

SVMMARIVM.

1 *Examen præmitti debet ante confeſſio-*
nem.
2 *Contritio includit duplicem actum, ſcili*
cet intellectus,& voluntatis.
Dolorem exigit de peccato proprio, nu.3.
& de omnibus,non de aliquibus,n.4.mo
tiuum debetur eſſe vniuerſale,num.5.
Non exigit reminiſcentiam omnium pec-
catorum,num.6.& 7.
8 *Recordatio peccatorum in ſpecie vtilis eſt*
ad multa,& n.9.10.11.
12 *Contritionis actum elicere vtile ad multa*
& nu.13.& 16. Sed non eſſe de præce-
pto,ei qui confeſſus eſt,num.14.
Debet præire confeſſionem peccatorum
alias confeſſorum,n.15.
Eius requiſita,num.17.

NON loquimur hic de examine
requiſito antè confeſſionem ſa-
cramentalem,certum enim eſt eſ-
1 ſe præmittendum omninò, *S.Doct.q.87.*
*ar.1.*ſed tantum dubitatur,an is qui habet
centum mortalia,v.g.debeat de omnibus
in ſpecie recordari , & de quolibet ipſo-
rum habere dolorem, circa quod
Aduerte primò,id ꝙ omnes concedūt,
ſ.contritionem includere duplicem actū,
2 intellectus,& voluntatis. Voluntatis,qua-
tenus debet quis habere diſplicētiam pec
catorum,intellectus, quatenus debet ha-
bere dolorem quis de peccatis,vt à ſe cō-
miſſis,nam ſi cogitādo de peccato,vt pec
catum eſt (& non vt à ſe commiſſo) quis
3 haberet diſplicentiam de peccato in ge-
nere, licèt talis diſplicentia eſſet propter
Deum,iſte talis non iuſtificaretur vigore
contritionis, quia non haber dolorem de
peccato proprio , ſed iuſtificaretur vigore
actus charitatis, dum triſtatur de culpa
commiſſa contra Deum.
Aduerte ſecundò , quod nō poteſt quis
4 habere diſplicentiam de vno peccato, &
non de alio, nā vel motiuum contritionis
eſt

Digitized by Google

eſt Deus offenſus, & hoc motiuum cũ ſit
generale comprehendit omnia peccata.
Vel motiuum eſt particulare, & tunc non
erit ſufficiens ad contritionem, puta ſi eſ-
ſet turpitudo talis peccati, quia eſt cõtra
talem, vel talem virtutem, vel ſi quis triſta
5 tetur ſe, offendiſſe Deum cum tali pecca-
to, & non cum alijs, & hæc contritio eſt
omninò intentionalis, vt per plures *Cano-
nes in d. 3. & 4. de pœnit.*

Aduerte tertiò, nullo modo requiri ad
6 iuſtificationem reminiſcentiam omnium
peccatorũ in ſpecie, ſed ſufficere ꝙ de ali-
quibus in ſpecie recordetur, & ſe pœniteat,
vel de omnibus in confuſo, ſic tenet *Bec-
can. loc. cit. c. 35. q. 3. & Maior. in 4. diſt. 17
ar. 3. Nau. in man. c. 1. n. 23. Enriq. lib. 1. de
ſacr. c. 27. n. 9. Suar. diſp. 4. ſect. 6. n. 9. Cart.
3. p. q. 87. a. 1. to. 1. Apoſt. tr. 4. q. 2.* Dominus
enim *Ezech.* 18. ait, *Quotieſcunque inge-
muerit peccator, omnium iniquitatum
eius non recordabor*, tum quia nullibi re-
peritur hoc præceptum de cogitando ſic
ſpecialiter, & de numero, ergò non ſunt fi-
deles ſic adſtringendi. Idem dic de dolore
ſecundum dictos DD. Patet etiam hoc à
pari, quia poſſunt vnico actu plures ab-
ſolui, & baptizari, & ſic etiam vnica abſo-
lutione omnia peccata delẽtur, ergò idem
7 eſt de vnica contritione, cũ contritio ha-
beat eundem effectum, ac habet confeſ-
ſio, & abſolutio ſacramentalis, *Bonac. de
partib. ſacramen. pœniten. diſp. 5. ſect. 5. q. 5.
punct. 5. n. 1.* & alij communiter.

Aduerte quartò, nos nõ negare talem
in ſpecie recordationem, & dolorem de
8 quolibet peccato eſſe valdè vtilem, immò
aliquando neceſſariam. Primò in confeſ-
ſione, vbi requiritur ſpecialis reminiſcen-
tia, licèt non ſit neceſſarius dolor ſpecia-
lis reminiſcentiæ, licèt non ſit neceſſa-
rius dolor ſpecialis de quolibet peccato,
9 Secundò, vt poſſit pœnitens cognoſcere
obligationes reſtituendi famam, bona, &c.
& obligationem ſatisfaciendi præceptis,
quod fieri non poteſt, niſi quis videat, &
10 cognoſcat in quo deliquit. Tertiò, eſt vti-
lis ad euitanda peccata in poſterum dum
recogitat in ſpecie cuiuſq; peccati mali-
tiam, & ad hoc vt moueatur ad ſatisfa-
ciendum Deo cum maximo conatu co-
gnoſcens malitiam, & multitudinem pec-
catorum, vndè *Chryſoſt. hom. 6. ad Hebr.*
11 *c. 1.* *Si quis dicat peccator ſum, & non ad
peccatorum ſuorum ſpeciem deſcendat, di-
cens, quia hoc, & hoc peccaui, numquam
ceſſabit*, vbi nota ly, ceſſabit, quod ſe tenet
ex parte peccatoris, non autem ex parte
Dei, qui ſtatim remittit.

Nota hic primò, pro contritione, ꝙ eſt
vtilis frequens vſus contritionis, etiam de
12 peccatis aliàs confeſſis, Primò, quia per
ipſam ſemper habetur nouum augmentũ
gratiæ, *S. Doct. 1. 2. q. 112. ar. 2. ad 1. & 3. p.
q. 185. ar. 5. & 6. Nauar. in ſum. c. 1. n. 26.
& 33.* & alij communiter, ait enim Domi
nus: Cuicunque benè operanti dabo gra-
tiam, & gloriam, ergo multò magis con-
terent, quod eſt opus maximum, & dile-
ctionis, vt diximus,

Secundò, eſt vtilis in articulo mortis,
13 ex quo dependet æternitas, ergo debet
qui diligit animam ſuam, etiam ſi con-
feſſus ſit ſua peccata magis ſe certificare
de ſua ſalute, & ſic elicere talem actum; ta-
men non tenetur ad hoc de præcepto, ſic
tenet *Beccan. de ſacram. c. 35. q. 7. n. 3. Co-
ninch. diſp. 3. dub. 1. nu. 5. Fab. in 4. ſent. de
pœnit. diſt. 14. q. 2. diſp. 18. c. 3. Ragun. de
præcept. lib. 2. c. 4. n. 13. Laiman. in theolog.
mor. lib. 4. tract. 6. c. 2.* & alij contra *Suar.
3. p. tom. 4. diſp. 15. ſect. 4. n. 17.* qui cũ alijs
tenet ſaltem doctos, & qui ſciunt effica-
ciam contritionis, teneri ſibi ipſem procu
rare in articulo mortis, aliàs damnat ip-
ſos de peccato mortali, quod iniquum
eſt, nã vel obliget, & debent omnes æqua-
14 liter ligari, vel non ligat omnes, & non
eſt lex obligatoria, ſed tantum conſulti-
ua, tum quia nullibi reperitur tale præce-
ptum, & benè quis ſatisfacit Deo per Sa-
cramentum Pœnitentiæ cum attritione,
tum quia *Trid. ſeſſ. cit. c. 4.* docet, attritio-
nem eſſe ſufficiẽtem diſpoſitionem ad Sa-
cramentum pœnitentiæ, per quod homo
ſatisfacit Deo, ergò non eſt aliud præcep-
tum addendum.

Tertiò, debet interuenire actus contri-
15 tionis, vel attritionis, vt diſpoſitio ad con-
feſſionem peccatorum etiam aliàs confeſ
ſorum, ſic *Enriq. lib. 4. c. 26. n. 7. & Filiuc.
tom. 3. tract. 6. c. 63. n. 67.* (quidquid dicat
Ledeſma) Ratio autem eſt, quia materia
proxima, ſupra quam cadit abſolutio, ſunt
actus pœnitentis, ergo non ſufficit reite-
rare tantum confeſſionem peccatorum
aliàs confeſſorum, ſed debet etiam repeti
dolor; debet enim confeſſio eſſe doloro-
ſa, vt ſupra ipſam benè poſſit cadere for-
mam confeſſarij, debet tamen quis ſem-
per procurare contritionem antè confeſ-
ſionem ſacramentalem, vt ſi non perue-
niat ad contritionem, præmittat ſaltem
16 attritionem, quæ eſt omninò neceſſaria
ad iuſtificationem per Sacramẽtum, vt ſu-
pra docuimus ex *Trid. ſeſſ. 6. c. 4.*

Nota ſecundò, requiſita contritionis,
quæ tria ponit *Nauar. in ſum. c. 2. n. 47.* &
refert ex *Gerſon.* Primò, quod ſit dolor
omnium peccatorum, & maximè mor-

talium. Secundò, quod ſit propter Deum
quem diligit ſuper omnia. Tertiò, quod
ſaltem virtuale contineat propoſitum nõ
17 peccandi in poſterum. Eſſet hic agendum
de præcepto contritionis, ſed dic quod di-
ximus de obligatione confitendi, ſcilicèt
in periculo vitæ, antè receptionem Sacra-
mẽtorum, &c. Inſuper impeditus poſt an-
num, non habens copiam Confeſſarij, de-
bet ſaltem conteri cum propoſito confi-
tendi, quia Eccleſia per tale præceptum
vult hominem reconciliari Deo, ꝙ etiam
per contritionem fieri poteſt.

De Attritione.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit, & quotuplex, & n. 2.*
Quando neceſſaria, n. 3 & quare n. 4.
Qualis debeat eſſe, nu. 5.
Eius motiua, n. 6. 7. 8. 9. 13. & 14.
Ex timore gehennæ an ſit ſufficiens, nu. 10. 11. & 12.
15 *Venialium confeſſio quam diſpoſitionem exigat.*
16 *Attritus quomodo fiat contritus.*
17 *Attritio, & contritio in quo differant, & n. 18*
1 *Propoſitum non peccandi de cętero quale debeat eſſe, & quomodo poni, & num. 20. & 21.*

EGimus de contritione, quæ iuſtifi-
cat extrà ſacramentum, reſtat vidẽ-
dum de Attritione, vt diſpoſitio ad
Sacramentum Pœnitentiæ, ideò videbi-
mus Primò, quid, & quotuplex ſit attritio.
Secundò, quot habeat motiua, & ꝙ ſint ſuf-
ficientia pro Sacramento Pœnitẽtiæ, alia
enim de attritione, diximus cum de diſpo
ſitione ſuſcipientis, & videbimus etiam
de differentijs inter attritionem, & contri
tionem.

Circa primum aduerte primò, quod at-
1 tritio eſt dolor imperfectus de peccato
commiſſo cum propoſito nõ peccandi de
cętero, ſic colligitur ex *Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 4. Eſt
n. attritio duplex, vel eſt enim ex timore
gehennæ, & amiſſione gloriæ, vel ex mali-
tia peccati, *Beccan. de ſacram. pęnit. c.* 35.
q. 1. nec alia vtilis diuiſio aſſignari poteſt,
quæ non reducatur ad hanc, quodlibet. n.
2 motiuum attritionis, vel eſt propter ma-
lum culpæ, ꝙ importatur per malitiã pec-
cati, & ad hanc reducitur iniuſtitia, defe-
ctus virtutis inordinatio vitæ, &c. vel
eſt propter malum pœnæ, & ad hoc redu-
citur timor gehennæ, amiſſio gloriæ, &c.
ergò ad hęc motiua reducitur omnis at-
tritio.

2 Circa ſecundum aduerte primò, neceſ-
3 ſariò requiri ad ſacramentum Pęnitentiæ
formalem dolorem, nec ſufficere virtualẽ,
Ratio eſt primò, quia impoſſibile eſt im-
memore ſuorũ peccatorum (vt debet eſſe
qui vult confiteri) non adeſſe dolorem de
4 ipſis. Secundò, quia peccata ſub dolore
ſunt materia proxima pęnitẽtis, vt omnes
cõcedunt, ſicut ablutio eſt materia proxi-
ma baptiſmi, vt diximus, ergò ſicut nõ ſuf-
ficit virtualis ablutio ad Sacramentum
Baptiſmi, ita neq; ſufficit virtualis dolor
ad Sacramentum *Pęnitentiæ*, qui tamen
5 dolor non debet eſſe neceſſariò perfectus,
ſed ſufficit ſi ſit dolor imperfectus, *Trid.*
ſeſſ. 14. *c.* 4. ibi, *Illam verò contritionem im-*
perfectam, quæ attritio dicitur, &c. pecca-
torem ad Dei gratiam in Sacramento Pę-
nitentiæ obtinendam diſponit.

Aduerte ſecundò, attritionem ſufficiẽ-
tem ad remiſſionem peccatorum haben-
6 dam in ſacramẽto poſſe procedere ex plu
ribus motiuis. Primò, quia per peccatũ pri
uamur æterna beatitudine, & cõſtituimur
rei æternę pęnæ. Secũdò, quia peccatum
cõtradicit bonitati in genere. Tertiò, quia
7 peccatũ eſt contra ius, & auctoritatẽ Dei;
patet de omnibus, quia vt diximus de Sa-
cramento in genere, diſpoſitio ad Sacra-
mẽta debet eſſe ſupernaturalis, ſed quodli
bet ex his motiuis eſt tale, ergo quodlibet
ex his motiuis eſt ſufficiens; Prob. minor,
diſcurrendo per ſingula; & quoad primũ
patet, quia dolor propter amiſſionem glo
8 riæ includit ſupernaturalẽ actũ ſpei quo-
ad ſecũdum bonitas in genere, includit ẽe
bonum diuinum, ergò dolor propter ipſã
eſt ẽt ſupernaturalis quoad tertium, clarè
patet, ergò quodlibet ex his motiuis eſt ſu
pernaturale, ac proindè ſufficiens ad iuſti-
ficationem in ſacramẽto, *Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 4.
vbi approbat, attritionẽ ex motiuo gehẽ-
næ, amiſſionis gloriæ, & ex motiuo turpi-
tudinis peccati, ꝙ eſt eſſe contra bonũ in
genere, & ad hoc caput reducitur tertium
motiuũ; nam lędere ius Dei, eſt cõtra bo-
nitatẽ diuinã. Quartò, poterit ẽt quis benè
dici, attritus ſi dicat (cum affectu cordis)
pęnitet me non habere ſufficientem pęni-
tentiã, vel vellem habere ſufficientẽ pęni-
tentiam, dũmodo habeat propoſitũ vitan
di peccata in poſterũ, *Lop. in ſuo inſtruct.*
c. 14. qui ſic concludit explicando *Nauar.*
in ſum. cap. 1. *de contrit. n.* 22. qui videtur
magis indiſtinctè loquutus.

Quæ-

Quæres,an attritio procedẽs ex timo-
re gehennæ ſit ſufficiens ad iuſtificatio-
nem,& videtur quod non.primò,quia eſt
timor ſeruilis.Secundò,quia eſt inordina-
tus, quis enim magis triſtatur de pęna,
quam de culpa. Tertiò, quia videtur ho-
neſtior deteſtatio culpæ,quam deteſtatio
pœnæ,vt eſt in tali caſu.

Reſp. tamen ſecundum *Concilium lo-
co cit.* eſſe ſufficientem, debet tamen in-
cludere Deum, vt ſcilicet quis triſtetur
propter gehennam,vt priuatiuam Dei,ſe-
11 cùs ſi ſola pęna ſenſus inſpiceretur, cer-
tum enim eſt talem dolorem eſſe ineffi-
cacem,& inſufficientem,nam neque eſſet
dolor ſupernaturalis. *Trid.ſeſſ.6.can.*8.
vbi docemur, quod ex timore gehennæ
debemus duci ad Deum, & ſic debet iſte
dolor ſupernaturalizari.hoc poſito.

Reſp.ad contraria. Primum non facit,
quia tali modo erit dolor filialis, quate-
nus quis triſtatur propter gehennam, vt
12 priuatiuã Dei.A ſecũdum dicimus,quod
hic dolor non eſt inordinatus,& ratio eſt,
quia neq; dicitur inordinatio dirigere ſa-
crum ad obtinendam pluuiam,v.g.cum
tamen quid melius videatur ſacrum, quã
pluuia, ſic etiam actum charitatis ad ob-
tinendam ſanitatem, ergò neq; erit inor-
dinatio ad abolendum peccatum dolere
de ipſis,prout priuant glòria. Ad tertium
dicimus, quod hæc eſt deteſtatio culpæ,
licèt incipiat à deteſtatione pęnæ.

Aduerte tertiò,non eſſe ſufficientem
attritionem, quæ procedit ex eo, quia
peccatum eſt circa talem peculiarem vir-
tutem, quæ vni ſoli peccato aduerſatur,
quia motiuum debet eſſe vniuerſale per-
13 tingens omnia peccata,vel poſſet quis de
quolibet peccato doleri propter contra-
rietatem,quam habet tali,vel tali virtuti,
debet igitur quodlibet peccatum habere
ſuum motiuum doloris,vel in genere,vel
in ſpecie,quia vt diximus,peccata ſub do-
lore ſunt materia proxima huius ſacra-
menti,& non poteſt in ipſo remitti vnum
peccatum ſine alio, ergò debent omnia
habere rationem doloris.

Limita tamen hoc in confeſſione ve-
nalium,quæ poteſt eſſe de vno, & non de
14 alijs,& ſic pariter dolor de vna ſpecie ve-
nialium,& non de alijs,quia in ipſis non
adeſt ratio inimicitiæ,quæ eſt in mortali-
bus,non poteſt enim alicui remitti vnum
mortale,per quod fieret amicus,& rema-
nere aliud per quod eſſet inimicus, in ve-
nialibus verò,quia poteſt remitti vnum
ſine alio, meritò ſufficit attritio ex mo-
tiuo ſpeciali, quod excludat hæc venia-
lia, & non alia, nam ſaltem talia ve-
nialia remitterentur,& non alia.

Aduerte quartò, quod quando dicitur
per ſacramentum hominem ex attrito
fieri contritum,intelligendum eſt ęquiua-
16 lenter,non formaliter, hoc eſt,non quod
attritio euadat contritio,hoc enim impli-
cat, niſi verè ponatur actus contritionis,
ſed æquiualenter, hoc eſt,id quod faceret
contritio,facit ſacramentum.

Aduerte quintò, in multis differre at-
17 tritionem à contritione. Primò, nam cõ-
tritio dicitur dolor perfectus, attritio ve-
rò imperfectus.Secundò,contritio iuſtifi-
cat extrà ſacramentum, attritio verò tan-
tum in ſacramento. *Trid. ſeſſ.* 14. *cap.*4.
Tertiò,contritio eſt actus charitatis,attri-
tio verò eſt actus virtutis pęnitentiæ. *Bo-
nac.de partibus ſacram.pęnit.in particu-
lari diſp.*5.*q.*5.*ſect.*1.*puncto* 9. Quartò,
18 contritio remittit mortalia extrà ſacra-
mentum, attritio tantum venialia, ſic te-
net *Coninc.de Sacram. diſp.*2.*dub.*14.*nu.*
124.*Suarez* 3.*p.tom.*4.*diſp.*11.*ſect.*3.*Vil-
lalobos in ſumma tom.*1. *tract.*9. *difficult.*
16.*nu.*5. Quintò, attritio non ſemper eſt
actus informatus gratia, & charitate, ſed
tantum in ſacramento,cõtritio verò ſem-
per eſt actus informatus gratia, *Lopez lo-
co cit.cap.*8.*diff.*5.

Nota tamen quod in ſacramẽto non te-
netur quis habere expreſsè propoſitum
19 vitandi peccata in poſterum,ſufficit ſi nõ
habeat voluntatem contrariam, & ſi ſit
immemor talis propoſiti, validè abſolui-
tur.*Sotus de pęnit.lect.*17.*Almainus in* 4.
*ſentent.diſt.*14.*q.*1. vbi etiam *Maior.* &
Siluius in additionibus ad 3.*p.q.*1.*quæſi-
to* 1. circa quod propoſitum notandum
eſt etiã,quod ſi quis habeat propoſitũ vi-
tandi peccata mortalia in poſterum, ſed
tamen dubitet, imò putet ſe non vitaturũ
tale,vel tale peccatum,non propter defe-
20 ctum ſuæ voluntatis,ſed quia aliàs exper-
tus eſt.ſuæ naturæ inconſtantiam,hic be-
nè poterit abſolui,dummodò quantum
eſt in ſe habeat propoſitum vitandi.Idem
*Lopez p.*1.*cap.*13.*q.*2.*Nauarr. in ſumma
cap.*3.*nu.*23.& *cap.*9.*nu.*13.*Emanuel* Sà
*verbo abſolutio num.*12. *Enriquez lib.*4.
*cap.*4.*nu.*24.*Silu.verbo confeſſio q.*21.*Co-
ninc.de ſacram.diſp.*2.*dub.*3.*nu.*19.In ve-
nialibus autem tollant cõfeſſarij omnem
ſcrupuloſitatem, nam ſufficit ad validita-
tem abſolutionis ſi pęnitens doleat,ſcili-
cet de vno,& de tali habeat propoſitum
vitandi,ſaltẽ virtuale,licèt haberet actua-
lem inhærentiam ad alia, quia poteſt re-
mitti vnum veniale ſine alio.

De confeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Quid ſit, & quotuplex nu.2. eius requiſita no.3.4.vſq; ad nu.22.*

9 *Confeſſionis frequentia poteſt imponi in penitentiam.*

Eſt remedium contra peccata n.18.

22 *Penitentiæ finis, Quando inſtitutum hoc ſacramentum nu.23.*

Eius effectus nu.25.

24 *Confeſſarij debent eſſe charitate præditi.*

26 *Sacramentum informe quale ſit, & an detur nu.27. & 28.29.30. & 32.*

31 *Reconciliatio plurium peccatorum quam fuerint confeſſa, quid arguit.*

33 *Penitentia quam penam remittat.*

34 *Confeſſio exigita tempore Iubilæi, qualis, & quando facienda nu.35.*

Venialium tantum an poſſit præcipi nu. 36. & 37.

ALia pars penitentis eſt confeſſio: Ideò de ipſa vidēdum eſt primò, quid, & quotuplex ſit. Secundò, de eius requiſitis. Tertiò, de eius fine, & effectibus.

Circa primum, aduerte ſecundum *S.Doct. in 4.diſt.17.capit.3.art.4.q.vlt.* & ſecundum *Lopez in instructorio cap.18.*
1 *par.1.* quod confeſſio ſacramentalis eſt legitima coram Sacerdote declaratio, & accuſatio peccatorum ad finem recipiendæ abſolutionis. Definitio quoad omnes ſui partes patet diſcurrendo per ſingulas.

Aduerte ſecundò, quod benè ſic definitur confeſſio ſacramentalis ad differentiam aliarum confeſſionum, nam datur etiam confeſſio, ſeù manifeſtatio veritatis *Ioan.3. Confeſſus eſt, & non negauit.*
2 Confeſſio fidei ad *Rom.10.* ibi (*Corde creditur, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Item confeſſio eſt obſeruantia præceptorum, & obedientia, ſic dicebat *Dauid de præceptis decalogi. Confitebor tibi in cithara, in pſalterio, & decacordo.* Confeſſio dicitur etiam acceptatio debiti, vel delicti, vt in titulo de confeſſis. Sic autem definita confeſſio ſacramentalis differt ab his, & ab alijs confeſſionibus; vt patet ex eius partibus.

Circa ſecundum aduerte, conditiones, ſeù requiſita confeſſionis comprehendi
3 infrà notandis carminibus, quę commentantur per DD. variè, & *S.Doct. loco cit.* ipſas explicat, & *Lopez* ipſaſmet ponit ſcilicet,

Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis,
Atq; frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lacrimabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Primò igitur, confeſſio debet eſſe ſimplex, ideſt ſine confuſione circumſtantiarum impertinentium, vt faciunt mulierculæ, quæ aliorum facta decantant. *Nauarr.* autem *de confeſſ.* dicit. Sit ſimplex,
4 hoc eſt, ſine plica, ideſt, quod peccata ſpecificè proponantur, & vnumquodque appareat mortale, vel veniale, vnius, vel alterius ſpeciei, *Caet.* autem *in ſumma* ait, Sit ſimplex, hoc eſt, non narrētur artificiosè peccata, vt delectent confeſſarium, vel vt non poſſint ab ipſo perpendi, & conſiderari ſecundum grauitatem malitiæ, & cōtrà hoc faciunt illi, qui vnum peccatum poſt aliud, & aliud poſt vnum celeriter, & confusè dicunt.

Secundò, debet eſſe humilis, hoc eſt, debet peccator ſe cognoſcere miſerum,
5 & non debet habere iactantiam de peccatis, vt ſi quis diceret occidi Titium, quia ſic decebat meum honorem, ſic ſpectabat ad meam nobilitatem, vires, &c. hæc enim eſſet potiùs iactantia, & demōſtrat animum non contritum ideò non eſt ſic ſimpliciter abſoluendus ille talis, ſed cum aliqua diſpoſitione. *Sotus de ſacramento penit. in 4. cum de confeſſ.*

Tertiò, debet eſſe pura, hoc eſt, ſecundum *Armillam in ſumma verbo confeſſio*
6 cum bona fide ad Deum, cum ſpe veniæ, & non propter alium finem.

7 Quartò, debet eſſe fidelis, hoc eſt, ſine excuſatione, vel mendacio.

Quintò, debet eſſe frequens, hoc tamen
8 intellige de conſilio, non de præcepto, quia de præcepto, vt diximus (ſeclusis periculis) ſemel in anno quis tenetur confiteri. *cap. omnis vtriuſq; ſexus extrà eod.* tamen ſecundum *Medinam in ſumma fol.299.part.2.reg.6.* ſi confeſſarius videat
9 penitentem valdè procliuum ad peccandum, poteſt, & debet ei imponere penitētiam, vt ſemel in menſe confiteatur, eſt .n. confeſſio medicina ad curanda ſcelera. *Lopez loco cit. § quinta.*

10 Sextò, nuda, hoc eſt, ſine inuolucris verborum impertinentium, quibus potiùs cooperiuntur circumſtantię.

Septimò, debet eſſe diſcreta, ſeù prudens, nec debet verba impertinentia permiſceri

11 miſceri præcipuè in peccatis carnalibus,
debet enim in iſta ſpecie peccatorum vix
inſinuari peccatum cum circumſtãtijs ag-
grauantibus, vel diuerſificantibus, & de-
cętero nihil, *Lop.c.18.§.ſeptima*

Octauò, debet eſſe lubens, nemo enim
12 debet cogi, nec venire coactus ad pęnitē-
tiam, quia libertas eſt conſtitutiuum vir-
tutis, & vbi non eſt libertas, ſeu electio, ibi
nec virtus. *Ariſt.6.ethic.* tum quia, ſi con-
feſſio non fiat ex corde, erit periculum
irritandi vel propter defectum doloris, vel
examinis.

Nonò, debet eſſe verecunda, hoc eſt, nō
13 debent peccata narrare historicè, ſed cum
dolore, & erubeſcentia, ad quam ſolebat
P.Franc.Pauon. inducere pęnitentes ex-
torquendo aures, vel extraendo capillos
priuatim.

Decimò, debet eſſe integra, de qua inte
14 gritate diximus ſupra, cum de præcepto
Sacramenti Pęnitentiæ, quarè vt aduertit
Medin.in ſum.p.2.fol. 182. debeat pecca-
tores maximi maximum etiam tempus
impendere in examinanda ſua conſciētia,
nec ſtatim debent admitti extrà caſum
neceſſitatis, vel quando Confeſſarius co-
gnoſceret conſcientiam pęnitentis, ita vt
poſſet cum ſuo examine, & interrogato-
rio de facili ipſum adiuuare, tunc enim po
teſt admitti ad confeſſionem abſque prę-
cedenti rigoroſo examine, *Medina loco
citato.*

Vndecimò, debet eſſe ſecreta, quod to-
15 tum requiſitum intellige ad excludendas
confeſſiones per nuncios, vel per epiſto-
lam, ſecus autem ſi quis vellet confiteri p
interpretem, vel etiam publicè ad maiorē
ſui mortificationem, tunc enim poterit ſic
confiteri, vt ſupra diximus, & tenent Ca-
noniſtæ communiter, tamen conſentaneū
eſt huic ſacramento, & naturæ humanæ
peccata ſecretò confiteri, *Trident.ſeſſ.*14.
cap.3.

Duodecimò, debet eſſe lacrimabilis, quod
16 intellige de conſilio, non de præcepto, eſ-
ſet enim obligare homines ad impoſſibi-
le, ad quod nemo tenetur, ex regula impo
ſibilium, quia lachrimæ ſunt donum Dei,
*& Deus cuius vult, miſeretur, & quem
vult indurat*, nec tenetur omnium corda
emollire, & inducere lachrimas.

Decimotertiò, debet eſſe accelerata,
17 hoc eſt, non debet peccator diù in pecato
manere, nam *abyſſus abyſſum inuocat*, &
alibi dicitur *Ne tardes conuerti ad Domi-
nū, et ne differas de die in diem*, imò ſi quis
experiatur, quod ſi non confiteatur citiùs
18 incidit in maiora, & maiora peccata, pec-
caret mortaliter, ſi quam primum non
accederet ad Sacramentum, ſicut etiam
peccat qui non aufert periculum peccan-
di, ſed exponit ſe periculo, vt facit hic.

Decimoquartò, debet eſſe fortis, hoc
eſt, ſuperans timorem, qui retrahit à con-
19 feſſione peccatorum, ideò debet pęnitēs
ipſe ſe accuſare, vt ſuperet erubeſcentiam,
& faciat actum fortitudinis. *Medina fol-*
284. *par.5.* vndè non debet pęnitens ſtatim
interrogari, ſed debet ipſe prius proprijs
verbis exprimere ſua crimina.

Decimoquintò, accuſans, vndè vult *Pa
lud.* apud *Lopez loc.cit.* quod circumſtan-
tiæ alleuantes peccatum, dummodò non
20 mutent ſpeciem, melius eſt tacere, quam
exprimere, puta ſi quis cognouerit fęmi-
nam, qui erat ſolus cum ſola, & ab illa in-
ductus.

Decimoſextò, debet eſſe parere para-
ta, hoc eſt, pęnitens debet eſſe promptus
21 acceptare pęnitentiam à Confeſſario,
euitare occaſiones in poſterum, &c. Hæ
ſunt circumſtantiæ, quæ neceſſariò requi-
runtur ad ſacramentū, ipſas dilucidat *Lo-
pez loc.cit. Bonac. de partib. ſacram. pœnit.
diſp.5.q.4.ſect.2. punct.2. &* Nauar. *c.18.
num.7.*

Circa tertium, finis Sacramenti Pœni-
22 tentiæ eſt ad inducendam humilitatem,
vt diximus de Sacramentis in genere, &
ad virtutem iuſtitiæ, vt ſcilicet, qui lædit
ius diuinum, poſſit etiam offenſam reſar-
cire. Fuit autem inſtitutum hoc Sacramē-
tum à Domino ante ſuam paſſionem, im-
plicitè quando *Math. c.8.* dixit Leproſo
23 (qui eſt ſymbolum peccatoris) *Vade
oſtende te ſacerdoti*, & ſic tunc potiùs vi-
detur Dominum dediſſe figuram huius
Sacramenti; explicitè autem, & aptè inſti-
tuit quando poſt ſuam Reſurrectionem
*Ioan.*20. inſufflauit in Apoſtolos, dicens,
Accipite Spiritum Sanctum, &c. Vnde
24 noſcant Confeſſarij, quod debent eſſe
charitatiui, & patientes cum pęnitētibus.
*Trid.ſeſſ.*14.*c.*5.*de confeſſ.* nam per Spiri-
tum Sanctum, qui charitas eſt, data eſt ip-
ſis talis auctoritas; Effectus autem huius
Sacramenti quāpluries ſunt, ſcilicet, Gra-
25 tia, Remiſſio peccatorum, Remiſſio pęnæ
æternæ, Recuperatio operum deperdito-
rum, & virtutum, vt diximus ſupra de re-
uiniſcentia operum, obligatio ad ſigillum,
de quibus paſſim infra, & videre eſt apud
Summiſt. ver. confeſſio. Sed pro maiori di-
lucidatione huius §. occurrunt aliqua du
bia dilucidanda. Ideò

Quęres primò, an poſſit dare hoc Sa-
cramentum informe.

Prò ſolutione ſciēdum eſt, quod Sacra-
mentū informe eſt, quando adſunt omnia
requi-

requiſita eſſentialia ad Sacramentum, &
tamen Sacramentum non informatur gra
tia, & ſic eſt Sacramentum potiùs appa-
renter, quod in Sacramenro Pęnitentiæ
ſic figurari poſſet. Habet quis decem mor
talia,pęnitet ſe ex motiuo, quod ex con-
26 tratium rantum ſex peccatis,cõfitetur cũ
circumſtantijs,& alijs requiſitis, omittens
alia ex obliuione,Sacerdos dat abſolutio-
nem, quæritur an in hoc caſu poſſit Dei
Sacramentum informe,quia ſcilicet eſt ſi-
ne effectu gratiæ, & tamen habet alia re-
quiſita.

In hac re variæ ſunt Doctotum opi-
niones,aliqui tenent,non dari hoc Sacta-
mentum informe, ſic *Turrian. de ſacram.*
27 *pœnit.diſp.28.dub.j. Laima.in theol.mor.*
lib.5.tract.6.c.9 n.2.Suar. 3.p.tom.4. Co-
ninch.de ſacram. diſp.4.dub.5. & dub. xj.
num.7. alij Doctores, vt ſunt ferè omnes
Thomiſtæ, tenent talem confeſſionem eſ-
ſe validam, & non eſſe repetendam, ſuffi-
cit ſi pœnitens ſe accuſet de alijs pecca-
tis omiſſis,& de ipſis habeat dolorem ſuf-
ficientem. Huius ſententiæ (quæ fauora-
bilior eſt) ſunt Co*uar. in cap. alma mater*
*p.1.§.1.n.13.*Ca*et.to.j.opuſ.tract.5.q.5.*Nu
gnus 3.p.tom.2.q.9. Ledeſm.in ſum. tom.j.
tract.de ſacram.pœnit.c.13.cond.6.Enriq.
in ſum.lib.5.c.11. &.cõmuniter alij DD.
28 Ratio eſt, nam poſſunt alia Saeramenta
eſſe informia gratia, & tamen eſſe Sacra-
menta quoad alium effectum; vt eſt in
Baptiſmo,in Ordine,&c.quæ quis non te-
netur de nouo reiterare,ergo idem in ca-
ſu noſtro.

Dices,alia Sacramenta imprimunt ca-
racterem, ac proindè valent quoad im-
29 preſſionem caracteris,licèt non ſint infor
mata gratia, quod non eſt in Saeramento
Pęnitentiæ, ergò non eſt dicendum eo-
dem modo.

Reſp.neg.conſeq.& ad anteced.dico,q
licèt non imprimerent caracterem,tamen
eſſent vera Sacramenta quoad ſubſtantia-
30 lia,licèt eſſent ſpoliata gratia. Ratio aũt
eſt,quia eſſentialia Sacramenti ſunt. Ma-
teria,& forma cadens ſupra ipſam mate-
riam,ergo quotieſcumque habentur hæc,
habetur Saeramentum quoad eſſentialia,
imò retorqueo argumenrum;ideò qui ac-
cedit ad Baptiſmum,vel Ordinem cum
obice,recipit caracterem,quia Sacramen
tum eſt verum quoad eſſentialia,ergo ſic
etiam neq; tenetur quis confiteri talia
peccata,quia verè fuerunt confeſſa,& ſu-
biecta formæ ſacramentali,licèt fuerit Sa
cramẽtum ſpoliatum gratia, *Nugnus* au-
tem *loc.cit.* ad tollendam omnem anſieta-
tem à Confeſſarijs,ait, quod poterunt ſic
31 cognoſcere, an pęnitens adhibuerit dili-
gens,& ſufficiens examen, nam vel pęni-
tens plura, & maiora peccata cõfitetur in
reconciliatione oblita in confeſſione,
quam fuerint ea, de quibus confeſſus eſt,
& tunc clarè poteſt examen non fuiſſe ſuf
ficiens,vel ſunt pauciora peccata,& tunc
erit negligentia excuſabilis.

Aduerte hic,quod *P.Enriq.in ſum.lib.*
5.cit. docet,dici eſſe Sacramentum infor-
32 me,ſi quis non habeat dolorem ſufficien-
tem, & hoc ex negligentia culpabili, &
adducit pro hoc plures rationes,

Quæres ſecundò circa effectus Sacra-
menti pęnitentiæ, an poſſit per tale Sacra
33 mentum remitti omnis pęna etiam tem-
poralis,ſicut fit in Sacramento Baptiſmi.

Reſp.affirmatiuè,ſi quis enim ſe diſpo-
nat cum maxima contritione, poterit eſſe
talis contritio,per quam mereatur remiſ-
ſionem totius pęnæ,ſic in *cap.baptiſmi de*
conſecr.diſt.4. & cap. & menſura de pę-
niten.diſt.1. & auertit *Socin.1.p.§.decreti*
in cap.venient de his,qui filios occid.nu.1.
& *deincepi pagina* 242.

Quæres tertiò,an confeſſio,quæ exigi-
34 tur à Papa tempore Iubilęi, obliget eum
qui habet tantum venialia,& ſic an tenea-
tur confiteri venialia vt, Iubilęum conſe-
quatur.

Reſp.cum diſtinctione,nam vel totum
opus pro Iubilęo lucrando eſt confeſſio,
ſi ſcilicet Pontifex concedat indulgentias
Iubilæi illis qui fecerint confeſſionem ſa-
eramẽtalem,& tunc certum eſt,quod hæc
35 eſt conditio ſine qua non, vndè qui non
confitetur (licèt habeat rantum venialia)
non lucratur indulgentiam.Si tamen plu-
ra opera exigantur.puta Confeſſio,Com-
munio,ieiunium,&c.& tunc ſi quis non
habeat conſcientiam mortalis, non tene-
tur confiteri,& exercendo alia bona ope-
ra,lucratur Iubilęum, *Suar.3 p.to.8.diſp.*
52.ſect.3.n.5.Coninch.de ſacram. diſp.12.
dub.7.n.3.Enriq.lib.7.c.10.nu.8. & c.12.
num.2.Benſan.de Iubil.lib.5. c.15.dub.6.
Hæc tamen quæſtio aliam amplectitur,
Ideo

Quæres quartò, an poſſit præcipi con-
feſſio venialium,& an qui habet tantum
36 venialia teneatur in Paſchate illa confite-
ri,vt ſatisfaciat præcepto annuæ confeſ-
ſionis.

Reſp.negatiuè,imò nec poteſt præcipi
per Papam talis confeſſio,& ſi præcipere-
tur,præceptum non eſſet obligatorium,
niſi ratione alicuius finis peculiaris,vel ex
ratione contemptus; cęterum non ligat,
Paludan.in 4.diſt.17.q.2.ar.4. concluſ.2.
Siluest.ver.confeſſio q.13.Sotus in 4.diſt.

18.

*18.q.1.ar.3.argum.2.Enriq.lib.4.c.4.Ro-
driq.quæſt.regul.to.ſ.q.62.* & ratio eſt, q̃a
talis confeſſio eſt ad maiorem perfectio-
37 nem, quam nec Dominus præcepit, & ad
ipſam dedit conſilia Euangelica, quæ non
obligant, ſed tantum diſponunt ad maio-
rem perfectionem. Si tamen quis haberet
aliquod mortale, quod non poſſet accu-
ſare ex aliqua cauſa ex ſupra enumeratis,
puta ad non manifeſtandum complicem,
&c. tunc neq; tenetur confiteri venialia,
vt ſatisfaciat præcepto annuæ confeſſio-
nis, *Suar. loc. cit. diſp. 36 ſect. 6. Vaſq. 3. p.
to. 4. q. 90. art. 2. dub. 2. Laim in theol. mor.
lib. 5. tr. 6. c. 5. n. 18.* alia de confeſſione
infra, cum de miniſtro, & de reſeruatione
caſuum erit ſermo.

In §. quod autem cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Miniſter huius Sacramenti qualis.*
*Non excommunicatus, & quando hic ad-
mittatur, n. 2. & 3. & 4.*
In caſu neceſſitatis, nu. 5.
Quam debeat habere poteſtatem, num. 6.
*Pro peccatis alias abſolutis, & pro venia-
libus quis poſſit eſſe, num. 7.*
*Eius requiſita, nu. 8. vſque ad 18. & 21.
& 22.*
*Vbi poſſit abſoluere ſubditos ſui Ordina-
rij, nu. 9. & 10.*
11 *Regulares debent approbari ab Ordina-
rijs.*
12 *Communis error in Confeſſario facit ius.*
19 *Scientia in Confeſſario qualis.*
20 *Confeſſio facta Confeſſario ignoranti an
ſit valida.*
21 *Approbatio Confeſſarij quotuplex, &
qualis.*
23 *Confeſſarius quæ debeat facere tempore
confeſſionis, nu. 24. 25. & 26.*
Interroget cauſæ, nu. 27. 29. 30. 31. & 33.
Ignorantes an debeat abſoluere, num. 28
Reprehendat acriter, num. 32.
Vtrum quærat de complice, n. 35.
34 *Peccata non ſunt quærenda, vt corrigan-
tur.*
36 *Abſolui an debeat qui negat aliquod pec-
catum commiſſum, & nu. 37.*
38 *Confeſſarius quam opinionem ſequi te-
neatur.*
*Moneat ad reſtituendum, n. 39. & quid
ſi hoc omittat, num. 40.*
41 *Pœnitentia imponenda an poſſit eſſe libe-
ra, & quibus ſic imponenda, n. 42. & 43.*
*Facienda ab alio pro pœnitente, nu. 44. &
quem effectum producat.*
*Opus præcepti non poteſt ſolùm imponi,
n. 45. & n. 47. ſimul cũ alio opere poteſt,
n. 46. & n. 48.*
Quomodo obliget pœnitentem, n. 49
50 *Commutari an poſſit pœnitentia, & quan
do, n. 51. & 52. & vbi fieri poſſit, nu. 58.
& 59.*
Quid ſi fuerit pro reſeruatis, n. 53. 54. 55
56 *Preces pro defunctis an poſsint imponi pro
pœnitentia, & n. 57.*
60 *Pœnitentia an ſit neceſſariò acceptanda,
& n. 61, & 62.*
Quando exequenda, num. 63.
64 *Abſolutio an poſsit denegari, & quando,
n. 65. & 66.*
*Denegata quomodo deinde abſoluendus
pœnitens, num 67.*
*Vtrum danda nolenti totum ſimul reſti-
tuere, nu. 68.*
Eius verba eſſentialia, n. 69
Vtrum mutari poſsint, n. 70.
71 *Occaſio proſsima tollenda.*
72 *Confeſsio facta laico quid operetur, vſq;
ad num. 78.*
79 *Confeſſarium approbare cuius ſit, & quid
antiquitus, nu. 80.*
81 *Morienti credendum.*

HIc eſt agendum de Miniſtro huius Sacramenti, circa quem vidẽdum eſt primò, quis ſit Miniſter huius Sacramenti. Secundò, de eius requiſitis, & obligationibus. Tertiò, an poſſit quis laico confiteri.

Circa primum aduerte primò, quòd
1 Miniſter huius Sacramenti eſt Sacerdos
ritè, rectèq; ordinatus, approbatus ab Or-
dinario, & ab ipſo facultatem habens au-
diendi confeſſiones, *Trid. ſeſſ. 23. c. 15. de
reform. & cap. ſi Epiſcopus de pœnit. in 6.
clem. dudum de ſepult.*

Aduerte ſecundò, q̃ non debet eſſe ex-
communicatus publicus per cedulones,
2 vel publicus percuſſor clerici, non irregu-
laris, ſuſpẽſus, interdictus, vel degradatus;
nam in tali caſu non eſt Miniſter, nec ab-
ſolutio valet, ſic tenet *Bonaci. de partib. ſa
cram. diſt. 5. q. 5. ſect. 2. punct. 1.*

Limita tamen hoc in caſu neceſſitatis
3 tunc enim poteſt quilibet Sacerdos etiam
excommunicatus, vel degradatus abſol-
uere à qualibet cenſura, & caſu reſeruato;
habet enim hoc à iure diuino, *Trid. ſeſſ.
14. c. 7.* vbi clarè docet, poſſe omnes Sacer
dotes in articulo mortis licitè abſoluere,
ergo dum Concil. indiſtinctè loquitur, ſic
etiam & nos loqui debemus, *S. Doct. in 4.
diſt.*

diſt.1.q.1.ar.3.Canus in relect.p.5.Maior
in 4.diſt.19.q.1.Beccan.de ſacramen.c.38.
q.5. nam quilibet Sacerdos quantumuis
4 degradatus,&c.habet iuriſdictionem acti-
uam, quę fundatur in caractere indelebili,
& Eccleſia applicat illis iuriſdictionem
paſſiuam in articulo mortis pro ſalute fi-
delium,ergò validè abſoluunt.

Dices.Sacerdos in ordinatione recipit
hanc poteſtatem,per verba Epiſcopi(*Ac-*
cipe Spiritum ſanctum, quorum remiſeris
peccata,&c. ergò poteſt ! quilibet Sacer-
dos à peccatis abſoluere abſq; alia appro-
b tione.

Reſp.diſting.conſequens, poteſt in ca-
5 ſu neceſſitatis,& concedo ; extrà caſum
neceſſitatis, & nego , & ad antecedens di-
co,quod in hoc ſacramento miniſtrando
non tantum requiritur poteſtas ordinis ,
ſed etiam poteſtas iuriſdictionis, *cap.om-*
6 *nis vtriuſq; ſexus de pœnit.& remiſſ.*Cae-
tan.tom.1.opuſculorum tract. n. & ratio-
nem aſſignat *gloſ.* hic in figuratione ca-
ſus,nam ſacramentum pœnitentiæ habet
ſimilitudinem cum iudicio , in quo licet
quis fuerit conſtitutus Iudex, tamen non
poteſt ſententiam ferre,niſi habeat certos
ſubditos,ad quos iuriſdictio ſe extendat ,
& iuriſdictio animarum eſt tota penès Epi
ſcopum,ergò ab ipſo debent accipere Sa-
cerdotes ſimplices, aliàs non abſoluunt ,
non ex defectu ordinis, ſed ex defectu iu-
riſdictionis.

Aduerte ſecundò, quod circa venialia ,
6 vel mortalia aliàs abſoluta,quilibet Sacer-
dos poteſt eſſe miniſter,& validè abſoluit,
ſic tenet *Beccan. q.6.* & apud ipſum *Caet.*
tom 1. opuſculorum tract. 7. quaeſt.vnica,
Paludan.diſt.19.q.2. art.3. Sotus diſt.18.
q.4.art.2.ad 3.Canus, & alij, & colligitur
ex *cap.omnis vtriuſq; ſexus extrà eod.* vbi
mortalia ſunt confitenda proprio Sacer-
doti , ergò venialia poſſunt cuilibet confi-
teri,tum quia hæc ſunt materia libera, er-
gò eſt in poteſtate pęnitentis cui velit ip-
ſam ſubijcere,tum quia venialia non poſ-
ſunt reſeruari , ergò neq; negatur iuriſdi-
ctio circa ipſa.

Circa ſecundum com varia requiran-
8 tur in miniſtro , primò, vt miniſter eſt, ſe-
cundò,tempore confeſſionis , tertiò, poſt
confeſſionem.Ideò circà prima requiſita ,
& ſic vt miniſter eſt.

Aduerte primò , quod confeſſarius de-
bet eſſe approbatus ab Ordinario loci ,
vbi vult audire confeſſiones , & abſolue-
re , tamen poteſt abſoluere etiam ſub-
ditum ſui Epiſcopi extrà diœceſim illius,ſi
9 alicubi inueniantur caſualiter, & non ani-
mo commorandi, *Suarez 3.part.diſputat.*
28.ſect.6.& 7.Sanchez de matrimon. tom.
1.lib.3.diſputat.34.Nugnus 3.part.tom.2.
quaeſt.8.artic.3.dub.8. & alij DD. nam
iuriſdictio voluntaria poteſt exerceri ex-
trà territorium à quocunq; illam haben-
te.Colligitur ex *text.in l.2.ff.de offic.Pro-*
conſulis.

Dices ex *Garſia de beneficijs tom.1.par.*
1.cap.8. num.132. vbi adducit declaratio-
nes Eminentiſſimorum Cardinalium,per
quas diſponitur non poſſe extrà territoriũ
confeſſarios exercere iuriſdictionem,ergò
falſum eſt id quod diximus.

Reſp.neg.conſequẽtiam, nam pręcitati
DD.& declarationes Eminentiſſimorum
procedunt in non ſubditis,non autem in
ſubditis eiuſdem Epiſcopi , & ſic poteſt
confeſſarius approbatus ab Ordinario
10 Neapolitano abſoluere Neapolitanum
quem inuenit alibi,ſed non poteſt audire
cõfeſſiones aliorũ, qui non sũt ſubditi or-
dinarij ſuæ approbationis,debet enim cir-
ca illos petere licentiam ab Ordinario lo-
ci , vt aduertit *Acoſta in Bulla Cruciata*
quaeſt.38.& Vgolinus de poteſtate Epiſco
pi cap.7.§.2.num.7. vndè non currunt au-
ctoritates in contrarium adductæ, nos .n.
loquimur circa ſubditos Epiſcopi appro-
bantis confeſſarium. Nec facit conſtitutio
Vrbani VIII. anno 1628. quæ incipit
Cum ſicut accepimus,per quam regulares
11 priuantur priuilegio, quod habebant au-
diendi,vbicunq; confeſſiones etiam non
petita venia ordinariorum locorum ,
dummodò fuiſſent ſemel approbati Ro-
mæ,nam dicta *Conſtitutio* derogat. pri-
uilegijs regularium , id autem quod nos
dicimus non eſt priuilegium,ſed ius com-
mune . Idem firmat *Peregrinus in com-*
pend.priuileg.part.1.titul.abſolutio,§.8.in
ſcholijs,& Tamburrinus de iure Abbati
tom.2.diſputat.6.quaeſt.14.num.4. Rodri-
quez in quaeſtionibus regularium p.1.q.60
art.5.

Aduerte ſecundò , quod ſi confeſſarius
non habeat legitimum titulum,ſed falsò ſe
gerat pro tali,oſtendendo v.g.falſam licẽ-
tiam , tunc ſi communiter populus æſti-
12 met illum pro approbato,ſi quis ipſi con-
fiteatur,non eſt reiteranda confeſſio, ſed
valet abſolutio, quia communis error dat
ei iuriſdictionem , *Molfeſius in ſumma to.*
1.tract.7.cap.13.num.121.Sancius in ſelectis
diſputat.44.num.3. Baſilius Pontius de
matrimon.lib.5.cap.20.num.2. imò *Pater*
Diana part.3. tract.4. de ſacrament. reſo-
*lut.122.*tenet,quod licèt pęnitens ſciat Epi
ſcopum priuaſſe confeſſarium auctoritate
abſoluendi, inſcio tamen confeſſario, qui
communiter ab omnibus habeatur pro
appro-

approbato,non obſtante notitia ipſius pę-
nitentis, validè eſt abſolutus ex ratione
poſita, nam communis error dat iuriſdi-
ctionem,nec poteſt notitia vnius pręiudi-
care iuri,quod approbatur ab Vniuerſita-
te.

Aduerte tertiò, quod Confeſſarius de-
bet habere multiplicem ſcientiam, & pri-
mò,debet ſcire diſtinguere inter mortalia,
13 & venialia. Secundò,debet ſcire circum-
14 ſtatias mutantes ſpeciem. Tertiò,modos
reſtitutionis faciendæ circa famam, vel
15 bona,&c. Quartò, debet ſcire excommu-
nicationes, reſeruationes, & cenſuras,&
ideò non ſolent approbari Confeſſarij,niſi
oſtendant cartam caſuum reſeruatorum,
& *Bullam Gregorij contrà ſollicitantes*.
16 Quintò,contractus magis vſitatos,& mo-
17 dos licitos eorumdem. Sextò,debet habe-
re modum in interrogandis pęnitentibus.
18 Septimo,pro varietate ſtatu perſonarum
pęnitentium,vel locorum debet varia ſci-
re,vt ſi ſit confeſſarius Principis,vel regu-
larium,&c. *Beccan.quæſt.*10.excuſatur ta-
men ab hac ſcientia confeſſarius, qui au-
dit tantum venialia,vel mortalia alias ab-
ſoluta,vel abſoluit in articulo mortis,nam
tunc poteſt quodlibet peccatum,& quam-
libet cenſuram abſoluere,ſed negari non
poteſt,quod maior ſcientia requiratur in
19 illo qui vult ſponte audire confeſſiones,
quam in eo, qui ponitur à ſuperiore de
eius voluntate,*Amon.* apud *Beccan.§.ter-
tiò quæres,Vaſquez quæſt.*93. *artic.*3. *Bo-
nacin.de partibus ſacram.pęnitent.quæſt.*
7.*puncto* 4. §. 2. & alij, qui tenent pec-
care confeſſarium ſi ignoret caſus re-
ſeruatos,vel cenſuras,&c. Verum tamen
eſt,quod ſufficit ſi ſciat dubitare, vt poſſit
ſaltem ſuſpendere abſolutionem.

Quæres, quid ſi pęnitens confeſſus ſit
peccata ſua confeſſario ignoranti, an ſit
repetenda talis confeſſio,an debeat æſti-
mari valida.

Reſp.cum diſtinctione,nam vel ex par-
20 te pęnitentis non adſunt omnia requiſita,
vt eſt examen,dolor, &c. & tunc confeſſio
eſt nulla ob defectum circumſtantiarum,
vel pęnitens eſt omninò diſpoſitus, & de-
fectus tantum eſt ex parte confeſſarij, &
tunc confeſſarius peccat peccato ſacrile-
gij ex eo,quod ſe exponit, dum neſcit re-
quiſita ad validam abſolutionem, ſic *Bec-
can.loco citat.§.quinto quæres, Enriquez
lib.*2.*de pœnitent.cap.*14. *num.*5. *Sanchez
in ſumma tom.*1.*lib.*1.*cap.*10.*num.*69. vbi
ſic aſſerit, quando pęnitens integrè faſſus
eſt peccatum, dubitabat tamen non eſſe
mortale, quamuis enim confeſſarius ſimi-
li dubio teneretur,non eſt iterum confeſ-
ſio illius peccati repetenda; ſi poſtea al-
teruter doctior factus,ſiuè alios conſultus
nouit id peccatum eſſe mortale,niſi aliun-
dè confeſſio fuerit irrita, vt quia data
opera quęſiuit ille confeſſarium ignarum,
&c.hæc ibi *Sances, & Enriquez* alijs ver-
bis idem declarat.

Aduerte quartò, quod approbatio po-
teſt fieri, vel ipſo iure,vt eſt in parocho
qui dum pro tali munere deſtinatur,& ip-
ſe cenſetur approbatus pro confeſſario,
21 vel ab Epiſcopo, qui præuio examine, vel
ad nutus confeſſarios deſignat, ſiuè ſęcu-
lares,ſiuè regulares, *Beccan.c.*38 *quæſt.*11.
eſt tamen differentia inter vnam,& aliam
approbationem, nam approbatio ipſo iu-
re,non poteſt reuocari ab Epiſcopo, niſi
quando parochus ob delictum ſuſpende-
retur ab officio, ſecùs autem non poteſt
reuocari facultas; quæ verò fuit data ad
nutū ipſius Epiſcopi, nec expirat per eiùs
mortem, nec tollitur ab Epiſcopo ſucceſ-
ſore,ſecus autem approbationes, quæ de-
pendēt ex nutu Epiſcopi, hę enim poſſunt
reuocari a ſucceſſore, quod ſi non fuerint
poſitiuè reuocatæ, durat approbatio, vt
in *extrauag.inter cunctas de priuil.* docet
idem *Beccan.loc.cit.*

Aduerte quintò,quod Confeſſarius de-
bet habere requiſita,quę in ipſo exigit Cō-
cilium Conſtantienſe, & ſic debet eſſe vir
integer,ſtudioſus, peritus, taciturnus, in-
ſtructus bonis cogitationibus ad inſtruē-
22 dum pęnitentem, propter hoc debet eſſe
orationi deditus,compoſitus interiori,ex-
terioriquè modeſtia,& habitu,& egregia
pudentia inſignitus,oportet quod nouerit
ordinaria peccata, illiſquè applicare re-
media,quod ſciat interrogare pęnitentem,
circa ea quæ veriſimiliter omittit confite-
ri,vel quia ignorat, vel quia pudore cohi-
betur: hæc, & alia habes apud *Lopez in
ſuo inſtructorio c.*27.*§.præterea*,& per to
tum caput.

Circa illa,quæ debet facere Cōfeſſarius
tempore confeſſionis.

Aduerte,quod debet Confeſſarius in
23 primis videre an pęnitens ſit homo, vel
fęmina,ſi fęmina an ſenex,an iuuenis, ſi iu-
uenis pulchra,debet facere,vt ſtet ex tranſ-
uerſo,& obturatam habeat faciem, ne
valeat illam inſpicere, nam ait *Abacuc*,
quod facies mulieris eſt ventus vrens. Itē
ſi eſt fortis,debet facere quod genuflecta-
tur,ſi ſenex vel debilis, poterit ſedere in
inferiori gradu, maiori tamen reuerentia
qua poteſt,*cap.*adhibita diſcretione, *Ma-
rianus Socci.*2.*par.*5.*decretal. in cap.omnis
24 vtriuſq; ſexus num.*62. Item videat an
pœnitens ſit doctus, vel idiota,& ſecundū

quod viderit expedire, debet agere ver-
bis dulcibus, quibus poſſit pœnitentem
ad maiorem compunctionem, & contri-
tionem peccatorum reducere, & ſic mi-
ſcere vinum cum oleo, hoc eſt ſeueritatẽ
cum miſericordia, debet tamen potiùs
inclinare ad miſericordiam; Dominus
enim eſt liberalis, vt aduertit *gloſa in dicto*
cap. omnis vtriuſq; ſexus.
25 Secundò, debet inſtruere pœnitentem
de modo, & ordine, quo debeat confiteri,
& debet quandoque interrogare, vt co-
gnoſcat tàm ipſe, quàm pœnitens graui-
tatem peccati, & circumſtantias neceſſa-
rias, *d. cap. omnis vtriuſq; ſexus, & gloſa*
ibi ex cap. iudicantur 30. quæſt. 5. ſed in
circumſtantijs interrogandis, non debet
eſſe confeſſarius valdè ſubtilis, maximè in
circũſtantijs luxuriæ, circa puellas, & ado-
leſcentes, ne fortè eſſet potiùs aperire in-
tellectum, & dare ianuam ad peccata, *cap.*
ſi rector, diſt. 43. Angelus in ſumma, ver-
bo, interrogationes, num. 1. vbi ait, ſi con-
26 fiteatur mulier, quod fuit cognita extra
vas debitum, non quærat confeſſarius in
quo loco, vel quomodo, &c. (niſi in vaſe
præpoſtero) hæc enim circumſtantia mu-
tat ſpeciem, *Fagundez præceptorum lib. 4.*
cap. 2. num. 8. & Homobonus in examine
Eccleſiaſtico, parte 1. tract. 4. cap. 12. quæ-
ſtione 11. Coninc. de ſacram. diſp. 7. dub. 7
num. 36. & alij Doctores. Inſuper artifi-
cem non tenetur diſtinctè interrogare,
27 an ſic, vel ita fraudauerit aliquem in ſua
arte, ſed ſufficit dicere in confuſo, an ali-
quem defraudauerit, *Beccan. loco citato,*
quæſt. 12. & quæſt. 13. ait, quod quando
confeſſarius cognoſcit aliquod peccatum
pœnitentis, qui eſt in ignorantia inuinci-
bili de tali culpa (quod ſolet accidere in
matrimonio illicitè contracto inter affi-
nes ignorantes) tunc non debet de hoc
28 interrogare pœnitentem, ſi maius malum
probabiliter immineat, vt eſt v. gr. quod
poſtea pœnitens accederet ad fæminam,
quam neſcit ſuam, & ſic peccaret; tunc
enim debet potiùs diſſimulare, & ipſis
procurare diſpenſationem, ſecus autem
ſi ab aliquo ex talibus coniugibus ſcru-
pulosè interrogaretur de validitate ſui
matrimonij; tunc enim ſi cõfeſſarius ſciat
matrimonium eſſe inualidum, debet ipſis
id manifeſtare, etiam ſi quodlibet malũ
ex tali manifeſtatione ſequeretur, vt eſſet
copula in mala fide, &c. *Lopez loco cita-*
to, §. ad pudentiam il ſecondo. Ex eodem
Lopez cap. 28. habes praxim pro interro-
gatorio confeſſarij; debet enim petere,
cuius ſtatus, conditionis, vel artis ſit pæ-
nitens. Secundò, quantum eſt, quod non
ſit confeſſus. Tertiò, an omiſerit aliquod
29 peccatum in præterita confeſſione, & ſi
omiſerit voluntariè, vel ex negligentia
craſſa, confeſſio eſt iteranda, quod limita
in puellis, quæ veniunt in paſchate aſſo-
ciatæ à parentibus; iſtæ enim ſi non poſ-
ſint reperere confeſſionem, ſunt audien-
dæ, & abſoluendæ, ne diſcedant abſque
abſolutione, & ſancta communione, ſitq;
ſcandalum, & ſequatur forſan maximum
damnum in ipſis à parentibus, *Lopez in*
§. at ego, ex Adriano, & alijs. Quartò, eſt
30 interrogandus pænitens ſuper præcepta
Decalogi, non tamen ab omnibus omnia
ſunt exquirenda, ſed ſecundum qualita-
31 tem perſonarum. Quintò, debet petere
de numero peccatorum, quòd ſi pænitẽs
dicat, ſe non ſolere exprimere numerum,
ait *Medina par. 2. fol. 286.* quòd ſi pæni-
tens data opera noluit exprimere, tunc
eſt cogendus repetere omnes dictas con-
feſſiones, quia fuerunt ſacrilegæ, & non
integræ. Vel acceſſit paratus exprimere
numerum, ſed confeſſarius non interro-
gauit, nec ipſe putabat eſſe exprimẽdum,
non tenetur confeſſiones repetere, ſed ſuf-
ficit, ſi ſe accuſet nunc ſimul de vicibus,
ſeù numero, & poterit abſolui, ſic tenent
Medina, & Lopez locis cit.
32 Tertiò, debet peccata grauiora acriter
reprehendere, maximè ſi ſint peccata in-
ueterata, proponendo pænitenti rigoro-
ſum Dei iudicium, acerbitatem pænarũ
Inferni, bonitatem Dei offenſi, &c. debet
itaque vngere, & pungere, patet ex *c. cum*
infirmitas, extra eodem, ſed non poteſt cõ-
feſſarius interrogare pænitentem ad ſciẽ-
33 dum complices, ſub prætextu, quia vult
illum corrigere, ſic tenent Doctores com-
muniter cum *Laymano in Theologia mo-*
rali, libro 2. tract. 3. cap. 7. Ledeſma in ſũ-
ma tomo 2. tract. 4. cap. 4. concluſ. 11. Lorca
in 2. 2. S. Doct. quæſt. 33. ar. 7. ad 5. & San-
ctus Doct. ibidem adducit *D. Auguſtinũ*
ſerm. 6. de verbis Domini (*Non ſunt quæ-*
renda peccata, vt corrigantur, ſic admo-
34 *neuquos Dominus*) Limita hoc in Supe-
riore extra confeſſionem, nam benè po-
terit ipſe vt Superior inquirere de com-
plice, vt ipſum corrigere valeat, quia hoc
ſpectat ad eius munus, *S. Doctor qu. cita-*
ta, ar. 2. ad 4. in confeſſario verò hoc non
licet, imò *Lopez in inſtructorio, §. com-*
mendemus, tenet ex *Medina parte prima,*
fol. 268. quod ſi pænitens fuerit interro-
gatus de complice à confeſſario, qui no-
35 luerit ipſum abſoluere, niſi manifeſtaret
complicem, quod iſte pænitens non eſt
ab alio confeſſario abſoluendus, niſi re-
uelet hunc confeſſarium curioſum inqui-
ſi-

ſitoribus ſancti officij. Non ſic tamen ſi confeſſarius quæreret de complice ſic in genere potiùs ad cognoſcendam ſpeciem peccati, an ſit adulterium, an inceſtū, &c.

Quartò, ſi certò ſcit, pænitentem commiſiſſe aliquod peccatum, quod non cōfeſſus eſt, nec ſibi, nec alteri confeſſario, debet tunc ipſum interrogare de tali peccato, & ſi neget ſe commiſiſſe, non eſt ab-
36 ſoluendus, quia non eſt pronuncianda forma ſacramenti, vbi conſtat ſubiectum eſſe indiſpoſitum, & incapax; confeſſarius enim non tantum eſt iudex, ſed etiam medicus, *Enriquez lib. 6. cap. 20. Siluius in addit. ad 3. part. q. 9. art. 2. quæſitum 3. concluſ. 3. Suarez 3. par. tomo 4. diſput. 32. ſectione 3. Fagundez loco citato, libro 6. cap. 4. num. 38. Sancius in ſelectis, diſpu. 8. n. 6. & ſequ.*

Limita tamen hoc, quando pænitens nollet confiteri tale peccatum propter
37 aliquam iuſtam cauſam, puta ſi nolit illud exprimere, ne confeſſarius veniret in cognitionem complicis, vel quia timet aliquod graue damnum, ſupra diximus in caſibus ſimilibus; tunc enim etiam interrogatus à confeſſario, & negans ſe commiſiſſe, poteſt abſolui, dūmodo aliàs appareat benè diſpoſitus, nec tale mendacium erit peccatum mortale, *Suarez loco citato, & Megala par. 1. libro 1. cap. 2. numer. 12. ex D. uo Antonino in ſumma, par. 3. tit. 14. cap. 18. §. 15. Silu. verbo, confeſſio 3. n. 8.*

38 Quintò, debet confeſſarius in deciſione caſuum ſequi potiùs opinionem pœnitentis probabilem inter Doctores, relicta ſua probabiliori, nam libertas ſtat pro pænitente, & melior eſt conditio pænitētis, *Suarez 3. parte tomo 4. diſp. 12. ſect. 5. num. 4. Conine. de ſacramene. diſput. 8. dub. 12. num. 135. Valentia tomo 3. diſputat. 5. quæſtione 7. puncto 4. in fine, Azorius tomo 1. libro 2. cap. 17.* & ratio eſt, nam quoties poteſt confeſſarius licitè abſolutionē impendere, ad illam exigendam habet ius pænitens, ſed ita ſe habet in caſu noſtro, ergo, &c. imò *Sancius diſput. 33. num. 34. & Sanchez tomo 1. libro 1. cap. 9.* tenent, peccare mortaliter confeſſarium, ſi deneget abſolutionem pænitenti in caſu poſito, quia obligat illum ad iterum manifeſtanda ſua crimina alteri confeſſario, imò *Valentia 2. 2. diſput. 3. q. 7. puncto vltimo, in fine,* tenet cum *Sancio, & Sanchez citatis,* dictum valere, licèt confeſſarius putaret opinionem pænitentis eſſe falſam, ſufficit, quod non ſit damnata, & probabilis æſtimetur inter DD.

39 Sextò, debet monere pœnitentem vt reſtituat, & ſi omittat talem monitionem, peccat mortaliter, *Gabriel in 4. diſt. in 15. quæſt. 2. ar. 3. Silu. verbo, vſura 7. quæſt. 2. Nugnus in addit. ad 3. part. tomo 2. qu. 8. art. 4. dubio 6.* tamen ipſe non tenetur ad reſtitutionem, quia confeſſarius non tenetur ex officio proſpicere temporalibus bonis creditorum, ſed tantum tenetur ex officio procurare bonum pænitentis, ergo peccauit tantum, quia non procurauit bonum pænitentis, ac proindè ad nihil tenetur creditoribus, ſic *Bonacina* cum cæterua Doctorum *diſput. 1. de reſt. qu. 2. puncto 11. num. 13. Conine. de ſacrament. diſput. 8. dubio 16. num. 144. Bartholom. de Sancto Fauſto in ſpeculo confeſſariorū diſp. 4. q. 121. num. 7. & 8.* & communiter Doctores.

40 Limita dictum, qnādo confeſſarius pœnitenti obligato ad reſtituēdum diceret, quod non tenetur ad reſtitutionem, & quod non reſtituat; tunc enim ipſe tenetur, quia lædit ius creditorum. *Suarez par. tomo 4. diſput. 32. ſectione 6. Rebellius de obligationibus iuſtitia, parte 2. libr. 17. quæſt. vlt. & part. 1. lib. 2. quæſt. 14. ſect. 8. num. 65.*

Poſtquam confeſſarius audiuit peccata, & ſeruauit hæc, quæ diximus, debet
41 pænitentiam imponere, circa quam impoſitionem pænitentiæ occurrunt aliqua dilucidanda pro quibus

Aduerte primò, quod poteſt confeſſarius imponere pro pænitentia quidquid voluerit pænitens facere, & remittere in eius arbitrium, quia ſufficit, ſi pænitens aliquod opus faciat, *Suarez loco citat. diſputat. 38. ſect. 3. num. 2. ex Soto, Ledeſma,* & alijs, *Enriquez libr. 5. de panit. cap. 21. numer. 5. Filiuccius tomo 1. tract. 8. cap. 2. num. 37. Fagundez de præceptis Eccleſiæ, lib. 9. cap. 3. tomo 2.* & alij communiter.

Dices, ſacerdos in ſacramento pænitētiæ ſoluit à peccatis, & ligat ad pæniten-
42 tiam iniunctam, ſed iſta pænitentia eſt libera, ergo non poteſt dici pars ſacramenti pænitentiæ, ac proindè non erit bona.

Reſpondetur diſtinguendo minorem, eſt libera quoad aliquod opus in genere, & nego; quoad tale, vel tale opus, & concedo, quare nego conſequentiam, & ratio eſt, quia pænitēs tenetur ponere aliquod opus, ſiuè hoc, ſiuè illud, ac proindè eſt ligatus, licèt poſſit hoc opus relinquere, & aliud acceptare, quod parum refert, imò *Fagundez loco citato, cap. 3.* tenet, quod poteſt cōfeſſarius (præſertim perſonis ſpiritualibus) imponere in pænitentiā quidquid boni egerint per diem, vel per heb-
43 domadam, & ipſa opera acceptare pro

pænitentia ſacramentali. Patet hoc, quia
etiam in forma deprecatoria abſolutio-
nis eleuantur talia opera in remiſſionem
pænarum temporalium, ibi, *Quidquid bo-
ni feceris, vel mali patienter ſubſtinueris,
&c. Villalobos in ſumma, tomo 1. tract. 9.
difficult. 77. num. 2.* ergo poteſt etiam con-
feſſarius eleuare.

Aduerte ſecundò, quod poteſt confeſ-
ſarius, iuſta cauſa intercedente, acceptare
44 pænitentiam ab alio faciendam loco pę-
nitentis, dummodo ſaltem preces pæni-
tentis intercedant, quibus petat alium
pro ſe adimplere, & tunc pænitentia pro-
ducet effectum ſuum ex opere operato in
pænitente (& ex virtute ſacramenti) in il-
lo verò, qui facit opus, operatur ex opere
operantis, ſic communiter Theologi, &
*Fagundez lib. 9. cap. 4 num. 12. & 13. Fi-
liuc. vbi ſupra, n.* 58.

Aduerte tertiò, quod non poteſt con-
feſſarius imponere pro pęnitentia abſolu-
tè opus præceptum, v.g. Miſſam in die fe-
ſto, vel ieiunium in vigilia, & ſi ipſum im-
45 ponat in confeſſione peccatorum venia-
lium, peccat venialiter, in cōfeſſione mor-
talium peccat mortaliter, *Nugnus in
addit. ad 3. part. quæſt. 15. art. 1. difficult. 2.
concl. 2.* Benè verum eſt, quod poteſt im-
ponere aliquod opus non præceptum, &
opus præceptum ſimul, & ſic opus præce-
46 ptum vnitum cum alio opere non præce-
pto, poterit eleuari ad ſatisfactionem ſa-
cramentalem, quia opus præceptum eſt
etiam ſatisfactorium, *Villalobos loco ci-
tato, tract. 8. cap. 2. numer. 46. Fagundez
num. 8. cap. 5. Laiman. in Theologia mo-
rali lib. 5. dubio 6. c. 15. n.* 10.

Dices, opus præceptum per vos eſt ſa-
tisfactorium, ergo poterit abſolutè impo-
ni pro pænitentia ſacramentali.

Reſp. Nego conſequentiam, & ratio eſt,
47 quia pænitentia imponitur non tantum
ad ſatisfaciēdum quo pæna temporali, ſed
etiam ad coercendos homines à culpis in
poſterum, hoc autem non eueniret, ſi im-
poneretur tantum opus præceptum, quia
pænitens nullum ſentiret grauamen (prę-
ter illud, quod affert opus ex ſui natura)
in exequutione talis operis.

Ex hoc habes, quod quando confeſſa-
rius imponit ieiunium v.g. nō poteſt pæ-
nitēs velle ſatisfacere per ieiunium, quod
eſt ex præcepto, vel ex voto, niſi ex verbis
confeſſarij, vel ex circumſtantijs id colligi
48 poſſet, puta ſi imponeret duas Miſſas in
die feſto, cenſendum eſt, quod vna ſit ex
præcepto, alia ex pænitentia. Idem eſt ſi
diceret, ieiunes per menſem, v.g. curren-
tem; cenſeretur enim comprehendere vi-
gilias, ſi currunt in tali menſe, *Coninc. de
ſacram. diſp. 10 dubio 8. num. 69. Laiman.
tractat. 6. cap. 15. Sanchez libro 1. cap. 14.
num. 6.*

Aduerte quartò, quod poteſt confeſſa-
rius imponendo pænitentiam grauem,
49 obligare tamen pænitentem tantum ſub
veniali, ſi non exequatur, *Suarez loco ci-
tato, ſect. 7. num. 5. Coninc. nu. 65. Sancius
in ſelectis, diſput. 15. nu. 16.* Ratio eſt, quia
pænitentia eſt pręceptum, & lex humana,
ſed poteſt lex humana impoſita à Supe-
riore etiam in re graui obligare tantum
ſub veniali ex voluntate legiſlatoris, ſic
*Leſſius libro 2. cap. 41. dubio 9. numer. 96.
Suarez libro 7. de legibus cap. 27. Sanchez
in ſumma tomo 2. lib. 6.* & alij, ergo poteſt
etiam confeſſarius tali modo imponere
pænitentiam ſacramentalem, cum etiam
ſit lex humana, ergo debet etiam ſortiri
conditiones legis poſitiuæ, & humanæ.

Aduerte quintò, quod poteſt etiam cō-
feſſarius commutare pænitentiam præſer-
50 uatiuam impoſitam ab alio cōfeſſario in
aliam etiam præſeruatiuam, ſecus autem
peccaret, ſic tenet *Bonacina de ſacramen.
diſp. 5. quæſt. 5. ſect. 3. puncto 3. Reginald.
tomo 1. libro 7. cap. 8. num. 92. Suarez loco
citato, ſect. 10. Laiman. lib. 5. tract. 6. c. 15.
num. 16.*

Nota tamen circa commutationem
primò, quod poteſt ipſe pænitens pænitē-
tiam ſibi impoſitam à cōfeſſario commu-
tare in pænitentiam maiorem, & melio-
51 rem, & hoc ex ratione Epicheię, quia
vtiq; ſi ipſe hoc peteret à confeſſario, cō-
feſſarius id concederet; tum quia, vt dixi-
mus, poteſt confeſſarius imponere pæni-
tentiam liberam, ergo ex eadem ratione
valeret iſta, *Villalobos tomo 1. tract. nono,
difficult. 79. Portella in addit. ad dubia
regularia, verbo pænitentia ſacramenta-
lis.* Intellige tamen hoc ſecundum opi-
nionem probabilē, & quæ practicari poſ-
ſit, probabilior tamen erit contraria, quia
non poteſt pęnitens diſcernere quodnam
ſit opus maius, & melius.

Nota ſecundò, quod poteſt cōfeſſarius
52 nolle commutare pænitentiam à ſe datā,
nec poteſt ad ipſam commutandam obli-
gari, niſi currat periculum, quod pænitēs
ipſam non exequeretur, *Sancius in ſelect.
diſp. 14. n.* 17.

Nota tertiò, quod poteſt confeſſarius
commutare pænitentiam, quam quis ha-
buit pro caſibus reſeruatis ab alio confeſ-
53 ſario pænitentiario, etiam non repetitis
ſibi peccatis. Ratio eſt, quia iam illa pec-
cata fuerunt abſoluta, ac proindè non re-
manent amplius reſeruata, ergo neque

pæ-

Digitized by Google

pænitentia pro ipſis impoſita debet dici
pænitentia reſeruata, meritò poterit ab
alio confeſſario commutari, *Vaſqu. 3. p.
tomo 4. quæſtione 94. art. 2. dubio 3. nu. 9.
Fernandez in inſtructorio confeſſariorũ,
parte prima, documento ſeptimo, numer. 5.
Valerus in differentijs vtriuſque fori, verſic differ. 1. num. 7.* & alij Doctores communiter.

Dices, non eſt eadem ratio inter peccata reſeruata, & pęnitentiam impoſitã
pro ipſis, nàm peccata reſeruata poſſunt
ab alio confeſſario abſolui, quando iam
54 fuerunt abſoluta ab habente auctoritatẽ,
& ideò non remaneat amplius reſeruata; pænitentia verò non eſt adimpleta,
ergo remanet vt erat, ſed erat pænitentia
pro reſeruatis, ergo dum peccata, vt reſeruata tantum à Superiore poterant abſolui, idem pariter erit dicendum de pænitentia pro ipſis impoſita.

Reſpond. Nego conſequentiam, & ad
minorem dico, quod pænitentia non dicit relationem ad peccata reſeruata, vt
reſeruata reduplicatiuè, ſed tantum ſpecificè, ac proindè per accidens ſe habet,
quod pænitentia à tali, vel tali confeſſario
impoſita fuerit, imò videmus in praxi, ꝙ
quando Superior dat alicui facultatem
55 abſoluendi à reſeruatis, nullam facit mẽtionem de pænitentia imponenda pro ipſis, ergo per accidens ſe habet, quod à pęnitentiario, vel à ſimplici cõfeſſario fuerit impoſita, ſed poteſt confeſſarius commutare pænitentiam impoſitam ab alio
confeſſario, ergo etiam impoſitam à pænitentiario.

Aduerte ſextò, quod poteſt confeſſarius imponere pro pænitẽtia aliquas preces recitandas pro animabus Purgatorij,
ſic tenet *Currian. diſput. 37. de pænit. dubio 4. apud Dianam parte 3. tract. 4. de
ſacrament. reſolut. 14. circa finem.* Intellige tamen eum limitatione, quam ipſi dãt
cum *Sancio in ſelectis, diſput. 16. num. 12.
& Vega in ſumma tomo 2. cap. 64. caſu 64.*
56 quod ſcilicet confeſſarius dum imponit
talem pęnitentiam, debet intendere, quod
pænitens impetrationem offerat pro animabus, ſatisfactionem verò applicaret
pro ſe ipſo, quia pænitentia ſacramentalis debet eſſe ſatisfactoria pro pænis debitis ipſi pænitenti. Sed ſalua pace tantorum virorum, puto contrariam opinionẽ
poſſe practicari, ducta paritate à criminoſo erga Principem ſecularem; ſi enim talis crimmoſus magna opera faceret in auxilium talis Principis, & inter opera exercenda rogaret pro alijs, certum eſt, quod
57 abſque alia proteſtatione iſte talis primò
intenderet pro ſe ſatisfacere, ergo pariter
in caſu noſtro dicendum eſt, quod ſcilicet quamuis pænitens faceret operas impoſitas pro animabus Purgatorij, tamen
primò pro ſe ſatisfaceret, & impetratio
valeret pro animabus, ſiuè confeſſarius id
intenderet, ſiuè non, quia ex voluntario
interpretatiuo ipſius pænitentis hoc debemus præſumere, quod ſcilicet ſi interrogaretur, certum eſt, quod prius vellet
pro ſe ſatisfacere, deindè pro alijs, ergo ſiuè confeſſarius cogitet, ſiuè non, ſemper
ſic erit tenendum, quod pænitens pro ſe
ipſo intendat ſatisfacere.

Quæres primò, an poſſit confeſſarius
ſemper, & vbicumq; commutare pæniten-
58 tiam, an teneatur hoc facere certo, & determinato loco, & tempore.

Reſpond. cum diſtinctione, vel eſt pænitentia impoſita ab alio confeſſario, &
tunc non poteſt alius commutare, niſi in
ſacramento, quia hæc cõmutatio eſt actus
ſacramenti, *Fernandez, & Vaſquez locis
citat.* Vel eſt impoſita ab eodem confeſſario, & tunc poteſt eodem die, vel ſequenti
59 commutari etiam vbicumquè, quia perſeuerare videtur idem iudicium, & hæc
commutatio eſt actus eiuſdem iudicij,
*Sancius loco citato, Sotus in 4. diſtin. 20.
quæſt. 2. art. 3. Enriquez de pænit. cap. 21.
§ fin. Valerus* autem *loco citato, verb. iudex, diff. 23.* tenet, quod quando pænitẽtia eſt tantum medicinalis, poteſt idem
confeſſarius commutare ipſam vbicumquè, etiam per hebdomadam.

Quæres ſecundò, an pænitens teneatur
acceptare pænitentiam ſibi impoſitam à
confeſſario.

60 Reſpond. negatiuè, imò erit abſoluendus, ſi dicat, ſe velle ſatisfacere in Purgatorio (excipe tamen pænitentiam præſeruatiuam) dummodò aliàs appareat benè diſpoſitus, *Nauarrus in Manuali, cap. 20.
Sotus in 4. diſtinct. 20. quæſt. 2. art. 1. Villalobos tomo 1. tract. 9. dub. 28. numer. 4.*
nec poteſt confeſſarius denegare abſolutionem, quia obligaret ipſum ad iterum
publicanda peccata ſua.

Dices, *Tridentinum* ait, quod Sacerdotes habent poteſtatem ligandi, & ſoluen-
61 di ex verbis Domini, *Quodcumque ligaueris, &c.* ſed ſi poſſet pænitens non acceptare pænitentiam, euaneſceret auctoritas confeſſarij circa ligare, ergo non eſt
ita dicendum.

Reſpond. Nego minorem, & ratio eſt,
quia poteſtas confeſſarij non eſt abſolu-
62 ta, ſed conditionata, & ſic poteſt abſoluere, qui vult abſolui, & ligare, qui vult ligari; pænitens autem debet velle ligari à
con-

Digitized by Google

confeſſario, nam hoc non poteſt dici ligamen abſolutè, dum potius liberat à pœnis Purgatorij, & confert augmentum gratię vt videbimus infra in §. *ſed nec contritioni*.

63 Quæres tertiò, quando pænitens teneatur exequi opus iniunctum pro pœnitentia.

Reſpond. quod debet exequi antequã accedat ad aliam confeſſionem, quod intellige cæteris paribus, & dummodo fuerit opus exequibile infra tale tempus, ſecus autem non eſt omittendus frequens vſus confeſſionis ſacramentalis, ob non exequuram ſatisfactionem, quæ non potuit exequi ſic de breui, *Fernandez* autẽ *loco cit. documento* 7. §. 2. *num*. 5. & 7. tenet, poſſe pænitentem pœnitentiam ſibi iniunctam non præfixo tempore, differre vſque ad annum, colligit ex *capit. omnis vtriuſque ſexus, de pænit. & remiſſ.* faciãt tamen vnionem huius partis ad totum ſacramentum quàm citius pænitentes, ne oſtendant infirmam voluntatem ſatisfaciendi Deo. Eſſet hic agendum de ſollicitatione, ſed de ipſa infra in *lib*. 4. *tit. de adult. & alijs illegit. coniunctionib.* (Deo dante) agemus.

Circa ea, quæ debet facere confeſſarius poſt impoſitam pænitentiam, eſt impendere abſolutionem. pro qua

64 Aduerte primò, quod poteſt confeſſarius denegare abſolutionem pænitẽti, quẽ ſcit eſſe recidiuum, & poteſt ſuſpendere abſolutionem etiam per menſem, quia confeſſarius procurat ſic emendationem pænitentis, *Tolet. lib*. 3. *cap*. 18. *num*. 3. *Enriquez lib*. 4. *cap*. 24. *Suarez de Relig. tomo* 2. *lib*. 3. *cap*. 8. *in fine*, *Sanchez in ſumma, tomo* 1. *lib*. 2. *cap*. 32. *n*. 45. & alij communiter.

Dices, non poteſt confeſſarius obligare pænitentem ad bis confitenda peccata ſua, *Vaſquez* 3 *part. tomo* 4. *quæſt*. 93. *ar-*
65 *tic*. 1. *dub*. 6. ſed ſi differret abſolutionem ad tam longum tempus, obligaret pænitentem ad iterum confitenda ſua peccata, quia non recordabitur talia peccata tempore, quo vult impendere abſolutionem, ergo non poteſt ad tam longum tẽpus abſolutionem differre.

Reſpond. diſtinguendo minorem; obligat directè, & per ſe, & nego; indirectè, & concedo, & benè poteſt confeſſarius hoc facere, quia eſt medicus, ad quem ſpectat medicina malis obuiare. Verum tamen eſt, quod quando confeſſarius primò audit circumſtantiam recidiui, non debet tranſire ad audienda alia peccata ad euitandam hanc duplicatam confeſſionem, ſed debet monere pænitentem ad emendationem, & quod poſt aliquod tempus accedat pro abſolutione, docẽt citati Doctores cum *Villalobos in ſumma, tomo* 1. *tract*. 11. *diff*. 25. *in fin*.

Aduerte ſecundò, quod quando nullus profectus ſperatur ex abſolutione, dũ
66 modo pænitens habeat verum dolorem, & propoſitum non peccandi de cætero, validè abſoluitur toties quoties petit abſolutionem, ſic *Viuald. in candelabro, tit. de abſolutione*, §. *caſus Epiſcopis*, *num*. 43. *Sancius in ſelectis, diſput*. 10. *num*. 16. Ratio eſt, quia quotieſcumque pænitens apparet benè diſpoſitus, habet ius ad abſolutionem, & ſi illa priuetur, infertur ei iniuria, nam priuatur iure ſuo; ſufficit enim ſi tempore, quo abſoluitur, ex corde proponat firmiter amplius non peccare, vndè licèt ſtatim immediatè poſt cõfeſſionem reincideret, ſi tamen tempore abſolutionis habuit verum propoſitum, benè fuit abſolutus.

Aduerte tertiò, quod quando confeſſarius ſuſpendit abſolutionem ad longum tempus, poterit deindè abſoluere pænitẽ-
67 tem abſque reconfeſſione dictorum peccatorum, & ratio eſt, quia confeſſio peccatorum non eſt de eſſentia, & neceſſitate ſacramenti, ſed tantum de neceſſitate præcepti, cui pænitens benè ſatisfecit, cũ ſemel confeſſus eſt peccata ſua, ſic tenet *Vaſquez* 3. *par. tomo* 4. *quæſt*. 92. *ar*. 3. *dubio* 3. Hoc autem intellige cum quadam limitatione, & diſtinctione, quod ſcilicet vel confeſſarius ſaltem in confuſo recordatur ſtatus pænitentis, & tunc validè, & ſine culpa abſoluit, vel neque in confuſo recordatur, & tunc abſoluendo ipſum, peccat mortaliter, ſed valet abſolutio ex ratione adducta, *Laiman. in Theologia morali, libr*. 5 *tract*. 6. *cap*. 9. *Diana* 3. *part. tract*. 4. *de ſacram. reſol*. 123.

68 Aduerte quartò, quod poteſt confeſſarius abſoluere pænitentem potentem reſtituere totum ſimul ablatum, & nolentẽ reſtituere, niſi per partes, & ſucceſſiuè, qa forſan ſic reſtituendo, ipſe ſentit aliquam commoditatem, & aliàs non ſic de facili reſtitueret, putà tenetur reſtituere mille, & vult reſtituere pluribus vicibus, 50. pro qualibet vice, ſi tamen non differatur ad longum tempus tota reſtitutio, & non ſit magnum damnum creditoris, licitè poterit ſic abſolui, *Nauarr. in ſumma, cap*. 17. *num*. 65. *Angel. verbo reſtitutio*, §. 5. *Antoninus par*. 2. *tit*. 2. *c*. 8. *Petrus à Nauarra lib*. 4. *cap*. 4. *dub*. 15. Non ſic autem ſi creditor eſſet in extrema neceſſitate, vel ſi talis ſolutio ei inferret magnum damnum,

tunc

tunc enim non poteſt confeſſarius licitè
abſoluere pœnitentem, quia nemini licet
locupletari cum aliena iactura, *l.nam hæc
natura,ff.de cond.indeb.*
69. Aduerte quintò, quod verba formæ ab-
ſolutionis ſunt illa, *Abſoluo te à peccatis
tuis in nomine Patris,&c. Trident.ſeſ.14.
capit.13.de partibus,& fructu ſacrament.
pœnit.* alia autem verba, vt ait *Tridentin.*
ponuntur de more Eccleſiæ, & ideò pec-
caret mortaliter miniſter, ſi ipſa omitte-
ret, quia faceret contra communem mo-
rem Eccleſiæ. Eſſentialia tamen verba
ſunt illa, *Te abſoluo, S.Doct.3.par.qu.84.
artic.3.* & ait, confeſſarios debere vti hac
voce, *Abſoluo,* tum quia vtitur ipſa Eccle-
ſia, tum quia Dominus ipſam expreſſis lo-
quendo de poteſtate clauium, *quodcumq;
ſolueris,&c.* & peccata vincula dicuntur,
Prouerb.5. ibi, *Funibus peccatorum ſuo-
rum quiſque conſtringitur.* Non ſunt ta-
men dicta verba adeò eſſentialia, vt non
poſſit confeſſarius validè (licèt illicitè, &
cum peccato mortali) vti alijs verbis, pu-
ta, *Remitto tibi peccata,&c. Caetan.in
70 comment.ar.3.cit.* valeret autem abſolu-
tio, quia Dominus etiam alicubi dixit, *Re-
mittuntur tibi peccata,* ſed peccat, quia
facit contra ritum Eccleſiæ.

Alia diffusè circa ſuſpenſionem abſo-
lutionis, & præcipuè circa occaſiones
tollendas habes per *Nauar. & Lopez in
ſuo inſtructorio, cap.21.* & deinceps, vbi
71 vult, non eſſe abſoluendum ſaltem, qui nõ
tollit occaſionem proximam, & per mul-
tos caſus id explicat, puta ſi quis ſæpius
rem habuerit cum ſua familiari (quam nõ
poteſt expellere) non erit abſoluendus, ſi
non ſit paratus nunquam manere ſolus cũ
ſola, vel ſi quis accedens ad loquendum
cum Monialibus, loqueretur de turpibus,
debet eſſe paratus accedere cum ſocio,
aliàs non debet abſolui, & alias videre
apud *Lopez loco cit.* & per Summiſtas cõ-
muniter.

72 Circa tertium, quod quærebatur in
principio, an ſcilicet poſſet quis laico cõ-
fiteri.

Reſpond. affirmatiuè, ſed tamen non
tenetur ad hoc, neque in articulo mortis,
& talis confeſſio non poteſt dici ſacra-
mentalis, *cap.pœnitet. & cap.1.de pœnit.
diſt.1.gloſa in cap.capit.24.qu.1. Nauarr.
cap.3.num.4. Aug.verbo confeſſio, num.3.*
quod non teneatur, patet, quia nullibi re-
peritur tale præceptum, quod quis ma-
nifeſtet ſua peccata illi, à quo abſolui non
poteſt, *Beccan.cap.37.de ſacramen. pœnit.*
quod non debeat dici confeſſio ſacramẽ-
talis, probatur, quia illa dicitur confeſſio
ſacramentalis, quæ dirigitur ad abſolu-
tionem recipiendam, ſed laicus non po-
teſt abſoluere, ergo neque confeſſio ei fa-
cta debet dici confeſſio ſacramentalis.

Dices primo ex *Auguſt.lib.de vera,
& falſa pœnit.cap.10:* vbi ſic ait, *Tanta
73 eſt vis confeſſionis, vt ſi deſit ſacerdos,
confiteatur quis proximo,* ergo poteſt quis
confiteri laico, imò debet illi confiteri, vt
patet ex verbis D.Aug.

Reſpond. Nego conſequentiam, nam
Diuus Auguſtin. non indicat nobis neceſ-
ſitatem præcepti confeſſionis faciẽdæ lai-
co, ſed commendat talem actum propter
ſuam vtilitatem, hæc enim confeſſio facta
laico excitat pœnitentiam, & dolorem
peccatorum, dum quis ipſa ſua facinora
alteri patefacit, tum quia per hunc actum
patefactionis ſatisfacit Deo in partem;
hæc enim confeſſio nõ poteſt negari, quin
ſit meritoria; eſt enim actus perfectæ hu-
militatis, tum quia ipſa confeſſio ſacra-
mentalis fuit inſtituta propter exercitium
humilitatis, & tamen per ipſam homo nõ
ſperat vtilitatem, ergo erit actus maioris
humilitatis crimina patefacere laico, à
quo non ſperat quis abſolutionem. Erit
etiam vtilis talis confeſſio, quatenus po-
74 terit quis recipere à laico aliquod conſi-
lium pro ſui bono regimine, maximè ſi
hic laicus ſit vir prudens, & bonæ vitæ,
*S.Doct.& Magiſt.ſentent.in 4.diſtin.17.
quæſt.3.art.3.quæſtiuncula 2.ad 1.* quã-
do dicunt in confeſſione facta laico defe-
ctum ſacerdotis ſuppleri à ſummo ſacer-
dote, intelligi debet quoad abſolutionem,
quam recipit talis pœnitens, ſi contritio-
nem habeat, & in hoc caſu defectum ſa-
cerdotis ſupplet Dominus, quia ille, qui
ſua peccata manifeſtat alteri, ſignũ eſt,
quod magnam habeat contritionem, *Sã-
ctus Doct. & Sotus apud Beccanum loco
cit.§.prima obiectio.*

Dices ſecundò, ſacramentum baptiſmi
quia eſt ſacramentum neceſſitatis, poteſt
75 etiam à laico miniſtrari, ergo etiam ſa-
cramentum pœnitentiæ in articulo mor-
tis, dum currit etiam ratio neceſſitatis.

Reſpond. Negando conſequentiam,
& diſparitas eſt, nam poteſtas abſoluendi
fundatur in ordine, & charactere ſacerdo-
tali, & ratio maioris diſparitatis inter
vnum, & aliud ſacramentum eſt, quia ba-
76 ptiſmus eſt neceſſarius etiam infantibus,
qui nullo alio modo ſaluari poſſunt, me-
ritò ne perpetuò priuentur viſione Dei,
miniſtrum eſſentialiter ordinatum non
habet, pœnitentia verò miniſtratur adul-
tis, qui vel non commiſerunt mortalia, &
ſaluantur per gratiam baptiſmi, vel com-
mi-

miſerunt,& eliciant actum contritionis,& cum pænitentia in voto ſaluantur;paruuli verò dum non habent vſum rationis, nullum actum elicere poſſunt, quo ſaluentur.

Dices tertiò, ex *canon.Iacobi Apoſtoli cap.5.verſ.16.* vbi ait, *Confitemini alteru-*
77 *trum peccata veſtra*, ergo poteſt laicus laico confiteri.

Reſp.Nego conſequ. nam Diuus Iacobus loquitur de conſilio, non de præcepto,vel dic,& melius *Confitemini alteru-*
78 *trum peccata veſtra*,hoc eſt homo homini confiteatur, non autem puro homini, ſed homo Dei vices gerenti, & talis eſt ſacerdos.

Nota in his §§. quod hodie Epiſcopus,
79 qui eſt parochus parochorum dat licenciam tam Sacerdotibus ſecularibus,quam regularibus audiendi confeſſiones fidelium,& abſoluendi, quod patet à fortiori, nam antiquitus poterat hoc facere parochus,ergò poterit etiam Epiſcopus, patet ex *gloſ.* hic verbo ligare, & ex *cap.fin.de pœnit.diſt.6.*

Ex ipſa *gloſ.* collige duo. Primum eſt, quod antiquitùs parochi ſibi deſtinabant Sacerdotes coadiutores pro confeſſionibus, hodiè eſt derogatum hoc ius, non quoad parochos,ſed quoad Sacerdotem,
80 cui Epiſcopus interdicit poſſe abſoluere, vndè Epiſcopus examinatum confirmat. Secundum, quod colligitur eſt, quod eſt
81 habenda fides ei, qui dudum vult confiteri quia vt ait *gloſſ.citat.non eſt præſumendum mentiri eum, qui ſtatim vult confiteri.*

In §. Epiſcopus quoquè.

SVMMARIVM.

1 *Electio confeſſarij poteſt ab Epiſcopo concedi cuilibet.*
Non datur per hoc facultas à reſeruatis num.2.
3 *Epiſcopus poteſt ſibi eligere, quem vult in confeſſarium in ſua diœceſi.*

Poteſt aliquando Epiſcopus ſuo ſubdito facultatem concedere, vt eli-
1 gat ſibi in confeſſarium quemlibet Sacerdotem,patet ex *cap.Epiſcopus de pœnit.& remiſſ.in 6.*

Aduerte tamẽ hic primò,ex *gl.ad d.cap.*
2 quod qui habet hanc facultatem ab Epiſcopo,tenetur eligere idoniorem Sacerdotem,vel ſaltem idoneum,alias eſſet in culpa,nec poteſt à tali confeſſario abſolui à caſibus Epiſcopo reſeruatis, niſi Epiſcopus ſpecialitèr id conceſſerit,quia in generali commiſſione non veniunt,ea quæ requirunt ſpeciale mandatum.

Aduerte ſecundò,poni in hoc §.loquutionem continuatiuam cum eo quod ſupra diximus,ſcilicèt,poterat parochus eligere,& deſtinare confeſſarium,ac proindè benè dicitur hic, quod poſſit Epiſcopus eandem licentiam dare ſubdito,eſt.n.maior eius auctoritas,vt aduertit *gloſ.* hic verbo miniſtris.

Aduerte tertiò,poſſe etiam Epiſcopum eligere ſibi quem vult in confeſſarium, *cap.ne pro dilatione de pœnitent.& remiſſ.* Intellige tamen cum limitatione,quod ſc. poſſit eligere vnum ex ſuis ſubditis. quarè ſi Epiſcopus manens extrà Diœceſim, vellit ſibi eligere non ſubditum in confeſſarium, non poteſt id facere, niſi eligat approbatum ab Ordinario loci, ſic declarauit *Sacra Congregatio ſuper Trident. ſeſſ. 23.c.13.*

In §. ſed & ſi pœnitendi.

SVMMARIVM.

1 *Propoſitum non peccandi, an requiratur in articulo mortis,& quomodo num.2.*
3 *Confeſſio facta laico,quid operetur.& n.4.& 5.*
6 *Corpus poſt mortem poteſt reconciliari.*
7 Mors omnia ſoluit, *quomodo intelligatur n.8.*

Hic eſſet agendum de pœnitentia in voto,ſeù de contritione,quia tamen de ipſa diximus in initio; ideò ad ibi dicta vos remitto, tamen in præſenti.

Aduerte primò,quod etiam in articulo
1 mortis conſtitutus, dum elicit actum contritionis non requiritur formale propoſitum confitendi, ſed ſufficit ſi ſacramẽtum non contemnat, quod ſaluari poſſet per affectum circa confeſſionem ſacramentalem, vel per propoſitum virtuale vitandi peccata in poſterum, vt ſupra diximus,
2 hoc enim propoſitum includitur in actu contritionis,vt per *gloſſ.in cap.non ſufficit de pœnit.diſt.1. verbo non ſufficit ex Trid. ſeſſ.14.c.8.& can.13.*

Ad-

Aduerte ſecundò, hic verificari quod
diximus de confeſsione facta laico ſi ſit
effectus intrinſecæ contritionis ex corde,
3 & includat votum confeſsionis ſacramen-
talis aliquid operatur, patet ex *c.* 1. *de pę-
nit. diſt.* 6. & operatur etiam iſta confeſsio
quod non debeat priuari Eccleſiæ ſepul-
tura, licèt aliquo vinculo cenſuræ detine-
batur, *cap. à nobis il ſecondo de ſententia
excommunicationis.*

Dices, non debet ille mortuus commu-
nicare cum fidelibus mortuis, qui viuens
cum fidelibus viuentibus communicare
4 non potuit, ergò ſi moriatur quia cum vin
culo excommunicationis, etiam ſi confeſ-
ſus ſit laico, non tamen debet per hoc in
Eccleſia ſepeliri.

Reſp. neg. conſequentiam, & ad antece-
dens dicimus id admitti, quatènus fuerit
5 etiam corpus reconciliatum ab Eccleſia,
eo quod in vita oſtenderit ſigna contri-
tionis, vt facit per confeſsionem laico, tũ
etiam quia ſolet Eccleſia poſt mortem ab-
ſoluere corpora hæreticorum, qui in vita
dederunt ſignum contritionis, *d. cap. à no-
bis §. nec obſtat*, ergò paritèr in caſu no-
6 ſtro eſt dicendum. Ex *gloſ. d. § verbo mor-
tuos*, collige limitationem illius principij
(*mors omnia ſoluit,*) nam intelligitur de
7 obligatione perſonali, vt eſt excommuni-
catio in caſu noſtro, *cap. ſane* 24. *q.* 2. ſecus
quando eſt obligatio in perſonam, & bo-
8 na, quia tunc etiam poſt mortem rema-
nent obligata bona, *l. quamuis, C. ſi pen-
dente appellatione mors interuenerit.*

In §. ſed ſiue proprius.

SVMMARIVM.

1 *Sigilli confeſſionis obligatio de quo iure ſit, & n.* 2.
quid ſit nu. 3.
quomodo obliget in mortalibus, & in venialibus. n. 4. *&* 5.
quem obliget n. 6.
Quibus modis lædatur n. 7. 8. 9. *&* 10.
11 *Reuelatio peccatorum, an fieri poſſit, & n.* 12. *&* 13. *vſq; ad* 19.
16 *Res tranſit cum onere ſuo.*
20 *Sigilli obligatio quando incipiat, vt n.* 22.
an cum ipſo pęnitente n. 21.
extenditur ad peccatum complicis n. 24. *&* 39.
24 *Cartam cum peccatis deſcriptis inuenientes tenentur ad ſecretum, & quomodo n. mer.* 25.
26 *Superior an poſſit vti notitia ex ſacramento habita n.* 27. 28. 29.
30 *Confeſſarius non peccat negando ſcire, quæ audiuit in confeſſione.*
31 *Sigilli effractores quibus pœnis puniãtur, & n.* 32. *&* 33.
quomodo euitent pęnas nu. 34. *et* 35.
eius obligatio, quo vſq; duret n. 36.
extenditur ad audita pro reſtitutione facienda ab hæredibus n. 37.
Non ligantur ex confeſſione publica confeſſarij n. 38.

1 Confeſſarium teneri de iure diui-
no ad ſecretum, & ſigillum pec-
catorum, quæ audiuit in confeſ-
ſione, tenent communitèr DD. vt aduertit
Nauarr. in cap. ſacerdos de pęnit. diſtin. 6.
num. 37. & probatur tali ratione, qui præ-
cipit finem, cenſetur etiam pręcipere ea,
ſine quibus finis conſequi non poteſt, ſed
ſine tali ſigillo confeſsio eſſet nimis odio-
ſa, & difficilitèr fideles parerent huic præ-
cepto, ergò etiam ſigillum eſt de iure diui-
2 no, & tenetur confeſſarius lege charitatis,
& iure etiam naturali ad ſeruandum ſigil-
lũ, colligitur ex *text. in cap. omnis vtriuſq;
ſexus, extrà eodem*, cum tamen hic multa
occurrant dilucidanda. Ideò

Quæres primò, quid ſit ſigillum?

Reſp. ſecundum *S. Doct. in* 4. *diſt.* 21. *q.* 3.
3 *art.* 1. *et Bonac. de effectibus ſacram. pœnit.
diſp.* 5. *q.* 6. *ſect.* 5. *punct.* 1. quod eſt obliga-
tio cęlandi omnia ea, quæ in ſacramentali
confeſſione fuerunt audita, ac proindè ca-
dunt ſub ſigillo nõ tantum peccata, ſed ẽt
omnes circũſtãtię. Eſt tamen adhibẽda ali-
qua diſtinctio inter mortalia, & venialia,
4 mortalia .n. tã in genere, quã in ſpecie ca-
dũt ſub ſigillo, venialia verò tãtũ in ſpecie,
vndè poteſt quidem Confeſſarius dicere
ſe audiſſe venialia talis pęnitentis, non ex-
primendo ſpecies, ſed non poterit, ſic dice-
5 re de mortalibus, & ratio eſt, quia finis le-
gis eſt ad tuendam famam pęnitentis, ſed
dicendo ſe audiſſe mortalia læderetur fa-
ma ipſius pęnitentis, ergò non poteſt cõ-
feſſarius id dicere, *Beccan. loco cit.*

Quæres ſecundò, quiſnam ligetur tali ſi-
gillo.

Reſp. principalitèr ligari confeſſarium.
6 Secundo, interpretem confeſsionis. Ter-
tiò, qui caſu, vel induſtria audiunt peccata
pęnitentis. Quartò, laicum, cui deuotionis
cauſa quis fuerit confeſſus, vt ſupra dixi-
mus. Quintò eum, cui fuit reuelata confeſ-
ſio de licentia pęnitentis, ſolus tamen cõ-
feſſarius ligatur de iure diuino, naturali, &
poſitiuo, alij verò ligantur de iure natu-

rali, quia apud ipſos non eſt confeſſio ſa-
cramentalis, meritò non viget præceptū
diuinum confeſſionis, *Beccan. loco cit. § ſe-
cunda concluſio, & Lopez in inſtructorio,
cap.* 37.

Quæres tertiò, quibus modis reuele-
tur confeſſio.

Reſpond. ex *Lopez loco cit.* id accidere
pluribus modis. Et primò, ſi confeſſarius
7 dum audit confeſſiones, dubius de aliquo
caſu conſulit virum doctum præſentem, &
deindè reuertitur ad eundem pœniten-
tem abſoluendum; hoc enim actu claré
oſtendit quiſnam ſit qui tale peccatum
habet, vndè debet confeſſarius in tali ca-
ſu dimittere pœnitentem, & facere quod
poſtea redeat, & interim prudenter con-
ſulere de caſu dubio. Secundò, imponen-
8 do pœnitentiam publicam, nam in tali ca-
ſu ſaltem in genere oſtendit graue pecca-
tum pœnitentis; non enim niſi pro grauio-
ribus culpis pœnitentia publica eſt im-
ponenda, & quando *Trident. ſeſ. 24. cap. 8.
de reformat.* loquitur de pœnitentijs pu-
blicis imponendis, debet intelligi non in
foro ſacramentali, ſed in foro exteriori, in
quo publicè peccantes publica pœniten-
tia coercendi ſunt.

Limita hoc tamen, quando poſſunt ho-
9 mines æſtimare pœnitentem id facere ex
ſua deuotione, quod poteſt euenire in
maiori hebdomada reſpectu publicorum
diſciplinantium; tunc enim æſtimatur po-
tius pietas fidelium, & deuotio propria,
quàm impoſitio pœnitentiæ.

Tertiò, facit contra ſigillum confeſſa-
rius, qui ait, ego talem non abſoluo; ſignū
10 enim eſt illum habere grauia crimina; hæc
& alia habes per *Lopez in inſtructorio lo-
co citat.* & notat *Diaz in praxi criminali,
cap.* 112.

Sed pro maiori intelligentia huius §.
videndum eſt primò, quando poſſint au-
dita in confeſſione reuelari, quando non
poſſint, & videndum eſt etiam de pœnis
impoſitis contra reuelantes confeſſio-
nem.

11 Circa primum aduerte, quod poteſt cō-
feſſarius reuelare id, quod in confeſſione
audiuit: primò, quando aliàs à pœnitente
id audiuit extra confeſſionem, & ſigillum
ſecreti, *S. Doct. in 4. ſentent. diſt. 21. Na-
uar. in cap. ſacerdos, num. 61. & cap. inter
verba, corollario 66. num.* 306. Secundò,
quando audiuit aliquid à pœnitente, non
vt confiteretur, ſed potius animo conſul-
tiuo; tunc enim ſi confeſſarius id pateſa-
ceret, non peccaret contra ius diuinum,
12 & ſecretum confeſſionis, ſed tantum con-
tra ſigillum naturale, licèt pœnitens dixiſ-
ſet, loquor in confeſſione, & loqueretur
genuflexus, præmittens aliqua deuota
verba, puta, *Ego peccator &c. Innocent. in
d. cap. omnis vtriuſque ſexus*, & ibi Cano-
niſtæ communiter, *Nauar. in capit. inter
verba* 11. *quæſt. 3. conclus. 6. corollario* 58
num. 55. *Dominicus Sotus in tract. de ra-
tione tegendi, membro 2. quæſt. 7. circa
finem, Caietan. 2. 2. quæſt. 7. ar.* 1. & aliquos
refert *Diaz loco cit. & Addent. ad ipſum.*

Tertiò, ſi confeſſarius de licentia pœni-
tentis conſulat alium confeſſarium, vel ſa-
13 cerdotem pro aliquo peccato ipſius pœ-
nitentis, tunc hic ſacerdos conſiliarius ſi
loquatur de ſic auditis, non frangit ſigil-
lum confeſſionis, quia non audiuit pecca-
ta tanquam ex confeſſione, imò audiuit
tanquam ab ipſo pœnitente, dum audiuit
à confeſſario de voluntate pœnitentis, &
qui per alium facit, per ſe ipſum facere vi-
detur, dum de mandato ipſius id fit; ſed ſi
pœnitens ipſe petijſſet à tali ſacerdote vo-
tum conſultiuum, hic non teneretur ad
ſigillum, ergo neque nunc tenetur, dum
perit tale conſilium medio confeſſario, ſic
*Megala part. 1. lib. 1. cap. 16. nu. 6. Nugnus
in addit. ad 3. par. quæſt. 11. ar. 1. colum. 1.
Vaſq. 3. par. tomo 4. quæſt. 93. ar. 4. dub. 2.
num.* 10.

Dices primò ex *Suarez 3. part. tomo 4.
diſput. 33. ſect. 4. & Quiſignano in 4. ſent.
14 tomo 2. diſt. 21. quæſt. 2. ar. 5. Fernandez
in examin. Theologia moral part. 3. cap. 6.
§. 9. num. 26. Bonacin. de ſacram. diſput. 5.
quæſt. 6. ſect. 5. puncto* 3. & ex alijs, conſi-
liarius in iſto caſu participat de poteſtate
clauium quoad clauem ſcientiæ, ſoluen-
do ſcilicet dubium pœnitentis, & ſic pro
hoc caſu videtur miniſter, ergo tenetur ad
obſeruantiam ſigilli.

Reſpond. Nego conſequentiam, & ra-
tio eſt, quia licèt cōſilium ſpectet ad cla-
ues, tamen conſulere peritiorem non eſt
pars clauium, ſed tantum inſtructio con-
15 feſſarij; vndè poſſet etiam is, qui dat con-
ſilium, petere etiam ex pacto aliquam
mercedem pro conſultatione, ſicut poteſt
petere aduocatus, neq; incurreret ſimo-
niam, quia eſt potius dare doctrinam, &
modum.

Dices ſecundò ex *cap. paſtoralis de de-
cimis*, obligatio ſequitur rem ad quemcū-
16 que peruenerit, & ſic ſemper res tranſit
cum onere ſuo, *cap. nullum, diſt.* 28. ergo
peccata in confeſſione audita ad quem-
cunque, & quoquo modo peruenerint,
ſemper tranſeunt cum onere ſuo, & ſic cū
obligatione ſigilli, meritò nec poterit cō-
ſiliarius reuelare.

Reſpond. diſparem eſſe rationem inter

obli-

obligationem,quæ eſt in re, & obligatio-
nem ex præcepto ; nam cum res primò
obligatur,certum eſt,quod ſemper tranſit
17 cum onere, quod in ſe habet, ſed in caſu
noſtro obligatio tegēdi peccata eſt ex ra-
tione præcepti, quod reſpicit perſonam,
ergo quotieſcumque non eſt illa perſona,
quę audiuit in confeſſione,non obligatur
ratione ſigilli ſacramenti, non negamus
tamen peccare mortaliter id reuelātem,
quia facit contra ius naturale,lędendo fa-
mam proximi, dum ſuam lædere non
vult.

18 Dices tertiò, pænitens hoc pacto dat
confeſſario auctoritatem reuelandi,vt re-
maneāt peccata ſub obligatione ſigilli,er-
go non poſſunt reuelari.

Reſpond. Negando conſequentiam,
nam obligatio ſigilli cōfeſſionis oritur ex
19 ipſo actu confeſſionis, ſed hic nullus in-
teruenit actus confeſſionis, ergo neque
obligatio,vt docet *Coninc.diſp.9.dubio 3.
annot.*58.& deinceps.

Circa ſecundum aduerte primò, quod
20 licèt confeſſarius abſoluiſſet pęnitentem,
non obligando ipſum ad reſtitutionem
v.g.vel non petendo ab ipſo circumſtan-
tiam neceſſariam, vel abſoluendo a caſu
reſeruato ignoranter, non poſſet tamen
cum illo alloqui de his rebus,niſi petita
venia ab ipſo pænitente,qui ſi nolit ei da-
re hanc facultatem, non poteſt confeſſa-
rius ipſo contradicēte, de his alloqui, ſed
pænitens remanet in mala fide, confeſſa-
rius autem de ſua culpa commiſſa prius
pænitentiam agat, *Suarez 3.part.tomo 4.
diſput.32 ſect.5.num.3. Valentia tomo 4.
diſput.7. quæſt.13 puncto 3. Bonacina de
ſacrament.diſp.5. quæſt.6.ſect.5.punct.4.
Reginald.in praxi, tomo 1.lib.8.cap.3.ſe-
ction.2.num.20. Megala 1.par.lib.1.c.16.
Graffius,Tolet.Enriq.*& alij. Verum tamē
21 eſt,quod contraria opinio etiam fauora-
bilis eſt, quam ſequuntur *Nugnus in ad-
dit.ad 3.par.tomo 2.quæſt.11.art.1.col.2.
circa medium, Filiuc.in quæſtionib.mo-
ralib.tomo 1. tract.7.cap.11.quæſt.5.num.*
234.*Putean.in 3.par.S.Doctor.quæſt.vlt.
dubio vlt.concluſ.3.notab.*2.qui ait, poſſe
etiam confeſſarium non petita venia à pę-
nitente, agere cum ipſo de rēbus auditis
in confeſſione, dummodo id faciat inter
ſe,& ipſum, & animo procurandi ſalutem
pænitentis,quia pænitens irrationabiliter
denegat facultatem, ergo poteſt confeſſa-
rius rationabiliter alloqui.

Aduerte ſecundò, quod neque imme-
22 diatè poſt datam abſolutionem (ſtantes
in prima opinione)poteſt confeſſarius al-
loqui pænitentem de rebus auditis in cō-
feſſione,non obtenta venia ab ipſo,quia
verè poſt abſolutionem eſt completa cō-
feſſio,ergo iam currit ſigillum,ſic præcita-
ti Doctores, & *Fagundez lib.6.cap.4.nu-
mer.*33. quia iſtæ res ſcandalum inferrent
pęnitenti.

Aduerte tertiò, quod vel pænitens ex
ignorantia, vel inaduertenter manifeſtat
in confeſſione complicem,tamen non po-
22 teſt confeſſarius complicem ipſius pæni-
tētis reuelare, quia per hoc ſimplices ab-
horrerent confiteri, putantes pariter re-
uelari ſua peccata, ſic tenet *Malderus in
tract.de ſigillo cap.*18.& apud ipſum *Sua-
rez,Vaſquez,Nugnus,Ledeſma, & Ban-
nez.*idem tenet *Fab.de pænit.in 4.diſt.*19
*quæſt.vnic.Reginald.tomo 1.lib.3. cap.4.
num.39. Suarez tomo 4.diſput.33 ſect.3.
num.*5.& alij communiter, tum quia hæc
manifeſtatio complicis videtur circum-
ſtantia, ſed etiam circumſtantiæ cadunt
ſub ſigillo,vt ſupra diximus, ergo nō po-
teſt confeſſarius reuelare complicem.

Aduerte quartò,quod ſi quis inuenerit
cartam,in qua ſint deſcripta peccata alte-
24 rius, hic etiam tenetur ad ſecretum ſaltē
naturale,nec poteſt ipſa publicare, maxi-
mè ſi ſint mortalia, ſic tenet *Malderus in
tract.de ſigillo, cap.13.Rodriquez in ſum-
ma,tomo 2.cap.55 num 4. Fagundez loco
cit.num.16.cap.5.Berarduccius in ſumma
corona par.1.cap.3.nu.17.* & ratio eſt,quia
iſta carta poteſt dici confeſſio inchoata.
Dixi, maximè ſi ſint mortalia, quia ſi eſ-
25 ſent venialia, peccaret tantum venialiter
is,qui reuelaret talia, *Laiman.in Theolo-
gia morali,lib.4.tract.6.cap.15. num.*19.
quia iſte tenetur ad tegenda talia peccata
obligatione naturali, ſed præceptum vni-
uerſale ob leuitatem materię non obligat
ſub mortali, ergo ſic etiam in tali obliga-
tione dicendum eſt.

Aduerte quintò, non poſſe Superiores
regulares,vel electores tam ſeculares,quā
26 regulares vti notitia habita in ſacramen-
to pænitentiæ ad non impertiendum ſuf-
fragium ei,quem ex confeſſione ſciunt eſ-
ſe indignum, nec debeat ipſum non pro-
mouere quoquo modo poſſint, quod eſt
acriter ſubſtinendum in fauorem pænitē-
tiū,& vt infirmi,& imbecilles animo pro-
ducantur ad ſanctam confeſſionē, aliàs ſi
ſubditi putarent,poſſe Superiores vti no-
titia habita in foro pænitentiali, ad ipſos
non promouendos,non ſic de facili acce-
derēt ad ſacramentū,idem *Laim.tract.6.
c.15.n.22.Fagund.lib.6.c.3.nu.1.& ſeqq.
Malder.loc.cit.c.*14.& alij cōmuniter,imò
Ieſuitę habēt de hac doctrina docēda pcē-
ptū ab eorū Pręposito generali Aquauiua,

M 2 Li-

Limita dictum quando confeſſarius
27 haberet aliam rationem non promo-
uendi pœnitentem, puta propter defe-
ctum ętatis, vel quia eſt indoctus, vel
ſi habeat aliud impedimentum, ex quo
poſſit pœnitens argnere ſe non fuiſſe ele-
ctum, non autem ex culpa, quam confeſſa-
rio edidit.

Aduerte ſextò, nec poſſe confeſſarium
28 priuare pœnitentem aliquo officio amo-
uibili propter ſimilem notitiam habitam
in foro pœnitentiali, etiam ſi confeſſarius
expectaret aliquam occaſionem friuolam,
quia adhuc videretur vti notitia habita
per ſacramentum, ſic tenet *Ioann. della
Cruz par. 2. de ſacrament. pęnit. quęſt. 6.
dub. 1. concl. 3. Bonac. de ſacrament. diſp. 5.
quæſt. 6. ſect. 5. puncto 4. num. 14.* Item
nec licet confeſſario dicere prætoribus
Vrbis, vt magis inuigilent, imminet enim
29 aliquod malum, quod ipſe audiuit in con-
feſſione à pœnitente illud committente
in Vrbe, tum quia debet putare pœniten-
tem mutaſſe propoſitum, alias inualidè ip-
ſum abſoluiſſet, *Fagundez loco citat. num.
9. & Malderus vbi ſupra c. 14.* nec licet ſu-
periori regulari ex eadem cognitione di-
cere ſuis œconomis, vicario, &c. vt magis
vigilent, & præter ordinem conſuetum,
quia ſcilicèt, vellet delinquentes in actu
inuenire, quia etiam per hoc redderetur
odioſa confeſſio. Idem *Fagundez n. 10.*

Aduerte vltimò, quod apud omnes in-
30 diſtinctum eſt non teneri confeſſarium
reuelare etiam ſi interrogetur vt teſtis, imo
poterit etiam iurare ſe nihil ſcire, debet
tamen intelligere ſe nihil ſcire, vt homo,
id enim, quod in confeſſione audit, vt Dei
locum tenens, & pro Deo audire dicitur
ſic DD. communiter eum *Abb. in cap. om-
nis vtriuſq; ſexus extrà eodem cap. ſi ſacer-
dos de offic. ordinarij cap. qualiter de accu-
ſat. cap. cum dilectus de exceſſibus prælato-
rum Martin.* Nauarr *in dict. cap. ſacerdos
nu. 141. & D. Bernard.* ait, *Nil minus ſcio,
quam quod per confeſſionem ſcio.*

31 Circa tertium, & ſic circa pęnas impo-
ſitas contra reuelantes, multæ connume-
rantur per DD. & primo non eſt ei præ-
ſtanda fides, *Felin. in c. 1. de except. ex Bal-
do in l. ecchigerontes, C. de Epiſcopali au-*
32 *dientia*. Secundò deponitur, & ad perpe-
tuam peregrinationem damnatur, *cap. ſa-
cerdos de pœnit. diſt. 5.* tamen per Concil.
generale fuit alterata dicta pęna, & ſic
damnatur ad perpetuam pęnitentiam in
monaſterio, *d. cap. omnis vtriuſq; ſexus*, ſi
tamen ſit ſuſpectus de fuga, detruditur in
carcerem, *Abb. in d. cap. omnis vtriuſq; ſe-
xus col. 2. in 7. notabili ex cap. vt fama de*
33 *ſentent. excommun.* Tertiò priuatur om-
nibus officijs, & beneficijs, *Diaz in praxi
criminali c. 112. n. 1.* vbi refert de praxi in
perſonam cuiuſdam presbyteri reuelan-
tis, & aliæ pęnæ reſeruantur in arbitrium
Epiſcopi.

Aduerte tamen, quod duo dantur caſus
in quibus poteſt confeſſarius euitare di-
ctas pęnas. Primus eſt, ſi extraneus accu-
34 ſet ipſum de reuelatione confeſſionis pę-
nitentis, tunc enim ſi confeſſarius ſit vir
probatæ vitæ, eſt ſtandum eius dicto ſi for-
ſan habuit licentiam à ſuo pęnitente, vn-
dè tranſmittit onus probandi in eum, qui
crimen oppoſuit *Lupus allegat. 94.* quæ
incipit *Quidam presbyter col. 2.* Secundus
caſus eſt ſi ipſemet pęnitens dicat confeſ-
ſarium reuelaſſe ſibi confeſſionem, & tunc
non tenetur aliud probare, ſed confeſſa-
rius tenetur probare contrarium, quia poſ-
ſet reuelare ipſimet pęnitenti inter ſe, &
ipſum, per quod incideret etiam in dictas
pęnas, *Innoc. & Ioann. Andr. in cap. ſuper
bis de accuſat.* ſi autem confeſſarius reue-
35 lauerit aliqua quorum notitiam aliundè
habuit, hoc probare tenetur, quod ſcilicèt
aliundè habuerit notitiam, & ſi id nõ pro-
bet condemnabitur, *Oſtienſ. Cardinal. &
Abb. in dict. cap. omnis, Martin. Nauarr.
in cap. pęnit. de pęnitent. diſt. 6. Maſcard.
de probat par. 3. concluſ. 1289.* quæ incipit
Sacerdos nu. 5. pęnitens autem non tene-
tur ad ſigillum, quia in eius fauorem in-
troductum eſt, *Tolet. in ſumma de ſacram.
pęnit.*

Quæres primò, per quantum temporis
duret obligatio huius ſigilli.

Reſp. quod cum hoc ſit præceptum ne-
36 gatiuum, per conſequens obligat ſemper,
& ad ſemper etiam poſt mortem pęnitẽ-
tis. *Sotus in 4. diſt. 21. quæſt. 2. Nauarr. c. 8.
nu. 17. Archidiac. in c. 1. de pęnit. diſt. 5. &
cap ſi quis peccauerit 2. q. 1. cap. præceptum
de conſecr. diſt. 1.*

Quæres ſecundò, quid debeat facere
confeſſarius, cui pęnitens in articulo mor-
tis conſtitutus dixit ſe teneri reſtituere
certum alicui, & quod id petat ab hæredi-
bus.

Reſp. quod confeſſarius debet operari,
37 vt moriens reſtituat antè mortem, ſi com-
modè poſſit, ſecus autem grauet hæredes
vt dent ipſi confeſſario talem, vel talem
ſummam ad exequendum, quod ſibi ſecre-
tò dixit, quod ſi neq; hoc fecerit, petat pe-
cuniam ab hęredibus, qui tenentur crede-
re confeſſario, nec debet cõfeſſarius aliud
dicere, ſicut ſolent facere indiſcreti peten-
do ab hæredibus, quod dent talem pecu-
niam ne eorum teſtator patiatur in pur-

gatorio

gatorio, &c. quia hoc eſſet reuelare confeſſionem.

Quæres tertiò, quid ſi pęnitens ſit confeſſus peccata tua publicè, an poſſit confeſſarius, qui ipſum abſoluit alloqui de talibus peccatis.

Reſp. quod benè poterit alloqui cum
38 illis, qui adfuerunt tempore dictæ publicæ confeſſionis, tamen non debet id facere. *Viuald. de ſigillo confeſſionis n. 28. & DD. in d. cap. omnis vtriuſq; ſexus.*

Quæres quartò, quid ſi confeſſarius audiuit à pęnitente in confeſſione Titium fuiſſe complicem in delicto, ſi deindè Titius accedat, & non ſe accuſet de tali delicto, an poſſit ipſum abſoluere.

Reſp. quod non debet confeſſarius in
39 primis ſtatim alloqui, & interrogare de tali crimine, quia faciliimè appareret reuelatio confeſſionis alterius complicis, ſed poſt mediam confeſſionem v. g. & debet interrogare, vt ſi caſualiter id exponeret, quod ſi pęnitens neget ſe commiſiſſe, debet ipſum abſoluere, quia non debemus putare, quod ſit immemor ſalutis æternæ.

In §. illud cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Caſuum reſeruatio à quibus, & quomodo fieri poſſit, n. 2. & 3.*
facta à ſuperiore regularium quomodo valeat n. 4.
venialium non tenet numer. 5. & cur num. 6.
de cogitationis peccato valet nu. 7. & 8.
modi reſeruationum n. 9. & 10.
11 *Reſeruatio non exigit cauſa expreſſionem.*
debet tamen eſſe rationabilis n. 12.
13 *Parochus quomodo ſe gerat in reſeruatis.*
14 *Dubitans de reſeruatione.*
15 *Reſeruatio, an obliget extra diœceſim n. 16 & 17.*
18 *Omiſſa peccata reſeruata in confeſſione, an repetenda Pęnitentiario, & n. 19. 20. 21. & 22.*
23 *Reſeruatio ceſſat tempore mortis, & quid pro caſu Papali n. 24.*
25 *Hæreticus occultus, an & quomodo abſoluendus n. 26.*
27 *Abſolutio à reſeruatis quomodo facienda, à ſuperiore, & ab inferiore, vſq; à n. 32. & 34.*
33 *Pęnitens, an poſſit dimidiare confeſſionem reſeruatorum.*
35 *Electio confeſſarij data intelligitur de idoneo, & non vidètur conceſſi caſus n. 36. & 38.*
37 *Generalis conceſſio quomodo declaratur.*

Hic eſt videndum de caſibus reſeruatis, & primò, qui poſſit reſeruare. Secundò, qui caſus poſſint caſus. Quartò, quis poſſit abſoluere reſeruari. Tertiò, cur poſſint reſeruati. Quintò, quid debeat facere confeſſarius ordinarius circa caſus reſeruatos, & an poſſit ſuperior abſoluere à reſeruatis, alios autem alijs relinquere.

Circa primum aduerte poſſe fieri aliquã
1 caſuum reſeruationem à ſuperioribus definitum per *Trident. ſeſſ. 14. c. 9.* & colligitur ex *dict. cap omnis vtriuſquè ſexus, C. ſi Epiſcopus eodem titul. in 6. c. de cętero, etc. de monialibus de ſentent. excommunicationis, clem. & ſi Dominici de pęnitent. & remiſſ. cap. ſi quis ſuadente Diabolo 17. q. 4.* & ex alijs iuribus apud Concilium. In præſenti tamen ſciendum eſt poſſe caſus reſeruare primò Summum Pontificem.
2 Secundò Epiſcopum. Tertiò, ſuperiores regulares pro ſuis religioſis, *Beccan. c. 40. quæſt. 2. de ſummo Pontifice*, probatur, quia omnes alij habeat iuriſdictionem dependentem à Summo Pontifice, ergò poteſt Summus Pontifex aliqua ſibi reſeruare, in conceſſione confeſſionis idem dic de Epiſcopis, & de ſuperioribus regularium, de caſibus reſeruatis ab Epiſcopo diximus in *lib. 1.* cum de auctoritate Epi-
3 ſcopi, quod ſi ſint caſus reſeruati in Sinodo, per mortem Epiſcopi perſeuerat reſeruatio pęnes Epiſcopum ſucceſſorem, at ſi ſint reſeruati extrà Sinodum poteſt ſucceſſor illos tollere.

Hoc poſito circa ſuperiores regulares dubitatur an per mortem ipſorum, vel expirationem officij ceſſet caſuum reſeruatio.

Reſpon. affirmatiuè, ſic tenet *Megala*
4 *par. 1. lib. 1. c. 12. nu. 5. & Iacobus de Granauo in 2. part. Sanct. Doct. conſtitut. 7. tract. 1. diſput. 2. num. 6.* Ratio eſt à pari, nam excommunicatio ab homine, expirat per menſem eius, qui ipſam indixit, ergò eodem modo dicendum eſt de caſibus reſeruatis cum nulla ſit maior ratio de vno quam de alio.

Circa ſecundum, aduerte primò, quod peccata venialia non poſſunt reſeruari, quia non ſunt materia neceſſaria confeſ-
5 ſionis, ergò, & ſi Epiſcopus, vel alius ſuperior reſeruaret, fruſtratoria eſſet reſeruatio dum etiam extrà ſacramentum

tum poſſit haberi eorum remiſſio,imò li-
cèt vellet ſuperior, neq; poſſet illa reſer-
uare. Ratio eſt,quia eſſet priuare pęniten-
tē iure ſuo abſq; cauſa; veniale enim cum
ſit materia leuis, non poteſt habere tam
magnam pęnam coniunctam, vt non poſ-
6 ſit quis illud confiteri cui vult, & prout
vult, tantò fortiùs,quia vt diximus *lib.1.de*
conſtitut. quæuis lex lata à ſuperiore, vt
obliget debet eſſe rationabilis,non tyran-
nica,hæc autem nullo modo eſſet conſo-
na rationi, nec debet eſſe ſeruus auarus,
cum Dominus ſit liberalis,& non obliga-
uit ad confeſſionem ipſorum, ergò à for-
tiori,nec poteſt ſuperior ipſa reſeruare.

Aduerte ſecundò,quodlibet mortale,
tam extrinſecum,quam intrinſecum (& ſic
etiam cogitationes poſſe ab Epiſcopo,
7 vel alio ſuperiore reſeruari, eſt doctrina
Beccan.c.40.citat. quaſt. 4. Probatur ex
dictis, nam hæc peccata debent ſubijci
clauibus, ergò poteſt qui dat auctoritatē,
ſeù delegat ipſa reſeruare, poteſt.n. ſupe-
rior dare auctoritatem circa vnum pecca-
tum,& non circa alia.

Dices,qui ſcrutatur corda Deus, *l.cogi-*
tationes ff.de pœnis, & iudicium actuum
internorum Deo reſeruatur,ergò non po-
teſt ſuperior talia peccata reſeruare.

Reſp.neg.conſequentiam,& ad antece-
dens applico hanc inſtantiam. Deus ſcru-
8 tatur corda, ergo talia peccata non ſunt
confitenda homini, quod falſum eſt,ergò
ſicut tenemur talia peccata confiteri, &
clauibus ſubijcere, eodem modo qui dat
auctoritatem abſoluendi, poterit ipſam
limitare. Non video ſanè quid in contra-
rium dici poſſit,& eiuſdem ſententiæ ſunt
grauiſſimi Theologi cum *Beccan.*ait,quod
autem non producetur in actu, hoc non
tollit poteſtatem iuriſdictionis.

Circa tertium aduerte primò,quod ca-
ſus ſolent reſeruari aliquando abſq; cen-
9 ſura,ſed vt plurium omnes ſunt, reſeruati
propter cēſuram quam habent annexam,
patet præcipuè de omnibus caſibus Papæ
reſeruatis,*capit. quoad tranſlationem de*
*offic.delegat.*vbi *gloſſ.verbo reſeruatum*,
ſic eſt præcipuè grauis percuſſio clerici,
d.cap.ſi quis ſuadente Diabolo. Item falſi-
ficatio literarum Apoſtolicarum,*cap feli-*
cis de pœnis in 6. Combuſtio Eccleſiæ *Ca-*
ietan.verbo incendium. Tota Bulla Cęnæ,
& quamplurimi alij caſus. hic etiam ſunt
caſus reſeruati Epiſcopo quorum aliqui
habent annexam cenſuram, alij non. Sic
10 incendiarij agrorum, vel domus, publicè
blaſphemantes,homicidium voluntarium,
violatio immunitatis Eccleſiaſticæ, ſorti-
legium, ſeù diuinatio, incendiarij domo-
rum,&c.*Beccan.q.3.*& ſic poſſunt caſus re-
ſeruari,vel ratione annexæ cenſuræ,vel ex
libito ipſius ſuperioris.

Aduerte ſecundò,quòd nulla requiritur
cauſa finalis mouens ad reſeruationum,&
11 ſic poteſt Epiſcopus pro ſui libito caſus
reſeruare, *Dominic.Sotus diſtinct.*18. *q.2.*
*art.*5.& ratio eſt,quia iuriſdictio,quæ da-
tur à ſuperiore inferioribus pendet ex
nutu ſuperioris,ergo ſicut poteſt ſuperior
denegare auctoritatem, ſic poterit eſſe li-
mitatè. Verùm tamen eſt,quòd debet in-
ſpicere ne ſatis ſubditi grauentur, & po-
tiùs inciderent in maius malum, quod eſ-
ſet ſic remanere impęnitentes. Nota tamē,
quod ſuperior ſi non habeat iuſtam cau-
12 ſam reſeruandi; facta reſeruatione; poteſt
tamen parochus abſoluere à caſibus ſic
reſeruatis,& ratio eſt,quia iuriſdictio,quę
ſemel conceſſa eſt Paſtori ordinario,non
dependet ad nutum ex voluntate ſuperio-
ris,ſic docet *Beccan.loco citat.ex* Soto, *&*
*Riccardo,*ſi tamen non conſtet,de tali in-
iuſtitia, non debet parochus ſe intromit-
13 tere ad abſoluendum,neq; noſtrum dictū
eſt contrà *Trid.cit.* quia ibi videtur loqui
de reſeruatione ex iuſta cauſa,& reſpectu
aliorum Confeſſariorum,qui non ſunt pa-
ſtores ordinarij, pro quibus non militat
dictum,nam etiam nulla intercedente cau
ſa poteſt Epiſcopus reſeruare, vt patet ex
rationibus ſupra poſitis.

Circa quartū quęres primò,quid agen-
dum in dubio,an aliquis caſus ſit reſerua-
tus,necnè.

Reſpond. quod in dubio cenſendum
14 eſt caſum non eſſe reſeruatum,niſi expreſ
sè conſtet de voluntate ſuperioris reſer-
uantis,& in hac materia non debemus eſ-
ſe valdè ſpeculātes,ſumus.n.in pęnalibus,
& pęnæ ſunt potiùs reſtringendæ, ſic te-
net *Suarez de relig.tom.2.lib.4.c.5.nu.*15.
Portella de dubijs regularium,verbo caſus
*reſeruati n.*7,vbi ſic ait.Si ſimus in dubio
an caſus ſit reſeruatus,præſumitur non re-
ſeruatus,& vt talis poteſt abſolui. *Filiuc-*
*cius tract.*51.*tom.2.c.4.n.*172.*Eman.Sà in*
ſumma verbo caſus reſeruati, Merolla in
diſp.theologalibus tract.1.diſp.3.c.3.dub.2.
corollario 23.*caſu* 370. vbi tenet, quod ſi
quis ſit certus ſe emiſiſſe votum caſtita-
tis,ſed dubitat, an habuerit animum ſe
obligādi in perpetuum,ait ipſe certum eſ-
ſe,quod votum tenet, quod iſte debet eſſe
continens,tamen abſolutio huius voti nō
debet æſtimari reſeruata Pontifici, vt ait
idem *Merolla,*& concedit *Sanchez in ſum*
*ma tom.1.lib.4.c.40.nu.26.& c.44.nu.*5.&
hoc ratione dubij circa voluntatem ſe
obligandi, ergo idem dicendum eſt circa

ca-

Digitized by Google

caſus reſeruatos; ſemper .n. pro pænitente benigna debet fieri interpretatio, cum ſimus in pœnalibus.

Quæres ſecundò, ſi quis habeat caſum
15 reſeruatum ſuo Ordinario, & ſit in alia ciuitate, vbi caſus ſit etiam reſeruatus Ordinatio loci, an poſſit hic abſolui.

Reſpond. affirmatiuè, quia eadem eſt ratio tam in vno loco, quàm in alio, *Nauar. in ſumma, cap. 27. num. 26. Bonacina de miniſtro ſacramenti pænit. diſputat. 5. quæſtion. 7. puncto 5. §. 2. number. 11* ſecus autem ſi in ſua ciuitate, vbi commiſit caſum, eſſet reſeruatus, & vbi nunc manet, non eſſet reſeruatus; tunc enim non poſſet abſolui, niſi eſſet diu manſurus in tali ciuitate, & vellet ibi habere incolatum; tunc enim poſſet abſolui à quolibet confeſſario.

Sed quidquid ſit, quia iugum Domini ſuaue, Dico indiſtinctè, eſſe abſoluendum etiam ſi per vnam horam maneret in illa ciuitate, vbi caſus non eſt reſeruatus. Pro-
16 batur hoc primò, quia caſus poſſunt abſolui à confeſſario habente auctoritatem, ſed hic ordinarius confeſſarius poteſt hunc caſum abſoluere, quia pro ſe non eſt reſeruatus, ergo valet abſolutio. Probatur ſecundò, quia quoad forum animæ Epiſcopus non poteſt coercere ſuum ſubditum in aliena Diœceſi, nec ipſum priuare, ne poſſit confiteri; confeſſio enim eſt libera, ergo poteſt hic confiteri cuilibet; ſic *Bonacina loco cit. num. 9.* & adducit 12. alios Doctores.

Item ſi commiſit peccatum in loco, vbi caſus non eſt reſeruatus, & deindè alicubi
17 accedat, vbi caſus eſt reſeruatus, poterit abſolui à ſimplici confeſſario. Probatur hoc primò, quia in criminibus habetur ratio conſuetudinis loci commiſſi delicti, *l. 1. C. vbi de criminib.* ergo poteſt hic abſolui à quolibet ratione conſuetudinis ſui loci, vbi caſus non erat reſeruatus, idem patet ex *l. capitalium, § famoſos. ff. de pæn.* vbi etiam in delictis attenditur ratio loci. Probatur ſecundò, quia Epiſcopi reſeruant caſus propter diuerſas rationes, quæ forſan militant in vno loco, & non in alio. Tum quia Superior poteſt reſeruare caſus pro ſuis ſubditis, ſed hic non eſt ſubditus huius Epiſcopi, ergo pro hoc non cenſetur reſeruatus caſus, tum quia fuit commiſſus in territorio, vbi non erat reſeruatus.

Quæres tertiò, quid ſi pænitens confeſſus ſit confeſſario habenti auctoritatem abſoluendi à reſeruatis, & omiſerit aliqua peccata ex obliuione, an teneatur redire ad pænitentiarium.

Reſpond. cum diſtinctione, vel pænitentiarius habet priuilegiũ principaliter pro
18 pænitente, vel principaliter pro ſe, & ſecundariò pro pænitente. primi caſus eſt exemplum, ſi tempore iubilei quis eligit ſibi confeſſarium, à quo abſoluitur à reſeruatis, elapſo deindè tempore iubilei, habet memoriam aliorum reſeruatorum quorum non meminit tempore cõfeſſionis, vel confitetur pœnitentiarijs Epiſcopi, qui etiam ſtant parati pro pœnitentibus, & in tali caſu poteſt abſolui à quolibet confeſſario de omiſſis in eadem ſpecie, ſic tenet *Gabriel in 4. diſtinct. 17. quæſt. 1. ar. 3. dubio 1. Roſella verbo confeſſio 2. num. 9. Siluest. verbo confeſſio 1. quæſt. 4. Angel. verbo confeſſio, num. 12. Couar. in cap. alma mater, par 1. relectionis, §. 3. number. 12. Canus 3. par. relectionis, Nauar. cap. 26. num. 18,* quia reſeruatio in peccatis operatur, quod quis teneatur adire Superiorem, & ipſa confiteri, ſed iſte iam adijt Superiorem, & ab ipſo fuit abſolutus formaliter, ergo non tenetur iterum adire. Tum etiam quia qui habet decẽ peccata mor-
19 talia, non habet decẽ obligationes adeũdi Superiorem, ſed vnam, nam vnicam debet facere confeſſionem ſacramentalem; nec poteſt remitti vnum peccatum ſine alio, ſed iam peccata ſunt abſoluta formaliter, & fuit poſita vna confeſſio, ergo non tenetur pænitens iterum adire pænitentiarium, *Becan. cap. 40. quæſt. 7. Couarr. Canus, & Nauarr. loco cit.* qui concedũt hoc, ſiuè confeſſarius habeat intentionem expreſſam abſoluendi ab omnibus reſeruatis, ſiuè tacitam, ac proindè ſiuè non cogitauerit de alijs peccatis, niſi tantum de ipſis, quæ audiuit, erit tamen ab ipſis
20 abſolutus, ſicut eſt abſolutus ab omiſſis in confeſſione ordinaria. Secũdi caſus eſt exemplum in Patribus Societatis Ieſu; iſti enim habent priuilegium abſoluẽdi à reſeruatis, vt notat *Becan. loco cit.* & ratio, cur pænitens debeat peccata oblita confiteri habenti auctoritatem, eſt, quia attenditur fauor animæ fidelium circa ipſos Patres, & captatur beneuolẽtia ex tali acceſſu, ſed magis captatur, ſi pænitens ſæpius accedat, quam ſi ſemel, ergo debet pænitens vel petere eumdem confeſſariũ, vel alium auctoritatem habentem, vt aduertit idem *Becan. loc. cit.*

Confirmatur dictum in primo caſu auctoritate *Suarez*, qui idem docet *3. part. tom. 4. diſp. 131. ſect. 4. n. 24* vbi vult, id va-
21 lere, etiam ſi tempore Iubilei quis fuerit abſolutus, & poſtea non adimpleuit alia opera pro lucrando Iubileo; tenet enim verè eſſe abſolutum à reſeruatis, etiam obli-

oblitis tempore dictæ confeſſionis.

Corroboratur magis, nam ex confeſ-
ſione facta ſuperiori inualidè, vel abſque
22 dolore, vel ex defectu integritatis, adhuc
remanet pænitens liberatus ab obliga-
tione iterum adeundi dictum ſuperiorẽ,
vt veram ſuſcipiat abſolutionem, quia
caſus non ſunt amplius reſeruati, vt docet
Ludouicus Meratius in S. Doctor. tomo 3.
tract. de pænit. diſput. 30. ſect. 3. numer. 1.
Propoſitus in 3. par. S. Doct. quæſt. 9. de
reſeruatione caſuum, dubio 4. numer. 24.
Occagauia de Sacrament. tract. 12. de con-
feſſ. ſacrament. quæſt. 22. & dat rationem,
quia reſeruatio ad id ordinatur, vt pecca-
tor referat ſua peccata ad Superiorem, &
eius ſententiam audiat, ac impoſitam pæ-
nitentiam acceptet, ſed totum hoc habe-
tur in tali confeſſione ſic inualidè facta,
ergo eſt liberatus à tali obligatione, & po-
teſt a quolibet confeſſario abſolui, ergo ad
caſum noſtrum ſi liberatur hic per con-
feſſionem inualidè factam, multò magis
liberatur ille, qui validè, integrè, & iuſtè
confitetur.

23. Aduerte etiam circa hanc reſeruationẽ
caſuũ, primò, quod omnis reſeruatio ceſ-
ſat tempore mortis, per verba *Tridentini*
ſeſſ. 14. cap. 7. ibi, *Veruntamen piè admo-*
dum, ne ipſa occaſione aliquis pereat in
eadem Eccleſia, ſemper fuit, vt nulla ſit re-
ſeruatio in articulo mortis. Vnde collige,
quod in tali caſu etiam ſi ſit præſens con-
feſſarius approbatus, vel alius auctoritatẽ
habens abſoluendi à reſeruatis, poteſt ta-
men quilibet ſimplex ſacerdos abſoluere;
Concilium enim indiſtinctè loquitur, er-
go neque nos diſtinguere debemus, & co-
arctare mentem Concilij, ſic *Nauar. Ro-*
drig & Enriq. apud Sanchez in ſumma,
tomo 1. lib. 2. cap. 13. num. 6. Barboſa de
poteſtate Epiſcopi, par. 2. allegat. 25. n. 51
Zerola in praxi de pænit. cap. 15. numer. 4.
Finelius de caſibus reſeruatis, num. 7. in
fine, Paul. Comitol. in reſpon. moral. lib. 1.
q. 22. n. 2.

Nota tamen, quod reſpectu caſuum
reſeruatorum Pontifici eſt obligãdus pæ-
24 nitens, vt ſi poſtea conualuerit, petat li-
mina Apoſtolorum, non vt iterum abſol-
uatur, ſed vt pareat præceptis Summi Põ-
tificis, alias ratione huius contemptus in-
cidit in eaſdem cenſuras, vt docet *Suarez*
tomo 4. diſput. 39. ſect. 2. num. 6. Enriquez
lib. 13. cap. 29. num. 4 Barboſa in collectan.
tom. 2. lib. 5. tit. 39. c. 11.

Aduerte ſecundò, quod ſi quis ſit hæ-
reticus occultus, & impediatur Romam
25 petere propter abſolutionem, poteſt fa-
cere, quod eius confeſſarius, vel alius ſcri-
bat pro tali abſolutione.

Aduerte tertiò, poſſe Epiſcopos abſol-
uere a quibuſcumque caſibus occultis, &
26 reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, etiam ab hæ-
reſi occulta, *Trident. ſeſſ. 24. cap. 6.* vbi po-
nit limitationem pro hæreſi occulta; vult
enim hanc poſſe abſolui tantum ab ipſo
Epiſcopo, nec poſſe ab ipſo demãdari ſuo
Vicario, ſicut poteſt demandare alios ca-
ſus, nouas autem editas Bullas Cenæ non
auferre hanc poteſtatem Epiſcopis, docet
Barboſa loco cit. par. 2. allegat. 40. num. 20.
& Sancius in ſelectis, diſput. 10. num. 32.
Enriquez lib. 6. cap. 14. num. 7. Portella
in addit. ad dubia regalia, verb. Epiſcopus
num. 1. Emman. Sà in ſumma, verbo Epiſco-
pus num. 37. Nugnus in addit. ad 3. part.
q. 8. ar. 5. dub. 10.

Circa quintum, ſcilicet quando debeat
ſe gerere ſuperior, & inferior in abſolu-
27 tione à reſeruatis reſpectu pænitentis,
qui habet peccata reſeruata, & alia etiam
non reſeruata.

Aduerte primò, poſſe cõfeſſarium ſim-
plicem, ſeu non pænitentiarium abſolue-
re pænitentem etiam à reſeruatis ſine cẽ-
ſura, obligando tamen ipſum, vt accedat
deinde ad ſuperiorem, vel ad habentem
auctoritatem, & ab ipſo de reſeruatis ſa-
lutarem pænitentiam petat, & nouam ab-
ſolutionem, (peccatum enim centies po-
28 teſt abſolui, dum ſemper remanet quid
purgandum) ſic tenet *Silueſt in ſumma,*
Nauarr. Antonin. Sotus, & alij, Ebrseus
quodlib. 1. quæſt. 29. Paludan. in 4. diſt. 17.
Durand. ibid. quæſt. 55. Gabr. quæſt. 17.
art. 3. dub. 2. & ratio eſt, quia caſuum re-
ſeruatio operatur, vt pænitens teneatur
adire ſuperiorem, ſed confeſſarius obli-
gat penitẽtem ad hoc, ergo poteſt ſic ab-
ſoluere. Intellige tamen hoc iuſta cauſa
intercedente, puta ſi ſit mulier, quæ in
præſentia viri debet communicari, & non
poteſt nunc adire ſuperiorem. Idem dic,
ſi quis ſit in aliqua Congregatione nunc
paratus accipere corpus Chriſti, v. g. & in
ſimilibus, in quibus opinio tantorum vi-
rorum non eſt reijcienda.

Dices, *Trident. ſeſſ. 14. canon. 7* expreſsè
29 ait, alios confeſſarios præter articulum
mortis circa caſus reſeruatos, nullam ha-
bere poteſtatem, ergo non poteſt confeſ-
ſarius ſic abſoluere.

Reſpond. Negando conſequentiam, &
ad antecedens dico, nos non negare ver-
ba Concilij, imò dicimus, per hoc ſeruari
mentem Concilij: nam vere hic confeſſa-
rius non releuat pænitentem ab onere
30 adeundi pænitentiarium, ac proindè non
ſimpliciter abſoluit à caſibus reſeruatis,

ſed

ſed cũ tali obligatione adeundi, per quod
non videtur habere auctoritatem ſupra
reſeruationem, ſed tantum ſupra peccatũ,
vt peccatum eſt; imò dico, quod confeſſa-
rius ſic abſoluens, vel ſtatim debet ipſe
procurare licentiam abſoluendi à reſer-
uatis, & obligare pænitentem, vt ſtatim
manè redeat, vel pręcipere, vt infra vnum,
vel duos dies pænitẽtiarium adeat, & per
hoc cognoſcitur differentia inter abſolu-
tionem à reſeruatis, & non reſeruatis, ſic
Dominic. Sot. in 4. diſt. 18. q. 2. art. 5. ad 1. Canus 5. p. relect. Ledeſma in 4. q. 8. art. 3. dub. 3. & notant alij DD.

31 Aduerte ſecundò, poſſe ſuperiorem
abſoluere tantum à reſeruatis, & circa alia
remittere pęnitentem confeſſario ordina-
rio. Nec facit, quod integritas confeſſio-
nis ſit de iure diuino, nam aliqua interce-
dente cauſa, poteſt dimidiari, vt ſupra di-
ximus. Pro ſuperiore autem facit cauſa,
& eſt, nam ſuperiores vt plurimum ma-
gnis tenentur occupationibus, ac proindè
non poſſunt omnium confeſſiones audi-
re; impedirentur enim à maioribus nego-
tijs, *Sot. & Paludan. loc. cit. Riccard. in 4. diſt. 17. q. 8. art. 2. D. Anton. 3. p. tit. 14. c. 19. § 6. Nauar. in c. conſideret, §. cautus, n. 12. Valentia q. 11. p. 1. caſu 6. Caiet. verb. confeſſio, n.* 10. Negari tamen non poteſt, quin
probabilius ageret ſuperior, ſi audiret tã-
tum caſus reſeruatos, imponeret pænitẽ-
tiam, & circa abſolutionem ipſorum re-
32 mitteret pænitentem confeſſario ſuo or-
dinario, vel alteri ſacerdoti ad euitandam
iſtam dimidiationem, tantò fortius, quia
non poſſunt eſſe ſemper tales occupatio-
nes, quæ ſuperiorem impediant ab audiẽ-
da integra confeſſione. Sic itaque tutius
faceret confeſſarius ſecundum opinionẽ
Adrian. ad Silu. verb. confeſſio, 1. qu. 19. & Can. in 5. p. relect. tamen faciendo ſecun-
dum primam opinionem, probabilius fa-
ceret ex ratione adducta.

Quæres, poſito, quod poſſit ſuperior
hoc facere, an poſſit pænitens dimidiare
33 confeſſionem, & ſic reſeruata tantum di-
cere ſuperiori, alia verò alteri confeſſario
ordinario.

Reſp. negatiuè, quia ſic non haberetur
integritas confeſſionis fraudulẽter, quare
pót quidem ſuperior diſpenſare, & nolle
audire alia peccata; pænitens verò quantũ
eſt ex parte ſua, debet eſſe paratus omnia
confiteri, & debet dicere ſe habere alia
peccata, præter reſeruata, quod ſi ſuperior
audire nolit, poterit alteri ſacerdoti con-
fiteri, & non peccat, quia quãtum eſt ex ſe
non diuidit confeſſionem, *Alenſ. p. 4. q. 18. memb. 4. ar. 4. ad vlt.* qa nõ diuidit ex pra-
uo affectu, vel ex verecũdia, ſed ex conſẽ-
ſu ſacerdotis. Hodie verò ceſſant hęc om-
nia, dum omnes Epiſcopi retinent pæni-
tentiarios deſtinatos ad hoc, vt poſſint in-
tegras confeſſiones audire.

34 Ex litera, & *gloſ. text.* noſtri hic habes
primò, quod nemo debet ſuos terminos
præterire, *c. 1. de ſepult.* nõ debet igitur cõ-
feſſarius ſimplex ſe intromittere in rebus
altioris dignitatis, vt eſt abſolutio à caſi-
bus reſeruatis, & tentans id facere ſine
cauſa, peccat mortaliter, quia contemnit
auctoritatem ſuperioris, vt docet *Beccan. c. 40. q. 8.* qui etiam videtur dicere, nec pę-
nitentem eſſe abſolutum, ſicut non eſt ab-
ſolutus, qui confitetur ſimplici ſacerdoti
non confeſſario extra caſum neceſſitatis;
ſicut enim hic nullam habet iuriſdictionẽ
paſſiuã, ita nec ille pro caſibus reſeruatis.

35 Habes ſecundò, quod ſi Epiſcopus det
alicui facultatem, vt ſibi eligat cõfeſſariũ,
tenetur ille eligere habilem, à quo poſſit
dirigi in viam ſalutis æternæ, & qui ſciat
ligare, & ſoluere, vt par eſt, *c. quem pęnitet de pęnit. diſt. 1. verſ. quare, c. qui vult, de pęnit. diſt. 6. c. ſanctũ eſt, de conſec. diſt. 5. c. omnis vtriuſq; ſexus, ext. eod.* vndè ſi qs
malitiosè eligeret confeſſarium indoctũ,
vel imprudentem, peccaret mortaliter, qa
poneret ſuæ perfectioni impedimentũ, &
diuerteret rigorẽ iudicij Sacramenti pæ-
nitentiæ, ſecus ſi id faceret bona fide, tũc
valeret abſolutio, dum hic verè habet iu-
riſdictionem ab Epiſcopo, vt notatur hic
in §. *illud.*

Habes tertiò ex §. *de eo tamen,* ꝙ iſte,
qui habuit talem licentiam ab Epiſcopo,
36 non poſſet à ſacerdote, quem eligit, abſol-
ui à reſeruatis Epiſcopo, niſi ſpecialiter de
his ſit facta mentio, vel niſi conſtet de vo-
luntate Epiſcopi, puta ſi quis peteret ab
Epiſcopo abſolutionẽ à reſeruatis, & Epi-
ſcopus diceret, elige tibi ſacerdotem in
confeſſarium; tunc enim poſſet ab hoc ab-
37 ſolui etiam à reſeruatis: cæterum nõ va-
let abſolutio, quia in generali conceſſione
non veniunt ea, quæ requirunt ſpeciale
mandatum, *l. fin. C. quæ res pig. oblig. poſſ. cap. pater 16. q. 1.* & confeſſarius peccaret,
vt in *c. non eſt 19. de reg. iur. in 6.* ibi, *Non eſt ſine culpa qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet.* neq; poteſt Epiſcopus
poſtea abſolutionem ſic latam ratam ha-
38 bere, ex *cap. non firmatur, de reg. iur. in 6.*
ibi, *Nõ firmatur tractu temporis id, quod ab initio de iure non ſubſiſtit.*

In §. ſed nec contritio.

SVMMARIVM.

1 *Satiſfactio eſt pars Sacramenti.*
quomodo dicatur pars principalior n.2.
quid ſit n.3.
quando exequenda, quomodo, & in quibus imponenda n.4.5.6. & 7.
exequuta in peccato mortali, quid operetur n.8.9.10.11. & 14.
an ſic exequuta remittat pœnas Purgatorij n.12.
operatur, vt pars Sacramenti ex operato n.13.
debet eſſe præſeruatiua n.15.
exequuta ab alio pro pœnitente de conſenſu confeſſarij, quid operetur. num.16.
an poſſit exequi ſimul cum alio opere ex præcepto n.17.
18 *Pauperes, an habeant ius in bonis diuitum.*

1 Videndum eſt hic de ſatisfactione, quę eſt pars Sacramenti, de qua diximus aliqua, prout eſt imponenda à Confeſſario, hic videbimus de exequutione ex parte pœnitentis, & primò, quando debeat adimpleri. Secundò, quid ſi fiat in peccato mortali. Tertiò, aliqua occurrentia circa ipſam dilucidabimus.

Sed antequam ad vlteriora procedamus.

Quæres, quomodò intelligantur verba § noſtri in principio; ſcilicèt, ſed nec contritio, &c. videntur .n. maximum effectum pœnitentiæ tribuere ſatisfactioni.

Dic igitur, intelligi quoad ſatisfactionẽ,
2 virtuti iuſtitiæ, nam per peccatum homo iniuriam infert Deo, & lædit iuſtitiam, per abſolutionem remittitur iniuria illata Deo, & lædit iuſtitiam, per abſolutionem remittitur iniuria illata Deo, ſed non ſatisfit iuſtitię, cui ſatisfacere tenetur pœnitens, *cap. nullus de pœnit. diſt.* 1. & dicitur hic, quod contritiò, & confeſſio multum non proficiunt, quia reſpectu iuſtitiæ nihil operantur, & nihil poteſt dici factum, dum aliquid ſupereſt agendum, *l. fin. C. ad Sillanianum.*

Circa primum (vt ſciamus, quid nominis ſatisfactionis.)

Aduerte primò, quòd ſatisfactio eſt in-
3 iuriæ illatæ compenſatio, vt in præſenti §. noſtro, & *gloſ.* aduertit hanc eſſe potiùs deſcriptionem, & *S. Doct.* addit huic definitioni, *ſecundum iuſtitiæ æqualitatem*, vt videre eſt in 4 *ſentent. diſt.* 15. *q.* 1 *& in cap. ſatiſfactio 3. de pœnit. diſt.* 3. ſic habetur. Satisfactio eſt peccatorum cauſas excidere, ne earum ſugeſtionibus aditum indulgere. Ex quo collige, quod ſatisfactio quæ imponitur, debet purgare, & tollere radices peccatorum, & debet eſſe præſeruatiua in poſterum, vt habeatur eſſentia pœnitentiæ, quæ plangit peccata, vt non committat, *cap. pœnitentia, & cap. ſi Apoſtolus de pœnit. diſt. cit.*

Aduerte ſecũdò, quod debet ſatisfactio
4 quamprimum exequi, cum ſit pars Sacramenti, & partem à toto diuidere, eſt eſt ſatis durum, *cap. in toto de reg. iur. in 6.* Debent itaq; moralem habere connexionẽ, ſicut etiam in iudicijs temporalibus abſolutus cum compoſitione quamprimum ſoluit id pro quo componitur, quod ſi Sacerdos non addiceret tempus, poſſet etiã per annum differri, diximus ſupra in §. quod autem in 5. quæſito circa ea, quæ debet facere confeſſarius, colligit *Fernandez document o 7. §. 2. nu. 5. & 7. ex d. cap. omnis vtriuſq; ſexus.*

Aduerte tertiò, quòd ſatisfactio debet
5 adimpleri modo, quo adimplentur alia opera ex præcepto, vt ſi ſint orationes, modo quo recitatur officium. Idem dic de ieiunio, de confeſſione, &c. Poſſunt autem imponi à confeſſario in ſatisfactionem varia, ſic ieiunium, eleemoſyna, præces, *capit. animæ defunctorum,* 3. *q.* 2. Itẽ vigilię, peregrinationes, diſciplinę, ſufferentia malorũ, quæ Deus infligit, vt per *Trid ſeſſ.* 14. *c.* 8, *& can.* 13. ibi (*ſi quis dixerit minime Deo*
6 *ſati fieri per Chriſti merita, pœnis ab eo inflictis, & patientèr toleratis, anathema ſit, &c.*) Vndè poteſt confeſſarius imponere pro ſatisfactione ſufferentiam in infirmitate, in tribulationibus, &c. ſaltem ad aliquod tempus, & hæc eſſe opera ſatisfactoria, colligimus ex verbis formæ deprecatoriæ ibi (*vel mali patienter ſubſtinueris*) tamen inter hæc omnia eleemoſyna obtinet primum locum, quæ ſemper erit
7 erit imponenda habentibus vires, iuxtà illud *Danielis* 4. *Redime eleemoſynis peccata tua,* & *Prouerb.* 15. vbi habetur, quod *per miſericordiam purgantur peccata,* & alibi etiam *Prouerb.* dicitur, *Fœneratur Domino, qui miſeretur pauperi,* & *Aug.* ait, *eleemoſynam extinguere peccatum, ſicut aqua ignem.*

Circa ſecũdum in hac re variæ ſunt Doctorum ſententiæ, aliqui tenent pœniten-
8 tiam exequutam in peccato mortali, non eſſe ſatisfactoriam pro pœnis Purgatorij, tamen per ipſam ſatisfieri præcepto confeſſa-

feſſarij, ſic *Palud. Antonin. & alij*, illa niſi ratione, quia opera facta in peccato mortali non ſunt ſatiſfactoria, nec meritoria, ergo neque tale opus erit ſatiſfactorium. Alia eſt opinio recentioris Doctoris, qui ex authoritate *Trid. ſeſſ. 14. c. 8. de ſatiſfac. neceſſit. & fruct.* conatur probare, quod niſi pænitens poſtquam abſtulit obicem,
9 per nouos actus offerat Deo ſuam ſatiſfactionem, quam fecerat in peccato mortali, non meretur remiſſionem pænarum Purgatorij, probat ex verbis *Trident. cit.* ibi, *Neque verò ita noſtra eſt ſatiſfactio hæc, quam pro peccatis noſtris exoluimus, vt non ſit per Chriſtum Ieſum, nam qui ex nobis tantum nihil poſſumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia poſſumus, meremur, & ſatiſfacimus, &c.* ex quibus colligit, quod nihil valeat ſatiſfactio exequuta in peccato mortali, ergo qui non eſt in Chriſto, non poteſt ſatiſfacere.

Alia eſt opinio *S. Doct. c. 3. opuſc. Suar. de pænit. diſp. 38. Caiet. in S. Doct. loc. citat.*
10 *Bonac. de effect. ſacram. pænit. diſp. 5. q. 5. ſect. 3. Becan. c. 41. de ſatiſfact.* & communis omnium Theologum, qui tenent per hanc ſatiſfactionem liberari pænitentem ab obligatione præcepti confeſſarij, & recedente obice, recuperare gratiam. Probatur hoc primò, quia ſatiſfactio eſt pars ſacramenti, ergo debet habere eumdem effectum, ac habet ſacramentũ. Sed quodlibet ſacramentum ablato obice, confert gratiam, ergo etiam idem erit dicendum de parte ſacramenti. Probatur ſecundò, quia ſicut ſe habet totum ad totum, ita pars ad partem, ſed totum ſacramentum ablato obice, confert gratiam, ergo etiam pars ſacramenti ablato obice, cõfert gratiam.

Ad rationes in contrarium adductas, & ad primam opinionem *Palud.* & aliorum Reſpon. diſparem eſſe rationem inter alia opera, & ſatiſfactionem ſacramentalem, nam ſatiſfactio ſacramentalis meretur ex opere operato, vt vult *S. Doct. 3. par. q. 90. ar. 2. ad 2. & Dominic. Sot. in 4. diſt. 17. q. 1. art. 2.* at alia opera merentur ex opere operantis, ſed operans non eſt in gratia, ergo non poteſt mereri; gratia enim eſt
11 principium merendi, vt ſupra diximus. Non ſic autem in ſatiſfactione, nam poſita ſatiſfactione, ponit quis fundamẽtum meriti, quod eſt paſſio Chriſti, quæ nobis per ſacramenta applicatur, ſed ſatiſfactio eſt pars ſacramenti, ergo dicendum eſt, quod recedente obice, pænitens recuperat gratiam, & effectum ſatiſfactionis.

Quæres, an in eo, qui ſatiſfacit in peccato mortali, habeat locum ſaltem remiſſio pænarum Purgatorij; certum enim eſt, quod ſatiſfactio confert gratiam ex
12 opere operato, vt vult *S. D. q. 90. & Sot.* Item remittit pænam temporalem Purgatorij, poſito igitur, quod pænitens non poſſit habere gratiam, quia eſt in peccato; quæritur, an ſaltem pro illo tunc habeat remiſſionem pænæ.

Reſp. tamen negatiuè, & ratio eſt, quia remiſſio pænæ debitæ eſt actus amicitiæ, & ſupponit hominem amicum, ac proinde remiſſio pænæ eſt actio conſequutiua ad gratiam, eo modo, quo in ſacramento Baptiſmi diximus, quod ſi quis accederet cum obice, reciperet caracterem, ſed nullo modo remiſſionem pænæ, naque æternæ, neque temporalis.

Ad ſecundam opinionem fundatam in verbis Concilij. Reſpond. illa verba ad ſũmum probare pro illo tunc hominem nõ
13 habere gratiam, neque remiſſionem pænæ, tamen recedente obice, non eſt, cur non ſortiatur effectum ſuum, tantò fortius, quod ablato obice, hic verè viuitur Deo, & viuit vita Chriſti, & ad actus, quos exigit dicta opinio, dico non eſſe neceſſarios ratione adducta ex *S. Doct. & Soto*, nam ſatiſfactio ſortitur effectum ſuum ex operato, ergo ſiuè homo ponat tales actus, ſiuè non, ſemper merita Chriſti de iuſtitia exigunt infuſionem gratiæ, & remiſſionem pænæ in eo, qui poſuit partem ſacramenti; ſicut in eo, qui accedit ad ſacramentum cum obice, abſque alio actu de nouo, ſed ablato tantum obice, merita Chriſti operantur infuſionem gratiæ, & effectum talis ſacramenti.

Non deſunt tamen ex Theologis DD. primarij, inter quos fuit meus Magiſter, qui ſpeculatiuè loquendo, putent peccare mortaliter eum, qui adimplet ſatiſfactionem in peccato mortali, & probant ſic,
14 qui ponit obicem gratiæ ſacramentorum ex operato, peccat mortaliter, ſed iſte ponit obicem gratiæ ſacramentali, quæ correſpondet ſatiſfactioni (vt pars eſt ſacramenti) ergo peccat mortaliter. Siſtendo in ſpeculatione, videtur argumentum conuincens, & inſolubile, tamen in praxi puto ſubſtinendum contrarium, ne ſcrupuloſè angarientur conſcientiæ fidelium; eſt enim aliquod diſcrimen inter obicem poſitum toti ſacramento, & poſitum parti non tam eſſentiali, vt eſt ſatiſfactio, quæ poteſt etiam non poni in hac vita, vt diximus. Tum quia, qui ponit obicem ſacramento, impedit finem ſacramenti, & fruſtratorium eſt ſacramẽtum in ipſo, donec auferatur obex, quod non militat in caſu noſtro, tamen non debet excuſari peni-

N 2

Digitized by Google

niſtens à graui veniali, meritò de conſilio
debet ſtatim poſt confeſſionem adimple-
re ſatisfactionem, vt inueniatur in gratia,
& conſequatur maius augmentum ipſius.

Circa tertium quæres primò, quam pę-
nitentiam debeat imponere confeſſarius.

Reſp. quod debet in primis attendere,
15 quod pęnitentia ſit præſeruatiua, tamen
circa intentionem, & grauitatem peniten-
tię *Nazianzenus orat.16.* vult quod Con-
feſſarius ſit potiùs mitis, quam ſeuerus, ne
vbi Dominus eſt liberalis, diſpenſator, ſeù
ſeruus eſſet auarus, tum quia ſumus in pę-
nalibus, & pęnæ ſunt reſtringēdæ, neq; Do-
minus vult mortem peccatoris.

Quæres ſecundò, quid operetur ſatisfa-
ctio, quam de conſenſu confeſſarij facit
alius loco penitentis, poſſe tamen hanc ſa-
16 tisfactionem imponi, docet S. *Doct. in 4.
diſt. 20. q. 2. art. 2. quæſtiunc. 3. & Beccan.
loco cit.*

Reſp. ſecundum eundem *Beccanum* §.
ſeptimò quæres, quod aliqui DD. tenent
operari augmentum gratiæ, & remiſſio-
nem pęnæ in ipſo penitente, quia licèt non
ſit actus phyſicè procedens à penitente,
tamen poteſt dici moralitèr actus penitē-
tis ex regula *qui facit*, nam per ſe ipſum
facere videtur, qui per alium facit. Dic ta-
men non infundere gratiam ex operato in
ipſo penitente, quia neq; communio, quā
quis facie pro alio infundit huic gratiam
meretur itaq; ſatisfactionem pęnarum pro
penitente, ſed non gratiam, niſi ponatur
proprius actus illius, Dominus enim be-
nè operanti dat gratiam, ceterùm poſſe
vnum ſatisfacere pro alio, docet *text. in c.
4. de pęnit. diſt. 3.* & ratio eſt ſecundum ci-
uiliſtas (loquendo reſpectu Patris, & Filij)
quia pater magis in filio, quam in ſe ipſo
cruciatur.

Quæres tertiò, an poſſit iſta ſatisfactio
adimpleri tempore, quo adimpletur aliud
præceptum, puta tempore quo quis audit
ſacramentum de præcepto.

Reſp. affirmatiuè, S.c *Medin. lib. 1. c. 14. n.
6. Nauar. c. 21. num. 8. Sanchez in præceptis
17 lib. 1. c. 14. n.* 11. imò meliùs erit totam Miſ-
ſam implicare cum alij orationibus, quam
in ipſa colloqui, vel alio modo irreueren-
tèr aſſiſtere. Intellige tamen hoc dummo-
dò etiam tali tempore quis aduertat ſe eſ-
ſe præſentem ſacrificio, & attendat actio-
nibus Sacerdotis, vt actio non videatur
tendere principalitèr ad obſeruantiam
alterius præcepti, quam ad aſſiſtendum ſa-
crificio.

Ex *gloſ.* hic verbo eleemoſynis habes,
quod non tantum tenemur in pœnitentiā
facere eleemoſynas, ſed poſſunt etiam pau-
peres officio Iudicis compellere diuites,
vt adiuuent in extrema neceſſitate, *cap. ſi-
cut gloſ. diſt. 47. & Abb. in c. 1. de emptio-
ne, & venditione.*

In §. Medicos.

SVMMARIVM.

1 *Medici, an & quomodo teneantur infir-
mos monere pro confeſſione. n. 2. & 9.
an ſufficiat ſi dicant conſanguineis. n. 3.*
4 *Confeſſarius relinquat fidem confeſſionis
auaræ pęnès infirmum.*
5 *Medicus an ſtet dicto familiarium, quid
ſi infirmus nolit confiteri n. 6.*
7 *Correctio proximi, an ſemper liget.*
8 *Medici non excuſantur, quia non ſeruant
dictam conſtitutionem.*
10 *Infirmitas eſt Dei nuncius.*
11 *Medicus infidelis reÿcitur.*

MEdicis præcipitur, vt quando ac-
cedunt ad viſitandos infirmos,
curent, vt priùs accedat medi-
1 cus ſpiritualis, ſeù confeſſarius: huic §. ac-
ceſſit Bulla Pij V. anno 1566. & confirma-
tur ex *tex. in cap. cùm infirmitas de pęnit.
& remiſſ.* quod iure optimo ſtatutum
eſt, quia vt ait Apoſtolus, *Corpus quod cor-
rumpitur, aggrauat animam*, vndè debet
quamprimum procurari ſalus animæ, ne
impediti poſteà ex doloribus corporis,
pereat cum ipſo & anima, cui remedium
opportunum præberi nequeat, & anima
pretioſior eſt corpore, *l. ſancimus, C. de ſa-
croſanct. Eccleſ. & cap. vbi periculum de
elect. in 6.* ex quo probatur, quod priùs eſt
ſubueniendum animæ, quam corpori, *cap.
præcipimus 12. q. 1. cap. ſi habes 24. q. 3. &
alibi.*

Quæres primò, quomodò debeat intel-
ligi ly, ante omnia, moneant, vt inducant.

Reſp. ſecundò, ſecundùm *Abbatem in
d. cap. dum infirmitas*, quod debet intelligi
2 ante, quam incipiat curam circa aliquos
actus eſſentiales, putà ſalaſſari, dare medi-
cinam, &c. maximè ſi infirmitas eſt grauis,
vel ſaltem quod in principio talis æſti-
metur, ita vt ex ſuperuenientia deinde
maioris mali non poſſit ſaluti animæ ſub-
ueniri. Ceterùm nō ità ſtrictè obligat præ-
ceptum, ſic *Nugnus tom. 2. cum addit. ad
3. part quæſito 6. art. 5. difficult. 2. Roſella
verbo medicus n. 3. Vega in ſumm. tom. 2.
caſu 105. Ang eod. verbo n. 9. Armilla n. 1,*

&

& alij paſsim idem confirmatur.

Quæres ſecundò, an ſufficeret facere
3 hanc monitionem conſanguineis, vel illis,
qui infirmo aſsiſtunt, vt .ſ. ipſi procurent,
quod infirmus confiteatur.

Reſp. ſufficere, ſi fiat aſsiſtentibus, vel
conſanguineis, qui modo aptiori id ſua-
deant infirmo, ſic *Suarez tom.4.diſp.35.*
ſect.3.nu.4.Graſſius part.1.deciſionum lib.
3. c.14. Homobonus de Statelis p.2.cap.5.
apud quem vide alios DD.

Ratio autem eſt, quia dictum à medico
deterret infirmum, familiares vero pote-
runt altiori modo id procurare, ſic hodiè
eſt deprauata natura hominum, vt moni-
tione rerum ſpiritualium paueſcant.

Aduerte ſecundò, quod ex ipſa Conſti-
4 tutione Pij V. ſancitum eſt, quod confeſſa-
rius relinquat fidem de confeſsione audi-
ta ab infirmo, & quod medicus ipſam exi-
gat, aliàs non accedat in poſterum ad cu-
ram infirmi.

Quæres tertiò, an ſit neceſſe omninò
dictam fidem exigere, an poſsit medicus
acquieſcere dictis familiarium, ſi iſti teſti-
ficentur.

Reſpon. quod poterit acquieſcere di-
5 cto familiarium, ſi ſint viri fide digni, *Bar-*
boſ. in collectaneis tom.2. lib. 5.titul.38.c.
13. Nugnus lit.C. Filiuec.tom.1.tract.7.c.3.
n.34. Scortia in Bullario Pontificum epit.
*89.theorem.*215.

Quæres quartò, quid ſi infirmus ſit in
probabili periculo mortis; & nolit confi-
teri, vel quid ſi medicus ſciat infirmum,
adeò eſſe oſtinatum, vt ſua monitio ſit fu-
tura fruſtratoria, an debeat infirmum re-
linquere ſine cura.

Reſp. quod ſi cognoſcat monitionem
6 fruſtratoriam, non tenetur ipſam facere,
quia ratio legis eſt attendenda, ratio autē
quare Pontifex hanc condidit legem fuit
prouidere ſaluti animarum, ſed medicus
ſcit ſuam monitionem futuram fruſtrato-
riam, ergo non tenetur ad ipſam. Sicut
etiam neq; tenemur corrigere proximū,
quem certo ſcimus manſurum in ſua oſti-
natione deſpiciendo noſtram correctionē,
ita *Sanch.in ſum.tom.1.lib.3.c.16.nu.10.11.*
& 16.& Barboſ.lit.C. Si autem fuerit fa-
7 cta monitio, & infirmus nolit confiteri, &
ſit in probabili periculo vitę non eſt deſe-
rendus, maximè ſi abſentia medici graui-
tèr noceret infirmo, ſic *Sanch. lit.C.& Sil*
uius in addit. ad 3.part. S.Doct.quæſit.6.
art.5.quæſit.1.concl.1. Villalob.in ſumm.
tract.9.to.1.difficult.27.n.5. & alij recen-
tiores.

Quęres quintò, dum medici paſsim id
non ſeruant, an fuerit introducta conſue-
tudo in contrarium, ac proindè, an excu-
ſentur à peccato, & ab excommunicatio-
ne?

Reſp. nullam poſſe conſuetudinem in-
8 troduci, niſi ſit rationabilis, ſed hæc con-
ſuetudo eſſet irrationabilis, imò contra
bonum animę, ergo nullo modo ſubſiſte-
ret. Nec medici excuſantur à peccato, vel
excommunicationes niſi in caſibus prę-
poſitis.

Aduerte tertiò, quòd pręter excommu-
nicationem Pij V. medici alijs pęnis puni-
ri poſſunt arbitrio Epiſcopi, argumento
tex.in l.1.ff.de iure deliberandi, & cap.ſa-
nè de celebratione Miſſarum, in quibus iu-
9 ribus diſponitur, quod vbi non habemus
pęnam certam, id remittitur in arbitrium
Iudicis, qui potiùs dicit eſſe mitis, quam
ſeuerus.

Ex *gloſ.* noſtra in figuratione caſus ha-
bes, primò, quod Deus aliquando indire-
10 ctè nos reuocat ad ſalutem per ſuas viſi-
tationes medijs infirmitatibus, tribulatio-
nibus, quia dum his anguſtiamur ad ſacra-
menta recurrimus. Secundò, quod infide-
lis non poteſt eſſe medicus fidelis, quia me
dicus debet curare, vt infirmus ſuſcipiat
Sacramentum, ſed infidelis non eſt proba-
11 bile, quod hoc procuret, quia nemo dat,
quod non habet, ex regula nemo plus iu-
ris. Imò tales infideles inuidi facilimè pro-
curarent, quod homines perirent deſtitu-
ti ſalute animę, ergo ſunt omninò euitan-
di, & eorum medicamina nullo pacto ap-
probari debent.

In §. ſi quis autem cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Deſtituti ſenſibus quomodo abſoluendi. n.*
2. 10.11.12.13.& 14.
3 *Integritas confeſſionis, an ſemper ſit de*
eſſentia Sacramenti.
4 *Teſtis pro tali abſolutione poteſt eſſe etiā*
infidelis. Vbi declarat eſſe n.8.
6 *Confeſſionem petere eſt oſtendere volun-*
tatem, & materiam. n.7.
9 *Teſtis ſe habet, vt interpres.*
15 *Confeſſio generalis recitata, an ſufficiat*
pro abſolutione & n.16.
17 *Morientis peccata audita ſi confeſſarius,*
non recordetur quid agendum?
18 *Abſolui, an poſſit qui nullum dedit ſignū.*
n.19.
20 *Parochus, an peccet non abſoluendo in ca-*
ſibus prædictis.

Pu-

*Punitur propter non datam abſolutio-
nem num.21.*
22 *Satiſfactio non imponenda conſtitutis in
agone.*
23 *Eccleſia nemini claudit gremium.*
24 *Vltimo ſupplicio damnati an abſoluẽdi.
Cadauera eorum deponi non poſſunt,
num.25.*

IN his §§.præcipuè agitur de abſolutione
impertienda ſenſibus deſtitutis, ideò vi-
debimus primò aliqua circa tales ſic
abſoluendos. Secundò de obligatione
Parochi, & de pœnis pro negligentia in
1 miniſtratione horum ſacramentorum.
Tertiò aliqua colligemus ex *text.& gloſa
horum* §§.

Circa primum aduerte primò, ex *tex.in
cap.11, qui pænitentiam 26.quæſit.6.* quod
ſi quis petierit pænitentiam, & poſteà de-
2 ſtituatur ſenſibus, vel incidat in freneſim,
is poteſt abſolui, ſiuè ipſe confeſſarius ip-
ſum audierit clamantem, ſiue alij id dice-
rent ſe audiſſe tunc clamantem confeſſio-
nem, & in hoc ſufficeret etiam teſtimoniũ
vnius, qui poteſt eſſe infidelis, quia de nul-
lius præiudicio agitur, patet ex *c.placuit,
& cap.cum itaq.de conſecrat.diſt.4.S.D.
opuſc.65.§.de extrema vnct.* vbi ait: *Si au-
tem infirmus, qui petit vnctionem, amiſit
notitiam, cum autem adueniat ſacerdos,
ipſum ſic inueniat, poteſt dare ſacramen-
tum, quia in tali caſu debet etiam bapti-
zari, & abſolui, &c. Suar.tom 4.diſp.24.
n.5.ſect.1. Cordub.lib.5. de indulg.quæſit.
39.Megal.lib.1.p.1.c.11.nu.8.Raguſ.in
Lucerna Paroch.tit.de abſolut.quæſit.97.*
quod autem poſſit abſolui, probatur, quia
3 integritas confeſſionis non eſt omninò de
eſſentia ſacramenti; vt enim ſuprà proba-
uimus, poteſt quis in multis caſibus pec-
cata omittere, ergo multò magis poterit
hic in extrema neceſſitate ſe accuſare de
peccatis in genere, vt facit clamando cõ-
4 feſſionem, ac proindè poterit tunc validè
abſolui; tum quia ſi recordetur ſe commi-
ſiſſe mortale, cuius ſpeciem non recorde-
tur, poteſt ſe accuſare de peccato mortali
in genere, & validè abſoluitur, ergo idem
dicendum etiam eſt in caſu noſtro.

Dices, in ſacramento baptiſmi non
ſufficit teſtis infidelis, qui aſſerat hũc ho-
minem eſſe baptizatum, ergo neque de-
bet ſufficere in caſu noſtro, cum vtrobiq.
agatur de ſacramento impertiendo.

Reſpon. diſparem eſſe rationem, nam
ibi præſumitur id factum in odium baptiſ-
mi, & ne ille baptizetur, & ſaluus fiat, hæc
5 autem teſtificatio reddit potius in contra-
rium, vt ſcilicet hic recipiat ſacramẽtum,
& ſaluus fiat, ergo non currit illa præſum-
ptio, quæ currit ibi. Ex quo notate chari-
tatem magni Dei, qui potius patitur ſa-
cramentum exponi periculo inualidatio-
nis, quam fidelem decedere abſque auxi-
lio; infidelem enim admittit in teſtem,
*Sancius in ſelect.diſp.44.n.35.Zamban.li-
ter.C.cap.4.dub.2. & Reginald. in praxi,
tom.1.lib.8.cap.3.* qui ad ſummum tenet,
in hoc caſu abſolutionem eſſe impertiẽ-
dam ſub conditione. Si autem ſint plures
teſtes, & fideles, benè poterit ille abſolui
ſimpliciter: at ſecundum primam opinio-
nem tutius erit agere, quia ſic practican-
do poteſt ſaluari moribundus, nec com-
mittitur irreuerentia circa ſacramentum.

Dices ſecundò, directè contra doctri-
nam poſitam, inſtando ex *Sot.in 4.diſt.18.
quæſit.2.ar.6.ad 1.& Medina in ſum.p.2.
cap.8.& 19.reg.6. ex Nauar.in man.c.26.
n.27.& ex alijs.* In iſto caſu habetur tan-
6 tum voluntas confitendi, & nulla addu-
citur materia confeſſionis, ſed voluntas
confitendi non ſufficit, niſi quis deueniat
ad actum exercitum, ergo non poteſt cõ-
feſſarius abſoluere.

Reſpond. negando maiorem; hic enim
habetur voluntas confeſſionis, ſed etiam
habetur aliquis actus in genere, qui oſtẽ-
ditur per voluntatem, quã pœnitens oſtẽ-
7 dit petendo confeſſionem, vel nutibus id
manifeſtando, imò *Bartholom.de S.Fau-
ſto* ita vocat confeſſionem hanc ſic factã,
vt velit etiam, quod per talem confeſſio-
nem poſſit moriens lucrari iubileum, ſic
docet ipſe in *tract. de iubil.lib.4.q.4.*
8 Nota tamen, quod teſtis debet eſſe in
præſentia morientis, & confeſſarij, non
enim ſufficeret, ſi teſtis diceret confeſſa-
rio, quem inuenit in via, is, quem inue-
nies morientem, petijt confeſſionem me
præſente, ſed debet confeſſarius habere
hominem præſentem, qui dicat, illum pe-
tijſſe confeſſionem. Ratio autem huius rei
eſt ad euitandam confuſionem in abſen-
tia, & per nuncium; quando autem teſtis
9 eſt præſens, videtur ſtare vt interpres, &
confeſſio facta per interpretem valet, ſic
tenet *Franciſc.Auila in deſert. de confeſſ.
per int.cap.2.per tot.* & colligit ex decreto
Clementis VIII. die 21. Iulij 1602. vbi dã-
natur confeſſio per nuncium, *Cappeauil.
lit.C.concluſ.20. Aluar.in 2.par.S.Doct.
diſp.80.q.19.ar.6.in append.n 34. & ſeqq.
Nugnus in 3.par.tom.2.q.9.art.3.diffic.2.
concl 2.& alij* paſſim id docẽt. Verè ſpe-
culatiuè loquendo non videtur, quid poſ-
ſit dici in contrarium, practicè tamen ad-
hærerem contrariæ opinioni, & ſic dice-

rem

rem poſſe eum abſolui abſente teſte, qui
hoc confeſſario per viam retulit, ſic colli-
gitur ex omnibus DD. qui tenent ſuffice-
re, quod pænitens ſit præſens confeſſario,
ſic tenet *Bonacin. de ſacram. diſput. 5. q. 5.
ſect. 2. punct. 2. §. 4. nu. 10. Zambran. cap. 2.
dub. 2 ſect. 5 nu. 31. Laiman. lib. 5. tract. 7.
cap. 3. nu. 122 Beccan. de ſacram. c. 37. q. 8.
& alij*, qui dicunt, decretum Clementis
intelligi, quod non poſſit abſolui in ab-
ſentia pænitentis, ſed nullo modo videtur
prohibitus caſus noſter.

11 Nota ſecũdò, id ampliari, licèt quis nõ
petierit confeſſionem, nec det ſacerdoti
nutus, quia amiſit ſenſus, vt ſupra, ſed ta-
men percuteret ſuum pectus, intenderet
oculos ad cœlum, vel ad aliquam imagi-
nem deuotam cum pio affectu, & la-
crimis; hic enim poterit abſolui ſaltem
ſub conditione, ſic *Zambranus liter. C.
cap. 4. dub. 2. ſect. 4. Baccon. de ſacrament.
pænit. tract. 1. ſeſſ. 16. caſu 15. Laiman. in
Theologia morali, lib. 5. tract. 6. c. 8. Cap-
piauilla de ſacram. miniſtrand. tempore
peſtis, c. 3. q. 15* qui ſic ait: *Teneri paruulos
abſoluere infirmum ſigna cõtritionis oſtē-
12 dentem, ſaltem ſub conditione, quia in
caſu extremæ neceſſitatis non requiritur
expreſſa, ſed ſufficit tacita confeſſio*. Hæc
ibi dictus auctor. Hoc autem id mihi non
videtur improbãdum in fauorem anima-
rum, quarum Dominus adeò fuit amator,
vt pro ipſis mori dignatus ſit. Tum quia
in hoc caſu non ſit iniuria ſacramento, cũ
13 forma ſub conditione impertiatur, &
D. Aug. ſerm. 24. reddens rationem, qua-
re qui audiant, vel recitant Confiteor,
percutiant ſuum pectus, ait. *Tundere pe-
ctus, vt arguat, quod latet in pectore, &
euidenti pulſu occultum caſtigetur pec-
catum, &c.* ac proindè dicti actus ſunt ta-
cita confeſſio peccatorum, & oſtendunt
intrinſecum dolorem, ergo habemus om-
nia eſſentialia ad ſacramentum, ac proin-
dè ſaltem ſub conditione erit danda ab-
ſolutio. Tum etiam quia illa ſigna in tali
14 articulo cenſentur facta ad petendam
abſolutionem, quam quis proprio ore
petere non poteſt. Collige tamen hīc è cõ-
tra, quod non ſic erit dicendum, ſi ſacer-
dos poſt Pſalmum, *Iudica*, & recitatum
Confiteor, caderet ſenſibus deſtitutus; ſi
enim nullum daret ſignum, nõ poſſet ab-
15 ſolui ſecundum hanc confeſſionem, quia
illa confeſſio generalis per *Confiteor* non
præſumitur facta in ordine ad abſolutio-
nem ſacramentalem recipiendam eo mo-
do, quo fiunt actus ab illo, qui exiſtit in
extremis; nõ enim debemus putare, quod
qui viuit cum ſuis ſenſibus, ſic de facili fa-
ciat actus deſiderij ſacramentorum, me-
ritò non venitet abſoluendus ratione re-
citandi *confiteor*, tenet *Laiman. in Theo-
logia mor. lib. 5.* veniret tamen abſoluen-
dus pænitens, qui accedens ad pedes cõ-
feſſarij, omnino deſtitutus ſenſibus cade-
16 ret; hic enim actus accedendi ad confeſ-
ſarium oſtendit tàm voluntatem confeſ-
ſionis, & ſic peccatum in genere, quàm
etiam dolorem cordis, ergo venit abſol-
uendus, ita *Coninc. in reſp. pro abſol. mo-
ribundi, n. 16. Beccan. & alij* communiter.

Aduerte tertiò, quod ſi confeſſarius au-
dierit peccata morientis, & tamen quia
forſan non compleuit confeſſionem, di-
ſceſſit non abſolutus, ſi poſtea rediens in-
ueniat ipſum ſenſibus deſtitutum, ita
17 vt nullum aliud ſignum dare poſſit (dum-
modo infra paucas horas, vel in eodem
die id eueniat) poteſt illum abſoluere
nec præſumitur mutaſſe voluntatem; ne-
mo enim eſt adeò immemor ſalutis ęter-
næ, vt in extremis conſtitutus mutet vo-
luntatem recipiendi abſolutionem, ſic
*Zambran. loc. cit. cap. 4. dub. 2. ſect. 7. n. 41.
& Cappiauil. tract. de modo miniſt. ſacr.
tempore peſtis, c. 3. q. 13.*

18 Quæres, quid agendum in eo, qui nec
petijt confeſſionem, nec vllum præbet ſi-
gnum contritionis, & eſt in extremis om-
nino deſtitutus ſenſibus, an poſſit ſaltem
abſolui ſub conditione.

Reſpon. ſecundum opinionem *Enriq.
lib. 3. de pænit. cap. 10. n. 9.* hunc non poſſe
abſolui, quod ſic probatur: ſacramentum
pænitentiæ continet actum iudicialem,
ſed non poteſt ferri ſententia, vbi nulla
19 eſt accuſatio, vel criminis manifeſtatio, vt
eſt in caſu noſtro; hic enim nullum pro-
fus actum exercet, ergo neque poteſt in
ipſum ferri ſententia, & ſic abſolutio, idē
confirmat *Malder. in tract. de ſigil. conf.
cap. 15. Zambran. loco cit. c. 2. dub. 2 ſect. 8.
n. 46.* & confirmatur ex *Concil. Arauſic.* 1.
cap. 12. ibi: *Subitò obmuteſcens baptizari,
aut pænitentiam recipere poteſt, ſi volun-
tatis præteritæ teſtimonium aliorum ver-
bis habeat, aut præſentis in ſuo nutu, &c.*
ergo ex Concilio requiritur omnino ali-
quis actus extrinſecus.

Circa ſecundum aduerte primò, quod
adeò fauorabilis eſt ſalus animarum, vt ſi
Parochus in illis caſibus, quibus poſſet
20 morientem abſoluere, ipſum non abſol-
uat, poſitis dictis opinionibus probabili-
ter, peccaret mortaliter contra iuſtitiam,
& deberet dici potius interfector anima-
rum, *Vaſq. 3. p. tom. 4. q. 91. ar. 2. dub. 1. n. 38.*
vndè non tantum poſſunt ſacerdotes ſic
abſoluere, ſed etiam tenẽtur ad hoc, nam
vt

vt ait *Sanch. in ſelect. diſp. 44. n. 35.* Sacramentum in his caſibus cedit iuri ſuo, & periculo irritationis exponi non ægrè fert, quia ſalus proximi magis tuta relinquitur ſuſcepto Sacramento, quàm ſi illud non miniſtretur, & vbi duo præcepta currunt, maius, & ſtrictius ligat; ſed maius eſt præceptum charitatis, quàm præceptum Religionis, ergo potiùs debet ſic moriens abſolui, ſaltem ſub conditione, quàm deſperatus dimitti.

Aduerte ſecundò, quod Parochus, cuius
21 culpa quis perijt non abſolutus, venit puniendus vt ſpiritualis homicida, ſic in *cap. ſi Presbyter 26. q. 6.* ibi, *Si Presbyter morientibus pœnitentiam denegarit, reus erit animarum*, ex *gloſ. in d. cap. verb. vltimò nota*, quod non debet quis expectare extremum pro pœnitentia, & refert verba *D. Aug. Serò pœnitentibus pœnitentiam dare poſſumus, ſecuritatem dare non poſſumus.*

Nota hic obiter, quod his in agone abſolutis non ſic eſt imponenda ſatisfactio, ſed notificanda, vt ſi poſtea conualuerint,
22 ſciant ſatisfactionem exequendam, interim ne pœnis grauati decedant, ſunt adiuuandi ſuffragijs aliorum, quæ poteſt confeſſarius acceptare pro ſatisfactione infirmi, patet ex *tex. in cap. ab infirmis 26. q. 7.* & practicant Curati, cum ad infirmos reconciliandos accedunt.

Circa tertium collige primò, Eccleſiam neminem priuare ſuis auxilijs, quia pia
23 mater eſt, ac proindè neq; damnatis vltimo ſupplicio Sacramenta denegat, ſi petierint ſub pena cenſuræ Eccleſiaſticæ, vt per *gloſ. hic, §. fin. verb. cenſura*, & per *tex. in cap. quærenti, de verb. ſignif.*

Collige ſecundò, hos ſic damnatos ſi
24 Sacramenta ſuſceperint, non eſſe priuandos Eccleſiaſtica ſepultura. Et ratio eſt, quia cui conceditur id, quod eſt plus, non debet denegari id, quod eſt minus (intellige in ijs, quę habent ſubordinationem) ſed iſtis concedunt Sacramenta, per quæ Eccleſia formaliter conſtituitur, ergo debent etiã concedi materialia ipſius Eccleſiæ, & ſic ſepultura, ſic DD. communiter in *cap. ex parte, de ſepult. clem. 1. eod. tit. cap. antepen. 13. q. vlt.*

Collige tertiò ex *gl. hic verb. conceſſum*, quod iſti vltimo ſupplicio damnati, ſi fuerint ſuſpenſi, non debent deponi abſq; li-
25 centia Iudicis: nam etiam poſt mortem poteſt Iudex punire corpora, *l. 1. & 2. ff. de cadauerib. puniend.* ſed à Iudice eſt petenda licentia, vt fecit Ioſeph Abarimatia, qui accedens ad Pilatum petijt corpus Ieſu, decedentes verò impœnitentes, vel qui ſe ipſos occidunt, priuari debent Eccleſiaſtica ſepultura, *cap. placuit 23. q. 5.*

DE SANCTISSIMO

Euchariſtię Sacramento.

TITVLVS SEXTVS.

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtia preceptum, n. 44.*
Diuiſio eius tractatus, n. 2.
Vndè dicatur, n. 3.
Quid ſit, n. 4.
Quibus nominibus appelletur, n. 5. & 6.
Eius figura. n. 7. 8. & 9.
Quando inſtitutum hoc Sacramentum, quæ eius materia, quæ forma nu. 10. 11. vſq; ad n. 19.
20 *Chriſtus Dominus quomodo ſe habeat in hoc Sacramento.*
21 *Gratiam, an cauſet qualibet pars Sacramenti.*
22 *Miniſter Euchariſtia, qui, & quotuplex, nu. 23.*
24 *Sacerdos, an & quando poſſit communicare ſe ipſum, nu. 25.*
26 *Laicus, an poſſit ſe ipſum communicare, & nu. 27.*
28 *Suſcipientis requiſita, n. 73.*
29 *Ieiunium quomodo dicatur fractum, quid ſi quis deglutiat reliquias ſibi, num. 30. & 31.*
32 *Sonus mediæ noctis qualiter accipiendus pro hoc ieiunio, & n. 33.*
Quid pro comextione carnium, dum aduenit dies ieiunij n. 34.
35 *Dubitans, an ſit ieiunus, quid debeat facere.*
36 *Nocte Natiuitatis quando celebrandum, & n. 37.*
38 *Comeſtio poſt Euchariſtiam, quando licita.*
39 *Parua quantitas, an frangat ieiunium.*
40 *Suſcipiens, quid ſi eodem die Mechatus ſit quomodo accedat, & quoties num. 41. & 42.*
Pueris quando dari poſſit, n. 43.
45 *Preceptum huius Sacramenti, quo vſquè duret, & an poſſit, & debeat anticipari, n. 46. 47. & 48.*
49 *Omictens confeſſionem annualem, & communionem quotuplex peccatum committat.*
50 *Accedẽs indignè quot peccata committat, & n. 51. & 52.*
An ſatiſfaciat precepto, n. 53.

54 Com-

54 *Communicari, quis aliquando obligatur de iure Diuino,n.*55.
56 *Euchariſtia,an conferat primam gratiã, & n.*57.
*Eius effectus,n.*58. *vſq; ad* 63.
*Quando hæc operetur,nu.*64.
*An æqualiter in omnibus,n.*65.
66 *Speciei vtriuſq; ſumptio non confert maiorem gratiam,n.*67.*vſq; ad* 69.
*Quomodo cauſent gratiam, num.*70.*& quando nu.*71.
72 *Euchariſtia Sacramentum, an poſſit dari informe.*
74 *Hora ſumptionis huius Sacramenti in ſumptione,quæ Sacrificis hora n.*75.

IN *Capitul. omnis vtriuſq; ſexus, de*
1 *pœnitent.& remiſſ.* poſt præceptum Sacramentum Pœnitentiæ,præcipitur etiam fidelibus ſumptio Euchariſtiæ, meritò incipit hic Author de hoc Sacramento tractare. Videbimus itaq; primò,quid ſit Euchariſtia.Secundò,vbi fuerit hoc Sacramentum figuratum. Tertiò,quando inſtitutum.
2 Quartò,de materia.Quintò,de forma. Sextò,de miniſtro. Septimò,de ſuſcipiente. Octauò,de præcepto huius Sacramenti. Nonò,de effectibus eiuſdem.

Circa primum aduerte primò, quod hoc nomen,*Euchariſtia*,idem eſt, ac bona gratia, & ſecundum *Bellarm.* idem eſt
3 hæc vox,ac grata memoria;dicimus enim in hoc Sacramento gratam memoriam haberi paſſionis Domini, qui in hoc Sacramento memoriam fecit ſuorum mirabilium.Pſalm.110. tamen, vt Sacramentũ eſt,ſic definitur à *S.Doct. 3 part.q.73.art. 1.in corp. Eſt Sacramentum ſpiritualis alimenti*; quam definitionem declarantes
4 Summiſtæ,& Canoniſtæ dicunt eſſe Sacramentum,quod ſub ſpeciebus panis, & vini,& alterius earum verum corpus,& ſãguinem Chriſti continet ad refectionem animarum.

Aduerte ſecundò, quod conuenienter hoc Sacramentum tribus nominibus ap-
5 pellatur reſpectu diuerſorũ;dicitur enim ſacrificium,quia commemorat paſſionem Chriſti,vt ſciamus in ipſo verè incruenter fieri id,quod in ſua morte cum ſanguinis effuſione effecit,*S.Doct.loc.cit.* ſacrificium eſt immutatio rei oblatæ, Chriſtus verò quoad affectum verè conſumatur, & mutatur; quoad effectum verò quia impaſſibilis eſt ſpecies pro Chriſto conſumuntur.

Secundò,dicitur communio ex *Damaſceno lib.4.orthod.fid.c.*14. quia per ipſam Euchariſtiam communicamus Chriſto,& ſumus participes eius corporis,& diuini-
6 tatis. Tertiò,dicitur metalepſis ſecundum *Damaſcen. loc.cit.* quod ex Græco idem eſt,ac aſſumptio,quia per hoc Filij Deitatem aſſumimus, & in ipſo futuræ aſſumptionis nobis pignus datur, vt canit Eccleſia.

Circa ſecundum,variæ figuræ huius Sa-
7 cramenti nobis oſtenduntur. Maxima,& principalior fuit oblatio panis à Melchiſedec,qui obtulit panes propoſitionis,*Paul. Hebr.9.& 10.* Secunda figura fuit panis azimus.*Exod.12.*ibi *Edent carnes,et azimos*
8 *panes.*Tertia figura fuit manna,quam Dominus dedit populo,omne delectamentũ habentem,& ſaporem ſuauitatis: ſed magis clara figura fuit agnus paſchalis propter maximas proportiones,quas habet illius comeſtio; in primis enim agnus immolabatur ab vniuerſa multitudine filiorum Iſrael, & Chriſtus pro omnibus immolatur.Agni caput,& pedes, & inteſtina vorabantur abſq; ruminatione,ſic nos nõ debemus in hoc Sacramento dubitare de capite Chriſti,hoc eſt de diuinitate,de pedibus,hoc eſt de humanitate,nec de inteſtinis,hoc eſt de vnione hypoſtatica, comedebatur nocte,& nox eſt vita noſtra, comedebatur cum panibus azimis, ecce ſpecies ſacramentalis, *S.Doct.art.6.q.73.* comedebatur cum lactucis agreſtibus, vt oſtendatur nobis amaritudo pœnitentiæ præmittendæ pro hoc Sacramento;dicente *Paulo ad Cor.1. Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat,&c.* vbi ly,
9 *probet*,idem eſt,ac ſe faciat probum,vel ſe iuſtificet.Alia figura huius Sacramenti fuit ſacrificium Abraæ Geneſ. 22. in quo expreſsè hoc ſacrificium figurabatur. Nam ſicut ibi verè quoad affectum Iſaac occiſus eſt,ſed tamen Dei promiſſione agnus poſtea ſubijt vices,ſic verè quoad vim Sacramenti ſemper Chriſtus conſumatetur: ſed quia immortalis eſt, & impaſſibilis, nec poteſt mori,& pati, ſpecies conſumũtur pro ipſo, quibus conſumptis recedit Dominus.Inſuper omnis oblatio,quę fuit in veteri lege, hanc noſtram perẽnem oblationem figurat.

Circa tertium facilis eſt ſolutio,quam dat Eccleſia ex Euangeliſtis communiter,
10 fuiſſe ſcilicet inſtitutum in nocte cœnæ, cuius actus eximiam charitatem explicãs Ioannes ait,*Cum dilexiſſet ſuos,in finem dilexit eos.*hoc eſt in extremum, & cum amore interminato; dat enim Dominus in

in hoc ſacramento id, vltra quod non ha-
bet quid donet.
Circà quartum, materia huius ſacra-
menti in præparatione, & vt ſacrificium
11 eſt, dicitur panis ex tritico, qui debet eſ-
ſe azimus, hoc eſt ſine fermento, & vinum
ex vite, colligitur ex *text. in cap. cum Mar-
tæ, de celebr. miſſ.* & patet ex factis Euan-
geliſtis.
12 Circà quintum, forma in conſecratio-
ne panis ſunt illa verba. *Hoc eſt enim cor-
pus meum.* In conſecratione calicis ſunt
illa, *Hic eſt enim calix ſanguinis mei, &c.
Matth. 16. Marc. 14. & cap. panis, de con-
ſecr. diſt. 4.* Multa de hac materia, & for-
ma videbimus infra in § *conſtat*, tamen
pro materia, & forma huius ſacramenti,
prout ſacramentum eſt.
13 Dices, quodlibet ſacramentum habet
ſuam materiam, & formam, ſed Euchari-
ſtia eſt ſacramentum, ergo debet habere
ſuam materiam, & formam; ſed in colla-
tione huius ſacramẽti nulla apparet ma-
teria, vel forma determinata, ergo potius
debet dici ſacrificium, quàm ſacramentũ.
14 Pro ſolutione huius difficultatis ſatis
laborant Theologi, & diuiduntur varijs
opinionibus. Primò *Gabr. in 4. diſt. 8. q. 6.
ar. 3. & Marſil. ibid. q. 6. ar. 8.* tenent, ſpe-
cies eſſe materiam huius ſacramenti, &
Gabr. ait, formam eſſe conſecrationem.
Sed obſtat, in ſacramento debet ex-
trinſecè demõſtrari, quod intrinſecè ope-
ratur: ſed per ſpecies, & conſecrationem
15 non oſtenditur extrinſecè, quod ſacramẽ-
tum operatur intrinſecè, ergo, &c. intrin-
ſecè enim ſacramentum operatur, & cau-
ſat alimoniam animæ, quæ non habetur,
nec deſignatur per ſpecies, & conſecratio-
nem. Secundò, contra ipſos facit ratio,
quia vt ſuprà diximus, ſacramentum eſt
inuiſibilis gratia, viſibilis forma, &c. ſed
per hæc nulla habetur figura, ſeu ſymbo-
lum effectus huius ſacramenti; nihil enim
agnoſcimus neque per ſpecies, neque per
conſecrationem, ergo non poteſt ſubſiſte-
re opinio iſtorum.
Secundò, aliqui DD. moderni apud *Co-
ninc. 3. par. de ſacram. Euch.* tenẽt, corpus,
16 & ſanguinem Chriſti eſſe materiã, & for-
mam huius ſacramenti. Sed contra ipſos
facit etiam id, quod diximus; nam quod-
libet ſacramentum habet aliquam ſenſi-
bilitatem tàm in materia, quàm in forma;
ſed corpus, & ſanguis Chriſti nullam ha-
bent ſenſibilitatem, ſaltem reſpectu noſtri
ergo non poſſunt dici materia, & forma
huius ſacramenti.
Dicimus itaque materiam huius ſacra-
menti eſſe ſpecies panis, & vini, formam
17 autem eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti.
Hæc opinio eſt communiſſima inter om-
nes DD. tàm Theologos, quàm Canoni-
ſtas. Et probatur primò, quia ſpecies hu-
ius ſacramenti, & corpus Chriſti ſunt ſuf-
ficiens ſignum gratię ſacramentalis in hoc
ſacramento. ergo hæc ſe habent vt mate-
ria, & forma.
18 Confirmatur hoc, quia illa dicitur ma-
teria, & forma cuiuslibet ſacramenti, quæ
ſignificat, & cauſat gratiam ipſius ſacra-
menti, ſed ità ſe habent iſtæ res, ergo ipſæ
ſunt materia, & forma huius ſacramenti.
Quod autem corpus, & ſanguis Chriſti ſe
habeant ad modum formæ, & ſpecies vt
materia, probatur, quia forma eſt illa,
quæ complet ſacramentum, & ſine qua
19 materia in ſacramento nihil operatur, &
à qua principaliter dependet effectus ſa-
cramenti; vndè de forma, quæ conſiſtit in
verbis, dicebat *Auguſt. Accedit verbum
ad elementum, & fit ſacramentum.* ſed ſi-
ne corpore, & Chriſti ſanguine ſpecies ſa-
cramentales de ſe nihil ſunt aptæ opera-
ri, nec aliquid valent, ergo ſpecies ſunt
materia, & corpus Chriſti, & ſanguis ſunt
forma.
Ex hoc habes, Chriſtum Dominum
concurrere in hoc ſacramẽto modo prin-
cipaliori, quàm quod concurrat in alijs ſa-
20 cramentis; in alijs ſacramentis à cœlo
Chriſtus operatur, in hoc verò immedia-
tè aſſiſtit; Humanitas enim Chriſti tãtum
in cœlo, & in hoc ſacramento eſt. Vnde
Diuinitas Chriſti eſt vbique, non autem
Humanitas. vndè benè dicimus, *Deus eſt
vbique*, malè autem dicimus, *Chriſtus
prout Deus homo eſt vbique*; nam in alijs
ſacramentis concurrit ad modum cauſæ
vniuerſalis, & à cœlo influit ſua virtute,
ſed in hoc ſacramento immediatè aſſiſtit,
& ſe habet vt pars principalis eiuſdem,
igitur modo principaliori in ipſo opera-
tur, & ideò Patres vocant hoc ſacramen-
tum *ſacramentum ſacramentorum.*
Dices, materia ſimul cum forma in
quolibet ſacramento ſunt concauſæ ad
producedam gratiam, ſed ſpecies nullo
modo concurrunt ad cauſandam gratiã;
eſt enim Chriſtus, qui ipsã cauſat, & ope-
ratur, ergo non poſſunt ſpecies dici mate-
ria huius ſacramenti.
Reſpondet *Suar. 3. par. q. 42. ar. 2.* tran-
ſeat minor, nego conſequ. quia non eſt de
eſſentia ſacramenti, vt quælibet eius pars
cauſet gratiam, vt patet in baptiſmo: nam
21 non tota aqua cauſat gratiam, ſed illa
pars, quæ vnitur cũ vltimo verbo formę,
cauſat gratiam immediatè, mediatè au-
tem aliæ partes materiæ, & cætera verba

formæ. Dicimus igitur cum *Suar. loc. cit.* quod licet Chriſtus in hoc ſacramento ſit principalis Author gratiæ, tamen negari non poteſt, quod cum hoc ſacramentum contineat & ſpecies ſacramentales, non poſſit etiam ipſis ſpeciebus ſacramentalibus tribui effectus gratiæ, & ſic Deus ad producendam gratiam in hoc ſacramento vtitur ſpeciebus ſacramentalibus tanquàm medio, eo modo, quo verba principaliter, mediantibus materijs ſimul cõcurrentibus cauſant gratiã: vndè etſi ſpecies concurrãt, tamen effectus gratiæ tribuitur toti ſacramento, quod conſtat ex ſpeciebus ſacramentalibus, & ex corpore Chriſti.

Circà ſextum, miniſter huius ſacramẽti, vt ſacramentum eſt, ſiuè vt conſiſtit in
22 diſpenſatione, poteſt eſſe etiam Diaconus in neceſſitate, *c. Diaconus, diſt. 93.* tamen prout eſt ſacrificium, vel prout conſiſtit in præparatione, eius miniſter eſt tantum ſacerdos ritè, & rectè ordinatus. vndè nota differentiam inter hoc ſacramentum, & alia: nam cum baptiſmus, licèt Parochus non eſſet ordinatus, habet tamen effectum ſuum, ſi à tali Parocho miniſtretur; at hoc ſacramentum non poteſt conſecrari à ſacerdote non ordinato, quia eius confectio, ſeu conſecratio ſupponit neceſſariò ordinem ſacerdotalem.

Quæres primò, quid ſi ſacerdos non ordinatus, ſed præſumptus miniſtraret hoc ſacramentum ab alio tamen ſacerdote confectum, an ſacramẽtum haberet effectum ſuum.

Reſpondetur affirmatiuè, & hæc eſt alia differentia huius ſacramenti ab alijs: nam in alijs ſacramentis (prçter matrimoniũ) miniſter cõferens principaliter requiritur,
23 & concurrit principaliter vt inſtrumentum ad conferendam gratiam; hic autem miniſter in collatione, ſeu diſpenſatione huius ſacramenti ſe habet per accidens, & nihil operatur; Chriſtus enim cauſat gratiam, ſacerdos verò concurrit tantum ad præparationem huius ſacramenti, vt diximus, vndè iſte miniſter non ordinatus cõmitteret ſacrilegium; ſancta enim à ſanctis pertractari debent, tamen ſacramentum haberet effectum ſuum, ſicut habet quãdo confertur à ſacerdote ritè ordinato.

24 Quæres ſecundò, an poſſit ſacerdos deuotionis cauſa communicare ſe ipſum, etiam ſi adſit alius ſacerdos præſens.

Reſpondetur negatiuè; hoc enim eſt inconueniens reuerentiæ, & maieſtati tàm magni ſacramẽti: ſi tamen non adſit alius ſacerdos, poterit hic deuotionis cauſa, communicare ſe ipſum cum particulis iã conſecratis anteà ab alio; hoc tamen debet facere ſecluſo ſcandalo, *Silu. 3. p. q. 82. ar. 4 Homobon. in exam. Eccleſ. p 1. trac. 4. cap. 11. n. 106. Fagund. tract. 3. lib. 3. cap. 3. n. 7. Suar. 3. par. tom. 3. diſt. 72. ſect. 3.* & ratio eſt, quia hoc ſacramentum non requirit neceſſariò, quod miniſter ſit perſona diſtincta à ſuſcipiente, vt debet eſſe in alijs ſacramentis. Tum quia etiam ſacerdos feria 6. in Paraſceue proprijs manibus ſe communicat.

25 Nec dicas, illam eſſe conſumationem ſacrificij peracti præcedenti die, ac proindè non carere rationem; dicimus enim quod quælibet communio eſt conſumatio ſacrificij, ſed non habet neceſſariam relationem, & dependentiam à ſacrificio, vt ſacrificium eſt, quia tali ratione ſolus ille ſacerdos, qui obtulit ſacrificium, poſſet illud conſumere, quod falſum eſt, imò etiam in eadem Feria 6. Paraſceue non eſt neceſſe, quod ille idem ſacerdos, qui obtulit in præcedenti die, ipſemet conſumet, ſed poteſt vel ipſe, vel alius ſacerdos, vt patet ex Rubricis Miſſalis in Paraſceue, ergo habet rationem puræ communionis, ac proindè poteſt ſacerdos ſe ipſum communicare modo dicto.

26 Quæres tertiò, an poſſit clericus, vel laicus eſſe miniſter huius ſacramenti in caſu extremę neceſſitatis.

Reſpond. quod hic caſus eſt valdè metaphyſicus, tamen dicimus, quod ſi curreret, id erit licitum laico, tàm reſpectu ſui, quàm reſpectu aliorum, ſic tenet *Suarez 3. part. tom. 3. diſp. 72. ſect. 3. Conint. de ſacram. q. 82. art. 3. n. 23. Laim. in Theolog. mor. lib. 5. tract. 4. cap. 7. nu. 4.* vbi ſic ait: *Si aliquis aut clericus, aut laicus in mortis articulo conſtitutus miniſtrum idoneum non habeat, à quo Euchariſtiam ſumat, nihil obſtare videtur quominus ſe ipſum communicare poſſit (ſcandalo ceſſante)*
27 & adducit exemplum Reginæ Scotiæ, quę id fecit, cui dicto plures ſubnectuntur rationes. Primò, quia hoc ſacramentum non conficitur quando miniſtratur, confectio autem ſpectat ad ſacerdotes neceſſariò; at miniſterium ipſorum eſt ob reuerentiam. Secundò, quia hoc nulli præcepto repugnat nec diuino, nec Eccleſiaſtico, ergo licitum eſt. Nec facit, quod nunquam fuerit ſeruatum, quia caſus eſt ferè impoſſibilis: ſi tamen curreret, nulla culpa deberet imputari laico, ſi id faceret.

Dices, *text. in cap. peruenit, de conſecr. diſt. 2.* id negare laicis, ergo neque nos cõcedere debemus.

Reſpond. textum ibi loqui extra caſum neceſſitatis, at in caſu neceſſitatis id con-

cedit gloſa ibid.& confirmat in *c.24.qu.1.*
& etiam in *addit.eiuſd.cap.*

Circa ſeptimum, & ſic circa ſuſcipien-
tes.

Aduerte primò, quod ſuſcipiens debet
eſſe ieiunus, & hęc eſt alia differentia,
28 quam habet hoc ſacramentum ab alijs.
Ratio autem eſt, quia cum hoc ſacra-
mentum duplicem producat effectum,
ſcilicet in anima,& in corpore,ergo vtro-
bique diſpoſitionem exigit : corpus eſt,
quod recipit intra ſe corpus Chriſti,ergo
corpus debet eſſe diſpoſitum, diſpoſitio
autem eſt munditia materialis à cibo, &
potu, colligitur ex *cap.omnis vtriuſq. ſe-
xus,de pœnit.& remiſſ.*anima recipit gra-
tiam,ergo etiam ipſa debet eſſe diſpoſita,
& ſic in gratia . Tamen circa ieiunium

Nota primò,quòd ſi quis deglutiat pa-
rum carta , vel aliquod fragmentum li-
29 gni,vel quid ſimile,quod non ſit comeſti-
bile per ſe , adhuc poterit ſumere Eucha-
riſtiam, *Ludouic.de S.Iuuan.in ſum.p.1.
tract.de Euchar.q.7.art.10. Ledeſ.in ſum.
tom.1.de ſacram.Euchar.cap.23. concl.4.
Summa Corona de ſacram.Euch.et Sanch.
in ſelect.diſp.42.num.23*, vbi adducit ra-
tionem : nam cibus, & potus impediunt
ſumptionem Euchariſtiæ,ſed iſtæ res neq;
ſe habent ad modum cibi, neque potus,
ergo non impediunt ſumptionem Eu-
chariſtiæ.

Nota ſecūdò, quod ſi quis habeat inter
dētes reliquias pcedentis diei, & illas nūc
deglutiat , non poteſt hic eodem die ſu-
30 mere Euchariſtiam, *S.D.3.p.q.80.art.8.
ad 4 Vaſq.3.par.tom.3.diſp.11.c.4.ar.36.
Nugnus 3.p.to.1.q.80. Palud.in 4. diſt.8.
q.2.ar.2. Laiman.in Theol.mor.lib.5.trac.
4.cap.6.n.18.*& ratio eſt,quia hæc videtur
noua comeſtio, & nouus cibus, quæ ſunt
impeditiua Euchariſtiæ. Nec poteſt dici,
id ſe habere per modum ſaliuæ, quia ſali-
ua eſt res etiam ex noſtris, & quod intus
eſt,non frangit ieiunium: vndè ſi alicui ex
dentibus caderet ſanguis v.g.ſi iſte deglu-
tiat ſuum ſanguinem,neque frangeret ie-
iunium naturale,quia eſt res ex ſuis,quod
ſi id faceret data opera , deberet abſtine-
re propter irreuerentiam commiſſam er-
ga ſacramentum : ſi quis tamen velit in
eodem die,in quo deglutiuit reliquias ci-
bi(modo,quo diximus)ſumere, non pec-
caret mortaliter;ſunt enim multi DD.qui
contrariam tuentur ſententiam , ſic *Co-
ninc.de ſacram.q.80.ar.8.n.475. & Suar.
3.par.tom.3 diſp.66 ſect.4. & Tabien. &
Enriq.in ſum lib.8.cap.50. in gloſ. lit.V.
Moſeſ.in ſum.tom.1.tract.3.cap.10.n.13.*
quia deglutio reliquiarum non videtur
noua comeſtio, ſed potius actus pertinēs
ad comeſtionem præcedentis diei, idem
tenet *Fagund.de precept.Eccl. precept.3.
31 cap.5.n.14.*qui etiam ait,quod ſi quis per
nares(dum lauat faciem) attraheret ali-
quas guttas aquæ,quæ deuenirent ad ſto-
machum, vel ſi quis acciperit ſuffitum
per nares , neque eſſet excludendus ab
Euchariſtia in eodem die,quia iſtæ res nō
ſe habent ad modum cibi, neque ad mo-
dum potus:ſed cibus, & potus impediunt
ſumptionem Euchariſtiæ,ergo iſtæ res nō
impediunt.Non negamus tamen fauora-
biliorem eſſe ſententiam S.Doct.pro ma-
iori reuerentia tam magni ſacramēti, vn-
dè ſaltem de culpa veniali eſſet damnan-
dus qui dictas res deglutiret voluntariè;
oſtendit enim irreuerentiam erga tam
magnum ſacramentum .

32 Nota tertiò,quod ſi ſimus in aliquo lo-
co,in quo adſunt plura horologia, vnum
ſonat horam mediæ noctis,aliud verò nō
adhuc,in iſto caſu poſito,quod ambo ho-
rologia ordinariè non irregulatè ſonent,
ſed circiter paulò antè, vel poſt vnum ab
alio,in iſto caſu poterit quis comedere,
vel bibere,donec aliud ſonet,neque fran-
git ieiunium pro Euchariſtia requiſitum,
*Fagund.loco cit.precept.4.lib.1.c.10.nu.3.
Sanch.in ſelect.diſp.42.n.18. Villalob.in
ſum tom.1.tract.1.*

Et ratio eſt,quia in hoc caſu currit ea-
dem paritas , ac currit in opinione pro-
babili,ſed poteſt quis relicta vna opinio-
ne,accedere ad aliam, ergò poteſt relicto
vno horologio, attēdere ſoſitum alterius.

33 Dixi , dummodo regulatè procedant:
nam ſi vnum horologium vt plurimum
ſit inſtabile, & irregulatum , puta vel ſit
tardiſſimum, vel velociſſimum. tunc non
haberet locum dictum , ſicut neq; poterit
quis ſequi opinionem dubiam , & penè
erroneam.

Extēde etiam hoc reſpectu comeſtio-
nis carnium pro ſequenti die vigiliæ , nā
34 eadem ratio eſt habenda, vt diximus,
pro ieiunio naturali, *Sanch.* autem *loc.cit.
n.20.* ait ſufficere,quod horologium ince-
perit ſonare primum pulſum; non enim
erit expectandus duodecimus, ſed ſtatim
in primo debet abſtinere , & ſi habeat
buccellam in ore , debet expuere, quia
iam eſt demonſtrata hora mediæ noctis,
& alij pulſus ſubſequentes ſe habent per
accidens,ſic de facto apud Italos hyemis
tempore hora mediæ noctis demonſtra-
tur per vnum pulſum,ergo alij pulſus ſub-
ſequentes non venirent in conſideratio-
nem.Limita reſpectu ieiunij Eccleſiaſtici,
quia hoc non obligat ſic rigoroſè ; vndè
be-

benè poterit quis deglutire id, quod habet in ore tempore quo horologium incipit ſonare, nec tenetur id expuere, etiam ſecundum *Sanch. cit.*

Nota quartò, quod ſi quis dubitet, an
35 aliquid deglutierit, vel biberit poſt mediam noctem, poteſt practicè deponere dubium, & putare id non fuiſſe poſt mediam noctem, ac proindè ſumere Euchariſtiam. Nec debet, ita ſcrupulizare, nec anguſtiari conſcientia fidelium; ſolet enim Dæmon eſſe auctor huius ſcrupuli ad abolendum vſum ſanctæ Euchariſtiæ, ſic *Layman. in Theologia morali lib. 1. tract. 1. c. 5. §. 4. n. 36. Sanch. loc. cit. & alij*, nec enim Eccleſia tam ſtricto vinculo ligat conſcientias fidelium in caſu dubio.

Nota quintò, quod in nocte Natiuitatis
36 Domini poteſt quis licitè immediatè ante mediam noctem comedere, & ſtatim ſecuta media nocte celebrare, vel communicari, ſic *Enriquez lib. 8. c. 4. in gloſ. lit. V.* & ratio eſt, quia finis præcepti non cadit ſub præcepto; vnde cum Eccleſia præcipiat ieiunium naturale pro reuerentia, vt, vere id facit, vt in ſtomaco, vbi accedit
37 corpus Chriſti, non inueniantur putrida excrementa, qui finis ſi eſſet attendendus, vel nulli, vel pauci fideles Euchariſtiam ſumerent; ſufficit igitur, quod poſt mediā noctem nihil acceperit.

Iam, quod ſumus in cibo, & potu notandum, quod poſt communionem non datur
38 certum tempus, quo quis abſtineat à cibo, & potu, ſed remittitur deuotioni ſuſcipientis, ita *Villalob. tract. 7. diffic. 39. nu. 5. Sot. in 4. diſt. 12. q. 1. art. 8. Valentia tom. 4. diſt. 6. q. 8. punct. 3.* & alij DD. tenent nullum eſſe peccatum ſtatim poſt miſſam de ſacriſtia accedere ad refectorium, quia nullibi reperitur præceptum certum tempus.

Dices, parua quantitas non frangit ie-
39 iunium, ergò ſi quis comedit aliquam minimam rem, debet dici non fregiſſe ieiunium, & per conſequens poterit communicari.

Reſp. diſtinguendo anteced. non frangit ieiunium Eccleſiaſticum, & concedo; ieiunium naturale, & nego; ieiunium enim naturale excludit quamlibet minimam comeſtionem, vel potum. Nam eo ipſo quis non poteſt dici amplius ieiunus naturaliter, & hoc ieiunium naturale præcipit Eccleſia ad reuerentiam Sacramenti; illud ieiunium, quod eſt Eccleſiaſticum, præcipitur in pœnam peccatorum, pœnæ autem ſunt reſtringendæ, meritò ibi parua quantitas non frangit ieiunium.

Aduerte ſecundò, quod ſuſcipiens non tantum debet eſſe ieiunus, verùm etiam purus in corpore, ac proindè illicitus coi-
40 tus, vel pollutio peccaminoſa ſecuta infra eundem diem cauſat abſtinentiam ab Euchariſtia, ſaltem pro tali die, licet quis cōfiteretur. Quod ſi ad Euchariſtiam accedat abſq; aliqua ratione neceſſitatis (puta ad euitandum ſcandalum, &c.) ſaltem peccaret venialiter; eſt enim quædam irreuerentia, ſic *Ioann. della Cruz in direct. conſcient. par. 2. de Sacram. Euchar. q. 5. dub. 3. concluſ. 3. Villalob. in ſumma tract. 7. to. 1. diffic. 37. nu. 11.* & docet *Nugnus loc. citat. concl. 10.* non poſſet tamen iſte talis damnari de culpa mortali. Et ratio eſt, nam *Trid. ſeſſ. 13. c. 7.* aſſerit, eſſe excludendum à ſumptione huius Sacramenti, qui non confitetur ſua mortalia, & ait, quod nec ſufficit in iſto caſu contritio, ergo quotieſcumq; remouet quis culpam per confeſſionem, non eſt excludendus à ſumptione Sacramenti. Non poteſt autem excuſari à veniali modo, quo diximus, propter magnam reuerentiam, quam & *Concil. Trid. c. 7.* & omnes prædicti DD. exigunt in ſumptione huius Sacramenti.

Aduerte tertiò, quod debet deuotè ac-
41 cedere; vndè ſi accedat cum voluntaria diſtractione, peccat ſaltem venialiter, vt ait *Filiuc. tom. 1. tract. 4. c. 7. nu. 107. Reginald. tom. 2. lib. 29. c. 6.* & alij DD. propter eandem rationem, quæ colligitur ex dicto *c. 7. Trid.*

Aduerte quartò, quod debet circa frequentiam huius Sacramenti pœnitens di-
42 ſcretè ſe gerere, & cum conſilio confeſſarij: vndè ſi confeſſarius ei præcipiat in pœnitentiam, quod non ſumat Euchariſtiam, non debet accedere, & ſi ſumat Euchariſtiā, peccat mortaliter eo modo, quo peccat, qui non exequitur pœnitētiam ſibi impoſitam à confeſſario, ſic tenet *P. Salaz. de frequen. commun. cap. 14. §. 1. & Antonin. Diana 3. par. tract. 4. de ſacram. reſol. 105. propè fin.*

Aduerte quintò, quod Euchariſtia ad modum viatici poteſt dari pueris doli capacibus, & aptis conferri, etiam ſi alias nō eſſent inſtructi, nec habiles ad tale Sacra-
43 mentum, *Caetan. in ſumm. verb. miniſter communionis, in fin. Suar. tract. 3. diſp. 70. ſect. 1. in fin. Enriqu. libr. 8. c. 42. Armill. in ſumm. verb. communio, n. 10. Nugnus p. 3. q. 80. ar. 9. diffic. 2. ad 3.* & ratio eſt, quia tempore mortis hoc Sacramentum non exigit, tam magnam aduertentiam, & intellectum; vndè etiam homini non loquēti, nec diſcurrenti (præciſo ſcandalo) poteſt hoc Sacramentum miniſtrari.

Circa octauum, & ſic pro præcepto huius Sacramenti, Ad-

44 Aduerte primò, teneri omnes fideles,
ſaltem ſemel in anno, & hoc in Paſchate
ſumere hoc ſacramentum ritè, & rectè, vt
in *cap. omnis vtriuſq. ſexus*, tenetur etiam
quilibet in extremis conſtitutus ſumere
hoc ſacramentum tanquàm ſcutum in-
expugnabile contra tētationes dęmonis,
& hoc ſub præcepto mortali, ſic *Summi-
ſta, & Canoniſtæ Durand. Gabr. Sot. &
alij*, quos refert, & ſequitur *Piſignan. in
4. ſent. tom. 1. diſt. 19. q. 2. ar. 7.*

Aduerte ſecundò, quod tempus Paſca-
ris non eſt peremptorium, ſed Eccleſia
præcipit tale tempus, quia videtur maxi-
mè opportunum; tamen eo tempore ela-
45 pſo, durat etiam præceptum, & quantò
magis quis differt ſatisfacere, eò magis
creſcit malitia peccati, ſic tenet *Coninc.
de ſacram. q. 80. art. 11. diffic. 2. concluſ. 3.
Suar. 3. par. tom. 3. diſp. 70. Laiman. lib. 5.
tract. 4. cap. 5. nu. 8. Silu. 3. par. q. 80. ar. 11.*
Quod autem remaneat obligatio, tale ad-
ducunt exemplum: ſi quis teneatur ſolue-
re centum pro tali die, tali die elapſa,
adhuc perſeuerat obligatio, ergo ſic pari-
ter in caſu noſtro; tempus enim non tam
eſt addictum in honorem tàm magnæ fe-
ſtiuitatis, quàm etiam ad excitandos fide-
les ad ſumptionem, ergo etiam elapſo tali
tempore, tenentur fideles.

46 Sed quæres, quod ſi quis ſit nauigatu-
rus tempore pręcepti, ita vt non deueniat
ad terram fidelium, niſi poſt longum tē-
pus, vel prænideat tale impedimentum, ex
quo non poterit exequi tale præceptum
tempore debito, an poſſit anticipare ſum-
ptionem huius ſacramenti.

47 Reſpond. affirmatiuè, imò teneri anti-
cipare, docet *Nugnus 3. part. q. 80. art. 11.
diffic. 2. Fagund. loco cit. libr. 1. cap. 6. Suar.
3. par. tom. 3. diſp. 170. ſect. 2. circa fin.* ra-
tio eſt, quia tempus Paſchæ nō eſt de ſub-
ſtantia præcepti, vt diximus, ſed eſt tan-
tum conditio præcepta ab Eccleſia, quæ
putat tunc temporis fideles id commo-
dius poſſe, ergo qui tunc non poteſt, & an-
teà habet facultatem, poterit, & tenetur id
facere, & patet ex *d. cap. omnis vtriuſque
ſexus*, ibi, *ſaltem in anno*, & poſteà ſubdit,
Ad minus in Paſchate, per quæ verba tē-
pus non videtur eſſe de eſſentia, ſed tan-
tum fuiſſe impoſitum ab Eccleſia pro me-
ta, & vt non differatur obſeruantia talis
præcepti.

Nota etiam, quod ſi deindè iſte talis
tempore pręcepti inueniatur liber ab im-
48 pedimento, non tenetur iterum ſumere
quia iam ſatisfecit præcepto, ſicut etiam
ſatisfecit ille, qui poſt elapſum tēpus præ-
cepti ſumit Euchariſtiam, ſic tenet *Fer-
nandez de Bredia in diſp. de ſacram. tract.
de Euch. p. 8. dub. 1. n. 10.*

Aduerte tertiò, quod qui omittit con-
feſſionem annualem, & communionem
49 in Paſchate, committit duplex peccatū,
quia non tantum præcipitur confeſſio in
Paſchate vt præparatio ad ſacram Eucha-
riſtiam, ſed etiam vt per ipſam homo ſa-
tisfaciat Deo, ad quod tenetur etiam de
iure naturæ, vt ſupra diximus de *ſacram.
pænitent.* ſi tamen quis præter tempus
paſchale, accederet ad hoc ſacramentum,
non pręmiſſa confeſſione ſacramētali, iſto
caſu vnum committeret peccatum ſacri-
legij, non autem duplex, vnum ſcilicet, quia
50 non confiteretur, & ſic non ſeruat præce-
ptum Tridentini de præmittenda confeſ-
ſione ante Euchariſtiam: aliud, quia acce-
dit indignus; ſed vnum, quia confeſſio in
iſto caſu præcipitur propter Euchariſtiā,
& ſic ſe habent p modum vnius, ſic tenet
*Turrian. de pænitent quæſit. 6. ar. 5. diſp.
21. dub. 1 & Petr. Fai de pænitent. in add.
ad 3. part. S. D. quæſit. 4. ar. 3. diſput. vnic.
concluſ. 2. Fagund. lib. 3. præcept. c. 5. nu. 8.*
qui idem docet in inualida confeſſione
annuali; ſi quis enim faceret confeſſionē
non integram tempore præcepti, vnum
committeret mortale, nam integritas cō-
feſſionis tunc ordinatur ad ſatisfaciēdum
Deo, & in ſimilibus caſibus idem docet
*Enriquez lib. 2. cap. 5. de pæniten. n. 6. Me-
dina in par. 2. quæſit. 109. ar. 4. §. tandem,
concluſ. 3. Sotus in 4. diſt. 18. quæſit. 1. ar. 4.
& alij* communiter.

51 Dices, nulla eſt maior ratio in vno ca-
ſu, quàm in alio, ergo ſi quis accedit cum
peccato mortali tempore, quo non eſt de
præcepto, committit vnum mortale, idē
erit dicendum, quando communio præ-
cipitur, vt eſt in paſchate, quod ſcilicet
tunc pariter vnum peccatum mortale
committatur.

Reſpond. negando anteced. & diſparitas
eſt, quia in paſchate vnum præceptum
52 per accidens ordinatur ad aliud, & ſic
duplex eſt præceptum Eccleſiaſticum,
ſcilicet aliud confeſſionis, aliud commu-
nionis; præcipit enim Eccleſia media
confeſſione reconciliationem iuſto Deo,
per communionem vero præcipit amo-
rem, & cultum circà eumdem; tum quia
de facto hæc præcepta ſeparantur in mi-
noribus, qui non ſunt capaces Euchari-
ſtiæ, & tamen tenentur confiteri in pa-
ſchate, ergo hæc præcepta ſunt diſtincta,
nam ſi ſe haberent per modum vnius, qui
non eſt capax communionis, neque tene-
retur confiteri, quod tamen nemo eſt, qui
dixerit.

Ad-

53 Aduerte quartò, quod per communio-
nem ſic indignè factam homo liberatur
ab obſeruantia pręcepti, ac proindè non
tenetur iterum in eodem anno ſumere
Euchariſtiam, neque ligatur cenſuris la-
tis contra eos, qui non ſumpſerunt ſacrā
Euchariſtiam in paſchate. Ratio eſt, quia
iſte verè adimpleuit id, quod pręcepit Ec-
cleſia, ſic tenet *Fagundez loco cit. diſt. 1.
cap. 7. nu. 4. Suarez 3. part. tom. 3. diſput. 7.
ſect. 7. Villalob. in ſum. tom. 1. tract. 7. diſ-
ficult. 42. Lopez in inſtruct. par. 1. cap. 11.
§. reuocari. Sotus de iuſt. & iur. lib. 2. quę-
ſit. 5. ar. 10. & alij*, qui idem docent.

Dices, ſupra diximus *de ſacram. pęnit.*
quod qui facit confeſſionem inualidam,
& ſacrilegam, per ipſam non ſatisfacit pręce-
pto, ergo neque ſatisfacit per communio-
nem ſacrilegam, cum vtrumque ſit ſa-
cramentum inaniter ſuſceptum.

Reſpond. negando conſeq. & diſparitas
eſt, quia in ſacramento Euchariſtiæ non
requiritur aliud ex parte fidelis, niſi com-
munio, ergo quotieſcumque quis ſumit
ſacramentum, facit id, quod facit Eccle-
ſia, licet faciat modo illicito, propter quod
non reſtat quid agendum, ſed tamen re-
manet purgandum, in quo deficit, vndè
debet pænitere, & confiteri de ſacrilegio;
benè tamen ſatisfecit, ſicut pariter ſatis-
facit præcepto læſionis is, qui facit vnicā
commixtionem, ſed intemperatam; ſatis-
facit enim ieiunio, ſed peccat peccatum
intemperantiæ, *Sanch. in præcept. libr. 1.
cap. 14.* at in confeſſione non ſic, quia cō-
feſſio inualida in eſſentialibus nullo mo-
do dicitur confeſſio, & per ipſam non ſa-
tisfit; at communio indeuota, & inualida
quoad effectum, eſt tamen valida quoad
eſſentialia.

Aduerte quintò, teneri fideles ad com-
munionem aliquando non tantum de
iure Eccleſiaſtico, ſed etiam de iure diui-
54 no poſitiuo, *Beccan. de ſacrament. cap. 25.
quæſit. 4. & S. Doct. 3. p. quæſit. 50. art. 11.
& in 4. ſentent. diſt. 9. cum alijs Scholaſt.*
communiter, quod probatur ex verbis
*Domini Ioan. 6. nu. 53. Niſi manducaue-
ritis carnem filij hominis, & biberitis eius
ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.*
Omnia enim media neceſſaria ad perſe-
uerandum in gratia ſunt præcepta de iure
diuino, ſed communio eſt tale medium,
ergo eſt præceptum de iure diuino, ſaltē
temporibus enumeratis in prima aduer-
tentia; & de tempore mortis patet, quia
dęmones ardentius, & auidius accedunt
ad illaqueandas animas, ergo tunc debent
fideles omni armatura fortiori etiam eſſe
præditi. Quoad communionem Paſcha-
tis patet, qa difficiliter poteſt homo diu-
tius manere abſque periculo vitæ gratiæ,
ergo debet vniri cum vera vita Chriſto
Domino. Quod Euchariſtia ſit medium
neceſſarium ad diù perſeuerandum in
gratia, probatur ex *S. Doct. 3. p. quæſit. 80.
art. 11. ad 2.* vbi ait, eamdem eſſe neceſſi-
tatem Euchariſtiæ, ac Baptiſmi in adultis,
ſed Baptiſmus eſt neceſſarius ad primam
gratiam, ergo Euchariſtia reconſeruat hāc
primam gratiam, erit pariter neceſſaria,
Beccan. c. 15. quæſit. 7. concl. 2.

55 Dices, poteſt homo mereri auxilia
Dei ad reſiſtendum in gratia contra ten-
tationes medijs orationibus, vigilijs, &c.
ergo non tenetur de iure diuino ſumere
hoc ſacramentum.

Reſpond. negando conſequentiā, nam
vt ait *Beccan. loco cit.* licet poſſit homo
impetrarē per mentem, v. g. dicta auxilia
non poterit tamen diù ſic permanere,
habemus enim expreſſa verba Domini
negatiua, *Niſi manducaueritis, &c.*

Circà nonum, & ſic circà effectus huius
ſacramenti.

56 Aduerte primò, hoc ſacramentum non
fuiſſe ex ſe inſtitutum ad conferendam
primam gratiam, vt vult *S. Doct. ar. 3. cit.
& P. Beccan. cap. 22. quæſit. 1.* Prob. illa
ſacramenta conferunt primā gratiā, quæ
ſupponunt hominem mortuum in ipſa,
ſed hoc dicitur ſacramentum viuorum,
ergo ſupponit hominem viuum vita
gratiæ.

Nota autem, quod poteſt hoc ſacramē-
tum per accidens conferre primā gratiā.
57 Secundò, ſi confiteatur tantum attritus
ſacerdoti non habenti poteſtatem abſol-
uendi. Tertiò, ſi facto examine, putet ſe nō
habere mortale, ſi re vera habet, & actum
attritionis eliciat generaliter, & in ſimili-
bus caſibus docet *S. Doct.* & refert *Bec-
can. loco cit.* Prob. quia ſacramenta dant
gratiā non ponentibus obicem, ſed iſte
ſic accedens non ponit obicem, ergo re-
cipit gratiā. Inſuper non habet aliā gra-
tiā, ergo hæc, quā nunc recipit, eſt prima,
non ex fine ſacramēti, vt diximus, ſed per
accidens, & quia in ipſo non inuenitur
alia.

58 Aduerte ſecundò, varios effectus huius
ſacramenti, quos connumerat *S. D. per
totam q. 73. cit.* primus eſt, facere in nobis
id, quod facit cibus corporalis, & ſic ſu-
ſtentat, auget, reparat, & delectat, ità hoc
ſacramentum ſuſtentat in gratia, auget
ipſā, reparat potentias, & virtutes contra
concupiſcentias, & delectat animam, ſic
*S. Cyprian. ſerm. de cęna Domini, & Am-
broſ. ſer. 15. in pſal. 105.*

Se-

Secundus eſt augere charitatem, *Auguſt. tract. 26. in Ioan.* qui ait circa finẽ,
59 *Dominus noſter corpus, & ſanguinem ſuum in eius rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis, nam panis ex multis granis in vnum concoat, & vinum autem vnum ex multis acinis confluit.* & ſubdit, *O ſacramentum pietatis, ô ſignum vnitatis, ô vinculũ charitatis!*
60 Tertius eſt remittere venialia, *S. Doct. ar. 4 quæſit. cit.* & dat rationem, quia hoc ſacramentum ſe habet ad modum cibi; ſed cibus reparat quidquid deperdimus quotidie caloris naturalis, ergo hoc ſacramẽtum reparat quidquid deperdimus charitatis per venialia.
61 Quartus eſt remiſſio pœnæ: Dupliciter autem poteſt hoc ſacramentum conſiderari, vel vt ſacramentum eſt, vel vt ſacrificium, &c. vt ſacrificium eſt, habet hoc ſacramentum vim ſatisfaciendi infinitè, & pro qualibet pœna; ſed quia in oblationibus plus attenditur affectus offerẽtis, quã valor rei oblatæ, vt habetur *Lucæ* 21. indè eſt, quod quantò maior eſt deuotio offerentis, eò maior erit ſatisfactio per hoc ſacrificium. Vt ſacramentum eſt, remittit aliquam pœnam temporalem, quia hoc ſacramentum ſumitur cum actu charitatis, vt eſt vnio cum Chriſto Deo, ſed charitas cauſat remiſſionem pœnarum, ergo etiam hoc ſacramentum cauſat, & tantò maior erit remiſſio pœnarum, quãtò maior erit diſpoſitio ſuſcipientis, *S. D. art. 5.*
62 Quintus eſt præſeruare hominẽ à morte peccati. Dupliciter autem poteſt homo præſeruari à morte, vel per augumẽtum intrinſecum reparatiuũ virtutis naturalis, & potentiarum, vel per arma, quæ extrinſecè defendant. Hoc ſacramentum intrinſecum dat vim, & auget charitatem, & amorem, *Pſalm. 103. Panis cor hominis confirmet, & Auguſt loco cit. Panis eſt, non venenum.* Inſuper defendit, ſicut arma
63 defendunt corpus: nam eſt repræſentatiuum paſſionis Chriſti, per quam victi ſunt dæmones, ergo expellit omnem etiã tentationem dæmonum, & *Chryſoſt. in Ioan. ait, Vt leones flammas ſpirantes ab illa mẽte diſcedimus terribiles effecti diabolo. S. Doct. ar. 6.* & colligitur ex *Trident. ſeſſ. 13. cap. 2.*

Nota tamen, quod omnes iſti effectus in ipſo actu ſumptionis naſcuntur; tunc
64 enim infunditur gratia ex opere operato, vndè *Beccan. cap. 22. quæſit. 6.* ait, quod durantibus ſpeciebus, nihil amplius operatur ſacramentum ex opere operato, ſed tantum ex opere operantis, ſi actus eliciat meritorios; vndè vult etiam ipſe ibidem, quod ſi quis fictè accedat, & cum obice ad hoc ſacramentũ, ſi poſteà auferat obicem, durantibus ſpeciebus, non recuperet gratiam ipſius ſacramenti, ſi confert gratiam ex mente Auctoris in ſumptione, & cum primò quis incipit deglutire, hæc dixit, nec eſt delenda.

65 Aduerte tertiò, non plus gratiæ conferri ex opere operato per ſumptionem ſacramenti ſub vna ſpecie, quàm ſub vtraq. *S. Doct. quæſit. 80. art. 10. & Beccan. c. 25. quæſit. 7.* & cõmuniter omnes apud *Suar. diſtin. 63. ſect. 6.* Ratio eſt, quia vnus eſt Chriſtus ſub qualibet ſpecie, & binæ ſpecies ſe habent per modum vnius, vndè ſicut quis non ſuſcipit duplicatam gratiã, ex eo quia ſe communicauit, & deindè reſumit particulas, quæ remanſerunt, nam iſta communio ſe habet per modũ vnius, ſed vnicum, & idem ſit corpus Chriſti, er-
66 go idem erit dicendum in ſumptione corporis, & ſanguinis, cum ſub vtraque ſpecie ſit idem Chriſtus, & nihil plus in vna ſpecie, quàm in alia, vt docent omnes Catholici ex doctrina *Tridentini*, & videbimus infrà in §. *conſtat.*

Dices primò, diuerſi ordines eodem die ſuſcepti diuerſam conferunt gratiam, & tamen vnicum eſt ſacramentum ordinis, ergo & duæ ſpecies duplicatam conferunt gratiam, cum non ſit maior ratio in vno ſacramento, quàm in alio.

Reſpond. negando conſeq. & diſparitas eſt, tum quia vnus ordo differt formaliter,
67 ergo debet habere diuerſam gratiam; at ambæ ſpecies idem ſunt formaliter, & idem Chriſtus eſt ſub vtraque ſpecie, ergo vnica, & eadem gratia. Tum quia diuerſi ordines habent diuerſum finem, at diuerſæ ſpecies cum ſacramento vnum, & eumdem finem habent alendi animã, ergo vnicam gratiam conferunt.

Dices ſecundò, ſi licitè ſumeretur ſpecies vini tantum, certum eſt, quod conferret gratiam Euchariſtiæ, & ſic etiam ſi ſumerentur ſpecies panis tantum, ergo ſi quælibet ſpecies confert effectum ſuum, quando ambæ ſumuntur, duplicatum effectum producere debent.

Reſpond. negando conſequ. & ratio eſt, nam quando ſumitur vna ſpecies, ſumitur totus Chriſtus, ac proindè certum eſt,
68 quod confert effectum ſuum, & quando ſumuntur ambæ ſpecies, non duplex, ſed vnus etiã Chriſtus ſumitur, ergo ſi vnus eſt Chriſtus tàm ſub vna, quàm ſub bina ſpecie, vnus etiam effectus produci debet. Non ſic autem ſi diſtinctæ ſumptiones permitterentur; tunc .n. diſtincta, & multiplicata conferretur gratia, vt eſt in no-

ſtr

& Natiuitatis Domini, dum ſacerdotes ter ſe communicant, tunc triplicem habent gratiam ſacramentalem, quia tres ſunt communiones diſtinctæ ex inſtitutione Eccleſiæ, quæ tres Miſſas concedit in illa nocte:certum autem eſt,quod vna Miſſa diſtinguitur ab alia, ergo diſtincta confertur gratia.

69 Dices tertiò, non poteſt dici,quod in ſumptione vtriuſq;ſpeciei conferatur vna gratia, quia vel confertur in ſumptione panis tantum, vel in ſumptione vini, vel partim in ſumptione panis, partim in ſumptione vini. Sed nullum ex his dici poteſt,ergo duplex gratia confertur. Probatur minor. Non poteſt dici conferri gratiam poſt ſumptionem panis tantum, vel vini tantum, quia alia ſpecies nihil efficeret, quod eſt abſurdum; neque poteſt dici, quod conferatur partim poſt ſumptionem vnius ſpeciei partem poſt ſumptionem alterius. Nam fraudarentur laici, qui ſumunt tantum ſub vna ſpecie, quod negat S. *Doct. quæſit. 80. ar. 12. ad 3.* ergo nullo modo eſt hoc dicendum.

Reſpond. negando conſequentiam, & dicimus conferri totam gratiam poſt ſumptionem panis ex vi talis ſumptionis phyſicè,& ex vi ſpecierum vini moraliter, vndè in ſumptione ſpecierũ panis datur tota gratia totius ſacramenti,quod ſub duabus ſpeciebus ſumitur.

Inſtab. ſpecies vini adhuc non ſunt ſuſceptæ,ergo nihil poſſunt operari, quia non entis nullæ ſunt qualitates.

70 Reſpond. diſtinguendo conſequ. non poſſunt operari phyſicè,& concedo; moraliter,& nego eo modo,quo diximus ſacramenta conferre gratiam antequàm ſuſcipiãtur,& ſic in voto ſuſcepta cauſare gratiam moraliter tantum, non phyſicè. Sed antequàm ad vlteriora tranſeamus.

71 Quæres primò, quando ſacramentum conferat gratiam, an in ipſo inſtanti ſumptionis in ore, an quando ſpecies ſacramentales peruenerunt ad ſtomachum.

Reſpond. conferre gratiam in ipſo inſtanti ſumptionis in ore,& cum primò qs incipit deglutire, nec eſt neceſſe q; peruenerit ad ſtomachum. ſic *Becean. quæſit. 6. diſput. 22.* & dat rationem, quia aliàs infirmi, qui non ſic de facili poſſunt deglutire,non reciperent gratiam huius ſacramenti,quod tamen nemo dixerit, immò *Enriquez lib. 8. cap. 43. num. 1.* adducens alios DD. tenet,quod qui ſumpto ſacramento, & poſtquàm deglutiuit, euomit ipſum,adhuc recipit gratiam ipſius ſacramenti. Sufficit igitur ſumptio,nec requiritur corruptio ſpecierum, nec conuerſio earundem in noſtram ſubſtantiam.

Quæres ſecundò, an detur caſus,in quo quis accedat ad hoc ſacramentum, non recipiat gratiam ipſius, neq; peccet mortaliter.

Reſpond affirmatiuè, ſic *Caetan. Bonauent. & Alenſ. apud Suar. tom. 3. diſpu. 63.*
72 *ſect. 2. §. ex his infero, & Fagundez in præcept. lib. 4. cap 2. num. 14.* & ratio eſt, quia poteſt eſſe, quod quis diligenter diſcutiat ſuam conſcientiam,neque in ipſa inueniat mortale,& accedat cum tali bona fide, nullum eliciendo actum neque attritionis,neque contritionis, hic non iuſtificaretur, quia nullum ſacramentum confert gratiam indiſpoſito, ſed hic nullam ponit diſpoſitionem ſupernaturalem, ergo non recipit gratiam. Inſuper non eſt in culpa, quia ex ignorantia inuincibili neſcirſe habere mortale,ergo neque culpatur,neque iuſtificatur.

73 Nota tamen,quod debent fideles, antequàm accedant ad tàm magnum ſacramentum, elicere ſaltem aliquem actum charitatis,vel attritionis,adhoc vt per tales actus ſupernaturaliter diſpoſiti poſſint recipere gratiam huius ſacramenti, & dũ erit hoc ſacramentum, conferre primam gratiam per accidens,vt ſuprà diximus de primo effectu huius ſacramenti.

Dices,non auferre obicem eſt ponere obicem,ſed hic non aufert obicem,quem auferre deberet, ergo peccat, ac proindè non poteſt dari caſus ſuprà poſitus.

Reſpond. diſtinguendo maiorem: non auferre obicem ſcienter eſt ponere obicem,& concedo;ignoranter, & nego,neque tenetur auferre obicem,quem neſcit habere,ergo non peccat, quia vbi non eſt voluntarium, ibi neque culpa.

74 Quæres tertiò,an liceat in qualibet hora diei ſumere hoc ſacramẽtum deuotionis cauſa, putà ſi quis ſit ieiunus vſque ad veſperum, an poſſit tunc ſumere hoc ſacramentum.

Reſpond. affirmatiuè, ſic *Zanard. in director. Theolog. moral. part. 1. de Euchariſt. cap. 9 ſect. 17. Eman. Sà verb. Euchariſtia, n. 19. Enriquez lib. 8. cap. 54. Azor. par. 1. lib. 10. cap. 25. quæſit. 3.* hoc autem intellige ſecluſo ſcandalo, & in homine deuoto, qui ſit aſſuetus ſumere Euchariſtiam ſæpius. Nam prohibetur conſecratio tantum huius ſacramenti poſt meridiem;nullibi autem reperitur prohibita eius ſumptio in tali hora, dummodo petens ſacramentum ſit ieiunus, & benè diſpoſitus.

Dices, acceſſorium ſequitur naturam ſui

ſui principalis, ſed conſumatio eſt acceſſo-
ria ad ſacrificium, ergo dum ſacrificium
non poteſt confici hac hora, neq; poterit
eius conſumatio perfici.

Reſpon. negando minorem ſimpliciter,
nam communio non habet tãtum puram
rationẽ conſumationis ſacrificij, ſed habet
ẽt verã rationẽ ſacramẽti; ſed alia ſacramẽ
75 ta (prçter ſacramentũ ordinis) poſſunt va-
lidè conferri in qualibet hora diei, ergo ẽt
hoc, dummodò ſint diſpoſitiones requiſi-
tæ. Tum quia in ſacrificio habemus præ-
ceptum Eccleſiæ, quo id nobis prohibe-
tur; nullum autem habemus præceptum,
quo nobis prohibeatur communio ſic fa-
cienda, nec eſt ratio cur prohiberi poſſit,
nam in ſacrificio requiritur illa hora ad
commoditatem fidelium, vt interuenire
poſſint, quod nõ requiritur in communio-
ne, hæc ſummatim de Euchariſtia, nunc
ad §§.

In §. Eſt autem.

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtia differentiç ab alijs Sacramẽ-
tis, & n. 3.*
2 *Sacramenta excellentiora alijs.*
4 *Euchariſtia valor.*
Reuerentia debita, nu. 5. & 6.

COmmendatur in hoc §. *excellentia
huius Auguſtiſſimi Sacramenti*,
& dicitur. *Maximum inter ce-
tera ſacramenta, & oblatio ſuper omnes
oblationes*. Igitur videbimus primò, per
quid hoc ſacramentum differat ab alijs.
Secundò qui ſit eius valor. Tertiò, quo-
modò venerandum.

Circa primũ aduerte primò, quod hoc
1 ſacramentum differt ab alijs; primò ratio-
ne excellentiæ *cap. ecce diſt. 95.* ibi: *Quid
corpori Chriſti, aut ſanguini poterit ante-
poni*. Vndè licet in quolibet ſacramento
operetur Chriſtus, vt Deus, & vt homo,
hic autem modo principaliori concurrit,
id enim, quod in alijs ſacramentis operan
tur res materiales benedictæ, vel conſecra
tæ, id ſupplet in hoc ſacramento diuina
bonitas, gerit enim hic vices materiæ, &
formæ, vt diximus. Vnde tanto maior eſt
excellentia huius ſacramẽti reſpectu alio-
rum, quanto maior eſt diuina eſſentia re-
bus creatis; iſtis enim vtimur in alijs ſa-
cramentis; at in hoc ſacramento euaneſcit
res creata, quæ eſt ſubſtantia panis, & lo-
co ipſius remanet Chriſtus Deus, & ho-
mo, *cap. ſic in ſacrificando de conſecratio-
ne diſt. 2.*

Aduerte ſecundò, ex *gl. hic*, quatuor ſa-
cramenta inter cçtera habere peculiarem
excellentiam, & prærogatiuam, & ponit
ad hoc verſus.

*Maior in effectu baptiſmus, corpus in
eſſe*
*Coniugum ſigno maius, ſed Chriſma
Miniſtro.*

Ex quo habes ſacramentum baptiſmi
2 ex opere operato producere maiorem ef-
fectum, quam quodlibet aliud ſacramen-
tum, *cap. nullus de pçnitentia diſtin. 7.* &
probatur. Nam licet alia ſacramenta re-
mittant aliquo modo peccata, quatenus
remittunt pçnas temporales debitas pec-
catis per gratiam, quam infundunt, tamen
baptiſmus remittit omne peccatum mor-
tale, originale, veniale, commiſſionis, omiſ
ſionis, &c. inſuper omnem pçnam æternã,
& temporalem, & hanc, quantumuis ma-
ximam, *d. cap. nullus*, hoc autem nõ habet
pçnitentia, hæc enim ad ſummum pecca-
ta remittit, & pçnam æternam, non autem
totam temporalem, ſed ſecundum certam
menſuram. Sacramentum matrimonij eſt
maius, & excellẽtius ratione ſignificatus,
Nam modo principaliori ſignificat vnio-
nem Chriſti cum carne noſtra, quæ ſigni-
ficatio licet habeatur etiam per Euchari-
ſtiam, tamen matrimonium explicat etiã
inſeparabilitatem, & perpetuitatem vnio-
nis Chriſti cum nobis, quod non facit Eu-
chariſtia, *cap. debitum de bigamis, cap. acu-
tius diſt. 26.* Chriſma eſt ſacramentum
maius ratione miniſtri (quod idem dici po
teſt de ordine) nam confectio, & miniſtra-
3 tio chriſmatis ſpectat ad ſolos Epiſcopos
per ſe, Euchariſtia autem poteſt à quoli-
bet miniſtrari, *d. cap. de his de conſecratione
diſt. 5.* At hoc Sacramentum Euchariſtiæ
præcedit omnia alia quoad eſſe, & ideò
excellentius. Probatur. Nam effectus eſt
quid extrinſecum operanti, ſignificatus eſt
accidentalis, miniſter etiam extrinſecè ſe
habet quoad Eſſe ſacramenti, at Euchari-
ſtia habet in ſe, & quoad eſſe id, quo maius
excogitari non poteſt, *cap. panis eſt, cap.
corporeum, & cap. acceſſerunt*, & ferè per
totam *diſt. 2. de conſecratione, S. Doct. 3. p.
quaſt. 83.*

Circa ſecundum valor huius Sacramẽ-
ti eſt Deus ipſe; vndè cum ſpe maxima ac-
cedant Sacerdotes, dant enim Deo per
ſacrificium, & ſacramentum id, quo ma-
ius Deus ipſe habere nequit, & Dauid id
præuidens in ſpiritu dicebat: *Calix meus
ine-*

inebrians, quam præclarus, pſalm. 22. cap. ſcriptum de conſecratione diſt. 2. cap. ſemel 1. & 2. cap. in Chriſto diſt. citat. & Paulus ad Hebræos 9. loquens de ſacrificio cruento, cuius hoc Sacramentum vices gerit, illud enim fuit cum ſanguinis effuſione, hoc autem ſine ſanguinis effuſione, idem operari valet, quod valuit illud, ſed illud fuit infiniti valoris ſufficiens ſatisfacere Deo pro qualibet etſi grauiſſima culpa, & æquiualens pro quolibet beneficio, & gratia, ergo hoc ipſum valet hoc ſacramentum, cum ſit idem numero quoad Eſſe, differẽs tantum quoad modum; modus autem cũ ſit accidens extrinſecum non poteſt mutare eſſentiam rei. Ait itaq; *Paulus nu. 11. Chriſtus per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta æterna redemptione inuenta*, vbi nota ly, *æterna*, quod idem eſt, ac infinita, & vndequaq; illimitata, vt eſt æternitas. Item *Suarius de Sacramento Eucharistia diſp.* 79. per totam apertius huius Sacramenti valorem oſtendit, & *S. Doctor 3. par. à quæſt.* 79. & deinceps huius ſacramenti amantiſſimus multa diffusè congerit. *Trident. ſeſſ. 22. de ſacrificio Miſſæ c. 2.* vbi ſic ait: *Et quoniam in diuino hoc ſacrificio, quod in Miſſa peragitur, ille idẽ Chriſtus continetur, & incruenter immolatur, qui in ara Crucis ſemel ſe ipſum cruente obtulit, docet Sancta Synodus, ſacrificium iſtud verè propitiatorium eſſe, per ipſumq; fieri, vt ſi cum verè corde, & recta fide, ac reuerentia contriti, & pœnitentes ad Deum accedamus, miſericordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Huius quippè oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pænitentiæ concedens, crimina, & peccata etiam ingentia dimittit, vna enim eademq; eſt hoſtia, idem nunc Sacerdotum offerens miniſterio, qui ſe ipſum in Cruce obtulit, ſola offerendi ratione diuerſo, cuius quidẽ oblationis cruentæ, inquam, fructus, per hanc incruentam vberrimè percipiuntur*, & ſubdit: *Quarè non ſolum pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & alijs neceſſitatibus, ſed etiam pro defunctis in Chriſto nondum ad plenum purgatis ritè iuxta Apoſtolorum traditionem offertur*. Hæc Cõcilium, cuius verba Sancto Spiritu dictante edita nullo modo ſunt contemnenda.

Circa tertium reuerentia circa hoc ſacramentum clarè colligitur ex eius excel-
5 lentia; vndè quantum alia ſacramenta ſunt hoc inferiora, vt diximus, tanta proportionaliter debet eſſe maior reuerentia huic ſacramento exhibenda. Quod nobis indicauit Dominus per verba apud *Tridenti-num cit. Hæc quotieſcumq; feceritis in mei memoriam facietis*, quaſi diceret, mementote, quod ego ibi ſim, & facite cum memoria meæ diuinitatis, & excellentiæ, qua hic ſto; hoc enim ſignificat particula, In, quæ eſt idem, ac, Cum, *Pauonius par. 3. introductionis in ſacram doctrinam can.* 2954. Ex hoc habes, quod laicis, neq; interdicitur, neq; laudatur quotidiana perceptio huius ſacramenti, *cap. quotidie de conſecratione diſt.* 2. niſi ſint viri probatæ vitæ, & ornati moribus; ſcelerati autem, qui communicare non deſinunt, inficiantur, non mundantur, *cap. qui ſcelerate, & cap. timorem de conſecratione diſt. cit.*

Nota etiam, quod pro reuerentia huius
6 ſacramenti, quod debet antea manducari, non tantum ore ſumi, hoc eſt, debet eius excellentia conſiderari, nec ſtatim deglutiendus eſt Dominus inconſideratè, debet igitur ſuſcipiens antea ſe præparare 1. *ad Corinthios* 11. *Probet autem ſe ipſum homo, &c. & cap. quid eſt diſt.* 80. vbi explicantur verba Domini *Ioannis* 5. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo*; ſubdit ibi textus: ſi itaq; in me manet, & ego in illo, tunc manducat, tunc bibit, quia vt verè quis manducet, & bibat, debet prius viuere vita gratiæ, & in Domino manere.

In §. Et quidem.

SVMMARIVM.

1 *Precepta huius Sacramenti.*
2 *Neceſſitas huius Sacramenti, & num. 3. & 4.*
Non an neceſſarium ad primam gratiã, num. 5.
Neq; vt eſt Baptiſmus, n. 6. & 7.
8 *Sacerdotes quando teneantur ſumere.*

1 TRia præcepta proponuntur pro frequentatione Auguſtiſſimi Sacramenti. Primum fuit in primitiua Eccleſia, quando omnes fideles quotidie ſumebant, *cap. quotidie de conſecratione diſt.* 2. Secundum fuit poſt aliquod tempus, & tepeſcente feruore Eccleſiæ, ſtatutum enim eſt, quod niſi quis grauioribus criminibus eſſet detentus, ſaltem ter in anno, ſcilicèt in Paſchate, in Pentecoſte, & in Natali Domini hoc ſacramentum ſumerent, *cap. & ſi non frequentius de conſecratione diſt. cit.* Tertia lex fuit poſt ma-

ximam Eccleſiæ frigiditatem, ex qua ſtatutum eſt, quod omnes fideles ſaltem ſemel in anno ſumant, & hoc in Paſchate, *cap. omnis vtriuſq; ſexus de pœnit. & remiſſ.* hodie vero pietas fidelium ſuperat præceptum Eccleſiæ. Sunt enim, & qui quotidie ſumant ad inſtar primitiuæ Eccleſiæ.

Aduerte tamen hic primò, præter ea,
2 quæ ſupra diximus, quod nemo poteſt ſaluari ſine hoc ſacramento ſaltem in voto. *Ioannis 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis, &* S. *Doctor quæſit. 73. ar. 3. in corpore* idem confirmat, & *Auguſtinus lib. 1. contra duas epiſtolas Pilagianas c. 22.* ait, neminem etiam paruulum poſſe ſaluari ſine participatione corporis, & ſanguinis Chriſti.

Sed contra primò, quia ſequeretur,
3 quod paruuli, qui moriuntur ante vſum rationis nullo modo ſaluarentur, quia iſti nec poſſunt habere votum, neq; rem ſacramenti, quod tamen nemo eſt, qui dixerit. Secundò, idem ſequeretur reſpectu adulti, qui moritur in gratia, ſed nõ ſuſcepto hoc Sacramento ob defectum tamen miniſtrãtium, vel ex alio capite, quod pariter negari debet.

Reſp. ſ tamen ad vtrumq; vnico medio, quia .ſ. omnes iſti habent votum implicitum ſaltem huius ſacramenti, qui .n. baptizatur per ſuſceptionem baptiſmi habet etiam fidem huius ſacramenti, patet ex *cap. vt quid paras de conſecratione diſt. 2.* vbi ſic dicitur, *vt quid paras dentes, & ven-*
4 *trem, crede, & manducaſti*, & *Aug. tract. 26. in Ioannem* ait: *Per hunc itaq; cibum, & potum ſocietatem vult intelligi corporis & membrorum ſuorum, quidem ſancta Eccleſia in prædeſtinatis vocatis iuſtificatis, & glorificatis ſanctis, fidelibus eius*, & ſubdit: *Hoc eſt itaq; manducare illam eſcam, & illud bibere potum .ſ. in Chriſto manere, & illum manentem in ſe habere, ac per hoc qui non manet in Chriſto, & in quorum manet Chriſtus, proculdubio nec manducat ſpiritualiter carnem eius, nec bibit eius ſanguinem, &c.* ac proindè ſic intelligenda ſunt verba Domini: *Niſi manducaueritis, &c.* hoc eſt, niſi per fidem mecũ efficiamini cõcorporei, per quod ſaltẽ habetur votum huius ſacramenti.

Aduerte ſecundò, neq. vſum huius ſa-
5 cramenti, neque eius votum eſſe medium per ſe neceſſarium ad obtinendam primã gratiam, patet hoc nam ſecundum *Suarez diſp. 4. ſect. 1.* tam Concilium Florentinum, quam Tridentinum tribuũt effectũ primæ gratię ſolis ſacramentis baptiſmi, & penitentiæ, ergo nullum aliud ſacramentũ eſt inſtitutum, vt medium neceſſarium ad conferendam primam gratiam, licet poſſit hoc ſacramentum aliquando per accidens conferre primam gratiam, vt ſupra diximus.

Dices primò eo modo, quo dixit Dominus *Ioannis 5. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei*; eodem etiam modo dixit *Ioannis 6. Niſi manducaueritis*
6 *carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, &c.* ergo ex verbis Domini patet, quod eodem modo ſit neceſſaria ad primam gratiam ſuſceptio huius ſacramenti, ac eſt neceſſaria ſuſceptio baptiſmi.

Reſp. negando conſequentiam, & diſparitas eſt. Nam certum eſt de baptiſmo, quod dum quis inuenitur filius iræ per ori-
7 ginale, niſi renaſcatur per baptiſmum, non habebit vitam æternã; at non ſic cum hoc ſacramento, nam poterit vtiquè quis diù viuere, & habere Dei gratiam ſine actuali vſu huius ſacramenti; itaq. ſenſus verborũ Domini *Ioannis 6.* hic eſt: *Non habebitis vitam in vobis*, hoc eſt, non poteritis diù viuere immaculati, & ſine culpa, eſt enim hoc ſacramentum vinum germinans virgines, & panis fortium. Itaq. idem eſt dicere: con habetis vitam in vobis, ac non habebitis permanentia in gratia, & abſquè peccatis, contra quę in hoc ſacramento arma nobis traduntur. *Trid. ſeſſ. 6. can. 22.*

Aduerte tertiò, ſacerdotes ligari ſecun-
8 do pręcepto Eccleſiaſtico, quo in *cap. & ſi non frequentius de conſecratione diſt.* cit. diſponitur, quod fideles ſaltem ter in anno ſe cõmunicent, hoc etiam tenet *Sanct. Doct. 3. part. quæſit. 82. art. 10. & Angelus verbo Miſſa n. 4. Silueſter verbo eodem n. 7. ex cap. dolentes de celebratione Miſſarum, & cap. omnis homo de conſecratione diſt. 2.* Probatur, quia Sacerdotes debent pręcedere fideles in aliquo gradu perfectionis; ſed infimum pręceptum, quo fideles ligantur eſt, vt ſaltem ſe communicent ſemel in anno, ergo Sacerdotes ligantur ſecundo præcepto, & ſic quaſi quadam lege media ſaltem ter in anno debent ſumere, vt in *d. cap. & ſi non frequentius.* Non loquor tamen hic de ſcandalo, quia tot committit peccata, quot ſunt homines, quibus pręber occaſionem ruinę.

In §. Inualuit.

SVMMARIVM.

1 *Celebrare, vel ſumere pluries in eodem die an, & quando liceat, num. 2. & 7. 8. & num. 9.*
3 *Viaticum an ſumere teneatur, qui manè ſumpſit, & nu. 4.*
An pluries dari poſſit in eadem infirmitate. nu. 5.
6 *Quotidiana perceptio an bona.*
10 *Pluries celebrantes qua pœna puniri debeant.*

DIſponitur in hoc §. quod tantum
ſemel in die poteſt ſacerdos cele-
brare, excipit tamen diem Natiui-
tatis Domini, vel quando maxima vrget
neceſſitas, ideò videndum eſt primò an,
1 & quando liceat pluriès in eodem die ſu-
mete hoc ſacramentum. Secundò, an poſ-
ſit ſacerdos ex aliqua neceſſitate pluriès
celebrare in eodem die, & quæ poſſit eſſe
talis neceſſitas.
2 Circà primum aduerte primò, poſſe
laicum eodem die bis ſumere Euchari-
ſtiam, ſic *Diana part. 4. tract. 4. miſcellan. reſol. 197. ex Gaſp Hurtad. de Euchariſt. diſput. 10. diffic. 2.* qui ſic ait: *Exiſtimamus
eum, qui ſanus, aut ſi infirmus, tamen ex-
tra periculum mortis mane communica-
uit, ſi eodem die poſt communionem inci-
dat in periculum mortis ſiuè violentę, ſi-
uè naturalis adeò vrgens, vt prudenter
extimetur eodem die moriturus, aut quod
3 tranſacto eo die, non ſit futurus potens cō-
municare, teneri pro viatico iterum in
eodem die communicare poſt incidentiam
in dictum periculum, quia præceptum
communicandi in articulo mortis, cui non
eſt ſatisfactum communione ante pericu-
lum facta, eſt diuinum, & maioris ponde-
ris, quàm prohibitio Eccleſiaſtica non
communicandi in eodem die, niſi ſemel, &
ieiunus.* Huic opinioni adſtipulantur *Pa-
ter Vaſq. in manuſcript. & P. Vega Re-
ctor collegij Matridi, P. Auolos in eodem
collegio* idem practicarunt, vt refert *Hur-
tad. loco cit.*
Dices, ſi hoc eſſet, ſequeretur, quod qui
ſumpſit viaticum in vno die, ſi non more-
retur in ipſo, per hoc non ſatisfeciſſet præ-
cepto ſumptionis viatici tempore mor-
tis; nam non obijt eodem die, ac proindè
deberet iterum pro quolibet die viaticū
ſumere, conſequens eſt abſurdum, ergo,
& anteced.
4 Reſpond. negando ſequelam anteced.
quia eſt diſpar ratio; nos enim ſupponi-
mus, quod quis prima vice non ſumpſe-
rit per modum viatici, ſed cauſa deuotio-
nis, ergo non currit paritas. Item id, quod
aduerſarij putant abſurdum, non ita ſe
habet; ſunt enim quamplures DD. qui te-
nent, poſſe infirmum in quolibet die cō-
municari per modum viatici, dummodo
in quolibet die ſit probabile periculum
mortis, ſic *Tabiena verbo communicare,
num. 48. Armilla verbo communio, nu. 18.
Tolet. in ſum. lib. 10. cap. 15. Eman. Sà ver-
bo Euchariſtia, n. 5. Nugnus 3. part. tom. 1.
q. 80. art. 8. Suar. 3. p. tom. 3. diſp. 66. ſect. 1.*
& colligitur ex *Cōcilio Conſtantienſi ſeſ-
ſion. 13.* vbi habetur, poſſe Euchariſtiam
dari in caſu infirmitatis non ieiuno, & nō
reſtringit an vna, vel pluribus vicibus, er-
go neque nos reſtringere debemus. Tum
quia cauſa, propter quam ſemel fuit datū
5 huic infirmo viaticum eſt, ne in tali peri-
culo priuetur auxilio tāti ſacramenti, ſed
hæc cauſa pro quolibet die, quo ſuperni-
uit, ſemper durat, ergo poteſt ſic ſumere.
Dicimus tamen, quod dummodo iſte ta-
lis non reconualuerit ab illa infirmitate,
tempore cuius dum laborabat, in extre-
mis ſumpſit viaticum, non tenetur iterum
ſumere ſub præcepto, ſed poteſt ſumere, ſi
liberè velit, vt colligitur ex DD. adductis.
6 Circà ſecundum aduerte primò, quo-
tidianam communionem, & ſacrificium
non eſſe laudandum, nec vituperandum,
ſecundum mentem *Auguſt. cap. quoties,
de conſecrat. diſt. 2.* Intellige tamen in il-
lis, qui malè viuunt, & ſunt potius relapſi.
Verum tamen eſt, quod non poteſt obli-
gari ſacerdos, vt quotidie celebret. Vndè
beneficium obligās ſacerdotem ad quo-
tidianam celebrationem debet limitari. vt
per *Abb. in cap. ſignificatum de præb. &
cap. conſuluiſſis, de celebr. miſſar.* vndè qui
benè quotidie celebrat, felix eſt nominā-
dus, vt ait hic *Lancellot. Satis felix eſt, qui
ſemel dignè celebrat.*
Aduerte ſecundò, in aliquibus caſibus
7 eſſe permiſſum ſacerdotibus pluries in
eodem die celebrare. Primus eſt in nocte
Natiuitatis Domini, vt hic, & in *cap. reſe-
rente, de celebr. miſſ.* tunc enim tres miſſæ
celebrantur in reuerentiam triplicis nati-
uitatis Verbi Dei, vna fuit æterna, & per
hanc ſemper naſcitur genitus à Patre, alia
fuit per Incarnationem, quādo Homo fa-
ctus eſt. Tertia, quando verè exijt de vte-
ro Virginis in ipſa nocte Natiuitatis Do-
mini, ſemper tamen ſacerdos in qualibet
ex dictis miſſis debet eſſe ieiunus ieiunio
naturali. Vndè non debet ſumere purifi-

ca-

cationem, quod ſi ſumpſerit, non poteſt
alias miſſas celebrare, *Abb. in cap. conſu-
luiſti, & cap. ex parte de celebrat. miſſar.
& in d. cap. ex parte, ſecundum Hoſtienſ.*
ibidem damnatur opinio illorum, qui di-
cunt, quod quidquid ſanguini Chriſti ad-
miſcetur, ſanguis eſt, quod eſt erroneum,
& falsum. Vndè ſi quis poſt conſecrationē
calicis imponeret ibi aliquam vini quan-
titatem, & ſic ſumeret, nō poſſet alias miſ-
ſas celebrare, quia verè non eſſet ieiunus.
8 Secundus caſus eſt, ſi ſit dandum viati-
cum infirmo, & non adſit Euchariſtia re-
ſeruata. *gloſa hic verbo neceſſitas.* Tertius
eſt, ſi adſit magna pars populi, quæ non
audierit ſacrum die feſti, *cap. conſuluiſti,*
9 *de celebrat. miſſar.* Quartus eſt, ſi Epiſco-
pus, vel Princeps ciuitatis, vel alia magna
ſingularis perſona non audierit miſſam,
nec ſit alius ſacerdos, colligitur ex *capit. 3.
de celebrat. miſſar.* tamen in omnibus ca-
ſibus poſitis ſacerdos debet eſſe ieiunus,
ob reuerentiam huic ſacramento debitā.
Aduerte tertiò, pœnas contra pluries
celebrantes in eodem die eſſe quam ma-
ximas, & antiquitus ſecundum *Diaz in
praxi crimin.* remittebantur arbitrio Epi-
ſcopi, Neapoli ſeruabatur, quod damna-
bantur ad treſmenſes ſuſpenſi à celebratio-
ne in poſterum, *Squillant. par. 2. de oblig.
cleric. caſu 20. ex Genuenſi in praxi, cap.
707. num. 2.* & alijs pœnis grauioribus
puniuntur.

In §. ſed nec ab omnibus, cum duobus ſeqq.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos quomodò ſe diſponat ad Eucha-
riſtiam.
Pro caſu neceſſitatis ſi celebret, an ſuf-
ficiat conteri, nu. 2. 4. & 5.
Quid ſi in altari recordetur mortalis,
num. 3. & 6.
Non habens copiam confeſſarij in die
feſto an tenetur celebrare, num. 7.
Et quid ſi populus debeat audire ſacrū,
num. 9.*
8 *Pœnitentia ſacramentalis ante Eucha-
riſtiam de quo iure ſit.*
10 *Proximus in quibus nobis æquiparetur.*
11 *Sacerdos ſi habeat caſus reſeruatos, & nō
habeat confeſſarium pœnitentiarium,
an teneatur confiteri alteri, & num. 12.
Excommunicatus ſi celebret, num. 13.
14. & 15.*

HIC eſſet agendum de miniſtro huius
ſacramenti, de quo multa ſupra
diximus, tamen præter ibi dicta.
Aduerte primò, quod non debet ſacer-
1 dos accedere ad ſacrificium aliqua labe
mortali notatus, niſi præmiſſa confeſſio-
ne ſacramentali, nec adminiſtrandum ta-
le ſacramentum, niſi ſaltem præuia con-
tritione, *cap. fin. de cler. excommun. mini-
ſtrante,* ſi tamen vrgeat neceſſitas, puta
ad conſecrandum pro communicādo in-
2 firmo, vel ſi dubitetur de ſua infamia, vel
ſcandalo, poterit ſacerdos, qui non habet
copiam confeſſarij, præmiſſa contritione
ſacrificare, patet ex *Trident. ſeſſ. 13. cap. 7.
& can. 11.* Idem dic, ſi eſſet in altari, & re-
3 cordaretur de aliquo mortali non confeſ-
ſo; tunc enim ſi poſſit commodè habere
confeſſarium, ſecluſo ſcandalo, debet cō-
fiteri, aliàs poterit elicere actum contri-
tionis, *Bonauent. in 4 diſt. 13. & Siluestr.
verb. Euchariſtia 2 quæſit. 7.*
4 Ampliatur hoc primò, ſi ſit Parochus,
& curreat dies feſtus, in quo Parochus te-
netur celebrare, & non habeat copiam
confeſſarij; tunc enim poterit præmiſſa
contritione, conficere, *Trident. loco citat.
Sot. in 4. diſt. 12. quæſit. 1. ar. 4. Valentia
tom. 4. diſp. 6. quæſit. 8. punct. 3.* non ſic au-
tem in alijs ſacerdotibus, neque pro ipſo-
met Parocho diebus feriatis, *Suar. to. 3 1.
diſp. 66. ſect. 4.*
5 Ampliatur ſecūdò in ſacerdote, qui ſo-
lus extat in aliquo loco, nec populus ha-
bet à quo ſacrum audiat; tunc enim quia
curreret periculum ſcandali, niſi ipſe ce-
lebraret, ideò poterit id facere præmiſſa
contritione, patet ex ſupradictis, & ex *Tri-
dent. cit.*
6 Aduerte ſecūdò, quod ſacerdos, qui ſic
celebrauit, tenetur quamprimum confi-
teri, *Trident. cap. 7. cit.* & ſi præmiſit con-
feſſionem, & deindè recordetur peccata
ex obliuione omiſſa, ſi id eueniat ante sū-
ptionem ſacramenti, tenetur cōteri, & ſta-
tim poſtea confiteri. Vel euenit poſt com-
pletam miſſam, & tunc pariter cōfiteri te-
netur, *Suar. ſect. 3. & 7.*
Aduerte tertiò quod ſi ſacerdos itet fa-
ciens, & in peccato mortali cōſtitutus nō
7 habeat copiam cōfeſſarij, à quo poſſit ab-
ſolui, ſi curreret præceptum feſti, & non
habeat à quo poſſit ipſe audire ſacrum,
tunc poteſt, ſi velit, celebrare, præmiſſa
contritione. Quod ſi nolit id facere non
peccat mortaliter, ſi non audit ſacrum,
dummodo per ipſum non ſteterit, tum
quia ſunt pro vna, & alia parte quamplu-
res Doctores, quorum opinio probabilis
eſt. Pro parte affirmatiua ſunt *Rodriq. in*

ſum.

ſum.tom.1.cap.247.nu.6.Tolet.libr.2.c.15. §.maior difficultas,Enriquez libr.8. c.48, nu.8.Silueſt.verbo Eucharistia.§.& alij. Pro parte negatiua ſunt *Coninc. de ſacrament.quæſit.80.ar.4.dub.1.nu.17,Suar.tomo 3.diſp.67.ſect.4.Filiuc.tom.1. tract.4. cap.8.n.217.*poterit igitur ſacerdos vtrũlibet facere,quia habet duplicem opinionem,& vtramq; probabilem.

Dices, quando concurrunt duo præcepta,maius ligat;ſed præceptum de præmittenda confeſſione eſt præceptum maius,nam videtur eſſe de iure diuino, ergo hoc præceptum eſt ſeruandum,nec poteſt ſacerdos celebrare, vt vult opinio affirmatiua.

8 Reſpond. Negando minorem; nullibi enim reperitur hoc præceptum de iure diuino, ſed tantum de iure,*Trid.ſeſſ.13. cap.7.*præceptum enim de iure diuino ad ſummum eſt, quod quis non accedat,nec miniſtret ſacramenta, niſi ſit in gratia; ſancta enim ſanctè fieri oportet, ſed iſte ſe diſponit præuia contritione, ergo liberatur ab obligatione de iure diuino. Remanet igitur obligatio de iure poſitiuo, quam non præualere præcepto Eccleſiaſtico audiendi ſacrum, tenent Doctores, qui ſunt in contraria ſententia, quia ambo ſunt præcepta Eccleſiaſtica,& poſitiua.

Quæres primò,quid ſi ipſe ſacerdos,qui eſt in peccato mortali, audiuit ſacrum die feſto,ſed adſunt alij viatores,qui non audierunt ſacrum, an poſſit ſacerdos, vt illi audiant ſacrum,facere id, quod diximus pro ſe ipſo, quia forſan nõ adſunt alij ſacerdotes, à quibus poſſint dicti viatores audire ſacrum.

Reſpond.affirmatiuè ſecundum *Dianã part.2.tract.*14.Ratio autem videtur cla-
9 riſſima,quia pro charitate proximi poſſumus quidquid poſſumus pro nobis ipſis, (dummodo nemini inferatur præiudiciũ) & neceſſitas proximi æquiparatur noſtræ neceſſitati, ſed ad ſatisfaciendum præcepto proprio poteſt ſacerdos id facere,ergo poterit idem facere pro proximo,vt ſa-
10 tisfaciat hic præcepto. Dixi, dummodo non inferatur præiudicium tertio, quia poteſt v.g. quis occidere ſuum iniuſtum inuaſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, tamen non poteſt id fieri pro defenſione vitæ proximi. Idem dic de furto commiſſo ab illo, qui eſt in extrema neceſſitate, tamen non poteſt id facere pro neceſſitate alterius. At in caſu noſtro nemini infertur præiudicium, ergo id,quod poteſt ſacerdos pro ſe,poteſt eſſe pro alijs.

Quæres ſecundò, quid ſi currat vna ex dictis neceſſitatibus, & ſacerdos habeat caſus reſeruatos, & non reſeruatos,item habeat præſentem confeſſariũ, à quo poſ-
11 ſit abſolui à peccatis non reſeruatis,& reſeruatis etiam,ſed indirectè,ſcilicet cum obligatione præſentandi ſe pænitentiario, à quo iterum abſoluatur à dictis caſibus reſeruatis,an teneatur confiteri ipſi ſacerdoti ordinario,an poſſit conteri, & facere ſacram.

Poſſe in hoc caſu,relicta confeſſione; contentus tantum de contritione, facere ſacrum, docent *Sancius in ſelect. diſp.32. num.10.Filiuc.tom.1.tract.4.cap.8.n.243. Armilla in ſumm.verbo communio,* §.8.& apud ipſum *D.Antonin. & Paludan.Victor.in ſum.nu.79.Silu.in addit.ad 3.par. quæſit.20.ar.2.dub.3.& alij.* Ratio eſt,quia
12 eſt graue onus, vt quis bis publicet ſua facinora,& ad tale onus non ſunt grauandi fideles, ac proinde ſi vrgeat neceſſitas in caſibus poſitis, poterit ſacerdos præmiſſa contritione,ſacrum facere.

Aduerte tertiò,quod ſacerdos excommunicatus excommunicatione minori, ſi celebret,vel miniſtret ſacramenta,non efficitur irregularis,vt habet hic in *§.imò et ſacerdotes,*licèt peccent mortaliter, & per
13 hoc poterit arbitrio ſui Prælati puniri,*cap. fin.de clerico excommun.miniſtran.*tamen ſacramentum valet, & ſuum ſortitur effectum,*cap.fin.13.quæſt.5.*Quod ſi quis in contemptum excommunicationis, & ſtatuti Eccleſiaſtici vellet à tali ſacerdote recipere ſacramentum, in hoc ſacramenta eſſent nulla,non ex parte ſacerdotis,ſed ex parte ſuſcipientis,qui ponit obicem eo ipſo,quod non vult obedire Eccleſiaſticis Conſtitutionibus, & contemnit cenſuras Eccleſiæ,*gloſa hic verbo remotus,& tex. in d.cap.fin.de clerico excom.miniſt. Trident.ſeſſ.22.in prin.*

Quæres, quid ſi ſacerdos ſit innodatus excommunicatione maiori,cuius habeat reminiſcẽtiam in ipſo actu celebrationis, quid debent tunc facere?

14 Reſpond.cum diſtinctione.Aut crimen eſt notorium,aut non: ſi non ſit notoriũ, poterit elicere actum contritionis,& proſequi miſſam, ad euitandum ſcandalum circumſtantiũ,quia de duobus malis minus eſt eligendum: ſi autem ſit notorium crimen,debet potius derelinquere miſſã, ex eadem ratione, ne ſcandalizarẽtur circumſtãtes, qui ſciunt ipſum criminoſum, *Tabiena verbo Eucharistia,nu.9.* & cum ipſo alij DD. dummodo tamen huius rei non habeat reminiſcentiam poſt conſecrationem,quia tunc debet proſequi miſ-
15 ſam, quia ratio perfectionis ſacrificij ſuperat rationem ſcandali; potius enim debe-

be-

bemus inceptum cultum Deo perficere, quam obuiare ſcandalis, Deus enim, vt prius Dominus præferri debet, tenetur tamen talis Sacerdos poſt completum ſacrificium notum facere circumſtãtibus (quibus excommunicatio erat nota) ſuam circa ipſam obliuionem, & ſe ſacrificaſſe, non vt contemneret præceptum Eccleſiæ, ſed potius ex obliuione culpæ, & pęnæ, ſicq; erit non deſerere cultum, & obuiare ſcandalo,

In §. quamuis.

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtia quibus denegetur, & n.2.3.4. 7.& 8.*

5 *Amentibus, an poſſit Euchariſtia miniſtrari, & n.6.*

9 *Præsbyteri nomine venit Parochus, qui tenetur Euchariſtiam ſeruare, n.19.*

ALiquibus denegatur Euchariſtia, in hoc §. alijs conceditur. Videbimus hic, quibus denegetur, vt ex aduerſo colligamus, quibus concedi poſſit. Ideò

Aduerte primò, Euchariſtiam denegari ſcęnicis, & hiſtrionibus, & hoc ratione op-
1 tima, quia iſti ſunt infames, *l. hiſtriones, ff. de his, qui notantur infamis*; ſed infames
priuantur prærogatiuis ſęculi, ergo debẽt
priuari etiam hoc Sacramento, quia eſſet
magna irreuerentia, & contemptus, *capit. pro dilectione de conſecratione diſtin.2. & Trident ſeſſ.13 c.6.* Hoc tamen intelligo
reſpectu illorum, qui loquuntur ſemper
turpia, & ſcęnica, ſecùs autem ſi repræſen-
2 tent aliquas perſonas honeſti lucri gratia,
& pro licita recreatione; iſti enim non ſunt
priuandi hoc Sacramento, quia neq; peccant mortaliter talia exercendo, *cap. donare diſt.86. & S.Doct per gloſſam verbo hiſtrionibus* docet, poſſe ipſis aliquid largiri: vt ludant pro honeſta, & licita recreatione.

Aduerte ſecundò, denegari publicis pec-
3 catoribus, vt publicis meretricibus, vſurarijs, &c. & hoc ad terrorem aliorum; ſi tamen iſti, pęnitentes, & cum dolore ſecreto accedant poterit ipſis impertiri hoc Sacramentum, vt fecit etiam Dominus, qui miniſtrauit etiam Iudæ Deicidæ, quia erat incognitus Apoſtolis, *cap ſicut Iudas de conſecratione diſt.2.*

Aduerte tertiò, denegari etiam hoc Sacramentum amentibus, ſed pro ipſis diſtinguendum eſt. Vel is incidit in amentiã ante vſum rationis, vel poſt. Si ante poterit vtiq; communicari per modum viatici, ſi poſt, & ſubdiſtingue. Vel conſtat de eius complacentia in peccato mortali, vt ſi fuerit peccator notorius; & in iſto caſu denegatur ſacramentum, vel non conſtat de hoc, & tunc erit communicandus, [illegible]*tus in 4.diſt.15.* quia bonus præſumitur, dones contrarium probet, *cap.fin.de* [illegible]*ſumptionibus, Sancius in ſelectis diſp.38. n.10. S.Doct.3.par.quæſt.80.art.9. Zambranus de caſibus occurrentibus tempore mortis, c.3.dub.4.nu.3.& 7. Coninc. de Sacramentis quæſt.80.art.9.n.74.* & alij cõmuniter.

Nota ſecundò, quod pro iſtis eſt adhi-
5 benda aliqua praxis, quam ponit *Zambranus loc.cit.n.5.* quod.ſ. huic amenti, vel deliranti debet antea dari particula non cõſecrata, & videre quomodo ſe gerat cum illa, an deuotè, & reuerẽter ſuſcipiat, ſi deuotè accedat, poterit ei pręberi viaticum, ſi autem expuat, vel euomeret particulam non conſectatam, tunc conſectata non eſt impertienda propter periculum irreuerẽtiæ circa, tam magnum Sacramentum. Imo vult idem *loc.cit.c.3.dub.2.* & apud ipſum *D. Antoninus, Paludanus, Ledeſma, Enriquez*, & alij, quod freneticus, vel amens ſi ita diſſentiat cum Sacramentis ſuſcipiendis poterit tunc ligari, vt ſaltem extrema vnctio impertiri poſſit, quia pro tali ſacramento ſufficit, quod non ponatur obex in conſcientia, nec requiritur aliqua propria diſpoſitio.

Nota tertiò, quod ſi iſti amentes ha-
6 beant lucida interualla ita, vt non adſit periculum irreuerentiæ, tam magni Sacramenti, & petierint Euchariſtiam, poterit ipſis impertiri totiès, quotiès ipſam petierint, ſic *Ioſeph Angles in 4 ſententiarum Villalobos in ſumma par.1.tract.7.dub.40 n.3. Enriquez lib.8.c.42.lib.3.& 4 Sãctus in ſelectis diſp.25.n.5.& diſp.38.nu.9.* qui etiam refert *Sanchez* ponentem aliquos caſus circa materiam Euchariſtiæ, in quibus potius laudatur perceptio huius ſacramẽti, quam abſtinere ab eius ſumptione. Primus eſt, quod ad quotidianam communionem ſufficit ſi homo non habeat conſcientiam peccati mortalis, vel quod recipiat hoc Sacramentum ob inanem gloriam. Secundus eſt eſſe pueros communicandos ſtatim, ac habẽt vſum rationis. Tertiùs eſt non debere confeſſarios prohibere pœnitentibus ſumptionem huius Sacramenti ad ipſos mortificandos

pro

pro aliquibus defectibus. Quartus eſt, nec
expedire Prælatis, & Superioribus ob eandem
cauſam ſubditis præcipere abſtinentiam
ab hoc Sacramento. Secundum tamen,
& tertium caſum ex poſitis intellige
aliqua conſideratione adhibita.

Aduerte quartò, denegari hoc Sacra-
7 mentum impœnitentibus publicis, ſi publicè
accedunt, *cap. placuit 23. quæſt. 3.* & ſi
ſit impœnitens publicus, & ſecretò accedat,
poterit etiam Parochus Sacramentũ
denegare, *S. Doct. in 4. diſt. 9. quæſt. 5.* pœnitentia
eſt vnum ex requiſitis eſſentialibus
prò effectu huius Sacramenti, & hinc
diſpoſitionem exigit *Paulus ad Corinthios
cit. Probet autem ſe ipſum homo, &c. &
qui manducat, & bibit indignè iudicium
ſibi manducat, & bibit, &c.* benè igitur ab
Eccleſia excludi debet, qui non dijudicat
corpus Domini.

Aduerte quintò, denegari etiam mo-
8 rientibus in duello, *cap. monomachiam
2. quæſt. 5. & gloſ. ibi verbo monomochiã
ex cap. ſi tamen de conſecr. diſt. 2.* tamen
non denegatur damnatis vltimo ſupplicio,
vt in toto *quæſt. 2. cauſa 13.* nec vexatis
à ſpiritibus immundis, dummodò
antea confiteantur. Idem de excommunicatis
in articulo mortis, dummodò ſe pœniteant,
& confeſſionem præmittant, *Silueſter
verbo Eucharistia n. 3.*

Aduerte vltimò ex *tex. & gloſ.* hic presbyterum
per antonomaſiam dici Paro-
9 chum, hic enim eſt proprius presbyter, &
ad ipſum ſpectat conſeruatio huius ſacramenti,
vt habeatur ſemper paratum pro
communicandis infirmis. *cap. presbyter de
conſecratione, Trident. ſeſſ. 13. c. 6.* ex verbis
Concilij collige, vſum conſeruãdi hoc
Sacramentum eſſe conſuetudinem firmatam
per longum tempus in Eccleſia, & ipſam
approbat *Trident. d. c. 6. in fine,* dum
ait: *Quare Sancta Synodus retinendum
omnino ſalutarem hunc, & neceſſarium
morem ſtatuit, &c.* ac proindè parochus
non ſeruans peccaret mortaliter, licèt nõ
occurret caſus de communicandis infirmis,
quia faceret contra vſum Eccleſiæ.

Quæres, quid ſi Parochus cognoſceret
10 nullum eſſe infirmum in periculo conſtitutum
in ſua Parochia, an teneatur ſeruare
Euchariſtiam, & videtur dicendum
quod non, quia ceſſat ratio legis, quæ eſt,
quod Euchariſtia ſit ſeruata pro infirmis.

Reſp. non obſtante qualibet certitudine,
quia poteſt caſus repentinè accidere,
& in puncto euenit, quod in annis non occurit,
ergo debet parochus ſemper habere
Euchariſtiam paratam, vt poſſit in caſibus
occurrentibus ſubuenire.

In §. conſtat.

SVMMARIVM.

1 *Euchariſtia materia in præparatione.*
2 *Panis congruentia, cum Euchariſtia, n. 3. 4. & 5.*
6 *Species vtraq; an ſit de eſſentia ſacramenti, an ſacrificij, & an poſſit ſub vna conſecrari, n. 7. 8. 13. & 14.*
Quid ſi poſt ſumptam ſpeciem panis aduertat Sacerdos non conſecraſſe vinum, n. 9. 10. 11. & 12.
15 *Panis qualis debeat eſſe, n. 16. 17. 18. & 19. cur in azimo n. 22.*
20 *Sacerdos latinus, quid ſi conſecraret in fermentato, & Græcus in azimo, & nu. 21.*
23 *Aqua, quæ ponitur in pane pro Euchariſtia conficienda, qualis debeat eſſe.*
24 *Vinum quale debeat eſſe, & cur in vino conſecretur, quid ſi acetum, quid ſi congelatum &c. vſq; ad n. 28.*
Quid ſi liquor aliquis admiſceatur poſt conſecrationem, n. 29. & 42.
30 *Materia debet eſſe præſens conſecrari. debet eſſe ſenſibilis, & vt de ipſa verificetur forma, n. 31, 32. 33.*
34 *Intentio miniſtri conſecrantis.*
quid in numero Particularum, nu 35.
Quid in parte oſtiæ, &c. n. 36. & 37.
38 *Aqua cur in Calice imponatur n. 39.*
Quanta, & qualis, num. 40. & 41.
Quid de ipſa fiat n. 43. & 47.
Quid ſi imponatur immediatè ante conſecrationẽ n. 44. 45. & 46.
48 *Vinum non in fundo Calicis, an conſecretur.*
49 *Fragmento relicto in Calice; quid agendum.*
50 *Sacerdos in ordinatione, an conſecret, & nu. 51.*
52 *Forma cuius nomine proferatur eius verba quomodo verificentur, nu. 53. & 54. quomodo operentur, an expectent prolationem alterius formæ, n. 55. 56. & 57.*
An Dominus his verbis cõſecrauerit, n. 58. & 59.

HIc ſignanter de materia pro hoc Sacramento tàm pro corpore, quàm pro ſanguine, & occaſione materiæ colligemus etiam hic aliqua de forma, ideò videbimus primò, an materia ſit panis, & vinum, & qui panis, & quod vinum. Secundò, quomodo iſtæ res debent eſſe præſentes Sacerdoti conſecranti. Tertiò, de intentione miniſtri circa determi-

nationem materiæ. Quartò, quid fiat de aqua, quæ vino immiſcetur, & quanta eſſe poſſit. Quintò, aliqua dubia circa materiam dilucidabimus. Sextò, aliqua breuiter de forma.

Circa primum, certum eſſe de fide ma-
1 teriam neceſſarium pro hoc Sacramento eſſe panem, & vinum, colligitur ex inſtitutione Domini *Matthæi* 2. vbi expreſſè habetur Dominum ſub his rebus conſecraſſe, & ex *Trident ſeſſ.* 13. 21. *&* 22. ex *Florentino in decretis Eugenij*, ex *cap. firmiter de ſumma Trinitate*, ex *cap. Sacramentum de conſecratione diſt.* 1. ex *cap. cum Marthæ de celebratione Miſſarum*. Ratio
2 habetur ex congruentijs, & primo quantum ad vſum huius Sacramenti, quod cōſiſtit in manducatione, meritò ſicut aqua, quæ deſeruit ad corporalem ablutionem, aſſumitur in baptiſmo pro ſpirituali ablutione, ita in hoc ſacramento aſſumuntur panis, & vinum, quę deſeruiunt ad corporalem hominum refectionem, vt pro ipſa ſpiritualis animæ refectio oſtendatur. Sic *S. Doct. 3. par quæſit. 74 art. 1. in corpore*.
3 Secundò, quia hoc Sacramentum eſt commemoratiuum paſſionis Chriſti, in qua ſanguis à corpore fuit ſeparatus, ita in hoc Sacramento ſpecies panis, quæ denotant corpus ſeparatim ſumuntur à ſpeciebus vini, quod denotant ſanguinem *S. Do-*
4 *ctor art. 1. cit.* Tertiò, quoad effectum huius ſacramenti, qui eſt tutela corporis, & animæ; vndè *Ambroſius tract. 5. in 1. ad Corinthios* 11. ait, *hoc Sacramentum valere ad tuitionem animæ, & corporis, & ideò corpus Chriſti ſub ſpecie panis pro ſalute corporis, ſanguis vero ſub ſpecie vini pro ſalute animæ offertur*, ſicut dicitur *Leuitici* 17. *quod anima carnis in ſanguine eſt*. Quartò, quoad effectum huius Sacramen-
5 ti reſpectu totius Eccleſiæ, vnum enim, & idem Sacramētum omnibus fidelibus datur, quod Sacramentum ex pluribus granis in vnum redactis, & pluribus vuis vnū vinum conficientibus conſtituitur; pro nobis autem *Paulus* ait ad *Corinthios* 10. *Multi vnum corpus ſumus*.

Aduerte ſecundò, non requiri neceſſariò ad eſſentiam huius Sacramenti, neq; è ad id, quod ſignant hoc Sacramentum, vt in ipſo conficiendo adſit vtraq; materia panis, & vini. Probatur hoc, quia totum id,
6 quod eſt ſub ſpeciebus panis eſt etiam ſub ſpeciebus vini, neq; multiplicatur Chriſtus Deus, ſed vnus & idem eſt, vt vult, *Trident. ſeſſ.* 13. *can.* 13. ibi: *Si quis negauerit ſub venerabili Eucbariſtia Sacramento, ſub vnaquaq; ſpecie, &c.* totum Chriſtum contineri anathema ſit; ergo idem, quod habetur per vnicam ſpeciem, habetur etiā per ambas, vt ſupra diximus in principio huius tituli, ac proindè non requiritur de
7 eſſentia Sacramenti vtraq. ſpecies. Dic tamē requiri de eſſentia ſacrificij. Nam hoc ſacrificium eſt repræſentatiuum mortis Ieſu Chriſti, quę euenit cum ſanguinis ſeparatione à corpore; hoc autem non ſignificatur, ſi conſecratur tantum vna ſpecies, ergo ad eſſentiam ſacrificij, & vt ſacrificium repræſentatiuum mortis Chriſti ſub vtraq. ſpecie confici debet, tum quia habet rationem conuiuij, & in conuiuio requiruntur cibus, & potus, ergo hic vtraq. ſpecies.

Aduerte tertiò, non poſſe (de iure Di-
8 uino) licitè conſecrari vna ſpecies ſine alia, & eſſe conſecrandū prius panem, deinde vinū. Patet hoc ex traditione apoſtolica, tum etiā ex Chriſti inſtitutione *Matthæi* 26. vbi Dominus panem, & vinum conſecrauit, & prius panem, deinde vinum. Hoc autem ratione optima ſeruatum eſt. Nam in conuiuio ſemper cibus præcedit potū, ergo neq. in hoc conuiuio ſpirituali contrarium fieri debet, ſed ſeruandum, quod fecit Dominus, quod eſt maximè dicere, cum factis oſtendit: igitur ſi Sacerdos conſecraret vnam ſpeciem ſine alia, committeret ſacrilegium, licèt validè conſecraret illam vnam ſpeciem, tamen eſſet puniendus, *cap. comperimus de conſecratione diſtin.* 2.

Nota etiam hic, quod ſi Sacerdos ſu-
9 mendo calicem aduerteret ſe non conſecraſſe vinum, ſed tantum aquam fuiſſe impoſitam in calice, vult *Pius V. in rubricis generalibus Miſſalis*, hunc debere accipere aliam hoſtiam, & imponere vinum in calicem, ac iterum incipere à verbis: *qui pridie, quam pateretur, &c.* & conſecratis ſpeciebus integrum ſumere ſacrificium, ne diuidatur eius vnitas, & fiat cōtra expreſſam voluntatem Domini qui ſuo facto ex-
10 preſſo id oſtendit, ſic *S. Doct. 3. p. quæſit. 83. art. 6. ad 4. Paludan. in 4. diſt. 11. quæſit. 1. art. 2. Caetanus quæſit. 74. art. 1.* vbi id docet de neceſſitate perfectionis ſacrificij *Silueſter verbo Eucbariſtia 2. quæſit. 10. n. 14.* & alij. Dicimus hoc cum *S. D. contra Scotum in 4. diſt. 8. quæſit. 3. Nauar. in manuali c. 25. Angelum verbo Miſſa n. 17.* & alios, qui putant poſſe Sacerdotem conſecrare tantum vnam ſpeciem. ſ. vini, & pro ipſis facit ratio, quia ſi Sacerdos conſecraret aliam hoſtiā, populi ſcan-
11 dalizarentur. Vnde *Siluius 3. p. quæſit. 80. art. 8. caſu 2. & Nugnus 3. p. tom. 1. quæſit. 83. art. 6. dub. 2. Enriquez in ſumma lib. 9. c. 37. nu. 3.* volunt opinionem ſancti Do-

cto-

ctoris poſſe practicari à ſacerdote, cui ſe-
cretè celebranti id acciderit, & ſecluſo
ſcandalo; ſecus autem ſi publicè celebra-
ret.

Sed quidquid ſit, à doctrina S.D. puto
nullo modo eſſe recedendum, quem Do-
minus de ſuis ſcriptis laudauit etiam ſe-
cundum opinionem Scotiſtarum, qui pu-
12 tant ſcripta S.D. fuiſſe approbata à Chri-
ſto Domino tantum quoad ea, quæ faciũt
de Chriſto. Vndè ad rationem ſcandali
adductam dic, quod vel id fecit ſacerdos
data opera, & tunc in pœnam ſui erroris,
ſic debet conſecrare, vel non fecit data
opera, & quomodocumque ſit, populi nõ
habent occaſionem ſcãdali, ſed putant id
eueniſſe propter obliuionem, ac proinde
videtur reſultare potius aliqua verecun-
dia ipſius ſacerdotis, quàm ſcandalum
populorum, nec debent ſacerdotes eſſe
adeò impij, vt nollent pati illam leuem
verecundiam ad ponendam vnitatem ſa-
crificij; quod ſi non ſumpſerit corpus, tũc
non opus erit aliam conſecrare hoſtiam,
ſed tantum vinum in calice.

Nota ſecundò ex *Suar. diſp. 43. ſect. 4.*
quod non poteſt ſacerdos etiam cum pe-
13 riculo vitæ ſibi comminato ab alio, niſi
conſecret ſub vna ſpecie, id facere, quin
incurrat in ſacrilegium, imò vult ipſemet
Suar. quod neque Summus Pontifex poſ-
ſet circà hanc confectionem ſub vtraque
ſpecie diſpẽſare. Ratio eſt, quia hoc eſt de
iure diuino, vt patet ex inſtitutione Do-
mini ſecundum communem ſenſũ Euan-
geliſtarum, ex *S.D. Palud. Sylueſt. & alijs
loco cit.* ſed circa ea, quæ ſunt iuris diuini,
non poteſt Summus Pontifex diſpenſare,
vt diximus in *lib. 1. de Epiſcop. & Summo
Pontific.* ergo neque poteſt circà hoc di-
ſpenſare. Tum quia hac eadem ratione,
poſſet Summus Pontifex diſpenſare circà
materiam, & formam Sacramentorum,
quæ etiam ſunt de iure diuino, quod ta-
men omnes negant.

Dices, ſumitũt ſacramentum ſub vna
ſpecie, ergo poteſt etiam ſic confici. Prob.
conſeq. quia confectio tendit ad ſumptio-
14 nem, & conficitur propter ſumptionem;
ſed poteſt ſub vna ſpecie ſumi, ergo etiam
ſub vna ſpecie conſecrari, cum ſumptio ſit
cauſa finalis confectionis.

Reſpond. Negando primam conſeq. &
ad prob. diſtinguo anteced. tendit ad ſũ-
ptionem ſacerdotis, & concedo; laicorum
& ſubdiſtinguo; directè, & per ſe, & nego;
indirectè, & per accidens, & concedo. Vn-
dè per ſe ſacrificium ab eo cõſumitur, qui
obtulit ipſum, & ſic ipſe, qui offert, ſume-
re debet modo, quo Dominus inſti-
tuit; alij autem poterunt quomodolibet
ſumere. Tum quia ſacramentum dum cõ-
ficitur, habet actu repreſentare ſacrificiũ
cruentum, in quo fuit ſeparatio ſanguinis
à corpore, ergo id diſtinctis ſpeciebus
oſtendi debet, tum etiam quia hoc ſacra-
mentum eſt conuiuium ſpirituale, vt ſu-
pra diximus.

Circà aliam partem primi quæſiti eſ-
ſet videndum, qui panis, & quod vinum
requiratur. ideò

Aduerte primò, panem pro hoc ſacra-
mento debere eſſe triticeum, & vſualem,
vt vult *S.Doct. art. 3. in corp.* & ratio eſt,
15 quia ad vſum ſacramẽtorum debet ſumi
illa materia, quæ in communi vſu homi-
num adhibetur, ſed pro cibo cõmuni ho-
minum ſumitur panis triticeus, ergo talis
etiam ſumi debet pro hoc ſacramento.

Ex hoc habes primò, quod verba Do-
mini ſunt ſumenda modo, quo ſonant, ſed
Dominus accepit panem, ergo debet in-
telligi de pane, qui venit in communi ac-
ceptione hominum, vt per *text. & gloſ. in
cap. 2. de conſecrat. diſt. 2.* & Dominus ta-
lem appellauit *Ioan. 6. Si quis manduca-
uerit ex hoc pane, viuet in æternum.*

16 Habes ſecundò, non poſſe confici in
farro, ordeo, neque in ſpelta, quia ex his
non conficitur verus panis vſualis, vt eſt
panis ex tritico; ſi tamen iſtæ res in parua
quantitate inueniantur admixtæ tritico,
valeret ſacramentum, quia parua quanti-
tas non poteſt corrumpere totum.

Habes tertiò, poſſe confici in pane de
ſiligine. Nam vt ait S.Doct. ſiligo oritur
ex tritico ſeminato in malis territorijs. vn-
dè habet eandem ſubſtantiam tritici, ſed
17 diuerſam figuram, ſecũdum S.*Doct. ar. 3.
ad 2.* vbi ait, quod genitus procedit à ge-
nerante ſimilis in natura, & eſſentia, non
autem in accidentibus, & qualitatibus ex-
trinſecis. Cum igitur ſiligo producatur ex
tritico, habebit per conſequens eſſentiã,
& naturam tritici, ergo validè in ipſa con-
ſecrari poterit, quia erit panis triticeus
quoad ſubſtantiam, & effectum.

18 Habes quartò, non poſſe confici in pa-
ſta cruda, aut in lagano ex aqua, & farina,
neque in paſta frixa in ſartagine, vel in
paſta ſubcinericea, quia nullum ex his di-
ci poteſt panis vſualis, ergo non ſufficit ad
ſacramentum.

19 Aduerte ſecundò, debere eſſe panem
azimum, non autem fermentatum, vt te-
nent Græci; debet autem eſſe azimus pri-
mò, quia ſic inſtituit Dominus *Matt. 26.
Marci 14. & Lucæ 22. ibi, Prima die azi-
morum.* Secũdò, quia ſicut azimus exclu-
dit commixtionem fermenti, ita & fideles

debent excludere omnem duplicitatem
mẽtis,& ſic ſimplices accedere ad hoc ſa-
cramentũ, vndè *Paul.*1.*ad Corinth.*1.ait,
*Epulemur in azimis ſinceritatis , & ve-
ritatis.*

Quæres,quid ſi ſacerdos Latinus con-
ſecraret in fermentato , vel Græcus in
azimo,an valeret ſacramentum.

Reſpond.affirmatiuè,ſed peccaret mor-
taliter ſacerdos Latinus ſic conſecrans in
Eccleſia Latina , & Græcus celebrans ſub
20 azimo in Eccleſia Græca, vnde *Gregor.
apud S.Doct.ar.*4.*quæſt.cit.*ſic ait,*Roma-
na Eccleſia offert azimos panes,propterea
quod Dominus ſine vlla commixtione ſu-
ſceperit carnem,ſed ceteræ Eccleſiæ offerunt
fermentatum pro eo,quod verbum Domi-
ni indutum eſt carne, ſicut fermentum
miſcetur farinæ.*vndè ſicut peccat Pres-
byter in Eccleſia Latinorum celebrans ex
fermentato, ita peccat Presbyter Græcus
in Eccleſia Græcorum celebrans in azi-
mo,imò vult S.Doct. quod licitè Eccleſia
ſuffert hunc ritum Græcorum , vt per ip-
ſum deteſtetur hæreſis Nazareorum , qui
confundebant ceremonias legales cum
lege Euangelica,ac proindè putabant cõ-
ſecrari in azimis , ad obſeruantiam legis
veteris,quando Dominus præcipiebat,vt
in Paſchate comederent populi azimos
panes,ſed lactucis agreſtibus;Sancta verò
Romana Eccleſia conſecrat ſub azimo,vt
ſeruet inſtitutionẽ ſui *Præceptoris*, & ſuf-
fert conſecrationem in fermẽtato,ad eui-
tandum hunc errorem.

Collige hìc ex verbis *D.Gregorij*, quod
ſi ſacerdos Latinus conſecraret in Eccle-
21 ſia Græcorum ſub fermentato, non pec-
caret mortaliter,dummodo id faceret ex
neceſſitate , quia non corrumperet ritum
ſuæ Eccleſiæ,vt patet ex eiſdem verbis;ip-
ſe enim totam cauſam prohibitionis re-
fert ad ritum Eccleſiæ propriæ, vt videre
eſt apud *S.Doct.in corp.d.ar.*4.

Quæres ſecundò,poſito,quod ceſſaue-
rint legalia,cur Eccleſia Catholica conſe-
cret in azimo , cum azimus ſit res legalis,
vt patet *Exod.cap.*12.

Reſpond. Eccleſiam id non facere , vt
ſeruet legalia,ſed tantum attendens inſti-
tutionem Chriſti,& ſic reſpectu noſtri ſiuè
22 fuiſſent legalia,ſiuè non,ſemper in azimis
fuiſſet facta cõſecratio,vt ſeruaremus Do-
minicam conſtitutionem,ſicut etiam ſer-
uatur hodie purificatio in fœminis, non
vt ſeruetur præceptum legis (hoc enim
ligabat, ſed ceſſauit) ſed fit ad libitum,&
potius in honorem purificationis B. Vir-
ginis.

Quæres tertiò,an requiratur neceſſariò
quod aqua, quæ apponitur in hoc pane
conficiendo, ſit aqua naturalis, an poſſit
eſſe aqua roſacea, & quid ſi immiſceretur
cum farina aliqua alia res,non ex frumen-
to,ſed ex legumine, vel ex pipere, vel co-
liandro,&c.

Reſpond.quoad primam partem,quod
ſi alia aqua immiſceatur farinæ , quam
aqua naturalis, panis taliter confectus nõ
23 eſſet aptus ad conſecrationem , patet ex
*text in cap.ſic in ſacrificando, de conſecr.
diſt.*2.*vbi gloſa verbo niſi vtrumq.*idem
ait, ſi aſpergatur farina melle , vel alio li-
quore,niſi illæ res eſſent in parua quanti-
tate. Quando autem admiſcetur,vel con-
ficitur cum aqua roſacea,&c.non eſſet pa-
nis, qui eſt in communi vſu hominum,
ac proindè non eſſet materia apta. Ad ſe-
cundam partem quæſiti dicimus,quod il-
la pars, quæ eſſet ex legumine, vel pipere,
&c.non conuerteretur in corpus Chriſti,
ſed permaneret in ſua ſubſtantia, & acci-
dentij; illa verò pars hoſtiæ, quæ eſſet ex
frumento, ſeù tritico, ipſa conuerteretur
in corpus Chriſti, dum Dominus in pane
inſtituit hoc ſacramentum,non in alijs re-
bus,patet ex *tota diſt.*2.*de conſecration.*&
*gloſa in d.cap.ſi quis in ſacrificando, ver.
calix.*

Aduerte ſecundò circà vinum,tantum
vinum vitis eſſe propriam materiam hu-
ius ſacramenti, non autem vinum ex alijs
fructibus. Probatur ex *S.Doct quæſit.*74.
*art.*5.*in corp.* primò ex inſtitutione Do-
mini,qui *Matth.loco cit.*ait,*Non bibam
modo hoc germine vitis,&c.*Secundò,quia
24 ad vſum ſacramentorum debent ſumi il-
læ res,quæ ſunt in proprio hominum vſu,
ſed vinum vitis eſt in proprio vſu homi-
num,ergo hoc vinum eſt ſumẽdum.Ter-
tiò,nam vt ait S.Doct. vinum magis ac-
cedit ad proprietatem huius ſacramenti,
quod lætificat animam, ſic & de vino di-
citur *Pſalm.*193. *Vinum lætificet cor ho-
minis.*

Quæres primò,an poſſit fieri hæc con-
ſecratio in vino cocto?

Reſpond.negatiuè. Et ratio eſt,nam vi-
num coctum eſt medium quid, ac proin-
dè eſt alia ſpecies, nec eſt vinum vſuale;
25 Dominus autem inſtituit ſacramenta, vt
diximus, ſub rebus communibus, & quæ
habentur pro communi vſu hominum,
ſed vinum coctum non ita ſe habet, ergo
non poteſt in ipſo validè conſecrari, *gloſa
cit.d.verbo calix*,vbi etiam ait, quod non
poteſt confici in liquore pomorum,nec in
agreſta depreſſa,nec in muſto dudum ex-
preſſo , quia nullum ex his dicitur vinum
vſuale, ergo nõ ſufficit pro materia huius
ſacramenti.

Quæ-

Quæres ſecundò, quid ſi ſacerdos conſecraret acetum, an valeret ſacramentum.

Reſpondet *gloſa d. verbo calix*, valere, & adducit authoritatem *text. in l. in venditionibus, ff. de contrah. vendit.* vbi acetum adhuc verè vinum eſt. Intellige tamē
26 *gloſ. vt in apoſtil. eiuſd.* de vino aceſcente, & vt dici ſolet, ſpuntum, & in hoc caſu cōficeretur ſacramentum, tamen ſacerdos ſic conſecrans peccaret mortaliter, vt vult *S. Doct. d. quæſit. 74. art. 2. ad 2.* ſi autem ſit omnino acetum, dic non valere conſecrationem, quia acetum non eſt verè vinum vſuale, & aliam dat rationem *S. Doct. in reſpon. ad* 2. Nam verba conſecrationis nō dant regreſſum de priuatione ad habitū, vt per *Philoſophum de Metaphyſ. text.* 14. meritò cum acetum deſierit eſſe vinum, non poteſt ad idem eſſe redire, & per conſequens forma conſecrationis non poteſt in ipſo cadere.

Quæres tertiò, quid ſi vinum ante conſecrationem congeletur, an poſſit validè conſectari.

27 Reſpond. affirmatiuè, & ratio eſt, quia vinum congelatum vinum eſt, nec amittit ſubſtantiā vini, ergo validè in ipſo profertur forma, ſic Theologi communiter contra *Armillam verbo Eucharistia, nu.* 19. ſacerdos tamen illicitè conſecraret, & ſic peccaret mortaliter; ſed conficeret, quia ſi vinum congeletur, poſt conſecrationem remanet ſanguis Chriſti, quia verè remanent accidentia vini, neque per congelationem corrumpuntur, ergo idem eſt dicendum ante conſecrationem, cum verè vinum non amiſerit ſuam ſubſtantiā.

Dices, non poteſt baptizari cum aqua congelata, ergo neque poteſt conſecrari in vino congelato.

28 Reſpond. Negando conſequentiam, & diſparitas eſt, quia in baptiſmo materia proxima eſt ablutio, quæ fit cum aqua, & ſic aqua debet eſſe apta ad abluendum, at aqua congelata non eſt apta ad hanc ablutionem, ergo benè reijcitur à materia; at in hoc ſacramento ſufficit, quod vinum habeat ſubſtantiam vini.

Inſtabis. Etiam in hoc ſacramento vinum debet eſſe potabile, ſed vinum congelatum non eſt potabile, ergo non eſt materia.

Reſpon. diſtingnendo maiorem, debet eſſe potabile in actu proximo, & nego; in actu remoto, & concedo. Vndè poſſet etiā vinum congelatum, appropriata aliquare calefacta liquefieri, exſumi, ideò peccaret mortaliter ſacerdos id faciens, quia exponeret ſacramentum multis irreuerētijs illicitis.

Quæres quartò, quid ſi alius liquor vino conſecrando immiſceatur.

29 Reſpond. quod vel ante conſecrationē, iſte liquor conuertitur in vinum, vel non: ſi conuertitur, iam conſecratur: ſi non cōuertitur, tunc tantum vinum tranſubſtantiatur, liquor autem manet in ſua ſubſtātia propria; verba enim referuntur ad certam materiam panis, & vini pro hoc ſacramento.

Circà ſecundum, & ſic circà præſentiā materiæ ſacerdoti conſecranti.

Aduerte primò, certum eſſe, quod requiritur aliqua realis, & ſenſibilis præſen-
30 tia materiæ conſecrandæ, patet hoc ſecundum *S. Doct. in 4. diſtin. 11. quæſit. 2. art. 1.* & communis Theologorum, & Summiſtarum, tum quia Dominus verè ipſam materiam habuit præſentem in actu inſtitutionis horum ſacramētorum, tum quia pronomina, *Hoc, & Hic*, referūtur ad materiam realiter præſentem, & non dubiā, vel interpretatiuè præſentem. Vndè licèt oblatio in opinione aliquorum poſſit referri ad particulas ſuperuenturas; id autē non poſſumus dicere in conſecratione, cū appareat de expreſſa voluntate Domini per eius inſtitutionem in materia præſēti, & ſenſibili. Tum quia ſacramenta ſunt ſigna ſenſibilia, ergo materia debet eſſe ſenſibiliter præſens.

Aduerte ſecundò ex eodem *S. D. in 4. ſent. diſt.* 11. cum communi Theologorum, quod materia non tantum debet eſſe præſens ſacerdoti conſecranti, ſed etiam in conſpectu, & ante eius faciem. Et ratio eſt, quia formæ ſacramentorum
31 verificantur ex ſe, & ex vi verborum, ita vt ad poſitionem verborum habeatur ſēſus formæ; ſed ſi materia ſtaret à tergo ſacerdotis, & ipſe illam tangens digito proferret formam dicens, *Hoc eſt enim corpus*: vel, *Hic eſt enim calix, &c.* non verificaretur forma ex ſe, niſi adueniente illo alio adminiculo oſtenſionis per digitum, vt diximus, quod omnino alienum eſt à formis ſacramentorum, quæ (præter ſacramentum matrimonij) conſiſtunt in verbis, ergo non poſſet ſacerdos ſic conſecrare, vndè *P. Coninc. 3. par. quæſit. 74. art. 4. dub.* 5. tenet, quod ſi ſacerdos ſic cōſecraret, nihil conficeret, quod rationabile eſt, quia ſic non haberetur ſenſus formæ ex vi verborum.

32 Aduerte tertiò, quod materia debet eſſe ſenſibilis actu, ita vt ictu oculi percipi poſſit à ſacerdote, tamen non requiritur neceſſariò, quod ſacerdos actu reſpiciat ipſam. Sufficit, quod ſit in loco, vt conſpici poſſit, & ſuper ipſam poſſint cadere pro-

no-

nomina, *Hoc*, & *Hic*. Vndè magna maſſa panis, vel magnus lacus vini extendens ſe ad multa milliaria non poſſet conſecrari, quia ſuper his non caderent dicta pronomina: poſſent autem conſecrari tàm magnæ quantitates, ad quas poſſent ſe extendere dicta pronomina. Idem dic reſpectu minoris quantitatis, ita vt ſi eſſet particula adeò parua, vt eſſet omnino inuiſibilis, inualidè conſecraret ſacerdos, qa non eſſet materia ſenſibilis, nec de ipſa verificaretur pronomen, *Hoc*, quidquid dicat *Sotus in 4. diſt. 9. art. 2.* qui putat,
33 poſſe etiam materiam inuiſibilem conſecrari, & dat rationem. Nam ſi à particula conſecrata ſeparetur aliqua pars penè inuiſibilis, remaneret conſecrata, & totus Chriſtus eſſet in ipſa, *Trident. ſeſſ. 13. c. 4. & can. 3. & 4. ibi. Sub quauis ſpeciei parte totus idem exiſtit, &c.* ergo idem putat ipſe reſpectu particulæ conſecrandæ.

Reſpond. tamen aſſignando diſparitatem, quia ſcilicèt illa iam eſt conſecrata in toto; ſicut etiam anima ſeparata à corpore conſeruat characterem, quem recepit in corpore, & tamen ſeparata à corpore non eſt capax recipere characteres, quia non poteſt recipere materias, quibus mediantibus, imprimitur character, ergo pariter etſi particula inuiſibilis retineat conſecrationem quam recepit, dum erat in toto, non poterit tamen ſeparata à toto conſecrari, quia ſuper ipſam nō cadit pronomen, *Hoc*.

Nota tamen, quod nō eſt neceſſe, quod ſacerdos videat ipſam; poteſt enim clauſis oculis conſecrare, ſufficit ſi ſciat ſe habere materiam præſentem, vt poſſet eſſe in cæco, qui validè conſecraret.

Circà quartum eſt videndum de intētione miniſtri circà materiam conſecrandam. Quare

Aduerte primò, certum eſſe, quod debet ſacerdos determinare ſibi materiam
34 conſecrandā, ſaltem virtualiter, quia in omnibus ſacramentis requiritur determinatum ſubiectum ſuſceptiuum formæ, ergo debet eſſe in hoc ſacramento determinata materia ſuſceptiua formæ, & debet etiam ſacerdos habere intentionem ipſam materiam conſecrandi, vt diximus ſuprà *de ſacrament. in genere*, agentes de intentione miniſtri.

35 Aduerte ſecundò, quod ſi ſacerdos habens decem hoſtias præſentes intenderet tantum duas conſecrare, & ipſas non determinaret, tunc nulla ex dictis hoſtijs eſſet conſecrata, quia non eſt maior ratio, cur vna ſit conſecrata, & non alia, ſic communiter *Theologi*, & *Summiſtæ*, & *Silueſt. in ſumma, verbo miſſa.*

Aduerte tertiò, quod ſi ſacerdos ſumeret de Sacriſtia plures hoſtias pro conſecratione ipſarum, & deferendo ipſas ad Al-
36 tare, relinqueret ipſas in cornu Altaris, vel in alia parte Altaris, & offerret, licèt deindè tempore conſecrationis non haberet reminiſcentiam talium hoſtiarum, tamen eſſent cōſecratæ, dummodo ad ipſas moraliter perueniat ſonus verborum, & poſſet reſpectu ipſarum moraliter verificari ly, *Hoc*, aliàs non eſſent conſecratæ, quia forma non verificaretur, *Suar. 3. par. diſp. 47. ſect. 6.*

Aduerte quartò, quod ſi ſacerdos vellet pro ſuo libito conſecrare tantum medietatem hoſtiæ, quam offert, conſecraret
37 ſic, dummodo determinaret medietatē, quam vult conſecrare; peccaret tamen mortaliter, & tantum medietas eſſet conſecrata, quia ad ipſam ſe referret intentio conſecrantis; ſi autem indeterminatè accederet, nulla pars eſſet conſecrata, ex ratione ſuprà poſita de particulis. Praxis autem, quam dant omnes communiter pro intentione conſecrantis eſt, quod intendat conſecrare totam materiam conſecrabilem, quam habet præſentem, & ſic euitatur abſurdum de numero particularum, vel hoſtiarum: imò ſatis eſſent imprudentes ſacerdotes, ſi vellent numerū attendere in conſecratione, Nam ſi vna plus eſſet, nulla eſſet conſecrata, ratione incertitudinis, cum non ſit maior ratio, cur vna ſit conſecrata, & non alia.

Circà quintum, quid de aqua, quæ imponitur vino conſecrando in calice.

38 Aduerte primò, hanc immixtionem aquæ non eſſe de eſſentia ſacramenti, ſic S. *Doct. quæſt. 74. art. 7. in corp.* admiſcetur tamen ex præcepto *Alexandri primi in epiſt. ad omnes Orthodoxos*, vt per *text. in cap. ſic in ſacrificando, cap. non oportet, cap. in ſacramento, cap. cum omne crimen*, & ferè per *totam diſt. 2. de conſecrat.* hoc autem ſecundum *S. Doctor. art. 6* propter plures rationes effectum eſt. Et primò,
39 quia ſic cenſendum eſt Dominum inſtituiſſe, vt fuit figuratum *Prouerb. 9. Bibite vinum, quod miſcui vobis*. Secundò, ob reuerentiam aquæ, quæ de ſacro latere Domini emanauit, & ob id præcepit *Alexander Primus*. Tertiò, vt oſtendatur per hoc ſacramentum vnio populorum cum Chriſto, & populi per aquam ſignificatur: aquæ multæ populi multi, & *Iulius Papa* id oſtendit in *cap. cum omne crimen, de conſecrat. diſt. 2.* Quartò, vt oſtendatur alius effectus huius ſacramenti, vt eſt perductio ad vitam æternam, vndè *Ambroſ.*

lib.

lib.5.de ſacramentis to.4.c.1.ante medium ſic ait: *Redundat aqua in calicem, & ſalit in vitam æternam.*

Aduerte ſecundò, hanc aquam debere
40 eſſe modicam, ne ſi multum aquæ poneretur corrumperetur vinum, & ſic non poſſet fieri conſecratio in calice, cuius materia neceſſaria vinum eſt: aqua verò imponitur ex præcepto, vt diximus ex *S. Doct. ar.8.quæſtionis cit.* ex quo *S.D.art.7.* habes, hanc aquam debere eſſe naturalem. Quod ſi aliam aquam roſaceam, vel alterius qualitatis miniſter apponeret, peccaret quidem mortaliter, ſed conſecratio va-
41 leret. Item quod debet iſta aqua apponi tempore ſacrificij, quia tunc habet ſpecialem ſignificationem; non enim debet eſſe vinum adaquatum, ſed debet in ipſo tunc, dum in calice imponitur vinum, imponi & aqua, ad ſignificationem, ad quam ponit Eccleſia: ſi tamen ex obliuione Sacerdos omiſerit aquam imponere, poterit id facere etiam poſt oblationem, dũmodo non conſecrauerit: ſi enim conſecrauerit, debet proſequi miſſam: nihil enim non conſecratum eſt immiſcendum conſecrato.

Quæres, quid ſi poſt conſecrationem vinum, vel alius liquor imponeretur in ca-
42 lice, an euaderet ſanguis Chriſti. Ratio dubitandi eſt, nam magis dignum trahit ad ſe minus dignum, vt eſt in aqua benedicta.

Reſp. tamen, quod ſpecies vini conſecrati admiſcerentur cum ſpeciebus noui liquoris non conſecrati, tamen iſtæ res de nouo poſitæ remanerẽt in ſuo eſſe, & ſubſtantia. Ad rationem dubitandi dicimus, quod magis dignum trahit ad ſe minus dignum in ſacramentalibus, non in Sacramentis, quia in Sacramento vinum deperdit ſuam ſubſtantiam ex vi verborum, & tranſit in ſubſtantiam ſanguinis, & corporis Chriſti; vndè deberent poni iterum verba, ad hoc vt fieret noua tranſubſtantiatio vini, quod imponitur, at in ſacramẽtalibus remanet res in ſua ſubſtantia tãtum cum quadam extrinſeca benedictione, & hanc poſſunt alteri communicare; nam cum ſubſtantiæ confundantur, magis digna cõmunicat ſuam dignitatem, & benedictionem minus dignæ; at in Sacramento ſubſtantiæ remanent impermixtæ, quia ſunt etherogeneæ, nec poteſt confundi ſubſtantia corporis Chriſti cum ſubſtantia vini de nouo impoſiti.

Aduerte tertiò, non defuere DD. qui dixerint, quod aqua, quæ infunditur in calice, conuertatur in aqueum illum humo-
43 rem, qui exijt de latere Chriſti, & ſic non conuerti in ſanguinem, refert *Innocen. cap. cum Martha, & in cap. quodam, de celebr. miſſar.* ſed iſti repelluntur ex verbis Domini; Dominus enim dixit, *Hic eſt calix ſanguinis mei*, & non dixit, *Eſt calix ſanguinis, & aquei humoris*, ergo neque nos dicere debemus, vt in *d.cap.cum Martha*, vbi damnatur iſta opinio, tamquam erronea. Vera itaq; ſententia eſt, quam omnes Tomiſtæ tuentur ex *S.Doct.3.par.ſect.84. art.8.in corp. & Suar.diſp.45.ſect.4.Vaſq. diſp.178.c.2. & 3.* aquam debere potius conuerti in vinum, vt deindè conuertatur in ſanguinem, & ex hoc confirmatur id, quod ſupra diximus, debere eſſe in modica quantitate, vt poſſit conuerti in vinum, & deindè in ſanguinem, vt aduertit *Sanct. Doct. in corp. cit art.* ideoq; Patres Prædicatores, vt tutiores ſint de iſta conuerſione, puto, quod imponãt aquam, & vinum in principio miſſæ. Probatur dictum noſtrum, nam communiter à DD. & Concilijs pro materia in calice aſſignatur vinũ, ergo niſi aqua ſit in vinum conuerſa, non euadit ſanguis Chriſti.

Dices primò, ſi quis poſt conſecrationem aduertat ſe non impoſuiſſe vinum,
44 diximus ſupra, quod debet vinum, & aquã imponere, & conſecrare, & non eſt veriſimile aquam intra tam breue tempus conuerſam eſſe in vinum, vt hic validè conſecraret, vt diximus, ergo non debet neceſſariò aqua prius conuerti in vinum, vt valida fiat conſecratio.

Reſpond. nego conſeq. nam in iſto caſu aqua remaneret in ſua ſubſtantia aquea, & nihil de ipſa fieret; nos autem dicimus aquam non conuerti immediatè in ſanguinem, niſi prius fuerit conuerſa in vinum, vnde ſi non fuerit conuerſa in vinum, neq; in ſanguinem, neq; in aliud conuertetur, vt dixi ex dicto *cap. cum Martha de celebrat. miſſar.*

Dices ſecundò: poſito, quod aqua non conuertatur in vinum, & per conſequens
45 neq; in ſanguinem, ſed remaneret in ſua ſubſtantia aquea, ſequeretur ex hoc, Sacerdotes debere eſſe maximè ſcrupuloſos in nocte Natiuitatis Domini, an aqua, quam impoſuerunt in calice, ſit conuerſa, vel nõ; ac proindè ſi non fuerit conuerſa, quod fregerit ieiunium naturale, ſumendo aquã ſimul cum ſanguine, & per hoc non poſſet proſequi aliàs miſſas. quod tamen eſt contra vſum communem Eccleſiæ, nec vllo pacto admittendum putamus, ergo non eſt curandum de iſta conuerſione.

Reſp. ad anteced. diſtinguendo plures caſus: vel ſi Sacerdos certò ſcit morali-
46 ter aquam non eſſe conuerſam in vinum (vt eſſet in caſu ſupra poſito, ſi ilicò conſecraſ-

craſſet poſt impoſitionem aquæ,& vinum
non eſſet ſatis generoſum) vel dubitat:ſi
dubitat,debet deponere dubium,& puta-
46 re eſſe iam permutatum, vt faciunt om-
nes viri prudentes , & ſic poterit proſequi
alias miſſas: vel certò ſcit,non eſſe conuer
ſam,& tunc poterit etiam proſequi,& ta-
tio ſecundum *Suar.diſp.45.ſect.4.* eſt,nã
ea, quæ incontinenti fiunt, per modum
vnius cenſentur facta, ac proindè aqua,
quæ ſimul cum ſanguine vnico actu ſu-
mitur,confunditur cum ſpeciebus, & ac-
cidentibus ſanguinis , & ſicut hæc non
frangunt ieiunium naturale, ita nec illa,
*Vaſqu.*tamen *loco cit.cap.3.*aliam dat ra-
tionem,& eſt,quod hic habemus duo præ
cepta Eccleſiæ incompatibilia,ſcilicet im-
poſitio aquæ in calice, & ieiunium, igitur
ſecundum *Vaſq.* ratione priuilegij tripli-
cis celebrationis potius eſt obſeruandum
præceptum impoſitionis aquæ , quod in-
cludit myſterium,& ſignificatum,quàm
præceptum ieiunij,quod eſt ad reueren-
tiam,ac proindè etiam *Vaſqu.*vult,poſſe
hunc ſacerdotem celebrare , & cum ipſo
idem tenent quamplures DD. nec debẽt
ſacerdotes in his caſibus ſcrupulizare, tã-
tò fortius , quod cum vinum ſit maximæ
calidiratis, facillimè breuiter conuertit in
ſe aquam: vndè duo debent aduertere,vt
omnem rationem ſcrupuli auferant:pri-
mum eſt, vt aqua ſit modiciſſima , vt
oſtendit *Concilium Florentinum de Eu-
charist.* ſecundum eſt,quod vinum non
ſit valdè leue ; Deo enim optima ſunt of-
ferenda.
47 Dices tertiò,ſi aqua non conuerteretur
in aliquid ſacrum, & in ſanguinem Chri-
ſti (eo quod antea non fuerit conuerſa in
vinum) ſequeretur, quod fideles adoran-
tes calicem cultu latriæ, peccarent idola-
trando, quod eſſet in fidelibus ponere
maximum dubium circà talem adoratio-
nem,ergo non eſt dicendum.

Reſpon.Negando ſequelam; non enim
peccat qui ſic adorat, niſi quando animo
deliberato vellet aquam adorare;vndè nõ
debent fideles de hoc dubitare, ſed ado-
rare ſimpliciter calicem , in quo adeſt sã-
guis Chriſti, neque virtualiter ipſi inten-
dunt adorare id , quod non eſt ſanguis
Chriſti, ergo nullo modo peccant.

Circà quintum quæres primò, quod ſi
in calice adſint aliquæ guttæ vini ſepara-
48 tæ à vino, quod eſt in fundo calicis, an
ipſæ etiam guttæ ſint extimandæ conſe-
cratæ.

*Reſpond.*affirmatiuè,ſic tenent *Conin.
de ſacrament.q.74. art.2.dub.2. nu.49.&
Bonacin.de ſacrament. diſp.4.q.2.punc.6,
nu.7.*Ratio eſt,quia intentio ſacerdotis vi-
detur referri ad totum vinum,quod eſt in
calice , ſed iſtæ guttæ etiam in calice sũt,
ergo iſtæ etiam debent extimari conſe-
cratæ, ſicut pariter ſi in corporali eſſent
diſperſæ plures particulæ, omnes conſe-
crarentur,quia de omnibus verificatur ly
Hoc , ergo ſic etiam de talibus guttis di-
cendum eſt, quia etiam de ipſis verifica-
tur ly,*Hic eſt ſanguis,&c.*

Quæres ſecundò,quid ſi ſacerdos poſt-
quàm deuenerit ad ſacriſtiam, inuenerit
fragmentum in calice , vel inuenerit,dum
erat in ipſo altari, ſed poſt ſumptam puri-
ficationem.

Reſpondet *Laiman. libr.5.tract 4 c.6.
nu.22.& Coninc.de ſacrament q.80.ar.8.
nu.64 Suar.3.part.tom.3. diſt.8. ſect.6.
Fagund.precept.3 lib.3.cap.5.nu.3.*quod
debet relinquere, & facere,quod alius ſa-
49 cerdos celebraturus illud ſumat tempo-
re ſuæ communionis : ſi autem ſimus in
aliqua Eccleſia,vbi vnus tantum adeſt ſa-
cerdos, vel non poteſt commodè ſeruari
tale fragmentum,niſi cum magna irreue-
rentia,& periculo, tenet *Fagund.loco cit.*
poſſe ſumi ab eodem ſacerdote,quod pu-
to eſſe dicendum ad euitandum ſcanda-
lum laicorum , ac proinde quod non te-
neatur ſacerdos alijs hoc manifeſtare, ſed
poteſt ſumere etiam in ſacriſtia.

Quæres tertiò pro intentione conſecrã-
tis,quid ſi in ordinatione ſacerdotis vnus
50 ex ordinatis præueniat Epiſcopum in
prolatione verborum,an hic, an Epiſco-
pus conſecraret , & à quo ſit conſumandũ
ſacrificium.

Reſpond,diſtinguendo: vel hic habuit
intentionem conſecrãdi per ſe,& tunc ſo-
lus conſecraret, & in illo caſu certum eſt,
ipſum conſecraſſe, & ab ipſo eſſe conſu-
mandum ſacrificium,*Caetan.3.par.q.82.
ar.2.*colligitur ex *S.Doct.q.cit. art.4.in
corp.* vel habuit intentionem conſecrandi
per modum vnius ſimul cum Epiſcopo ,
& tunc non ipſe ſolus,ſed ſimul cum Epi-
ſcopo conſecrat,neque adeſt Dominus in
hoſtia,niſi poſt prolationem verborum
Epiſcopi,Et ratio eſt, quia non tantum
requiritur materia,& forma,ſed etiam in-
tentio miniſtri,ſed miniſter habet hanc li-
mitatam intentionẽ,ergo ſic limitatè cõ-
ſecrat, ac proindè nonniſi poſt prolationẽ
Epiſcopi,ſic *Laiman.libr.5.tract.2.cap.7.
nu.51.*ait tamen idem *Laiman.* quod de-
bent ij,qui ordinantur,habere intentionẽ
pronunciandi ea verba ſecundum inten-
51 tionem,quam habet Eccleſia in tali ipſo-
rum pronunciatione. Nam ait ipſe,quod
non deſunt DD. qui dicant,talia verba
pro-

proferri ab ordinatis enunciatiuè tantũ,&
in ſignum poteſtatis ſibi cõceſſæ. Sed hoc
non placet;dico enim ipſos ordinatos cõ-
ſecrare ſimul cum Epiſcopo, & concurre-
re vt concauſas ad eumdem effectum,
pro hac re multa ponit *Suar. d.tom.3. di-
ſput.61.ſect.4.Henriq.libr.8.cap.18.nu.2.
Caetan. 3.par.qu.82.ar.2.* vbi ipſemet in
fine ponit hanc praxim, quod ſcilicet or-
dinati dicant,& recitent hoc in canonem,
tamen circà verba conſecrationis nõ ha-
bent ſpecialem intentionem,ſed intendãt
facere per illa id, quod intendit facere
Eccleſia per talia verba ab ipſis prolata.

Circà ſextum, & ſic circà formam ad-
uerte primò ex *S.D.q.78.art.1.* hoc ſacra-
mẽtum differre ab alijs etiam quoad for-
52 mam: nam in alijs miniſter exprimit ſuã
perſonam,dicendo,*Ego te baptizo, Abſol-
uo te,&c.* vel profert verba deprecatiua,
Per iſtam ſanctam vnctionem, &c. hic
autem vt Dominus ſuam maximam oſtẽ-
deret dilectionem, facit, quod ſacerdos
nomine ipſius Chriſti, dum ait, *Hoc eſt
corpus meum, &c. Hic eſt calix,&c.* ac
proindè nomine Chriſti profert verba,
& ſic nullus actus tribuitur ſacerdoti, niſi
merè miniſterialiter;Chriſtus autem om-
nia perficit, in baptiſmo ipſe ſacerdos ab-
luit,ac proindè ponit quid ſui.

Quæres primò, an iſta verba verè pro-
ferantur à ſacerdotibus, *Hoc eſt corpus
53 meum.* Et ratio dubitandi,quia verè iſta
verba non videntur conuenire neque pa-
ni,neque corpori Chriſti, & probatur: nã
verè ante complementum prolationis to-
tius formæ ibi non adeſt corpus Chriſti,
ergo eſt falſa illa prolatio, *Hoc eſt corpus
meum.* Vel dices, quod iſta forma habet
ſuam veritatem in vltimo inſtanti prola-
tionis, quatenus tunc ibi verè eſt corpus
Chriſti, & hoc modo hæc forma videre-
tur habere inanem repetitionem verbo-
rum; tunc enim ſenſus formæ eſſet, *Hoc
corpus eſt corpus meum*, ergo quomodo-
cumque dicatur, iſta verba non videntur
prolata verè,ſed fictè.

Reſpond.ſecundum *S.Doct.q.78.ar.5.
& Caetan. ibid.* negando conſequ. & pro
veritate ſciendum eſt, quod verba conſe-
crationis ſunt ſigna practica, hoc eſt,quę
ſignificant, & cauſant; ſicut ignis ſignifi-
cat,& producit calorem.hoc poſito,ſic di-
54 cendum eſt ex *S.Doct.in corp. circa fin.*
ſcilicet hæc verba ſe habere cõtinuatiuè,
& vniri ſub vltimo inſtanti prolationis.Ex
quo eſt, quod hæc verba non operantur
ſucceſſiuè, neque aliqua pars verborum
operatur partem effectus, ſed omnia ver-
ba cõtinuata per modum vnius producũt
effectum;hoc autem modo accommoda-
tur ſenſus horum verborum veritati rei,
ly,*Hoc*, ſtat in genere, & ſic nõ cadit ſuprà
panem,neque ſuprà corpus Chriſti,ſed ca
dit ſuprà quid in genere, & oſtenſiuè,non
determinatiuè, & ſic ſenſus verborum eſt
*Hoc,quod eſt ſub ſpeciebus panis, eſt cor-
pus meum*; vndè non cadit ſupra panem,
nam ſenſus eſſet, *Panis eſt corpus meum*,
quod tamẽ falſum eſt;nec poteſt dici,*Hoc
corpus eſt corpus meum*,nam ante vltimũ
inſtans prolationis verborum eſſet falſa
iſta propoſitio,vt diximus,ergo tantum
hoc modo verificantur hæc verba,vt do-
cent communiter Theologi cum *S.Doct.
& Caetan.cit.* idem proportionaliter dic
de ſignificatione, & veritate verborũ for-
mæ calicis.

Aduerte ſecundò ex *S.Doct.ar.6.q.cit.*
confutari errorem aliquorum, qui puta-
55 bant formam hoſtiæ expectare formam
calicis,adhoc vt haberet effectum ſuum,
& ſic tunc eſſe corpus Chriſti in hoſtia,
quando in calice adeſſet ſanguis,quod nõ
eſt dicendum.Primò,quia hoc modo fa-
cillimè induceretur error in fide, ſcilicet
eſſe tantum ſanguinem in calice,& corpus
in hoſtia,quod eſt contra *Trident. loc.cit.*
dum ait, *Sub altera tantum ſpecie totum;
atque integrum Chriſtum,verumque ſa-
cramentum ſumi*,& induceretur error cõ-
tra ſumentes ſub vna tantum ſpecie.Secũ-
dò,quia ſi moreretur ſacerdos ſtatim poſt
conſecrationem hoſtiæ,nihil in ipſa adeſ-
ſet,quod tamen eſt abſurdum,& omninò
negandum,vt aduertit idem *S.Doct.in
corp.cit.art.*

Dices, Tres immerſiones in baptiſmo
vnum operantur effectum, & non opera-
tur effectum prima immerſio abſque vlti-
ma,& abſque complemento formæ,ergo
hoc eodem modo dicendum eſt in caſu
noſtro,cum tàm ſub hoſtia,quàm ſub ca-
lice vnum,& idem ſit ſacramentum, & ſic
56 non habet effectum forma hoſtiæ, niſi
poſt poſitam formam calicis.

Reſpond.tranſeat antecedẽ.vt diximus,
cum de materia baptiſmi in §. *baptiſmus
ſupra*, nam etiam prima immerſio poteſt
operari effectũ,ſi forma ei moraliter vnia-
tur.Sed quidquid ſit,eſto antecedẽs eſſet
verum,eſt diſpar ratio in caſu noſtro;nam
hoc ſacramentum Euchariſtiæ eſt vnum
ſacramentum perfectione,quatenus con-
57 ſtituitur ex cibo,& potu; non tamen tol-
litur hoc,quod(vt ait *Trident.*) ſub qua-
libet eius ſpecie totum, & integrum ſa-
cramentum ſumatur;at in baptiſmo om-
nes immerſiones diriguntur ad vnum ſa-
cramentum,ac proindè benè vna immer-

ſio non operatur ſine alia : tum quia ſi iſta
prima immerſio haberet ſecum formam,
iam ipſa operaretur effectũ ſuũ, & nõ ſub-
ſecuta alia immerſione: at in caſu noſtro
quælibet materia habet ſuam determina-
tam formam, quæ ſuum operatur effectũ
independenter ab operatione alterius for
mæ ponibilis.

Quæres, an Chriſtus Dominus vſus ſit
his verbis in ſua cęna in conſecratione, &
videtur dicendum, quod non: nam ait Mat
58 thæus, quod Dominus benedixit, fregit,
&c. & deindè dedit diſcipulis, & protulit
hæc verba, *Hoc eſt enim, &c.* ergo dum
antea benedixit, ſignum eſt, quod antea
conſecrauerat per ly, benedixit.

Reſp. hoc non obſtante, verè Dominũ
his verbis conſecraſſe, *S.Doct.art.1.qu.78.*
ad 1.ex Tertull.lib.4.contra Martian.c.4.
Cyprian.de cęna Domini, Niſſeno orat.ca-
techet. Ambroſio lib.4.de ſacram.c.4. & 5.
Chryſoſt. in ſerm. de perdit. Iudæi, & ex
alijs Patribus, vt videre eſt apud *Beccan.*
59 *c.2.q.4.* vbi probat etiam ratione, nam
Dominus præcepit Apoſtolis id facere,
quod ipſe fecerat: ſed Apoſtoli ſemper his
verbis conſecrarũt, ergo ſignum eſt, quod
eiſdem verbis conſecrauerat Dominus.

Ad dictum Euangeliſtarum reſpondet
Aug.lib.2.de conſenſu Euangeliſt.c.30.31
& 44. quod ſæpè Euangeliſtæ non notant
factum ordine, quo geſtum eſt, vnde ſecũ-
dum *Beccan.loc.cit.* dicendum eſt (vt oſtẽ-
datur ordo rei geſtæ, & connectantur ver-
ba Euangeliſtæ) quod Dominus accepit
panem, & benedixit, dicens, *Hoc eſt cor-*
pus, &c. ita vt benedictio Domini fuerit
ipſamet forma prolata, non autem quod
benedictio fuerit conſecratio, & poſtea
Dominus dixerit, *Hoc eſt corpus, &c.*

In §. illud etiam.

SVMMARIVM.

1 *Digna cur in modica quantitate imponen-*
da.
2 *Conſuetudo Eccleſiæ quomodo liget.*

QVæ faciunt pro hoc §. diximus ſu-
pra, cum de aqua, quæ imponi-
tur in calice, egimus; id tamen,
quod hic dicitur de conſuetudi-
ne Eccleſiæ, id probauimus eſſe de neceſ-
1 ſitate; ſi enim plus aquæ, quàm vini in ca-
lice apponeretur, ſi vinum ſit tenue, poſſet
eſſe, quod tempore conſecrationis aqua
adhuc eſſet in ſua propria ſubſtantia
aquea, ac proinde non conuerteretur in
ſanguinem, vt ſupra dixi; tamen ex *gl.* hic
aduerte, quod ſi quis etiam in vino gene-
roſo apponeret plus aquæ, quàm vini, vtiq;
peccaret mortaliter, quia faceret contra
conſuetudinem Eccleſiæ approbatum in
2 ritu principali Sacramentorum, vt eſt in
materia; conſuetudo autem habet vim
legis, vt in §. *conſuetudo, de iur. natur. con-*
ſuet. & conſtit. ſed præceptum circa ritus
Sacrameotorum obligat ſub mortali, pręci-
pue in ritibus principalibus, ergo etiam
conſuetudo, quę habet eandem vim, vt di-
ximus, neq; aliud occurrit pro hoc Sacra-
mento.

In §. veritas eſt.

SVMMARIVM.

1 *Species ſacramentales, quid contineant, &*
n.2.
3 *Chriſtus per quid fiat præſens ſpeciebus,*
an per ſui productionem, num.4. 5. 6.
& 7.
8 *Chriſti pręſentia, an fiat per conuerſionẽ*
veram.
9 *Species, quid contineant ex vi verborum,*
quid per concomitantiam num. 11. 12.
& 13.
10 *Apoſtoli, quid ſi conſecraſſent in triduo*
mortis Chriſti, & n.16.
14 *Verbum, an poſſit dici in Eucbariſtia*
productum, quid de alijs perſonis diui-
nis, n.16.
17 *Specierum partes diuiſę, quid contineant.*
18 *Chriſtus prout eſt in hoc Sacramentum,*
an poſſit ſe mouere.
An ſit per eſſe in loco n.19.
Quę inibi poſſit, n.20.
An ab alijs videri, vel cognoſci, n.21.22.
& 23.
Videt ſe ipſum, n.24.
Ab oculo corporeo, nec de potentia abſo-
luta videri poteſt, n.25.
26 *Cognitio huius modi in Sacramento, an*
poſſit haberi in via.
Quibus detur in patria, nu.27.
28 *Accidentia Sacramentalia habent vim*
nutritiuam ad modum ſubſtantię.

Sicue

1 SIcut ante conſecrationem erat panis,
& vinum, ita poſt conſecrationem
ſub ſpeciebus panis eſt corpus, &
ſanguis Chriſti, vt etiam ſub ſpeciebus vi-
ni, ſic notatur in præſenti §. pro quo vide-
bimus primò, quomodo Chriſtus fiat prę-
ſens in hoc Sacramento, & per quid ibi fit.
Secundò, quid veniat in hoc Sacramento
ex vi verborum, & quid per concomitan-
tiam. Tertiò, an in qualibet parte adſint
hæc omnia, quæ veniunt, tàm ex vi verbo-
rum, quàm per concomitantiam. Quartò,
quid poſſit Chriſtus in hoc Sacramento
operari, & pati. Quintò, an poſſit ab intel-
lectu Angelico, vel humano cognoſci,
prout eſt in hoc Sacramento, & an poſſit
videri ab oculo corporeo.

Circa primum aduerte primò, certum
eſſe de fide ex *Trid. ſeſſ. 13. cap. de fide*, de
fide definitum, Chriſtum eſſe verè, & rea-
liter præſentem in hoc Sacramento. Diffi-
2 cultas igitur eſt, quomodo Chriſtus ibi
fiat præſens, an per acquiſitionem ſolius
noui vbi, an aliquo alio modo. Et ſic dici-
mus, quod Chriſtus Dominus fit præſens
ſpeciebus ſacramentalibus per nouam
ſui productionem, ita vt ad poſitionem
3 verborum ſacramentalium, Deus princi-
paliter, & Chriſtus, & conſecrator cum
verbis formę reproducant ibi eundem
Chriſtum.

Probatur hoc ex Patrib. primò, ex *Cy-
priano ſerm. de cęna Domini, poſt med.* vbi
loquendo de Chriſto ait: *Qui vſq; hodie
hoc veraciſſimum ſuum corpus creat.* Se-
cundò, ex *D. Ambr. l. 4. de Sacram. c. 4.* vbi
4 ait, *Quod poſt conſecrationem in hoſtia
adeſt corpus Chriſti*, & ſubdit: *Ipſe dixit,
& factum, mandauit, & creatum eſt*, ex
Damaſceno lib. 4. de fid. c. 14. & ex alijs Pa-
tribus communiter, qui præſentiam Chri-
ſti in hoc Sacramento per creationem, ſeù
reproductionem fieri oſtendunt, ſed ma-
ximè hoc indicat Eccleſia in canone miſ-
ſæ tàm ante, quàm poſt conſecrationem;
ante enim ait: *Nobis corpus, & ſanguis
fiat*, & poſt conſecrationem ait: *Per quem
hæc omnia ſemper Domine creas, ſanctifi-
cas, &c.* Confirmatur etiam ratione aper-
tiſſima: nam ſic dicendo ſaluantur multa
alia miracula, quæ deberent poni, ſi alia
via poneretur Chriſtus in Sacramẽto prę-
5 ſens, quàm per reproductionem. Quod
patet, nam facilius poſſumus intelligere
eundem Chriſtum reproduci ſub his ſpe-
ciebus, quam habere duplicem rationem
præſentiæ, & duplex Vbi; requiritur enim
miraculum ad producendam duplicem
præſentiam ab eodem corpore, aliud mi-
raculum ad conſeruandam duplicem præ-
ſentiam, aliud ad ſuſtentãdum duplex Vbi
in perſona Chriſti, aliud ad eleuanda ver-
ba conſecrationis ad producendum nouũ
Vbi, & alia multa; & tamen dicendo mo-
do, quo nos diximus, nulla apparet impli-
cantia, & facilius populi intelligunt hanc
Chriſti præſentiam, ergo ſic eſt dicendum,
ſic tenet *Coninc. q. 75. ar. 4. dub. 4.* & grauiſ
ſimi Theologi, colligitur ex *S. Doct. qu. cit.*
Ex hoc habes, quàm ſit magna dignitas
ſacerdotum, vt mereatur ſacerdos nomen
creatoris diuinarum ſubſtãtiarum, vt ſunt
corpus, & ſanguis Chriſti.

Dices, videtur magnum abſurdum to-
6 ties Chriſtum Dominum produci, & re-
produci, & toties in tot particulis, & ho-
ſtijs fieri præſentem, & toties deſinere eſ-
ſe, ergo non eſt dicendum Chriſtum fieri
præſentem in Sacramento, per reprodu-
ctionem, ſeù creationem, ſed tantum per
nouam præſentiam, & nouum Vbi.

Reſp. nego anteced. & ratio eſt, nam
verè Chriſtus Dominus non producitur
ſecundum eſſe abſolutum, ita vt produce-
7 retur Chriſtus, ac ſi antea nõ fuiſſet, & po-
ſtea omninò deſineret eſſe, ſed producitur
tantum in hac hoſtia, in qua non adeſt, &
deindè deſinit eſſe ſub his ſpeciebus, ſub
quibus aderat: vndè nullum eſt inconue-
niens dicere, quod Chriſtus ſecundum hãc
productionem incipiat de nouo eſſe, &
deſinat eſſe, remanet enim ſemper ſecundũ
ſuum eſſe ſimpliciter, & abſolutum, vt eſt
in cęlo.

Aduerte ſecundò, non poſſe verè dici
9 conuerſionem: nam conuerſio fit mutatę
vna re in aliam; hic autem non mutata
res, ſed vna deſinit eſſe, alia verò incipit, vt
aduertit *S. Doct. q. 75. ar. 7. in corp.* vbi etiã
confirmat id, quod diximus, ſcilicèt hanc
Chriſti præſentiam debere dici reprodu-
ctionem: nam in principio ait, quod hoc,
quantum ad aliquid, conuenit cum crea-
tione, & in fine ſubdit, non panem fieri
Corpus Chriſti, nam verè panis non mu-
tat ſuum eſſe in Corpus Chriſti, ſed verè
panis in totum deſinit eſſe quoad ſubſtan-
tiam, & Corpus Chriſti ibi incipit eſſe, &
alij.

Circa ſecundum, aduerte primò ex
Trid. ſeſſ. 13. c. 3. ex S. Doct. qu. 76. art. 1.
9 dupliciter aliquid poſſe venire ſub ſpecie-
bus ſacramentalibus, vel ex vi verborum,
vel per concomitantiam: ex vi verborum
ſufficeret ad verificanda verba, quod ſub
ſpecie, quę conſecratur, illud veniret, quod
correſpondet formæ conſecrationis illius
ſpeciei, v.g. in conſecratione calicis huius
formæ, & eius veritati correſpondet tan-
tum ſanguis Chriſti, ſic etiam in conſecra-

tione hoſtię correſpondet tantum Corpus
Chriſti;ea autem,quæ veniunt per conco-
mitantiam,non veniunt per ſe, ſed per ac-
cidens,non immediatè ex vi verborum,
ſed mediante connexione, quam habent
ipſæ res cum re, quæ venit ex vi verborũ.
10 Ceterum quod ſupra diximus, adeò verũ
eſt, vt ſi quis ex Apoſtolis conſecraſſet in
triduo mortis Ieſu Chriſti, ſecundum cõ-
munem omnium Theologorum,& Cano-
niſtarum opinionem,tãtum Corpus Chri-
ſti veniſſet in hoſtia exanime, & ſine ſan-
guine,ergo quia hoc correſponderet ver-
bis,& corpus,tale erat tunc temporis, er-
go alia,quæ veniunt per concomitãtiam,
non veniunt per ſe,ſed per accidens, &
media connexione,quam habent cum re,
quæ venit ex vi verborum.

Aduerte ſecundò, ex hoc ſequi, quod
11 ſub ſpeciebus panis ex vi verborum, ve-
nit tantum Corpus Chriſti cum omnibus
membris,& partibus ſpectantibus ad cor-
pus;in calice verò venire ſanguinem tan-
tum,patet ex *Trid.loc.cit.*ibi, *Sed corpus
quidem ſub ſpecie panis,& ſanguinem ſub
vini ſpecie ex vi verborũ.* Probatur etiam
ex *cap.ſemel Chriſtus,cap.iteratur, capit.
ſinguli,& cap.qui manducant. de conſecr.
diſt.2.& in d.cap.qui manducant,*ſignan-
ter habetur, ſub hoſtia haberi Corpus
Chriſti,& in calice ſanguinem,intellige ta-
men ſemper ex vi verborum.

Aduerte tertiò,ſub ſpeciebus panis per
12 concomitantiam adeſſe animam,ſangui-
nem,& alia,quæ faciunt ad veritatem cor
poris;ſic etiam in calice per concomitan-
tiam ſanguinis viui venire corpus,animã,
&c.in quibus ſanguis viuus continetur, &
per concomitantiam, & ratione hypoſta-
ſis cum his rebus, ſub qualibet ſpecie ve-
nire Verbum Dei, & totam diuinitatem
cum alijs perſonis. colligitur ex *Trid.c.3.*
ibi:*Verum Domini noſtri corpus,verumq;
eius ſanguinem ſub panis,& vini ſpecie,
vnà cum ipſius anima, & diuinitate exi-
ſtere*,& probatur tali pacto: nam certum
eſt, non poſſe venire in hoſtia Corpus
Chriſti,niſi eo modo,quo eſt, ſed Corpus
Chriſti eſt vnitum inſeparabiliter cum
anima,& diuinitate,ergo ſic venit. Idem
dic de calice,vt patet ex S.*Doct.q.76.cit.*
hoc autem intellige,ſic argumentãdo:ſub
qualibet ſpecie venit corpus, vt probaui-
mus,ergo venit anima,venit corpus,& ani
ma,ergo venit perſona Verbi,per quam
ſubſiſtit Chriſti humanitas, & ſine qua
13 ſubſiſtere non poteſt: venit perſona Ver-
bi,ergo venit diuinitas, nam Verbum Dei
Deus eſt; venit diuinitas, ergo veniũt aliæ
perſonæ, quæ diuinæ ſunt, & in diuinitate
continentur; tamen veniunt perſonæ di-
uerſo modo inter ſe; Verbum enim venit
principaliter ratione connexionis cum
humanitate,diuinitas ratione inſeparabi-
litatis à Verbo,& perſonæ ratione inſepa-
rabilitatis à diuinitate. Videte,quantum
ſub vnica buccella, & ſub qualibet eius
parte ſumimus?

Quæres primò, an poſſit dici Verbum
14 produci eo modo,quo diximus,Chriſtum
fieri præſentem ſpeciebus per ſui reprodu-
ctionem. Et ratio dubitandi eſt,quia per
communicationem idiomatum id, quod
conuenit Chriſto,poteſt & Verbo conue-
nire.

Reſp.affirmatiuè, ſic *Suar.diſp* 11. *ſect.*
3.contra Marſil,in 4.q.8. art.2. quod in-
tellige quoad denominationem,& per cõ-
municationem idiomatum,vt diximus,eo
etiam modo,quo dicit Apoſtolus, *Verbũ
Dei mortuũ, reſuſcitatum,&c.*ergo pari-
ter dici poteſt,Verbum Dei reproduci nõ
verè,vt Deus eſt,ſed benè,vt homo, & id
poterit de ipſo dici eo modo,quo dicitur
etiam Deum hominem factum,mortuum,
& crucifixum.

Quæres ſecundò, quid ſi quis conſe-
15 craſſet in triduo mortis, an præter Chri-
ſti corpus, veniret aliquid ſub hoſtia, &
præter ſanguinem,veniſſet aliquid in cali-
ce.

Reſp. quod ſub vtraquè ſpecie veniſſet
etiam Verbum,& diuinitas.Et ratio eſt,nã
Chriſti Corpus mortuum, erat etiam cor-
pus diuinum,& Chriſti ſanguis erat etiam
diuinus: enimuerò Chriſti corpus, & ſan-
guis non poterant ſubſiſtere,niſi ſubſiſten
tia Verbi,diximus *lib.* 1.cum de Concilijs
generalibus,& per conſequens dum Ver-
bum Dei ſuſtentabat illa; veniſſet per cõ-
comitantiam, & ratione connexionis ve-
niſſet etiam diuinitas, & aliæ perſonæ di-
uinæ.

Aduerte tertiò, non poſſe eodem mo-
16 do dici Patrem, vel Spiritum ſanctum of-
ferri,manducari,&c.quę conueniunt Ver-
bo demonſtratiuè: nam licet omnes per-
ſonæ hic ſint modo,quo diximus, tamen
vitæ denominationes per ſe conueniunt
Verbo, quod eſt ſubſtentatiuum vnionis
hypoſtaticę:vnde poterit quidem dici,Ver
bum diuinum offerri,manducari&c.non
autem ſic poterit dici de Patre, & Spiritu
ſancto,quia nec Pater,nec Spiritus ſanctus
perſonalizant humanitatem, vt facit Ver-
bum Dei.

Circa tertium ſolutio patet ex *Triden.
eod.c.3.in fin.*vbi ait,*Totus enim, atq; in-
teger Chriſtus ſub quauis ſpecie, & ſub
quauis ipſius parte ſpeciei, totus item ſub*

vini

vini ſpecie,& ſub eius partibus exiſtit,er-
17 go quantumuis pars ſit minima,& quan-
tumuis indiuiſibilis,dummodo ſit pars ip-
ſarum ſpecierum,verè ſub ſe continet to-
tum Chriſtum,modo quo diximus.

Probatur,& hoc ratione, nam Chriſtus
ſuccedit ſpeciebus loco panis,ſed quęlibet
pars ſpecierum erat panis , ergo quęlibet
pars ſpecierum nunc eſt Corpus Chriſti .
Quod patet,nam ſubrogatum ſapit natu-
ram eius in cuius locum facta eſt ſubroga
tio,vt notant *DD.in tit.de adopt.*

Circa quartum aduerte primò,Chriſtũ
prout eſt in hoc Sacramento, poſſe de
potentia abſoluta ſe mouere,tum manẽti-
bus immotis ſpeciebus, tum etiam ſecum
trahendo ſpecies,quę mouentur ad motũ
ipſius Chriſti.Eſt opinio communiſſima
ſecundum *Suar.diſt.53.ſect.* 1. & proba-
18 tur,nam licet de potentia ordinaria,poſi-
to Dei decreto, & inſtitutione, non poſſit
Chriſtus exiſtens ſeparari à ſpeciebus,ta-
men nulla eſt implicantia , cur non poſſit
moueri relictis ſpeciebus, vel ſecum feren
do ipſas ſpecies,quod facilius,& congruẽ-
tius videtur , & ſic poteſt etiam moueri
motu ab extrinſeco , & ad motum ſpecie-
rum,vt colligunt ex S.*Doct.q.76.art.6. in
corp.*

Aduerte ſecundò, quod Chriſtus non
eſt in hoc Sacramento per eſſe in loco; id
enim,quod eſt in loco,habet circumferen-
tiam loci,& ſic locus circumdat ipſum, &
19 ipſe ſua præſentia correſpondet loco,v.g.
aqua eſt in vaſe,quia vas comprehendit ip
ſam: Chriſtus autem non eſt ſic in hoc Sa-
cramento,nam deberet poni quãtitas pa-
nis,& vini ſepripalmaris,& ita lata,& pro-
funda,vt Chriſtus Dominus , quod tamen
Dominus non intendit per ſuam inſtitu-
tionem,ergo dicendum eſt Chriſtum Do-
minum non eſſe in loco circumſcriptiuè ,
& terminatum à partibus ſpecierum , ſed
tantum ad modum ſubſtantiæ eo modo ,
quo eſt ſubſtantia in toto,& in partibus ;
ſubſtantia enim conſiderata ſecundum ſe
non pręſcribitur,nec circumdatur,ſed eius
accidentia requirunt locum : ſic itaq; eſt
Chriſtus Dominus in hoc Sacramẽto ex-
tenſus quidem in ordine ad ſe, inextenſus
autem in ordine ad locum, eo modo, quo
eſt anima in nobis;corpus enim noſtrum
non circumdat animam , quæ cum ſit ſpi-
ritualis,non poteſt dici circumdata rebus
materialibus, & tamen verè anima in no-
bis exiſtit , ſic etiam in caſu noſtro dicen-
dũ eſt;Deus enim miraculosè facit, quod
Corpus Chriſti non exigat dimenſionem ,
vel extenſionem localem,prout eſt in hoc
Sacramento,& ſic eſt in ipſo non circum-
ſcriptiuè,ſed definitiuè.

Ex hoc habes,non poſſe Chriſtum,pro-
ut eſt in hoc Sacramento, in ipſo aliquid
20 agere,vel pati circa res naturales . Et ra-
tio eſt,nam actio,& paſſio ſupponunt mo-
tum;motus autem alicubi fieri debet , &
ſic in loco : ſed Chriſtus prout eſt in hoc
Sacramento , non habet reſpectum ad lo-
cum,ergo non poteſt moueri,nec alterari:
benè autem per accidens , & ab extrinſe-
co moueri poterit ad motum ſpecierum,
modo quo diximus.

Circa quintum eſt videndum, an poſſit
Chriſtus,prout eſt in hoc Sacramento,co-
gnoſci,vel videri.Ideò

Aduerte primò,nõ poſſe Chriſtum Do-
minum, prout eſt in hoc Sacramento, ab
21 oculo corporeo creato videri,ſic S. *Doct.
quęſt.86.ar.7.in corp.Suar.diſp.54.ſect.3.*
Ratio autem eſt,quia ad videndum requi-
ritur;quod obiectum viſibile immittat ſui
ſpecies ad oculum , qui vult ipſum obie-
ctum videre, ac proindè requiritur aliqua
operatio ex parte obiecti viſibilis ; ſed
Chriſtus Dominus prout eſt in hoc Sa-
cramento,non poteſt naturaliter operari,
vt diximus,ergo neq; poteſt immittere ſpe
cies,ac proindè neq; videri ab oculo cor-
poreo.

Confirmatur dictum ex doctrina *S.Do-
ctoris in corp.cit.art.*nam accidentia, ſeu
colores,quibus mediantibus ſit viſio , ſtãt
22 in hoc Sacramento non immediatè loca-
ta,ita ut circumſcribantur à ſpeciebus,ſed
ſtant in hoc Sacramento mediante ſubſtã-
tia Corporis Chriſti:ſed ſubſtantia Corpo-
ris Chriſti, prout eſt in hoc Sacramento ,
non poteſt operari,vt diximus , ergo neq;
eius accidentia. Quod diximus de accidẽ-
tibus reſpectu viſionis , idem dic de acci-
dentibus reſpectu tactus,odoratus,&c. ex
eadem ratione.

Dices primò , de facto multoties fuit
viſus Chriſtus Dominus in hoc Sacramẽ-
23 to,ſic de S.Antonio Patauino , de S.Igna-
tio Loyola,& de alijs Sanctis legimus; er-
go falſum eſt hoc,quod diximus.

Reſp.diſtinguo anteced. viſus eſt Chri-
ſtus Dominus, qui eſt in Sacramento , &
concedo,prout eſt in Sacramento,ſeù mo-
do,quo eſt in Sacramento,& nego:itaquè
benè poteſt videri Chriſtus, qui eſt in Sa-
cramento,ſed non poteſt videri quomo-
do ſit in Sacramento,imò *Suar.loc.cit.* &
cum ipſo alij Theologi tenent,neq; Chri-
ſtum ſuo oculo corporeo poſſe naturali-
ter videre ſeipſum,prout eſt in hoc Sacra-
mento,licet videat ſeipſum in hoc Sacra-
mento:ſicut pariter poteſt quis videre ſe
eſſe in aere,& tamen non videre à quo ſubſi-

ſten-

ſtentetur, neq; quomodo ſic regatur; ſic etiam videt Chriſtus ſeipſum, ſua accidentia, ſuas partes: &c. quę exiſtunt in hoc Sacramento, nec modū, quo iſtæ res exiſtunt in hoc Sacramento, nec modum, quo ipſe eſt in hoc Sacramento, ex eadem ratione adducta.

34 Dices ſecundò, Chriſtus de facto videt ſeipſum in Sacramēto, ergo poteſt oculus corporeus videre Chriſtum in hoc Sacramento.

Reſp. nego conſeq. & ratio eſt, nam ideò oculus corporeus Chriſti videt Chriſtum in Sacramento, quia & ipſe oculus in Sacramento eſt, at alius oculus eſt extra Sacramentum, ergo non poteſt hic, ibi Chriſtum videre, tum quia neq; Chriſtus videt ſeipſum modo, quo ibi exiſtit, ſed benè videt ſeipſum modo, quo eſt in cœlo. Quod adeò verum exiſtimat *Suar ſect. 2. citat.* vt dicat, neq; de potentia Dei abſoluta poſſe videri ab oculo corporeo quomodo Chriſtus exiſtat in hoc Sacramēto, & pro-
35 batur, quia non poteſt res ſupernaturalis percipi ſenſu naturali; nā inter obiectum, & potentiam debet eſſe proportio, ergo non poteſt oculus naturalis videre hunc modum ſupernaturalem: ſicut pariter nō poteſt res ſpiritualis ſenſu percipi; nam ſenſus non tendit, niſi ad res ſenſibiles ſibi proportionatas, ita non poteſt ſenſus naturalis eleuari ad perceptionem rei ſupernaturalis. Laudamus ergo oculos veritatis fidei cum S. *Doct.* qui ait, *Quod non capis, quod non vides, animoſa firmat fides.*

His poſitis circa viſionem oculorum, reſtat vidēdum de cognitione intellectus. Ideò

Aduerte ſecundò, nec poſſe intellectū naturaliter percipere modum, quo Chriſtus exiſtit in hoc Sacramento. Ratio eſt eadem ſupra poſita, quia ſcilicèt inter potentiam, & obiectum debet eſſe propor-
36 tio, ſed intellectus eſt naturalis, hic modus eſt ſupernaturalis, ergo non poteſt intellectus hunc modum cognoſcere, ſic S. *Doct. loc. cit. circa med.* qui tamen ait, Deū videre per ſe hunc modum; Beatos autē, Angelos ipsū videre mediatè, ſcilicèt mediante viſione beatifica, & lumine gloriæ quo eleuantur ad cognitionem ſuperiorem.

Imò, vt colligitur ex eodē *S. Doct.* poſſet etiam homo viator hic in vita videre hunc modum per intellectum, ſi Deus ipſum miraculosè adiuuaret lumine glorię, eo etiam modo, quo multi ex Theologis concedunt poſſe quem per modum tranſitus in via videre Deū, ſicut creditur Virgini fuiſſe conceſſum in inſtanti natiuitatis Ieſu Chriſti.

Nota tamen hic, quod *Gabr. lect. 4. in*
27 *canon. Aegidij theor. 16.* tenet, quod in patria cognitio huius Sacramēti, & eius modi detur tantum illis, qui in hac vita huius Sacramenti fidem ſignatam habuerunt, ac proindè negat eius cognitionem infantibus, & alijs, qui circa hoc Sacramentum ſuam fidem non exercuerunt. Quod non eſt de facili admittendum, cum Dominus ſit liberalis.

Quæres, an iſta accidentia ſacramentalia habeant vim nutritiuam, ita vt ex ipſis ſuſtentetur etiam corpus noſtrum aliquo modo.

28 Reſp. affirmatiuè, ſic *S. Doct. q. 77. art. 6 in corp.* vbi ait, hæc accidentia nutrire eo modo, quo nutrit ſubſtantia: & ſicut ſubſtantia corrumpitur, & tranſit in aliam formam, ſic ait ipſe, quod iſta accidentia corrumpuntur, & ex ipſis oriuntur vermes, vt eſt in hoſtia conſecrata, quæ ad longum tempus ſeruatur, ſic etiam ad corruptionē eorumdem accidentium in ſtomacho trāſeunt ſpecies in ſubſtantiam hominis, imò *S. Doct. ibid.* improbat opinionem aliorū, qui putant ex ſpeciebus ſacramentalibus confortari corpus, eo modo, quo ex odoratu cibi, & potus confortatur etiam aliquo modo corpus; ipſe enim ait, quod nō tantum eſt iſta confortatio accidentalis, ſed etiam nutrimentū ſubſtantiale, eo modo, quo nutriunt aliæ ſubſtantiæ materiales. Et ratio eſt, quia Deus miraculosè facit, quod hæc accidentia ſe habeāt ad modum ſubſtantiæ, ergo faciunt id, quod facit ſubſtantia, ac proindè verè nutriūt, & ſubſtantiant.

In §. virtus eſt, vſq; ad fin.

SVMMARIVM.

1 *Eucharistia virtus.*
Effectus, n. 2.
Dicitur Sacramentum geminæ rei, n. 3.

ADuerte primò, quod virtus huius Sacramenti, ſeu eius effectus eſt charitatis: nam ſicut panis ex mul-
1 tis granis, & vinum ex multis racemis cōponitur, itaut iſtę res in vnum redactę ſint materia pro hoc Sacramento, ita per ipſum charitate, & dilectione vnimur cum Deo, & fratribus, *cap. cum Marthæ, de celebrat. miſſar.* Quod dixit Apoſtolus: *Omnes eandem ſpiritalem eſcam manducamus.*

Ad-

Aduerte ſecundò, quod in hoc Sacramento tria conſiderantur, nempè res Sacramenti, Sacramentum, & res, & Sacra-
2 mentum; Res Sacramenti eſt eius effectus, & gratia, qua poteſt quis participare etiã per hoc Sacramentum in voto, vt eſt cõmunio ſpiritualis, diximus de Sacramentis in genere, ex *S. Doct. 3. p. q. 80. ar. 1. ad 2.* Sacramentum tantum recipit ille, qui cum obice accedit; hic enim non recipit rem Sacramenti, ſcilicèt gratiam, quia Deus nõ exaudit peccatores, *cap. quomodo Deus, de pęnitent. diſt. 5.* Rem, & Sacramentum ſimul recipiunt omnes, qui abſq; obice, ſed gratia informati accedunt ad hoc Sacramentum, vel etiam is, qui accedit cum obice aufert tamen obicem durantibus ſpeciebus, ſicut dixi de Sacramentis in genere circa effectus Sacramẽti ex *Caetan. & Suar.* ibi adductis.

Aduerte tertiò, hoc Sacramentum dici
3 geminę rei; continet enim in ſe gratiam, & auctorem gratiæ, *d. cap. cum Marthę, cap. ſicut manus, cap. panis eſt, de conſecrat. diſt. 2.* Et hæc ſatis pro Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, pro quo nunquam ſatis; cum autem hoc Sacramentum præparetur in ſacrificio Miſſę, ideò congruum erit hic videre aliqua de hoc ſacrificio.

De Sacrificio Miſſæ.

SVMMARIVM.

1 *Sacrificij tempus quotidie, n. 3.*
Hora, n. 2. & 4.
An ante auroram, vel poſt meridiem, n. 5. & 6.
Quid in Nocte Natiuitatis, nu. 8.
9 *Nocte Natiuitatis, qua hora celebrãdum ſolemniter, & quare.*
10 *Hora aurora quomodo accipienda, item hora meridiei, n. 11.*
12 *Matutini recitatio, an neceſſario præcedat ſacrificium.*
13 *Locus ſacrificij, & quid de Oratorio, n. 19.*
Pęna contra alibi celebrantes, nu. 14.
15 *Sacerdos obligatus alicubi celebrare, an ſatisfaciat, ſi alibi celebre, & an teneatur ad reſtitutionem, nu. 16.*
Quid ſi in Altari priuilegiato. nu. 17.
18 *Altare quale debeat eſſe.*
20 *Sacerdos ſine baculo celebrare debet.*
21 *Sine biretino.*
22 *Calicis, & patena qualitas.*
23 *Corporalis, & Pallę materię.*
24 *Laici, an poſſint ſacra tangere.*
25 *Sacerdos, an teneatur dicere orationes, dũ veſtes induit.*
Quid ſi veſtes adhuc non ſint benedictę, n. 26.
Quid ſi celebret cum calice non conſecrato, n. 27.
28 *Veſtes ſacrę lacerę, an poſſint deſeruire.*
Quid ſi habeant duos colores, nu. 29.
30 *Luminariam qualitas.*
31 *Miſſale, an ſit neceſſarium omnino pro ſacrificio.*
32 *Stipendium quale pro ſacrificio, an poſſit diminutum alteri dari, n. 33.*
Limita in beneficijs, n. 34.
35 *Partes Miſſę.*
36 *Sacerdos, an poſſit pro ſua parte aliud accipere ſtipendium, n. 37.*
38 *Applicatio Miſſę qualiter fiat, n. 40.*
An poſſit anticipari, n. 39.
41 *Curatus tenetur celebrare dominicis diebus, ſed non applicare.*
42 *Applicatio Miſſa à Regularibus.*
An pendeat à voluntate ſuperioris, numer. 43.
44 *Sacerdos, an & quando teneatur celebrare, n. 45.*
46 *Curatus, an poſſit per alium ſatisfacere.*
47 *Oneri Miſſarum quando ſatiſfaciendum.*
48 *Beneficiatus, quando ſatiſfaciat pro miſſis, & an poſſit aliquas omittere, num. 49. & 50.*
51 *Sacerdos, an poſſit aliquando omittere miſſam ex obligatione.*
An poſſit pro ſe applicare, n. 52.
53 *Partis omiſſio, quæ inducit mortale in Miſſa.*
54 *Sacerdos, an teneatur in Miſſa ſolemni legere Euangelium, vel Epiſtolam.*
Pauper, an pluribus ſtipẽdijs poſſit vna Miſſa ſatisfacere, nu. 55. & 56.
An teneatur celebrare Miſſas votiuas modo quo exiguntur à fidelibus, nu. 57.
58 *Miſſa de requie, an ſit magis ſalutaris defunctis, n. 59.*
60 *Miſſæ votiuæ de Sanctis quomodo recitanda.*
In Altari priuilegiato quomodo conſequatur animarum liberanda, n. 61.

VIdebimus primò, quando ſacrificari poſſit. Secundò, vbi. Tertiò, quomodo. Quartò, de applicatione ſacrificij. Quintò, de obligationibus ſacrificandi. Sextò, aliquas difficultates breuiter dilucidabimus.

Circa primum quærebatur de tempore ſacrificij. Pro quo
1 Aduerte primò, quotidie eſſe ſacrificãdum, *S. Doct. quæſt. 83. art. 2.* vbi ex *Aug.*

lib. 2.

lib.2.de verb.Dom.ſerm.28.tom. 10.docet
hoc nos quotidie expoſcere in oratione
Dominica per illa verba, *Panem noſtrum
quotidianum da nobis hodie. Luc.* 11.& ait
horam congruentem pro ſolemni cele-
bratione huius ſacrificij eſſe ab hora ter-
2 tia vſque ad horam nonam, quo tempore
principaliter paſſus eſt Dominus. Sed cō-
tra dictum S.Doct.

Dices primò, ſacrificium hoc eſſe re-
preſentatiuum paſſionis Ieſu Chriſti, ſed
Chriſtus ſemel paſſus eſt, ergo eius repe-
ſētatio ſemel in anno fieri debet, eo mo-
do, quo de alijs ſolemnitatibus tàm Ieſu
Chriſti, quàm Sanctorum ſemel in anno
fit repreſentatio.

Reſpond. Nego conſequen. & ratio eſt,
quia in hoc ſacrificio duplex habetur re-
3 preſentatio, vna paſſionis Ieſu Chriſti, alia
effectus eiuſdem paſſionis; vndè benè ſe-
mel in anno in Paraſceue fit repreſentatio
paſſionis; at repreſentatio effectus paſſio-
nis, qui habetur per hoc ſacramentum,
(vt in §.*virtus eſt*) debet quotidie cele-
brari, vt quotidie pariter de tali effectu
participemus. Cæterum ideò Feria ſexta
in Paraſceue (vt aduertit *S.Doct.ad* 2.*di-
cti art.*) nō celebratur ſacrificium, ſed be-
nè conſumatur: nam tunc habemus verā
rememorationem paſſionis Chriſti, meri-
tò ceſſat ſacrificium; at cum ſemper indi-
geamus efficacia eius paſſionis, ideò non
ceſſat quotidiana perceptio.

Dices ſecundò, Chriſtus Dominus in-
ſtituit hoc ſacramentum tempore ſeroti-
no, ergo tunc etiam nos celebrare debe-
mus, vt omnimodo perfectiori accedamus
ad Chriſti inſtitutionem.

Reſpond. Nego conſequ. & ratio eſt, nā
Chriſtus ideò inſtituit hora ſerotina, &
poſt cœnam, quia volebat memoriam hu-
4 ius ſacrificij non deleri de mente Apoſto-
lorum per ſubſequentes curas eiuſdem
diei, ſed quod ſemper remaneret talis me-
memoria. *Matth.26. In mei memoriam
facietis*, meritò vt hic eſſet vltimus actus
in mente Apoſtolorum, voluit tunc inſti-
tuere in vltima parte diei, idem *S.Doct.lo-
co cit.* Nos autem debemus vti hoc ſacri-
ficio, & ſacramento ſtatim albēte die, quia
ſemper eius effectibus indigemus; tum
etiā quia Chriſtus Dominus, qui eſt prin-
cipalis offerens in hoc ſacrificio, dixit,
*Ioann.16. Me oportet operari opera eius,
qui miſit me, donec dies eſt, veniet nox,
quando nemo poteſt operari; quandiu in
mundo ſum, lux mundi ſum.* ergo in luce
debet celebrari hoc ſacrificium.

5 Aduerte ſecundò, tempus pro celebra-
tione non poſſe eſſe ante Aurorā, nec poſt
meridiem, ſic ex inſtitutione Eccleſiæ, ad
commoditatem fidelium, vt facillimè in-
teruenire poſſint, *S.Doct.q.*83.*art.*2. *Va-
lentia tom.4.diſp.6.q.11.punct.3. Silueſt.
verbo miſſa prima, qu.6. Nauar.in man.
cap.25.nu.86. Azor.lib.10.inſtitut.moral.
cap.25.par.1.* qui tenent, peccare morta-
liter ſacerdotem celebrantem ante Auro-
ram, vel poſt meridiem.

Dices, poteſt quis communicari etiam
poſt meridiem, vt ſupra dixi, ergo poterit
etiam ſacrificari poſt meridiem.

Reſpond. Nego conſequentiam, & ra-
tio eſt, quia hoc ſacrificium eſt repreſen-
tatiuum paſſionis Ieſu Chriſti, quæ hora
6 nona completa eſt, ergo hora nona ſacri-
ficium ceſſare debet, quod non eſt in cō-
munione, per quam percipimus fructum
paſſionis Ieſu Chriſti, ſed qualibet hora
fructu indigemus, ergo qualibet hora po-
terit communicari.

Nota limitationem huius dicti, primò
ex priuilegio Summi Pontificis. Secundò
in nocte Natiuitatis Domini, quia tunc li-
cet celebrare poſt mediam noctem, *cap.
nocte ſancta, de conſecr.diſt.*1.

7 Quæres primò, an totæ tres miſſæ poſ-
ſint celebrari conſecutiuè in nocte Nati-
uitatis Domini poſt mediam noctem, &
ante Auroram. Hac in re Summiſtæ tenēt,
poſſe tantum vnam miſſam celebrari poſt
mediam noctem, alias verò poſt Aurorā,
ſic *Silueſt. Angel. Armil. & alij verb.miſ-
ſa, & Nauar.in man.c.25.n.87.*

Reſpond. tamen, poſſe etiam practicari
contrariam ſententiam, quā tenent *Suar.
tom.3.diſt.80 ſect.4. Putean.3.par qu.*83.
art.2. Laiman.lib.4.cap.4.num 2. *Vaſqu.
3.par.tom.3.diſput.*232.*cap.3.num.*3. *Co-
ninc.in 3.part.q.83.ar.2.dub.4.num.*218.
quia in *d.cap.nocte*, nulla apponitur limi-
tatio, ſed dicitur indiſtinctè, quod in no-
cte Natiuitatis tres miſſæ celebrētur. Nec
facit, quod in Rubricis Miſſalis diſpona-
tur, quod tres miſſæ dicantur tribus tem-
8 poribus ibi notatis: nam hoc intelligi de-
bet de miſſis ſolēnibus, in quibus eſt ſer-
uandus talis ordo, vt ſcilicet vna dicatur
poſt mediam noctem, alia in Aurora, alia
hora tertia: vndè qui contrafaceret, & vel-
let omnes miſſas ſolemniter cantare con-
ſecutiuè poſt mediam noctem, peccaret
mortaliter. Ratio eſt, quia eſt conſuetudo
firmata ab Eccleſia per longum tempus,
per quam hic ordo præpoſitus practicari
debet in ſolemnitate talium miſſarum,
quod fit ad oſtendendam triplicem Verbi
natiuitatem, vt ſupra diximus; primam ab
æterno à Patre, & cum hæc natiuitas ſit
imperſcrutabilis, & nobis non clara, ideò

in

in media nocte hæc miſſa dicitur,& in in-
troitu apponuntur illa verba, *Dominus di-
xit ad me, Filius meus es tu, ego hodie ge-
nui te;* ſemper enim Pater generat Filiũ,
vt genuit ab æterno, *S. Doct. q. 83. artic. 2.
ad 2.* ſecunda natiuitas eſt ſpiritualis in
cordibus noſtris, & hæc neq; apertè à no-
bis cognoſcitur, ſed colligimus ipſam ex
9 effectibus, ideò hæc ſecunda miſſa canta-
tur in Aurora, quæ eſt initium Solis, & in
introitu dicitur, *Lux fulgebit hodie, &c.*
tertia natiuitas eſt temporalis, & fuit in
carne viſibili, & ideò tertia miſſa orto So-
le cantatur, & in introitu dicitur, *Puer na-
tus eſt nobis, & Filius datus eſt nobis, etc.*
hæc, & alia ponit S. *Doct. loc. cit. art. 2. ad 2.*

Quæres ſecundò, quando poſſint inci-
pi miſſæ in alijs diebus regulariter.

10 Reſpond. cum diſtinctione, quod ſcili-
cet aut ſunt Religioſi, vel alij, qui habent
priuilegium celebrandi per vnam horam
ante diẽ, & iſti poterunt celebrare per tres
horas ante ortum Solis; nã duæ horæ ſunt
Auroræ ante ortum Solis, & vna eſt ex pri-
uilegio, ergo poterunt ſic celebrare, *Suar.
ſect. 4. Ioan. de la Cruz in direct. conſcient.
part. 2. de ſacrific. miſſ. qu. 2. dub. 1. concl. 2.
Fernandez de Eredia in exam. Theologia
moral par. 3. cap. 5 § 14. num. 15. Poſſedin.
de offic. curat. cap. 8. n. 18.* qui tenent, quod
pro alijs, qui non habent priuilegium, po-
teſt hoc tempus intellig, vt finiatur miſſa
per horam cum dimidia ante ortum So-
lis; vndè poterit inchoari miſſa per duas
horas ante ortum Solis, imò *Henriq. lib. 9.
cap. 24. nu. 23.* tenet, poſſe etiam ſacerdotẽ
qui non habet priuilegium, anticipare
tale tempus, ex aliqua cauſa rationabili,
puta ſi eſſet communicanda aliqua puella
in tali miſſa, vel ſi deberet ſacerdos iter
facere, &c. & ſic tali cauſa concurrẽte, po-
teſt per tres horas ante Solem incipere
miſſam; item pro communicãdo infirmo,
cum non adeſt particula conſecrata, & in
ſimilibus cauſis rationabilibus, *Vict. de
Eucbariſt. nu. 45. Laiman. lib. 4. tract. 5.
cap. 4.* ſumus enim in moralibus, in qui-
bus non poteſt dari certa menſura, ſeu re-
gula, ſed exigentia circumſtantiarum au-
get, vel limitat.

Quæres tertiò, an poſſit excedi tempus
poſt meridiem.

11 Reſpon. quod in Regularibus, qui ha-
bent priuilegium celebrandi poſt meri-
diem, intelligitur per tres horas poſt me-
ridiem, ſic tenet *Silu. 3. part. q. 83. art. 2. ex
Anton. Andr. in cap. 1. de celebrat. miſſar.
Vaſq. 2. par. tom. 3. diſt. 23. cap. 4. n. 37.* qui
tenent, in hac re, quæ moralis eſt, non eſſe
cõſiderandum tempus Aritmeticè, & Ma-
thematicè, ſed eſſe procedendum morali-
ter, imò *Suar. Henriq. & alij apud Laim.
loc. cit.* tenent, non peccare mortaliter il-
lum, qui feſto die ratione itineris legitimè
impeditus incipit miſſam vna hora poſt
meridiem; cæterum regulariter ſufficit,
quod miſſa compleatur antequàm ſit ho-
ra poſt meridiem.

Quæres quartò, an ſacerdos, qui non
recitauit matutinum, peccet mortaliter, ſi
celebret.

Reſpond. negatiuè, ſic *Barboſa de pote-
ſtate Epiſcopi. par. 1. alleg. 24. nu. 15.* & pro
hac re allegat ibi quatuor DD. idem te-
12 net *Silu. 3. par. q. 83. ar. 2.* qui dat rationẽ,
nam ex ſui inſtitutione preces matutina-
les, & ſacrificium nullam habent inter ſe
connexionem; preces enim Officij ſunt in-
ſtitutæ, vt exhibeatur cultus Deo ſupplẽ-
do pro populo; ſacrificium verò inſtitutũ
eſt, vt recolatur memoria paſſionis Ieſu
Chriſti, idem tenent *Laiman. & alij,* tum
etiam, quia nullibi reperitũr tale præce-
ptum, & verba Miſſalis rãrum conſultiuè
ponuntur, vt patet ex eiſdem verbis, neq;
conſuetudo ab aliquibus introducta po-
teſt in hac re tollere libertatem vniuer-
ſalem.

Circà ſecundum eſt videndum de loco
ſacrificij. Pro quo

Aduerte primò, ſacrificium non poſſe
fieri, niſi in locis ſacris, vt in *cap. conſecra-
tione, de conſecrat. diſt. 1. & cap. taberna-
13 culum,* eiuſdem diſtinctionis adducitur
exemplum Moyſis *Exod. 31. & Num. 70*
quod Dominus præcepit Moyſi, vt taber-
naculum cum mẽſa, altari, vaſibus æneis,
& vtenſilibus ad ſui cultum explendum
conſecraret, imò ipſa conſecratio Eccle-
ſię exigit poſt ſe immediatè celebrationẽ,
quod totum fieri debet de licẽtia Epiſco-
pi, *cap. omnes Baſilicæ, cap. de locorum,
cum alijs cap ſubſequ. de conſecrat. diſt. 2.*
& quod poſſit Epiſcopus dare licentiam,
patet ex *gloſa in cap. præcepta, verbo, au-
thoritate,* vbi dicit, poſſe id fieri ex autho-
ritate generali Epiſcopi pro ſua Diæceſi,
& in Legatis à latere eadem eſt conſide-
randa facultas pro locis, vbi exercent le-
gationem, *cap. nemo, diſt. 1. cap quidam,
18. qu. 2. & in cap. nullus, ead. diſt. de con-
ſecrat.* imponitur grauiſſima pœna contra
14 ſacerdotes celebrantes in locis non con-
ſecratis, quod ſcilicet debent abijci, & ſu-
ſpendi, per illa verba, *Nullus Presbyter
miſſas celebrare præſumat, niſi in ſacratis
ab Epiſcopo locis, qui ſui particeps de ca-
tero voluerit eſſe ſacerdotij.*

Aduerte ſecundò, quod ſacerdos bene-
ficiatus, vel ſtipendiatus vt in aliquo cer-

to loco celebret ex volũtate defuncti, cu-
15 ius corpus ibi iacet, vel corpora conſan-
guineorum ibi ſepulta ſunt, non poteſt ali-
bi accedere ad celebrandum, alias peccat
mortaliter, tamen non tenetur ad reſtitu-
tionem, & tenent *Nauarr. cap. 25 nu. 134. Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 24. qu. 8. Henriqu. in ſum. tract. 4. cap. 5. nu. 6.* & ratio eſt, cur
ſcilicet peccet mortaliter, quia in re ma-
gni momenti infideliter agit frangendo
promiſſum. Quod non teneatur ad reſti-
tutionem, patet, quia applicat verè ſacrifi-
cium eodem modo hic, quam alibi, & ſic
16 habentur eſſentialia ſacrificij: ſi autem in
dicta cappella ſolerent venire fideles, qui
adiuuarent ibi ſepultos precibus, & ora-
tionibus, in iſto caſu teneretur talis ſacer-
dos compenſare hoc damnum ſuis pre-
cibus, & orationibus.

17 Amplia hoc ex mente ſupradictorum
DD. quod obligatus celebrare in altari
priuilegiato, non ſatisfacit ſuæ obligationi
celebrandi aliſi cum applicatione Indul-
gentiæ S. Caroli, vel quinque Sanctorum:
vnde datur regula generalis pro Indulgẽ-
tijs, quod tutior eſt Indulgentia, pro qua
difficilius opus exequitur, quàm illa, quæ
pro quolibet leui opere diſpenſat.

Aduerte tertiò, quod altare, in quo fit
ſacrificium, debet eſſe lapideum, *cap. alta-
ria ſi non fuerint. de conſecrat. diſtinct. 2.*
aliàs non debet conſecrari, & ratio reddi-
tur per *gloſ. ibid. verb. non conſecrentur,*
18 nam altare eſt ſymbolum Ieſu Chriſti, q.
dicitur Petra, *c. in nomine Domini, diſt. 21.*
tum quia Iacob quando ędificauit altare
Domino Geneſ. 14. *Erexit lapidem fun-
dens oleum deſuper, &c.* & debent etiam
altaria eſſe vncta ſancto Chriſmate, *c. alta-
ria placuit, diſt. 1.* & debent in ipſis adeſ-
ſe reliquiæ Sanctorum, aliàs eijciãtur, nec
in ipſis ſacrificetur, *c. placuit, ead. diſtinct.*

Aduerte quartò, quod Eccleſia debet
eſſe locus publicus. Quare in priuatis do-
19 mibus non poſſunt altaria conſtrui, & ſa-
crificari in ipſis; *cap. vnicuiq; ead. diſtin.*
ſed de licentia Summi Pontificis conce-
ditur Principibus pro ſe, & ſua familia, vt
ſatisfaciant etiam die feſto, ſi ibi audiant
ſacrum, ſed in aliquibus diebus celebrari
ibi non poteſt, vt in Paſcate, Natali, *cap. ſi
quis etiam, ead. diſt.*

Circa tertium, & ſic circa modum ſer-
uandum in ſacrificio habemus Rubricas
Miſſalis. Tamen hic

Aduerte primò, quod nullus Epiſco-
pus, Presbyter, aut Diaconus ſolemnia
miſſarum celebrare debet cum baculo in
20 manibus, & operto capite, *cap. nullus, di-
ſtinct. cit. & gloſ. ibid. verbo præſumat,* de-
clarat vſum baculi, & mitræ in Epiſcopis
non in ſolemnijs miſſarum, ſed in alijs cę-
remonijs ſpectantibus ad ſacrificium, vt
incenſatio, &c. at dum orat, offert, conſe-
crat, &c. aperto capite manere debet, imò
eadem *gloſ. verb. cum baculo,* aduertit, nõ
eſſe promouendum eum, qui ſine bacu-
lo miſſam celebrare non poteſt, & citat
text. in cap. ſi quis in infirmitate, diſt. 55.

Quæres, an poſſit ſacerdos infirmus ce-
lebrare cum biretino.

Reſpond. id eſſe reſeruatum Pontifici,
vt declarauit ſacra Congregatio Cardina-
21 lium ſuper negotia Epiſcoporum 2. Ia-
nuarij anno 1598. & ſacra Congregatio Ri-
tuum idem confirmat die 31. Iulij anno
1626. ſi tamen ſacerdos debeat celebrare
ex aliqua neceſſitate, poterit id facere,
donec veniat licentia, pro qua iam ſcri-
pſit, & hoc pro illa neceſſitate, & vſque ad
canonem, ſic *Suar. 3. par. tom. 3. diſput. 83. ſect. 3. Filiuc. tom. 1. tract. 5. nu. 152. Silu. 3. par. q. 83. ar. 5. in fin. Ledeſma in ſum. to-
mo 1. de ſacram. Euchariſt. c. 2. concluſ. 7.*

Aduerte ſecundò, quod debet ſacerdos
habere calicem, & patenam conſecratam,
& debent eſſe iſtæ res argenteæ, & non
22 ex auricalco, vel ligno, vel criſtallo, vt erãt
in antiqua Eccleſia, *cap. vt calix, diſtin. 1.*
inſuper purificatorium, & corporale cum
palla ex lino puro, & mundo, *cap. conſultò, ead. diſt.* quod eſt propter duplicem ratio-
nem, vt aduertit *gloſ. ibi verbo terreno, & verb. lino.* Prima ratio eſt, quia cum linũ
23 ſit res de terra producta, per hoc datur
nobis intelligi, Verbum Dei Saluatorem
carnem noſtram terrenam aſſumpſiſſe de
corpore Virginis, *cap. qui Epiſcopus, di-
ſtinct. 23.* Secundò, quia ſicut linum poſt
multas preſſuras deuenit ad talem albe-
dinem, ſic Chriſtus poſt multas paſſiones,
& dolores glorificatus eſt, & fideles poſt
multas tribulationes intrabunt in dealba-
tionem æternæ gloriæ, *c. Saluator 1. qu. 1.*

Nota tamẽ, quod omnes iſtæ res ſacræ
debent deuotè cõtrectari, nec poſſunt lai-
24 ci ipſas tangere, vel ſeruare, *cap. in ſancta
cum ſeqq. diſt. 1. cap. non oportet, c. ſacra-
tas, & cap. non liceat, 1. & ſeq. diſt. 13.* itẽ
veſtibus ſacris ſacrificium fieri debet, *cap.
veſtimenta Eccleſiaſtica, de conſecrat. di-
ſtinct. 1.*

Sed circa veſtes quæres primò, an ſacer-
dos dũ induit ſacras veſtes, teneatur ſub
mortali recitare illas orationes, quæ pro
indumento ipſarum apponũtur in Miſſali.

25 Reſpon. negatiuè, & ratio eſt, quia nul-
libi habetur hoc præceptum expreſsè, er-
go cum ſimus in pœnalibus, neq; nos im-
ponere debemus, tantò fortius, quod ver-

ba

Digitized by Google

ba Miſſalis non loquuntur pręceptiuè,ſed
conſultiuè , vt aduertit *Homobon .in exa-
min.Eccleſ.par.1. tract.4.cap.15.qu.145.*
cum octo DD. quos ipſe adducit, *Laim.
tract.5.lib.4.cap.5.nu.12.Fagund.trac.1.
lib.3.cap.21.nu.9.*quod intelligitur, dum-
modo non omittat in contemptum, imò
Fagundez fundatè probat,Rubricas Miſ-
ſalis non obligate ſub mortali , niſi tan-
tum quoad ea,quæ ſpectant ad eſſentialia
ſacramenti,& ſacrificij .

26 Quæres ſecundò,an poſſit ſacerdos in
caſu neceſſitatis celebrare cum veſtibus
adhuc non benedictis, vel abſque vna ex
dictis veſtibus.

Reſpond.affirmatiuè , ſic tenet *Ioan.de
la Cruz in directo.conſcient.part.2. de ſa-
crific.miſſ qu.3.dub.4.concluſ.2. Ledeſma
tom.1.de ſacrament.Eucbariſt. capit.21.
concluſ.1.dub.3.Suar.3.par.tom. 3.diſput.
83.ſection.3.dub.1.Coninc.de ſacrament.
quaeſt.83.ar.3.dub.3.num.25.* intellige
etiam dictum ſecundum prædictos DD.
de calice,& patena non conſecratis, quod
ſcilicet ſi ſemel cum his rebus adhuc non
benedictis, vel conſecratis vnus ſacerdos
celebrauerit , poſſint alij abſque peccato
celebrare cum ipſis , nec debent reconſe-
27 crari:nam ratione contactus, & miniſterij
cenſentur iſtæ res conſecratæ,& benedi-
ctæ , concurrente etiam bona fide ipſius
primi ſacerdotis,qui ſic conſecrauit,*Car-
tuſ.lib.2.de legib.diſput.pen.cap.vlt. Aui-
la de cenſur.par.5.dub.3.concluſ.1.Eman.
Sà verbo Eccleſia*, ſecus autem ſi ille pri-
mus ſacerdos id fecerit mala fide,& ſcien-
ter; tunc enim non poterunt alij cum ip-
ſis celebrare,niſi fuerint ab Epiſcopo cō-
ſecratæ, ſic *Portell. in addit. ad dubia re
galanda,verbo Eccleſia,num.5.* quia mala
fides illius videtur potius inficiaſſe,quàm
conſecraſſe.

Quæres tertiò, quid ſi iſtæ res ſint fra-
ctæ, an poſſint cum ipſis celebrari.

Reſpon.cum diſtinctione,quod ſcilicet
vel ſunt aptæ ad ſacrificium , & poterunt
deſeruite. Vel non apparent aptæ, & ſa-
cerdos peccat. Vnde ſi cingulum franga-
tur,poterit vniri, & erit aptum. Idem dic,
28 ſi diuidatur in duas partes, quarum quæ-
libet ſit ſufficiens ad cingendum , quia
vtraque deſeruire poterit,*Coninc.loco cit.
Eman.Sà verbo miſſa,num.12.* cæterum
ſi veſtes habeant duos colores , vnum
ſubtus, alium ſuper, poterunt pro quoli-
bet colore deſeruire , etiam ſi vnica be-
nedictione fuerint benedictæ,quia vna eſt
veſtis.Item poterunt ſarciri cum alia re
29 non benedicta,& ſemper erunt aptæ, dū-
modo non amittant formam cōſecratio-
nis,& poſſint deſeruire ad finem,ad quem
fuerunt benedictæ, *Azor.part.1. libr.10.
cap.28.quaeſ.9.& 10.Bartbolom.de Ange-
lo in exam.confeſſ. dialog.5. §.275.*

Aduerte tertiò , requiri in altari lumi-
naria,quæ debent eſſe cerea:ſi tamen quis
in caſu neceſſitatis celebraret cum lumi-
naribus olei,vel adipis (puta pro pręben-
30 do viatico,vel in die feſto,&c.) non pec-
caret mortaliter,ſic *Nugnus 3.part quaeſ.
83.art.3.dub.3.Graſſius par.1.lib.2.cap.43
num.1. Azorius part.1.lib.10.cap. 18.quae-
ſit.15.Homobon.loco cit.par.1.tract.4.cap.
15.quaeſit.143.* qui idem tenet de cruce,
quod ſcilicet poſſit ſacerdos celebrare ſi-
ne cruce, ſed non eſt ſubſtinendum, imò
dico,ſacerdotes ſic celebrantes peccare
mortaliter , quia ferè omnes ceremoniæ
diriguntur ad crucem, & impoſſibile eſt,
non poſſe ſaltem duas paleas vniri ad ſi-
gnificandam crucem.

Circa luminaria ex oleo,vel adipe nota,
quod in caſu neceſſitatis,ne ſacerdos pec-
cet mortaliter,debet facere id ſecretò,vel
certos facere auditores id nō eſſe ex aua-
ritia,vel contemptu,vt docet *Laiman.tra-
ctat.5.lib.5.c.6.n.17.*

Aduerte quartò, quod requiritur etiā
Miſſale,ſi tamen in aliquo loco non adeſ-
ſet Miſſale, & ſacerdos omnia benè ſciat
memoria,& confidat de ſecura recitatio-
31 ne,poterit celebrare; tamen ad minus ad
excludendum ſcandalum, deberet tenere
antea aliquem librum ſacrum, ſic *Laim.
lib.4.tract.5.cap.6. num.17. Villalobos in
ſumma,part.1.tract.8.difficult.26.num.5.
Ledeſma in ſumma de Eucbariſt.cap.20.
poſt 8.concluſionem*,& colligitur ex *Vaſq.
3.part.tomo 4.diſput.253.cap.3. num.26.*
vbi *Vaſqu.*id concedit ſacerdotibus, qui
difficiliter vident, vt poſſint celebrare, ſi
memoria calleant,ergo pariter in caſu no-
ſtro ſi non adſit Miſſale , & currat caſus
neceſſitatis.

Circa quartum,& ſic circa applicationē
ſacrificij aduerte primò , pro applicatione
miſſarum deberi ſacerdotibus charita-
32 tiuum ſtipendium , quod eſt taxatum ſe-
cundum conſuetudinem locorum, & hic
Neapoli eſt valor vnius caroleni:ſi tamen
ſacerdos paciſcatur de miſſa celebranda
pro alio ex minori ſtipendio, tenetur ap-
plicare,nec poteſt augumentum deinde
petere, vel miſſam pro duobus applicare,
& ſic debet ſibi imputare damnum, dum
oritur ex ſuo pacto , *Bonacina de ſacram.
diſtin.4.quaeſit.vlt.punct.7.§.2.num.8.*&
decreuerunt *Eminentiſſimi Cardinales in
decreto de celeb.miſſ.§.3.*

Nota tamen iam,quod ſumus in ſtipē-

dio, quod non poteſt ſacerdos accepto iu-
ſto ſtipendio pro miſſa celebranda dare
alteri ſacerdoti tale ſtipendium, dempta
33 aliqua parte pro ſe, & facere, quod ille
celebret ſtipendio ſic diminuto, ita etiam
decreuit Sacra Congregatio adducta vo-
lens ab Eccleſia remouere omne damna-
bile lucrum, & confirmat *Riccius in praxi Archiepiſcopali, part. 2. reſolut. 36. num. 1. & 2. & par. 3. reſolut. 309. et per totam, Rodriquez in ſumma tom. 4. cap. 52. nu. 3. Silu. 3. par. quæſit. 83. ar. 1. quæſit. 17. Molfeſ. in ſumma, tom. 1. tract. 3. cap. 16. nu. 20. Vega tom. 2. cap. 41. in ſumma, Filiuc. to. 1. tract. 5. c. 6. n. 186.*

Limita hoc in Beneficijs, vel in alijs Ca-
pellanijs opulentibus, in quibus pro miſ-
ſis celebrandis magna ſumma pecuniarũ
34 requiritur; tunc enim poteſt Cappel-
lanus, vel Beneficiatus retento ſuper-
fluo (Beneficij loco) alteri ſacerdoti pro ſe
celebranti dare iuſtum ſtipendium, neq;
hoc cenſetur prohibitum à Sacra Congre-
gatione, vt apud *Ledeſmam in ſumma, tom. 1. de Eucharistia, expit. 19. concluſ. 13. Villalobos ibidem part. 1. tract. 8. diffic. 17. Poſſeuinus de officio curati, cap. 2. num. 18. Cenedus Inſtit. canon. quæſit. 27. num. 12. in fine.*

35 Aduerte ſecundò, quod miſſa, quæ à ſa-
cerdote applicatur, diuiditur in tres par-
tes, vna pro offerente ſtipendium, alia pro
Eccleſia, tertia pro ipſomet ſacerdote.
Hoc poſito

Dubitatur, an poſſit ſacerdos priuare
ſe ipſum hac ſua tertia parte, & accepto
duplicato ſtipendio, vnica miſſa ſatisface-
36 re. Pro dubio videbatur dicendum, quod
ſic, & ratio eſt. nam miſſas in tres partes
æquales, & pars ſacerdotũ eſt æqualis par-
ti offerentis, ſeu dantis ſtipendium, ergo
poterit ſacerdos hanc ſuam tertiam par-
tem applicare pro eo, qui dat aliud ſtipẽ-
dium. His tamen ſic ſtantibus

Reſpondent aliqui affirmatiuè, ſic *Molfeſ. tomo 1. tract. 3. cap. 13. Bartholom. de Angelis in examine confeſſariorum, dialogo* § 507. *Homobonus in examine Eccleſiaſt. par. 1. tract. 4. c. 13. quæſ. 125.* qui te-
nent hoc, & confirmant ex doctrina gra-
uiſſimorum Doctorum, *Filiuc.* autem
tract. 15. tomo 1. cap. 6. num. 151. docet ex
37 *Nauarro*, quod cum ſit incerta iſta ter-
tia pars ſacerdotis an ſit æqualis, nec ne
parti offerentis, ideò poterit ſacerdos pro
ſingulis tribus ſuis partibus ſatisfacere
pro alio ſtipendio, & hoc docet eſſe con-
ſulendum pro ijs, qui multis ſatisfacere
tenẽtur. Hæc opinio eſt probabilis, & pra-
cticabilis, tuetur enim his, & alijs grauio-
ribus Doctoribus, tamen quidquid ſit,
vereor, ne hoc agentes peccent peccato
auaritiæ, & odio propriæ animæ, nec pu-
to ſacerdotes adeo vilipendere bonum
ſuæ animæ, vt dum poſſunt ipſam ſacrifi-
cijs adiuuare, velint ipſam tãto bono pri-
uare, & ex cupiditate pecuniæ alijs appli-
care, vnde *Gauancus in commentarijs ad rubricas Miſſalis, tomo 1. par. 3. tit 13.* tue-
tur contrariam ſententiam, & ait eſſe pro-
babiliorem, ſed non improbat primam,
ac proinde illa eſt probabilis, hæc proba-
bilior, & hanc ſecundam ſententiam ſuſti-
net *Bonacina de ſacramentis, diſtinct. 4. quæſit. vltim. punct. 8. num 16. Suar. 3. par. tomo 3. diſput. 79. ſect. 9. in fine.* & hæc vi-
detur magis pia, & magis conſulens pro-
priæ animæ ſaluti.

Aduerte tertiò, applicationem miſſa-
rum requirere certam determinationem,
38 non tantum apud Deum, ſed etiam apud
ipſum ſacerdotem, & ſic non poteſt ſacer-
dos offerre miſſam pro illo, quem Deus
ſcit primò ſibi largiturum eleemoſynam,
ſic decreuit Sacra Congregatio de man-
dato Clementis VIII. die 15. Nouembris
1605. & refert *Riccius in praxi, part. 3. reſolut. 361. Barboſa de poteſtate Epiſcopi, par. 2. alleg. 24. Homobonus par. 1. tract. 4. cap. 14. quæſit. 130. Filiuc. tomo 1. tract. 5. cap. 3. Cenedus loco cit. quæſit. 28. Coninc. de ſacramentis. quæſit. 83. art 3. dubio 9. num. 168. Fogundez de præceptis Eccleſiæ, part. 1. lib. 9. cap. 9. num. 2. & alij Doctores quamplurimi ex dicto decreto ſub Clemente;* ponere. ut enim ex hoc in cordibus fi-
delium ſuſpicio, & curioſitas de præſciẽ-
tia Dei, & de ſimilibus, ad quæ non debẽt
excitari fideles, ſed ſunt relinquendi in
bona fide, & ſancto propoſito.

Nota tamen ex *Ricc. loco cit. reſol. 338. & Ledeſma part. 1. de ſacramento Euchariſtiæ, cap. 18. concluſ. 17. Rodriquez in ſumma, tomo 1. cap. 235.* & ex alijs, quod
39 poterit limitari hic caſus, quando quis
tenetur ſingulis hebdomadis aliquas miſ-
ſas celebrare pro certa determinatione
obligationis; tunc enim poterit in vna
hebdomada celebrare miſſas vtriuſque,
ſiuè hebdomadæ præteritæ, & præſentis,
ſiuè præſentis, & ſubſequentis, quia tunc
nullum ſequitur abſurdũ ex dictis, vt ad-
uertunt citati DD.

Dices ergo requiritur, quod ſacerdos
in ipſo actu oblationis habeat memo-
riam eius, qui dedit ſtipendium, poſito,
40 quod certa debeat determinari inten-
tio, quod eſt maximum inconueniens, er-
go non eſt ita dicendum.

Reſp. negando ſequelam antecedentis;

non

non enim debent adeò ſcrupulizare Sacer-
dotes,ſed ſufficit ſi iam ſemel determina-
uerint perſonam ſiuè in ſpecie, ſiue in ge-
nere. Vndè poterit licitè dicere; applico
Domine pro eo, quem ſcis mihi dediſſe
eleemoſynam pro ſacrificio, nam in
hoc non currit ratio, ſupra adducta reſpe-
ctu futuri euentus; imò poterit applicatio
fieri etiam die externo pro ſacrificio in
craſtinum celebrando. Vndè poteſt hodie
v.g. dicere Sacerdos; applico Domine ſa-
crificium craſtinum pro Titio v.g. ſic *Sua-
rez 3.par.tom.3.diſt.13.ſect.3.concl.2.Bo-
nac.de Sacramentis diſp.1.quæſit.3. punct.
2.§.3.n.11.Molfeſ.in ſum.tom.1.tract.3.c.
4.n.13.*quidquid dicat *Vaſquez*,qui *3.par.
tom.3.d.138.c.6.nu.76.* maximum induerit
ſcrupulum,exigit enim actualem appella-
tionem, & eodem modo requirit actualē
intentionem conſecrandi,quæ licèt,ſic exi
geretur,eſt tamen diſpar ratio inter appli-
cationem,& intentionem conſecrandi.

Aduerte quartò, Curatum teneri cele-
brari diebus Dominicis, & alijs feſtis in
quibus populi tenentur audire ſacrum,di-
41 ximus *libr.1.*& docet etiam *Villalobos in
ſum.par.1.dub.8.nu.14.Silu.3.par.quæſt.
83.art.1.quæſit.13.*tamen quoad applica-
tionem ſi non conſtet expreſsè de obliga-
tione applicandi pro ſuis parochianis, nō
tenetur ad id. *Silu.loc.cit.*imò etiam ſi ali-
cubi fuiſſet introductum,quod aliqui Cu-
rati applicaſſent pro ſubditis, tamen iſta
conſuetudo non eſt obligatoria, vt docet
*Poſſeuinus de offic. Curati c.2.nu.4.Praxi-
nellus de obligat.Sacerdotum ſect.3.concl.
2.§.1.Suarez 3.par.tom.3.diſp.86. ſect.1.*
quia non eſt introducenda obligatio ſine
claris probationibus.

Aduerte quintò, reſpectu Regularium,
quod poſſunt Regulares propter onera,
quæ habent,& neſciunt ſe referre obliga-
tioni, quam habent impoſitam à ſuperio-
42 ribus ſolent enim ſuperiores aſſignare, P. ta-
lis celebret pro fundatore, Pater talis pro
tali,&c. imò poſita applicatione ſuperio-
ris,ſi Sacerdos non applicaret ſecundum
intentionem illius,ſed pro alio ad ſui libi-
tum,in iſto caſu valeret applicatio ſupe-
rioris,& non applicatio Sacerdotis, quia
ſuperior eſt Dominus actuum, & opera-
43 tionum ſubditorum, & poteſt ipſas ordi-
nare, & de ipſis diſponere, vt vult *Praxi-
nell.loc.cit.ſeſſ.6.§.7.nu.1.Gauant.in rubr.
Miſſalis p.3 tit.12.n.18.*

Dices, voluntas in ſacrificio eſt libera,
ergò ſicut poteſt miniſter velle conſecra-
re,& non conſecrare,ſic poteſt applicare,
& non applicare ad ſui libitum.

Reſp. negando conſequentiam,& diſpa-
ritas eſt. Nam intentio Sacerdotis in con-
ſecratione eſt de eſſentia ſacrificij, ideò
adeſt in poſſe ſuperioris illam irritare; at
applicatio pro hoc, vel illo non eſt de eſ-
ſentia ſacrificij, & eſt res extrinſeca;ergo
poteſt ſuperior diſponere de voluntate
ſubditi, & applicare ipſum ſacrificium fa-
ciēdum ab illo. Quod ſi ſubditus applicet,
nihil operatur eius applicatio, ſed appli-
catio ſuperioris ſubſiſtit.

Circa quintum,& ſic circa obligationē
ſacrificandi, dico cum *S.D.3.part.quæſit.
82.art.10. in corpore,* quod irrationabi-
liter putant aliqui Sacerdotem non cura-
tum nunquam teneri ſacrificare,& probat
44 *S.D.*Nam vnuſquiſq; tenetur vti gratia
ſibi data, dicente *Apoſtolo 2.ad Corinth.6
Hortamur ne in vacuum gratiam Dei re-
cipiatis,*& ſubdit *S.D.* quod opportunitas
ſacrificium offerendi non tantum attendi-
tur per comparationem ad fideles Chri-
ſti, quibus oportet ſacramenta miniſtran-
ti, ſed principaliter per comparationem
ad Deum, cui conſecratione huius Sacra-
menti ſacrificium offertur, & inferius ſub-
dit ſaltem videtur, quod celebrare tenea-
tur in præcipuis feſtis, & maximè in illis
diebus, quando fideles communicare cō-
ſueuerunt,& *Machabæorum 2.c.4.* contra
quoſdam Sacerdotes dicitur, quod iam
non circa altaris officia dediti erant con-
tempto templo, & ſacrificijs neglectis.
Hæc tantus Doctor cuius opinionem, &
rationem puto euidentiſſimam, & fateor
hoc habere pro indubitato, dum eius ſcri-
pto à verbo Dei approbationem habent.

Dices etiam ad officiū Sacerdotis ſpe-
ctat abſoluere, baptizare,&c. & ſi non di-
45 cuntur obligati ad hæc agenda,ergò neq;
debent æſtimari obligati ad ſacrificādum,
cum non ſit maior ratio in vno caſu, quā
in alio.

Reſp. negando conſeq. & diſparem ra-
tionem aſſignat ipſemet *S.D.* vt patet ex
dictis, quia hoc Sacramentum eſt ad vſum
fidelium, & vt ſacrificium eſt ad honorem
Dei. Vnde licet ſecūdum rationem Sacra-
menti non teneatur Sacerdos non curatus
celebrare ad conficiendum Sacramētum,
tamen ratione ſacrificij,& cultus Dei qui-
libet tenetur modo quo diximus *S.D. loc.
cit.*idē tenet *Riccard in 4.diſt.13.quæſt.2.
ar.2.Duran.ibid.q.2.Silueſt.verbo Miſſā
1.quæſ.3.verſ.quartò Nauar.in manual.c.
25.n.28.& Tolet.in ſum.lib.2.c.3.*cū alijs,
quos refert *Squillant.de obligation.cleric.
par.1.oblig.7.*

Aduerte etiam hic primò, quod poteſt
46 Curatus facere per alium id, quod per ſe
facere tenetur, & ſic poteſt facere, quod
alius

alius ſacrificet, & ſatisfaciat ſuæ obliga-
tioni, tamen non poteſt excuſari à ſcanda-
lo, quod concipiunt ſui parochiani, dum
vident ipſum numquam celebrare. Bene-
ficiatus vero non curatus poteſt per alium
adimplere obligationem ſacrificandi, niſi
expreſsè in fundatione aliter fuerit dictũ,
puta, cum onere, vt ipſe beneficiatus ſit Sa-
cerdos, & ipſe celebrare teneatur, &c. tunc
enim conſtat de expreſſa voluntate fun-
dantis, & non poterit beneficiatus per aliũ
id facere, ſed debet ipſe celebrare, quod ſi
nolit poteſt, poteſt Epiſcopus ipſum com-
pellere ad id faciendum, vel ad relinquen-
dum beneficium, *Barboſ. de poteſtate Epi-
ſcopi par. 2. à lectione 24. n. 29.* & expreſsè
*Gonſalez ad regulam Regiam Cancellariæ
gl. 1. n. 84.*

Aduerte ſecundò, quod qui habet obli-
gationem Miſſarum; debet quamprimum
47 ſatisfacere nec poteſt ad longum tempus
differre, alias peccat mortaliter, *Homobo-
nus in examine Eccleſiaſtico par. 1. tract. 4
c. 4. quæſit. 132. Fernandez in examine
Theologiæ moralis par. 3. §. 11. Ledeſma in
ſumm. c. 1. & 18. concl. 17. Villalobus in
ſumm. par. 1. tract. 8. dub.* 18. qui videtur ex-
plicare hoc tempus, & ait, quod qui habet
obligationem Miſſarum non poteſt pro
interim alias accipere.

Aduerte tertiò, quod beneficiatus ægro-
tans per decem, vel octo dies, non tenetur
per alium ſatisfacere, quia non credibile,
fundatorem, adeò ſtrictè voluiſſe obligare
ipſum, dum non expreſſit, dicendo v. g. Et
48 ſi infirmatur, per alium ſatisfaciat; neque
conueniens eſt tanquam ſtrictè, & irratio-
nabiliter ipſum ligare, ſic docet *Petrus
Analagora de reſtitutione lib. 2. c. 2. n. 210.
Barboſa allegatione cit. nu. 21. Molfeſius in
ſumm. par. 1. tract. 6. c. 1. n. 77. Ricc. p. 1. re-
ſol.* 340. & alij communiter.

Quæres primò, an poſſit id intelligi reſ-
pectu clerici, qui facit, vt alius celebret pro
obligatione ſui beneficij, vel etiam reſpe-
ctu illius, qui nunquam ipſe celebrat pro
49 obligatione ſui beneficij, ſed facit quod
alius celebret, an ·,·ſ ſi iſti infirmentur per
tempus dictum, poſſint facere, quod Miſſæ
non celebrentur.

Reſp. affirmatiuè pro hoc ſecundo caſu,
quia licet ipſe non celebret, poteſt tamen
velle ipſe ſatisfacere, ergo pro illo tempo-
re, pro quo eſt infirmus, non tenetur face-
re quod alius ſatisfaciat, at in clerico non
ita ſe habetur, quia hic nec ſatisfacit ipſe,
nec poteſt ſatisfacere, ergo licet bene va-
leat ſiue infirmetur, ſemper tenetur per
alium ſatisfacere, nec poteſt pro illis die-
bus non adimplere.

Quæres ſecundò, an qui ex obligatione
beneficij tenetur quotidiè celebrare, poſ-
ſit aliquando aliquas Miſſas omittere.

Reſp. diſtinguendo. Vel in fundatione
beneficij, vel cappellaniæ dictum eſt, quod
beneficiatus celebret quotidiè, vel per ſe,
vel per alium; vel eſt dictum, quod cele-
50 bret quotidiè in tali loco. Et in his caſibus
non poteſt capellanus omittere, quia con-
ſtat de expreſſa voluntate teſtatoris fun-
datoris. Aut dictum eſt ſimpliciter, quod
capellanus celebret quotidiè, & in iſto ca-
ſu poteſt omitti vna Miſſa in hebdomada
honeſtatis, & reuerentiæ cauſa, ſic tenet
*Bonacin. de Sacramentis diſp. 4. quæſt. vlt.
punct. 1. §. 2. n. 16. & 17. Fraxinellus de ob-
ligationibus ſacerdotalibus ſect. 4. concl. 4.
§. 1. & Zanardus in directorio Theologorũ
par. 1. de ſacrificio Miſſæ c. 13.* idem tenent
*Canoniſtæ cum Abbate in cap. ſignificatis
de præbendis, Gaylius in repetitione cap. fi-
nalis de electione in 6. in princip. colum. 22.
Philippus de Sarra de iurepatron. pag. 4.
verbo nec patronus poteſt; & Lambertin.
vit tit. lib. 3. quæſit. 1. art. 3.*

Nota tamen, quod in his caſibus ſi cap-
pellanus vult omittere Miſſam ob hone-
ſtatem, ſeu reuerentiam, non poteſt cele-
brare, & pro alijs applicare. Et ratio eſt,
51 quia conceditur hæc facultas, vt abſtineat
à celebratione pro illa die ad honeſtatem
& maiorem reuerentiam Sacramenti, ergo
non poteſt celebrare, & pro alijs applica-
re. Et ratio eſt, quia fraudaretur fundator,
vt colligitur ex *Doctor. cit.* ſed in hoc con-
ſuetudo introducit contrarium. Item *Nal-
dus in ſumma verbo Miſſam n. 7.* ait, quod
quater, vel ſexies pro aliqua vrgenti neceſ-
ſitate poterit Cappellanus pro ſe, vel ſibi
coniuncto celebrare, & hoc ex Epicheia,
& voluntario interpretatiuo ipſius fun-
datoris, non enim eſt præſumendum, quod
52 fundator fuerit adeò impius, qui in his ca-
ſibus licentiam non præſtitiſſet. Item li-
mita dictum pro capellanis extraordina-
rijs, iſti enim non poterũt ſic ſemel in heb-
domada quieſcere, vel abſtinere, niſi in-
tercedente conſenſu, & ſcientia ipſius, qui
dat eleemoſynam.

Circa vltimum, occurrunt aliqua dubia
miſcellanea de ſacrificio Miſſæ. Ideò

Dubitatur primò, quænam omiſſio in
Miſſa inducat peccatum mortale.

Reſp. quod debet eſſe pars notabilis, &
in Canone quæuis pars omittatur eſt pec-
53 catum mortale; at ſi omitterentur oratio-
nes ſecretæ, vel ſi omittatur, Credo, vel
Gloria, &c. *Filiucc.* tenet eſſe tantum pec-
catum veniale, quia quælibet ex his rebus
eſt parua materia, & idem ait ſi tempore

pascha-

paſchali omitteretur, *Communicantes proprium; Filiucc. tom. 1. tract. 5. c. 5. n. 153. & Nugnus tom. 1. in 3. p. quæſit. 83. art. 4. dub. 2. ad 3.*

Dubitatur ſecundò, an Sacerdos in Miſſa ſolemni peccet, ſi non legat ſubmiſſa voce Epiſtolam, & Euangelium, quod debent cantari poſtea à miniſtris.

Reſp. negatiuè ſic tenet *Nauar. in manuali c. 10. n. 44.* Intellige tamen de peccato mortali. *Villalobos in ſumm. to. 1. tract. 8. difficult. 3. n. 40. Vega in ſumm. tom. 2. caſu 2. c. 1.* &

Ratio autem eſt, quia nullibi habemus hoc præceptum, & quod ſpectat ad fideles iam audiunt cantari à miniſtris, ergo eſſet tantum veniale ratione omiſſionis.

Dubitatur tertiò, an Sacerdos pauper in extrema neceſſitate conſtitutus poſſit ſumere tot ſtipendia, quæ ſufficiant pro ſubſtentatione ſua, & parentum (ſi ita pariter ſint in extrema neceſſitate) & vnam Miſſam celebrare pro omnibus illis, qui dederunt ſtipendia.

Reſp. aliqui negatiuè. Primò, quia ſacri-
55 ficium non eſt inſtitutum ad ſubſtentan-
dam vitã Sacerdotis, imò ille, qui vult promoueri ad Sacerdotiũ debet habere aliundè, ex quo viuere poſſit, & ſic debet habere patrimonium, vel beneficium, *cap. non licet, & cap. Epiſcopus de præbendis.* Secũdò, quia non licet pro labore mediæ horę, vel infra ſumere neceſſaria ad cibum diurnum, imò ſi non poſſit aliundè viuere, debet ſaltem facere aliquam induſtriam, dũmodò ſit honeſta, & ſacerdotali dignitati congrua. Tertiò, quia ſic decreuit *Sacra Congregatio de celebratione Miſſarum* §. 3. vt refert *Leſſius lib. 6. c. 24. dub. 5. nu. 28. Nauarr. c. 25. nu. 92. Suarez 3. part. tom. 3. diſp. 88. ſect. 4. Vaſquez ibidem diſp. 234.* Sed quidquid ſit dicerem poſſe Sacerdotẽ in his caſibus id facere. Et ratio eſt, quia lex poſitiua humana non obligat cum periculo vitæ, & pręceptum naturale de conſeruanda vita præualet cuilibet alteri præcepto de iure humano, vt eſt in caſu noſtro. Non enim habemus de iure Diuino taxatum præſtimonium de celebratione Miſſarum, ſed tantum de iure Eccleſiaſtico, & poſitiuo, quod non poteſt præualere iuri naturali, ergo ita eſt dicendum. Sic docent *Ledeſma in ſum. par. 1. de Sacramento Eucbariſtiæ c. 18. concl. 8. Sotus de iuſt. & iur. lib. 9. quæſit. 3. & in 4. diſt. 15. quęſit. 2. art. 1. Angel. verbo Miſſa nu. 52. Molfeſ. in ſumm. tom. 1. tract. 3. c. 16. n. 17. Fernandez in examine Theolog. cap. morales p. 3. c. 57. §. 8.*

Ampliat dictum *Nugnus 3. par. tom. 1. quæſit. 83. art. 1. dub. 10. concl. 4. & Vega in*
56 *ſum. tom. 2. c. 41.* vbi ampliat hoc ipſum
reſpectu parentum, ſeù patris, & matris in extrema neceſſitate, etiam ſi mendicare poſſint, nam vt ait *Nugnus*, ſicut non decet Sacerdotem mendicare, ita neq; decet eius matrem, nec patrem, quia redundat etiam hoc in dedecus Sacerdotis.

Dubitatur quartò, quid ſi quis dedit Sacerdoti iuſtam, & taxatam eleemoſynam pro celebratione Miſſarum, petit tamen
57 Miſſam de S. Maria, vel de aliquo Sancto,
vel de requie, vel quod apponeret vnam, & aliam collectam, an poſſit Sacerdos aliter facere.

Reſp. cum diſtinctione. Vel Sacerdos ex pacto promiſit hæc, vel non promiſit ex pacto. Si promiſit ex pacto tenetur, ſicut etiam tenetur quis ratione fidelitatis ſeruare promiſſa per pactum, alias peccat mortaliter, vel venialiter ſecundum qualitatem materiæ, circa quam verſatur promiſſio, docet *Petr. Nauar. de reſtitutione lib. 2. c. 2. num. 248.* Si autem non ex pacto promiſit hoc Sacerdos, & tunc non tenetur, quia præſtimonium taxatum non obligat Sacerdotes ad celebrandum ſecundum conquæſtum fidelium, ſed tantum iuxta ritum Miſſalis pro diebus occurren-
58 tibus. Imo neq; tenetur dicere de requie
quia vt docet *Silueſter verbo Miſſa quęſit. 8. dicto 5.* nulla Miſſa eſt defunctis ſalubrior, quam Miſſa diei, idem etiam tenet *Villalobos in ſum. tom. 1. tract. 8. diffic. 91. nu. 9. Ledeſma in ſumm tom. 1. c. 4. concl. 6. Suarez loc. cit. diſt. 88. ſect. 3.*

Limita tamen hoc, quando petens ſit Miſſam ratione huius circumſtantiæ adderet vltra eleemoſynam taxatam aliquid aliud; tunc enim Sacerdos teneretur ad reſtitutionem pro eo, quod accepit vltra cõmune pręſtimonium, & peccaret etiam mortaliter, ſi id fuerit in aliqua ſumma notabili.

Dices, Miſſæ de requiem magis proſunt defunctis, nam preces, quæ in ipſis habentur directè dirigantur ad liberationem animarum, ergo non poteſt Sacerdos aliam Miſſam dicere, ne priuet animas fidelium hoc maiori bono.

Reſp. ſecundum *S. Doct. in 4. diſt. 45. q. 2. art. 3. quęſtiunc. 1. ad 3.* quod Miſſæ ex ope-
59 re operato ſunt æqualis valoris quoad ſe,
& ſic defunctis non magis prodeſt Miſſa de feria, quam de Sancto, &c. At extrinſecè, & opere operantis poteſt eſſe id, quod dicitur in obiectione; ſed quidquid ſit dico, quod in iſto caſu Sacerdos neq; aliquid aufert, nam celebrando talem Miſſam alio modo, quam quo exigitur à petente, ſed

cum

cum maiori deuotione ſupplet id, quod faceret, ſi celebret de requie.

Dubiratur, & an quando exigitur à laicis Miſſa de die ſeſto alicuius Sancti, vel de B. Virgine, puta de eius Aſſumptione,
60 de Natiuitate, &c. an debeat dici Miſſa votiua, an poſſit dici propria, & feſtiua, ſi taliter exigatur à laicis.

Reſp. poſſe dici Miſſas quantumlibet feſtiuas, tamen ſine Gloria, & Credo. Inſuper quando dicitur, feſtiuitatis, deber dici, cõmemorationis, vel memoriæ, &c. ſic tenet *Caſtaldus in praxi ceremoniali lib. 2, ſect. 6. c. 4. nu. 1. & Algozer tract. 1. gl. 4.* tum quia nullibi reperitur hoc prohibitum, tũ quia per hoc nihil ſit contra rubricas Miſſalis.

Dubitur ſextò, an in Altari priuilegiato pro defunctis habeatur liberatio animarũ, & intelligatur conceſſum ſuffragium, licet Miſſa non dicatur de requie.

Reſp. negatiuè. Sic enim declarauit Sacra Congregatio rituum in declaratione Tolerana lata 13. Iulij 1601. vbi ſic ait: Miſſa celebrata in Altari priuilegiato pro defunctis nõ ſuffragatur, neq; indulto ſatisfit, niſi ſit de requie, licèt in indulto nihil exprimatur. Et hæ ſint pro celebratione Miſſarum.

DE EXTREMA

Vnctione.

TITVLVS SEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Extrema vnctio eſt Sacramentum pro egreſſu.*
Eius definitio, n. 2.
Quando inſtitutum, n. 3. & 4.
Eius materia, an oleum, num. 5. vſque ad 9.
An ſit de eſſentia Sacramenti, quod ſit conſecratum ab Epiſcopo, nu. 9. & 10.
Materia proxima, n. 11.
Eius forma, n. 12.
Cur ſub verbis depracatiuis, & an poſſit ſub alijs verbis miniſtrari, num. 13. & 14.
Eius miniſter n. 15.
An poſſit eſſe ſimplex Sacerdos non Curatus, n. 16. 17. & 18.
Suſcipiens qualis debent eſſe, n. 19.
An ſit miniſtrandum ſuſpendendis; nu. 20.
An ei de quo probabiliter creditur non peccaſſe poſt Baptiſmũ, nu. 21. 22. & 23.
Pueris, an ſit impertinendum, num. 24.
Effectus huius Sacramenti, num. 25. 26 27. & 28.
Amentibus, an ſit miniſtrandum, nu. 29.
Quando ſuos effectus operetur, n. 30.
Verum pro qualibet infirmitate miniſtrandum, n. 31.
Oleum in qua quantitate poſſit eſſe, n. 32.
Et quid ſi ſit oleum, anni præteriti; nu. 33.
Vnctiones, an fieri debeat ad modum Crucis, n. 34. 35. & 36.
Vtrum miniſtrandũ propria manu Epiſcopi, n. 37.
An medio inſtrumento, nu. 38. & 39.
Vtrum miniſtrandum illis, qui ſenſibus exterioribus caruerunt, n. 40.

VIſum eſt de Sacramentis neceſſarijs ad ſalutem, & maximè de his, quæ faciunt ad ingreſſum, & ſtatum; ſequebatur videre de Sacramẽto pro egreſſu (prout eſt
1 Extrema Vnctio) meritò ponitur præſens rubrica, ad cuius rubricæ, & duorum paragraphorum, intellecta videbimus, primò quid ſit Extrema vnctio. Secundò, quando fuerit inſtitutum hoc Sacramentum, Tertiò, de eius materia, & forma. Quartò, de miniſtro. Quintò, de ſuſcipiente, Sextò, de effectibus huius Sacramenti, & ſeptimò de aliquibus moralibus circa hoc Sacramentum.

Circa primum aduerte primò, quod Extrema vnctio eſt Sacramentum, quo
2 Presbyter oleo conſecrato ab Epiſcopo vngit certas partes infirmi ſub debita forma verborum, ſic colligitur ex *Trid. ſeſſ. 14 de Sacramento Extremæ vnctionis, cap. hoc 1. & 3. & canone 1. ibid.*

Circa ſecundum non conſtat expreſsè in ſacris ſcripturis de tempore quando fuit hoc Sacramentum inſtitutum, tamen implicitè indicatur nobis à Domino *Matthæi 6.* ibi: *Curate infirmos, qui in ea ſunt;*
3 ſed Dominus maximam curam animarũ commiſit Apoſtolis, ergo debemus dicere, Dominum tunc dediſſe Apoſtolis hũc modum pro cura infirmorum, fuiſſe autẽ inſti-

inſtitutum à Chriſto oſtenditur nobis de
fide definitum per *Trid. ſeſſ. 7. canon. 1. Si
quis dixerit omnia ſacramenta noua legis,
vel quodlibet ipſorum ab alio, quã à Chri-
ſto Domino inſtituta fuiſſe, anathema ſit.*
Et de hoc Sacramento probatur præcipuè
Marci 6. verſ. 13. ibi: *Vngebant oleo mul-
tos ægros, & ſanabant*; Marcum vero lo-
qui de hoc Sacramento, tenent communi-
ter DD. & ſignanter *Alphonſus de Caſtro
lib. de hæreſi verbo extrema vnctio, Petrus
Sotus lib. 1. de extrema vnctione, Maldo-
natus in commentario Marci 6. Gualdã-
ſis tom. 2. de Sacramentis cap. 163.* qui om-
nes dicunt Marcum loqui de illa vnctio-
ne, de qua dicitur in *epiſtola canonica Ia-
cobi c. 5. Cum infirmatur quis veſtrum,
inducat Presbyterum, qui oret, & vn-
gat, &c.*

Sed melius dic, per illam vnctionem
Marci 6. fuiſſe figuratum hoc Sacramen-
tum, vt placet *Bellarmino de extrema vn-*
4 *ctione cap. 6. Soto, Ianſenio,* & alijs apud
ipſum. Et ratio eſt, nam illa vnctione Apo-
ſtoli vngebant tàm baptizatos, quam non
baptizatos; ſed Sacramentum extremæ
vnctionis ſupponit baptiſmum, ergo non
debet dici tũc fuiſſe inſtitutum, ſed potius
figuratum, & melius dic inſtitutum *Mat-
thæi 6.* ibi: *Curantes infirmos, &c.*

Circa tertium aduerte primò, oleum
5 eſſe congruentem materiam huius Sacra-
menti, ſic *S. D. 3. part. in ſupplemento quæ-
ſit. 29. art. 4. in corpore,* & probatur. Nam
per oleum deſignatur ſpiritualis ſalus, ſi-
cut oleum ſanari plagas Iſaiæ 5. *Plaga tu-
ment non eſt medicamine curata, nec fota
oleo, &c.* Ita oleum debeat eſſe materia il-
lius Sacramenti, quod ſanat vulnera pec-
catorum in animo, & hic eſt effectus hu-
ius Sacramenti, vt patebit ex infra dicen-
dis.

Dices, curatio vulnerum fit, & per vi-
num, vt habetur in ſacro eloquio de homi-
ne, qui incidit in latrones, & ab ipſis vul-
6 neratus, fuit deindè curatus à Sammarita-
no, qui curauit vulnera eius, appropians
alligauit vulnera eius infundens vinum, &
oleum, *Lucæ cap. 10.* ergo non tam oleum
debet eſſe materia huius Sacramenti, ſed
etiam vinum.

Reſpon. negando conſequentiam. Et ra-
tio eſt, quam dat *S. D. in reſponſione ad 2.
citato articulo,* ait enim, quod vinum ſanat
mordendo, oleum vero leniendo; ideò cu-
7 ratio per vinum magis pertinet ad Sacra-
mentum pœnitentiæ, quod curat vulnera,
ſed dat etiam ſatisfactionem adimplen-
dam; & ſic mordet aliquo modo; at hoc
Sacramentum abſquè vllo dolore leniter
peccata dimittit. Ad locum Sammaritani
reſpondetur, fuiſſe ſymbolum Chriſti Dei,
qui verè ſanat vulnera oleo, & vino, remit-
tit enim crimina per Sacramentum pœni-
tentiæ, ecce vinum, & per Sacramentum
extremæ vnctionis ecce oleum.

Aduerte ſecundò, hoc oleum debere
eſſe conſecratum ab Epiſcopo, quod intel-
lige de neceſſitate præcepti. Sic enim præ-
8 cipiunt *Florentinum in inſtructione Ar-
menorum, & Trid. ſeſſ. 14. c. 1. de extrema
vnctione S. Doct. art. 1. & 6. quæſtionis ci-
tatæ, Bonauentura, & Durandus in 4. diſt.
27. & Bellarminus c. 7. de extrema vnctio-
ne.* Hoc tamen non eſſe intelligendum de
eſſentia Sacramenti, & ſic poſſe hoc Sa-
cramentum conferri etiam cum oleo cõ-
9 muni, & vſuali, & ſic valere, licèt miniſter
peccet mortaliter, docent *Victoria in
ſumma de ſacram. num. 116. & 319.* & alij
apud ipſum cum *gloſ. in cap. presbyteros
diſt. 95.* Probatur hoc primò, nam ex epi-
ſtola Iacobi non colligimus benedictio-
nem huius olei, ibi enim abſolutè dicitur;
Vngentes eum oleo, &c. ergo neq; nos hoc
dicere debemus. Probatur ſecundò. Nam
eadem ratione ex illo loco *Actorum 18.
Ecce aquam, quis prohibet me baptizari*;
colligimus aquam naturalem eſſe de ne-
ceſſitate Sacramenti, benedictionem vero
in ipſa aqua, & alias ceremonias eſſe de
neceſſitate præcepti, ergo pariter in caſu
noſtro dicendum.

Dices, ex epiſtola Iacobi colligi oleum
debere eſſe benedictum, & probatur. Nam
dicitur ibi: *Vngentes eum oleo in nomine
Domini,* ergo debet eſſe oleum in nomine
Domini, ac proindè oleum conſecratum.

Reſp. neg. antecedens. Et ratio eſt, quia
ibi non oſtenditur hoc; ſed bene demõſtra-
tur vſus huius olei, & ſic non tantum oleũ
eſſe impertiẽdum, ſed eſſe deprecationes,
& orationes, ſeu formam cum ipſa vnctio-
ne adiungendam.

Nota tamen, quod debet eſſe conſecra-
10 tum tum ratione præcepti, tum propter
maiorem vtilitatem infirmi, vt vult *S. D.
in corp. ar. 5. quæſt. præcitatæ*; ait .n. quod
oleum conſecratum habet vim, & auferẽ-
di reliquias infirmitatis corporalis, nam
ſalus corporis, quæ eſt vnus ex effectibus
huius Sacramenti, non habetur ex mate-
ria olei naturalis. Nam hac ratione quod-
libet oleum ſanaret infirmos, quod falſum
eſt; ſed oritur ex efficacia, quam habet per
ſanctificationem, & orationes, quas Epi-
ſcopus, & alij Sacerdotes dicũt ſuper oleũ
infirmorũ; igitur ſi Sacerdos vngeret oleo
non cõſecrato, peccaret mortaliter, & in-
firmus nõ reciperet effectus ſalutis corpo-

ralis, nam vt colligitur ex S. *D.* iſte eſt effe-
ctus ex oleo, vt ſanctificato, & conſecrato,

Aduerte tertiò, materiam proximam
huius Sacramenti eſſe vnctionem, & ſic
vſum olei conſecrati; eo modo quo ablu-
tio eſt materia proxima Sacramenti bap-
31 tiſmi. Probatur. Nam ſacramentum ſigni-
ficat gratiam, quæ per ipſum confertur, &
demonſtrat effectum intrinſecum; ſed tan-
tum per vnctionem in actu celebratam
habetur hæc ſignificatio gratiæ, ergo vn-
ctio eſt materia proxima huius Sacramē-
ti; tum quia vt concedunt omnes Canoni-
ſtæ, & Theologi, ſacramenta conſiſtunt in
vſu, ergo vſus huius olei conſecrati, & ſic
vnctio ipſa eſt materia proxima huius ſa-
cramenti.

Circa tertium, & ſic circa formā huius
32 Sacramenti. Aduerte primò, formam hāc
eſſe: *Per iſtam ſanctam vnctionem, & ſuā
pijſſimā miſericordiam indulgeat tibi Deus
quidquid deliquiſti per viſum, per tactū,
&c.* Si tamen Sacerdos omitteret illa ver-
ba, *per ſuam pijſſimam miſericordiam*, pec-
caret mortaliter, licèt conficeret Sacramē-
tum. Sic tenet *Suarez in 4. diſp. 40. ſect. 3.
nu. 13. Laiman. in theologia morali lib. 5.
tract. 8. c. 3. nu. 3. Reginald. in praxi tom. 2.
lib. 28. c. 91. Coninc. de ſacramentis diſp. 19.
dub. 4. Filiuccius tom. 1. tract. 3. c. 4. num.
83.* Et ratio eſt, quia per hæc verba
non demonſtratur, quid eſſentiale Sacra-
menti, ergo validè licet illicitè omitti po-
terit.

Dices, per hæc verba explicatur cauſa
principalis Sacramenti, quæ eſt Deus, ergo
iſta verba ſunt explicanda de neceſſitate
Sacramenti.

Reſp. negando conſequentiam, & ratio
eſt, quia adhuc habetur expreſſio cauſæ
principalis per illa verba, *indulgeat tibi
Deus*, ergo non debent neceſſario addi il-
la alia, *Pitignanus in 4. ſententiarum tom.
2. diſt. 23 quaſ. vnica art. 4. dub. 2.*

Queres, cur iſta forma poſita ſit ſub ſen-
ſu deprecatiuo, & an poſſit eſſe per alia
verba continentia eundem ſenſum.

Ad primam partem quæſiti respond. eſ-
33 ſe ſub verbis deprecatorijs, quia ſic
oſtendit D. Iacobus, qui fuit propagator
huius Sacramenti, dum ait in ſua Cano-
nica: *Vocet Presbyteros, qui orent ſuper
eos vngentes, &c.* ergo forma debet eſſe
deprecatoria, & ſic ſtatuerunt *Florent. &
Trident. loc. cit.*

Ad ſecundam partem quæſiti dicimus
34 cum *Becano cap. 27. quæſt. 4. in 2. concl.*
dicimus de facto tam Eccleſiam Mediola-
nenſem, quam Venetam aliam ſeruaſſe
formam, & Eccleſiæ Mediolanenſis tem-
pore D. Ambroſij, ſic dicebat in vnctio-
ne: *Vngo te oleo ſanctificato in nomine
Patris, &c.* vt more militis vnctus præpa-
ratus ad certamen aereas poſſis ſuperare
poteſtates, vt refert *D. Bonauentura in 4.
diſtinct. 23. part. 1. art. 1. quæſt. 4.* & Ec-
cleſia Veneta, vt refert *Michael Palatinus
in 4. diſtinct. 23.* & colligitur ex libro Sa-
cramentorum Venetorum approbato à
Leone Decimo, ſic vngebat: *Vngo te oleo
ſancto, vt hac vnctione proceſſus fortiter
ſtare valeas aduerſus aereas cateruas In
nomine Patris, &c.* ergo poſito, quod Ec-
cleſia approbauerit tales formas, non erit
inualida vnctio celebrata in verbis ſimili-
bus, tamen peccaret mortaliter miniſter
faciens contra ſtatutum *Florentinum, &
Trid. ſeſſ. 14. de ſacramento Extremæ vn-
ctionis loc. cit.*

Circa quartum, & ſic circa miniſtrum.

Aduerte primò, Sacerdotem proprium,
ſeu Curatum eſſe miniſtrum huius Sacra-
35 menti. Quod adeò verum eſt, vt ſi alius
Sacerdos vellet hoc Sacramentum con-
ferre, validè conferret, quia *Tridentin.
cap. 3. ſeſſ. citata*, hoc concedit Presbyte-
ris indiſtinctè, tamen Eccleſia hoc expreſ-
sè concedit Parochis; ſed talis Sacerdos
peccaret mortaliter, vt in Catechiſmo
Romano. Imo ſi Sacerdos id faceret præ-
ter caſum neceſſitatis, incideret in ex-
communicationem latæ ſententiæ, *cle-
ment. 1. de priuilegijs, clementin. dudum
de ſepulturis*, quod dicitur etiam ex *gloſſ.
ibidem.*

Aduerte ſecundò, in caſu neceſſitatis
poſſe conferri etiam à ſimplici Sacerdote,
dummodo habeat voluntarium interpre-
tatiuum Parochi. Quod ſi ſciret Parochū
hanc vnctionem non habere ratam, non
poſſet id facere, & incideret in dictam
36 excommunicationem, *clem. dudum, Ar-
chidiaconus, & Io. Andreas in cap. ſi Preſ-
byter 26. quæſt. 6. Oſtienſis in capit. omnis
vtriuſq. ſexus de pœnitent. & remiſſ. Ang.
verbo excommunicatio caſu 12. n. 5. Ledeſ-
ma 2. par. quæſt. 35. art. 3. Sotus in 4. diſt.
23. quæſt. 2. art. 1.*

Dices, non debet decedere fidelis non
vnctus eo, quod Parochus nolit hoc, nam
37 eſt iniqua nollеitas Parochi, ergo poteſt
Sacerdos in caſu neceſſitatis id facere etiā
ſi certo ſciret Parochum non eſſe ratiha-
biturum.

Reſp. negando conſequentiam. Et ratio
eſt, quia hoc Sacramentum non eſt Sacra-
mentum neceſſitatis ſimpliciter, ac proin-
dè debet potius infirmus decedere inun-
ctus, quam Sacerdos incedere in laqueum
excommunicationis, *quid enim prodeſt*

homi-

homini, ſi vniuerſum mundum lucretur,
anima verò ſua detrimentum patiatur.
Quarè ſi vult Sacerdos adiuuare morien-
tem poterit ſupplere vnctionem, diſpenē-
do ipſum varijs ſanctis actibus, & forſan
conſequetur maiorem gratiam; tamen
non debent in hoc ſcrupulizari Sacerdo-
tes, ſed debent putare Parochum id rati-
habiturum in caſu neceſſitatis; nemo .n.
eſt tam perfidus, vt ne ſibi inferatur præ-
iudicium, velit potius amiſſionem ani-
marum.

Sunt tamen, qui tenent contrarium,
quod ſcilicet ſi in caſu extremę neceſſita-
tis Parochus eſſet præſens, & nollet mini-
18 ſtrare hoc Sacramentum; tunc etiam
contradicente Parocho poteſt alius Sa-
cerdos id facere, nec incurreret in excom-
municationem, quia tunc quaſi ex epi-
cheia à Pontifice cenſetur, huic Sacerdoti
conceſſa licentia ad hoc. Sic tenet *Enri-*
quez cap. 13. lib. 3. num. 4. Caetanus ver-
bo excommunicatio cap. 64. Armilla ver-
bo excommunicatio num. 49. & alij, quos
citat, & ſequitur *Laiman. lib. 5. tract. 8. c. 6.*
num. 2.

Circa quintum, & ſic circa ſuſcipien-
tem.

Aduerte primò, quod ſuſcipiens debet
eſſe infirmus, vt expreſsè habetur hic in
§. ſcientem ibi, *grauiter ægrotantibus*. &
S. D. art. 1. quæſt. 32. & art. 2. in corpore
idem confirmat, & ait, quod non debet
expectare vltimum inſtas vitæ, ſed ſuf-
ficit quod infirmitas apta ſit inducere
mortem. Vnde eo ipſo, quod infirmitas
declaratur mortalis, tunc poteſt hoc Sa-
19 cramentum conferri, vt infirmus ſit in re-
cto ſenſu, & ſe deuotè diſponat. Inde eſt,
quod malè faciūt qui expectant vltimum
vitæ ſtatum, vt aduertit *Bellaminus in*
ſuo theſauro. imo *S. Doct. art. 3. quæſt. ci-*
tata tenet non eſſe impertiendum illis,
qui non recognoſcunt, nec deuotè reci-
pere poſſunt, & maximè furioſis, ſi ſic pe-
riculum alicuius irreuerentiæ, ſecus au-
tem poterit impertiri, vt diximus de Eu-
chariſtia per modum viatici.

Aduerte ſecundò, hoc Sacramentum
non eſſe impertiendum ſuſpendendis, &
& vulneratis ſubito morientibus, quia iſti
non moriuntur morte naturali, ſed vio-
20 lenta, vt aduertit *gloſ. hic verbo ægrotan-*
tibus. ex doctrina *Soti in 4. diſt. 23.* Quod
limita in vulneratis, ſi non ſtatim decede-
rent, ſed poſt vulnus inciderent in febrim,
vt aduertit *Archidiaconus in hoc cod. tit.*
ver. quibus debeat dari, & id quod dici-
mus de ægrotantibus, intellige dummo-
do ſint pœnitentes, vt in *cap. aliud diſt. 93.*

Hoc enim Sacramentum non operatur in
ingratis, eſt .n. Sacramentum viuorum, &
ſupponit hominem viuum vita gratiæ.

Quæres, quid ſi quis adeo eſſet in ſtatu
iuſtitiæ, vt cognoſceret Curatus ipſum
numquam commiſiſſe peccata actualia,
21 neq; vnum veniale, vt ſi eſſet puer qui ſta-
tim infirmaretur poſt ſeptennium.

Reſp. quod & huic erit impertiendum.
Et ratio eſt, quia hoc Sacramentum non
tantum remittit peccata, ſed etiam dat ro-
bur ad reſiſtendum tentationibus, & dat
gratiam, vt ſupernaturaliter ſuperet triſti-
tiam ex infirmitate emanatam, & vt per-
fectius ſe præparet ad ingreſſum in gloriā,
ſic tenet *Suarez tom 4 diſp. 42. ſect 2. nu.*
10. Coninc. de ſacramentis diſp. 19. dub. 7.
nu. 23. Piliuccius tomo 1. tract. 3. cap. 4. nu.
108. Villalobos in ſumma tomo 1. tract.
10. difficult. 4. nu. 7. Pitignanus *in 4. ſen-*
tentiarum tom. 1. diſt. 23. quæſt. vnica
art. 5. & alij DD. idem docent paſſim.

Dices, non poſſunt in iſto caſu verifica-
22 ri verba formæ: *Indulgeat Deus quidquid*
per tactum, &c deliquiſti, dum iſte num-
quam deliquit, ergo non debet ei imper-
tiri hoc Sacramentum, tenet *Sancius in*
ſelectis diſp. 27 num. 18.

Reſpondeo verificari formam à ſimili modo,
quo verificatur in ſacramento pœniten-
tiæ: *Abſoluo te*, in eo qui habuit iam abſo-
lutionem peccatorum, quia forſan antea
habuerit contritionem, & ſenſus verborū
erit: do tibi gratiam per hoc Sacramen-
tum; quæ gratia de ſe eſt remiſſiua pecca-
torum ſi adſint; quando autem peccata
non adſunt, dat augumentum gratiæ, &
producit alios effectus, vt diximus de Sa-
23 cramento pœnitentiæ. Sic & in caſu noſtro
vnctio facit alios effectus, & circa corpus,
& circa animam dando robur, vt poſſit re-
ſiſtere. Sic reſpondet *Coninc. diſp. 4. dubio*
4. num. 50. & Piliuccius loc. ſupra cit. imo
ſic fuiſſe practicatum reſpectu cuiuſdam
mancipij, baptizati tempore mortis, cui
ſtatim conſecutiuè fuit miniſtrata Eucha-
riſtia, & Extrema vnctio, ait *Sancius in*
ſelectis diſp. 27. nu. 18. & Lopez in inſtru-
ctorio par. 2. cap. 23. Silueſter verbo vnctio
extrema nu. 51. Laiman. lib. 5. tract. 8. cap.
3. nu. 3. Riccardus in 4. diſt. 23. art. 2. q. 4.
& alij communiter.

Aduerte tertiò, reſpectu puerorum
24 quod illis debet miniſtrari hoc Sacra-
mentum, quibus eius forma competere
poteſt; & ſic ſi ſint pueri ante vſum ratio-
nis ipſis fruſtra hoc Sacramentum mini-
ſtratur, ſic *S. Doct. 3. p. q. 32. art. 4. in corpo-*
re. Sancius in ſelectis diſput. 27. num. 27.
vbi tenet ipſis pueris eſſe miniſtrandum

hoc Sacramentum ſaltem ſub conditione.

Dices, ſupra diximus poſſe dari hoc Sacramentum ſimpliciter ijs, qui numquam peccarunt, ſed iſti nunquam peccarunt, ergo ipſis poterit miniſtrari hoc Sacramẽtum ſimpliciter.

Reſp. diſtinguendo maiorem, qui numquam peccarunt, nec peccare poſſunt, & nego; qui numquam peccarunt, ſed peccare poſſunt, & concedo, quarè ſupponitur, quod ſaltem Sacramentum det ipſis robur ad reſiſtendum tentationibus dæmonum, ne in poſterum peccent, in pueris vero hoc locum non habet.

Circa ſextum, & ſic circa effectus huius Sacramenti.

Aduerte primò; multos connumerari
25 per *S.D. in ſupplemento q. 32. art. 1. & ſeq.* Primus tamen effectus eſt tollere reliquias peccatorum, & ſic infirmitatem, ſeù debilitatem, & inclinationem ad peccandum, & hic eſt principalis eius finis; ſi autem hoc Sacramentum inueniat in anima aliquam culpam remittendam, remittit etiam ipſam non per ſe, ſed per accidens, nam per ſe remiſſio culpæ reſeruatur baptiſmo, & pœnitentiæ, totum hoc probat *S.D. in corp. art.* 1. ſic diſcurrendo. Quodlibet ſacramẽtum extrinſecè ſignificat id, quod intrinſecè operatur, ſic baptiſmus per exteriorem ablutionem corporis ſignat interiorem ablutionem animæ, ergo pariter hoc Sacramentum, quia ſignificat medicamen pro infirmitate, non debet ſupponere hominem mortuum in peccato; ſed infirmum infirmitate relicta ex vulnere peccati præteriti, merito non eſt inſtitutum per ſe ad conferendam primam gratiam ſemen vitæ, ſed tantum ad augendam, & reparandam, ergo non remittit mortalia per ſe, & ex proprio fine.

Aduerte ſecundò, quod alius effectus huius Sacramenti eſt ſalus corporalis, quæ
26 non ſemper operatur, ſed tunc quãdo expedit ſaluti ſpirituali animæ, ſic *S. Doct. quæſit. 2. art. cit.* & dat ſimilitudinem inter Sacramentum baptiſmi, & Sacramentum Extremæ vnctionis, ſicut enim baptiſmus per ablutionem aquæ mundat corpus, & animam; ita hoc Sacramentum ſanat corpus, & animam, & id quod facit aqua naturaliter in corpore, id facit oleum ſupernaturaliter, & ex virtute Dei per ipſum.

Aduerte tertiò, quod alius effectus hu-
27 ius Sacramenti eſt conforrare animam hominis infirmi contra difficultates illi occurrentes in tempore mortis, patet ex *epiſtola canonica Iacobi* ibi: *& alleuiabit eum Dominus*, tum quia hoc oſtendit illa exterior vnctio, ſcilicet corroborationem, & diſpoſitionem ad pugnam, ſic *Beccan. c. 27. q. 6. §. probatur tertio*, & habet etiam hoc Sacramentum præparare animam ad introitum in gloriam, *Trid. ſeſſ. 14. in proœmio* per illa verba: *Ita Extrema vnctionis ſacramento finem vitę tamquam firmiſſimo quodam præſidio muniri*. Et ex hoc colligit *Beccan. q. 61.* Primò quod hoc Sacramentum remittit etiam pœnam tem-
28 poralem peccatis remiſſis debitam, nam pœna temporalis impedit ingreſſum ad gloriam, ſed hoc ſacramentum tollit impedimenta ad gloriam, ergo remittit pœnã temporalem; non tamen in totum, & ſimpliciter, ſed ſecundum diſpoſitionem ipſius accedentis. Secundò colligit per hoc Sacramentum aliquando ex attrito fieri contritum, & per ipſum conferri primam gratiam. Probatur quia hoc Sacramentum remittit aliquando mortalia per obliuionem inculpabilem omiſſa, vel in eo, qui eſt inſcius alicuius peccati, vel non habet memoriam, quod facillimè infirmis accidit; *l. hac conſultiſſima, C. qui teſtamenta*; putant enim ſe non habere peccatum, igitur ſi infirmus in tali ſtatu omnino immemor recipiat hoc Sacramentum, iuſtificabitur, & ſic ex attrito erit contritus, dummodò tamen præmittat aliquam diſpoſitionem ſupernaturalem.

Ex hoc diſcurſu *Beccani* nota, quod ſi quis incideret in amentiam poſt commiſſum mortale, huic non eſſet impertiendum
29 hoc Sacramentum, quia non poteſt operari effectum ſuum, dum inuenit in ipſo obicem peccati, & ſic intelliguntur verba *Trident.* ibi: *Delicta ſi quę in peccatis ſint remittuntur ei*; quod intelligitur, vel in immemore peccatorum; vel reſpectu venialium, vel reſpectu reliquiæ peccatorũ; vnde requiritur, quod vel homo ſit in gratia, vel ſe diſponat per aliquem actum ſupernaturalem, quem non poteſt facere homo in amentia, & in peccato mortali.

Quæres, quando hoc ſacramẽtum ope-
30 retur omnes iſtos effectus, an poſt omnes vnctiones, an poſita prima vnctione.

In hac re variæ ſunt opiniones Doctorum, tamen communior eſt, quam refert, & ſequitur *Beccan. q. 7. c. 27.* ſcilicèt totam gratiam huius ſacramenti, & eius effectus conferri completa prima vnctione cum ſua forma, alias vero vnctiones, & formas ſubſequentes concurrere moraliter ad talem gratiam, & ſe habere continuatiuè eo modo, quo diximus in Sacramento Euchariſtiæ conferri gratiam ipſius ſacramẽti per ſumptionem primæ ſpeciei; ſecundam vero ſpeciem facere vnum cum prima, nec conferre aliam gratiam nouam. Probatur

ta-

tamen pro hoc ſacramento. Nam per primam vnctionem remittuntur peccata cõmiſſa per illum ſenſum; ſed hæc peccata remittuntur per infuſionem gratiæ, quæ habet contrarietatem cum qualibet macula peccati, ergo per primam vnctionem habentur omnes effectus huius ſacramẽti, idem tenet *Siluius in addit. ad 3. part. quæſit. 33. art. 6. quæſit. 2.* Nota tamen per primam vnctionem remitti peccata commiſſa per illum ſenſum per ſe, & virtute formæ addictæ tali ſenſui, alia verò peccata commiſſa per alios ſenſus remitti etiam per primam vnctionem, non per ſe, & virtute formæ illius ſenſus, ſed virtute gratiæ vt diximus, & in hoc videtur adhærendum ſecundæ opinioni, quam refert *Becan. loc. cit.* quæ ponit quinque gradus gratiæ partiales, per ſingulas vnctiones huius ſacramenti, tamen negari non poteſt omnem effectum haberi per primam infuſionem gratiæ, vt diximus, quia omnes gradus gratiæ ſunt homogenei, quoad entitatem, & ſic quilibet gradus gratiæ habet repugnãtiam eſſentialem cum qualibet macula peccati eodem modo. Vnde ſi expellit vnũ peccatum, & alia quoq; expellere neceſſe eſt.

Circa ſeptimum, quæres primò, an pro qualibet infirmitate poſſit hoc ſacramentum miniſtrari, & quando replicari poſſit.

Reſp. ſecundum *S. D. q. 32. & 33.* non
31 pro qualibet infirmitate eſſe miniſtrandũ hoc ſacramentum, ſed pro infirmitate, quæ moraliter æſtimatur mortalis. Pro replicatione autem ait *S. D. loc. cit.* in infirmitate eſſe etiam conſiderandum ſtatum. Quare licèt hoc ſacramentum, durante eadem infirmitate replicari non poſſit, quia durat eius effectus, qui eſt efficax vſq; ad mortem, vel ſalutem, tamen ait ipſe quod ſi infirmus in eadem infirmitate mutet ſtatum, maximè poſt aliquod magnum tempus, ſi deindè reincidet in eundem ſtatum extremum, poterit iterum vngi, & in *art. 2. q. 33.* dat exemplum in infirmitatibus diuturnis, ſic eſt in æthicis, vel hidropicis; iſti enim ſi perducantur ad articulum mortis, poterunt vngi, & ſi euadant illum ſtatum, ſed durante eadem infirmitate iterum reducantur ad talem ſtatum, poterunt iterum vngi, quia quamuis non ſit alia infirmitas ſimpliciter, eſt tamen alius ſtatus, qui ſe habet, vt noua infirmitas, hæc *S. D. loc. cit.*

Quæres ſecũdò, an poſſit Sacerdos qualibet minima gutta olei miniſtrare hoc ſacramentum, an ſit de neceſſitate vngere oleo nouo anni, & ſit quid ſi Parochus vteretur oleo anni præteriti.

Reſpon. quoad primam partem quæſiti
32 idem quod dicimus de aqua pro materia baptiſmi, & ſicut ibi ex doctrina *Reginaldi tom. 2. in praxi lib. 8. c. 9.* ſufficit quæuis minima gutta, dummodo cadat de vna parte corporis ad aliam, & ſic poſſit dici ablutio, ita in præſenti quæuis minima pars olei erit ſufficiens, nam qualibet minima parte olei poteſt dici vera vnctio, tanto magis, quod non ſit per totum corpus, ſed circa ſenſus, & non vngendo totos ſenſus exteriores, ſed aliquas eorum partes, vncta enim parte denominatur totum vnctum, ſic *Suarez*, quẽ adduximus.

Ad ſecundam partem quæſiti reſpondetur non peccare mortaliter, dummodò id non faciat in contemptum noui olei cõſecrati, ac proindè validè, & licitè in iſto caſu poſſe ſacerdotem ſaltem abſq; pec-
33 cato mortali id facere, vt docet *Ledeſma in ſumma tom. 1. de ſacramento Extremæ vnctionis c. 2. in fine*, & tenet *Enriquez lib. 2. cap. 29. lib. 3.* qui in *gloſ. litera V.* ait, ſic Theologos, & V. I. peritos *Salmaticenſes*, & ratio eſt, quia non habemus hoc præceptum ab Eccleſia, licèt de oleo conſecrationis habeatur expreſſum præceptum, vt docet *Ledeſma loc. cit.*

Quæres tertiò, an neceſſario debeant fieri iſtæ vnctiones ad modum Crucis ſaltem neceſſitate præcepti, ita vt ſacerdos vngens abſquè tali ſigno Crucis peccaret mortaliter.

Reſp. negatiuè, ſic *Becean. c. 27. quæſit. 3.*
34 *n. 3.* quod tamen intellige ſecluſo contẽptu, & ſcandalo, ſed peccaret venialiter quia non ſeruat ritum, ſed non mortaliter, quia nullibi reperitur hoc præceptum, ſic docet *Suarez tom. 4. diſput. 40. ſect. 2. Laiman in theologia morali lib. 5. tract. 8. c. 3. n. 7. Filiuce tom. 1. tract. 3. c. 3. n. 75. Coninc. de ſacramentis diſp. 19. dub. 2. num. 7. Zambranus de caſibus occurrentibus tempore mortis, c. 5. n. 12.*

Dices, hæc vnctio ad modum Crucis eſt de conſuetudine Eccleſiæ, & conſuetudo habet vim legis, vt diximus *lib. 1.* ergo peccat mortaliter ſacerdos non vngens ſigno Crucis.

Reſp. negando conſequentiam, quia
35 talis conſuetudo non poteſt eſſe inducta animo obligandi, tam ſtrictiori vinculo, ſed ob deuotionem fidelium, tum quia non conſtat de voluntate Pontificis, qui approbando conſuetudinem explicet eius vim, ergo neq; debet iſta conſuetudo, tam ſtrictè explicari.

Dices ſecundò. In ſacramento Confirmationis neceſſario debet vngi cum ſigno Crucis, ergo ſic in ſacramento Extremæ vnctionis.

Reſp.

Reſp.negando conſequentiam.Et ratio
diſparitatis eſt,quia in ſacramento confir-
36 mationis ad veritatem formę debet ſic di-
ci,& vngi,dicitur enim ibi,*ſigno te ſignum
Crucis, &c.* ergo debet vere adhiberi ſi-
gnum Crucis,& hoc ideò eſt,quia ibi fide-
les ornantur cruce, quam debent ferre in
fronte, hoc eſt quam facie aperta profiteri
debēt coram Tyranno,& aduerſus quod-
libet impedimentum ; at in caſu noſtro fit
vnctio modo,quo infirmi vnguntur ad re-
parandas vires , ergo non eſt neceſſaria
Crux neceſſitate ſacramenti.

Quæres quartò, an propria manu de-
beat fieri iſta vnctio, an poſſit fieri medio
aliquo inſtrumento , maximè in morbo
contagioſo.

Reſp.hoc quæſitum ſupponere aliud ,
37 ſcilicet, an Sacerdos teneatur vngere in-
firmos ex contagio.& eis præbere Eucha-
riſtiam etiam cum periculo propriæ vitæ.
Dico igitur Parochum non teneri ad hæc,
ſed tantum ad ſacramentum pœnitentiæ ,
ſine quo infirmus ſaluari non poteſt , ſic
*Villalobos in ſumm tom.1. tract.10. diffic.
6.n.7.*& apud ipſum *Armilla, & Suarez* ,
*Molfeſius in ſumm.tom.1.c.3.tract.10. n.
51.*qui ait,poſſe Parochos tuta conſcientia
ſequi hanc opinionem. Et rationem ad-
derem,nam hoc ſacramentum non eſt ab-
ſolutè neceſſarium ad ſalutem, ſufficit .n.
ſi infirmus ipſum non contemnat,& poteſt
virtutem huius ſacramēti ſupplere per vo-
tum,ſeu deſiderium ipſius per actum con-
tritionis,charitatis , &c. quibus acquiret
gratiā,& præparabit ſe hoc modo ad glo-
riam,imò idem *Molfeſ. n.52.* putat idem
eſſe dicendum reſpectu Euchariſtiæ , ſeu
Viatici, niſi maximè dubitaret de ſalute
infirmi,& ait poſſe parochum ſupplere hoc
à longe exhortando infirmum ad votum
ſancti Viatici,ſeù ad deſiderium eiuſdem,
& ſic recipit gratiam ipſius ſacramenti , vt
dic cum S.D. de ſacramentis in genere cir-
ca gratiam ſacramentorum, quam poteſt
quis adipiſci ante ſumptionem ſacramen-
ti,in ipſo actu ſumptionis,& poſt ſuſceptū
ſacramentum, & poſſet exhortari ad bo-
nos actus charitatis, ſpei, &c. idem tenet
*Molfeſius Maior.in 4.ſentent.diſt.7.quæ-
ſit.vlt & diſt.23.quæſit.1.* Hoc poſito ad
quæſitum principale.

Reſpon.poſſe miniſtrum medio aliquo
38 inſtrumento in caſu dicto vngere infir-
mum abſq;peccato mortali,ſic *Cappiauil-
la de ſacramento Extremæ vnctionis quæ-
ſit.54.& Siluius 3.part.quæſit.32.artic.3.*
qui tamen ait, quod peracta tali vnctione
ſacerdos comburat ſtatim dictam virgam,
ſi ſit lignea,ob reuerētiam ſacramenti mi-
niſtrati cum ipſa, vel ſi ſit argentea ipſam
purificet,& ſeruet ad ſimilem vſum. Si ta-
men caſus non eſſet adeò contagioſus, nō
reprobarem id , quod docet *Zambranus
de caſibus occurrentibus tempore mortis c.
5.nu.9.*quod ſcilicèt poſſit ſacèrdos in iſto
caſu vngere vnam aurem,vnum oculum ,
vnam manum,vnam pedem,narem,& re-
nes, & poſtea ſub vna forma dicere : *Per
iſtam ſanctā,&c.indulgeat tibi Deus quid-
quid per viſum,tactum,&c.* ſic colligitur
ex *Andrea Victorella in hoc ſacramento
fol.66.Suarez diſp.51.ſect 2.n.7.& 8.Co-
ninc.de ſacramentis diſp.14.dub.3.n.9.Lai-
man lib.5.tract.8.c.3.n.5.*

Dices,contra vnctionem medio inſtru-
mento.Id negatum eſt in ſacramento Cō-
firmationis.Imo diximus ſacramētum eſ-
ſe nullum, ergo idem etiam eſt dicendum
in caſu noſtro.

Reſp.negando conſequentiam,& diſpa-
ritas eſt,quia hic ſumus in neceſſitate,& in
39 periculo mortis, & ibi habemus expreſſū
modum ab Apoſtolis,qui cōfirmabāt ma-
nus imponendo,& ſic ibi non tantum de-
bet exequutio,ſed etiam manuum impo-
ſitio. Quod adeò verum eſt, vt Epiſcopus
non poſſit confirmare infirmum ſic con-
tagioſum medio inſtrumento , nam non
eſſet manuum impoſitio , neq; hoc ſacra-
mentum eſt neceſſarium morientibus; At
in caſu noſtro fit tantum vnctio;quę ſi fiat
medio inſtrumento etiam vnctio dici po-
teſt;tamen præter caſum neceſſitatis pec-
caret mortaliter Sacerdos ſic vngens,quia
faceret contra communem vſum Eccleſię.

Inſtabis ex doctrina *Becan. & Suarez*,
& aliorum,quos ſupra adduximus. Non
peccat mortaliter is, qui vngit ſigno Cru-
cis.ergo neq; peccat mortaliter is,qui vn-
git medio inſtrumento.

Reſp.negando conſequentiam, nam ibi
nulla ſequitur irreuerentia ſacramenti , vt
ſequitur in caſu noſtro,debet enim manu
animata ſacramentum miniſtrari,non re
materiali.& inanimata,& cum periculo ef-
fuſionis,vt diximus.

Quæres vltimò ex *gloſ hic verbo ęgro-
tantibus prope finem*,quid ſi quis ſit muti-
latus aliquo membro, vel ſi nunquam ha-
40 buit aliquod membrum , puta fuit per-
petuo mancus, vel perpetuo cęcus, an ſit
vngendus circa ipſos ſenſus , & videtur
quod non , quia talibus ſenſibus non pec-
cauit.

Reſp.tamen eſſe vngendum,ita vt ſi non
habeat manum,vngatur in brachio.Quod
ſi perpetuo fuit priuatus tali ſenſu , adhuc
debet vngi,quia peccatum non eſt in ſen-
ſu exteriori , niſi tantum quoad exequu-
tio-

tionem; at quoad electionem, & impetium peccatum eſt in voluntate, & ſic ſenſus exterior materialiter ſe habet; voluntas autem eſt illa; cui peccatum tribuitur per conſequẽs, debent etiã iſti vngi in iſtis sẽſibus, vel propè, propter peccata, quæ voluerit volnntas facere, & ex deſiderio commiſit cum talibus ſenſibus, ſic colligitur ex *gloſſ. hic cum Archidiacono, & Trident. ſeſſ.* 14.

In §. ſunt enim vſq; ad fin.

SVMMARIVM.

1 *Vnctio duplex eſt.*
2 *Magis dignum trahit ad ſe minus dignum.*
3 *Oleum non conſecratum, an & quomodo admiſcendum conſecrato, & n* 5.
4 *Aqua non benedicta admixta benedictæ, an efficiamur benedicta.*
6 *Vinum non conſecratum non efficitur conſecratum ad mixtionem conſecrato.*

ADuerte hic primò, confirmari hic definitionem ſacramenti in genere, quod ſcilicèt ſi inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, &c. vt in *§. ſacramentū de ſacramentis in genere*, ſic & in *§.* ſunt .n.
1 habetur, quod vnctio duplex eſt alia exterior, ideſt ſenſibilis, qua corpus inungitur, alia interior, & inuiſibilis, qua vngitur anima, quæ ſignificatur per ly, Cor, vt aduertit *gloſ. hic verbo cor inungitur*, quæ *gloſ.* ponit vnum notabile, & eſt, quod ideò Auctor dicit Cor inũgitur, ad oſtendendũ .ſ. quod vnctionem præcedere debet deſiderium Cordis, & ſic quod infirmus velit recipere hoc ſacramentum, & non fructificat hoc ſacramentum, niſi ex corde procedat, merito vtilius eſt, ſi infirmi ipſi ſibi petant hoc ſacramẽtum, vt diximus ſupra circa ſuſcipientem ex *S. D.* ibi citato.

Aduerte ſecundò, ex *§. ſanctificatum*,
2 quod magis dignum trahit ad terminus dignum, & ſic oleo conſecrato admiſceatur aliud oleum non conſecratum, hoc etiam euadit conſecratum, *gloſ. hic verbo admixtum ex cap. quod in dubijs de conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris, cap. non æſtimemus 14. quæſt.* 2. Hoc tamen intelligẽdum eſt non ſimpliciter, ſed aliquibus cõcurrentibus. Primum eſt, quod oleum cõſecratum ſit in minori quantitate, quam ſit conſecratum, alias potius conſecratum incorporaretur non conſecrato, quam è contra, nam maior quantitas attrahit mi-
3 norem, cæteris paribus. Secundũ eſt, quod oleum, quod admiſcetur non ſit valdè generoſum, & fortius quam ſit conſecratum, quia tunc verteret illud in ſe dictum, patet ex *gloſ. in cap. aqua de conſecratione Eccleſiæ, vel Altaris*, vt docet *Silueſter in ſumma verbo aqua n.* 7.

Amplia etiam hoc in aqua benedicta, in qua idem currere poterit quod diximus de oleo, vt aduertit *Silueſter loc. cit.* & colligitur ex *d. cap. aqua*, eum in his ad-
4 mixtionibus ſic proportionaliter procedẽdum erit, vt ſcilicèt tribus guttis olei conſecrati, vel aquæ benedictæ admiſceantur duæ non benedictæ, ſicq; euadent quinquè guttæ benedictæ; deindè poſt aliquod tẽpus morale poterunt admiſceri aliæ quatuor guttæ non benedictæ, & euadent nouem benedictæ; deindè poſt aliud tempus octo non benedictæ, & ſic deinceps. Vnde poterit effici maxima pars olei benedicti, & idem proportionaliter dic de aqua.

Dices, ergo idem erit, ſi magna quantitas tota ſimul admiſceretur.

Reſp. negando conſequentiam. Nam ideò dixi, poſt aliquod tempus ſucceſſiuũ eſſe id faciendum. Nam prius debet conſecratum conuertere in ſe non conſecratũ quoad eſſe ſubſtantiale, & incorporari, &
5 cõmiſceri duæ ſubſtãtiæ olei conſecrati, & nõ cõſecrati, & fieri vna ſubſtãtia tota cõſecrata ratione cõmunicationis, & quia magis dignum trahit ad ſe minus dignũ, & poſtea ſucceſſiuè alia, & alia immiſceri, vt moraliter cenſeatur facta commixtio; at ſi tota ſimul apponeretur magna quantitas, certum eſt quod potius traheret ad ſe, quã traheretur à ſubſtantia conſecrata.

Ex hoc diſcurſu collige, id quod ſupra diximus de ſacramẽto Euchariſtiæ, & aduertit *gloſ. hic verbo admixtum*, ſcilicèt dictũ axioma non currere reſpectu vini conſecrati, vt in *cap. cum Marthæ de celebratione Miſſarum.* Nam vinum conſecratũ non habet ſubſtantiam vini, ſed tantum accidentia. Vnde ſi vinum, quod admiſcetur eſſet in maiori quantitate, vel valdè generoſum ita, vt corrumperet ſpecies vini conſecrati, tunc hoc efficeretur etiam nõ conſecratum; recedit enim Dominus corruptis ſpeciebus, & dum tranſeunt in aliã ſubſtantiam, vt docet *Trid.* Vel vinum nõ conſecratum eſt in minori quantitate, & non adeò generoſum, & tũc hoc remanet in ſuo eſſe; & ſubſtantia ſanguinis Chriſti pariter in ſuo eſſe; ſed pro hoc videre, quæ diximus ſupra de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.

De

DE SACRAMENTO Ordinis.

TITVLVS OCTAVVS.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta quomodo dicantur neceſſaria neceſſitatis, & voluntatis in quo differunt, n.2.*
3 *Ordinis Sacramentum, quid ſit.*
Quam det poteſtatem, n.4.
A quo inſtitutum, nu.5.
Eius poteſtas, quę ſit, n.6.
Eius materia in genere, & in ſpecie, n.7 & 8.
Eius forma, n.9.
Suſcipientes quales debeant eſſe, n.10.
11 *Feminę an poſſint ordinare nu.12.*
13 *Minores, an poſſint ordinari, & num.14.*
15 *Ordinari, qui non poſſint.*
16 *Miniſter ordinis quis ſit n.17. & 18.*
Quid ſi ſit hęreticus, vel irregularis numer.19.
20 *Ordinis effectus, qui ſint.*
21 *Sacerdotij poteſtas, & character quando imprimatur.*
22 *Clerici ad quę [illegible]icantur.*
23 *Beneficiatus quando teneatur recitare officium.*
Quomodo teneatur reſtituere, num.24.
An pro quolibet beneficio teneantur recitare officium, nu.25.
26 *Penſionarij, an teneantur recitare officiũ.*
27 *Officium ſequentis diei, an poſſit recitari ante ſatisfactum pro hodierno.*
Tempus matutini, n.28.29. & 30.
31 *Officij pars notabilis, quę dicatur.*
32 *Suſpenſus, & degradatus, an teneatur recitare officium.*
33 *Patrimonij, vel beneficij titulum debet habere clericus in ſacris.*
Quid de iure cõmuni in ordinato abſq; titulo nu.34.
Quid in Diœceſi Neapolitanę, n.35.
36 *Patrimonium conſtitutum, cum pacto de reſtituendo.*
37 *Patrimonium, an ſit alienabile, & nu.38.*
An poſſit renunciari. nu.39.
40 *Ordines Collati ab Epiſcopo nõ ieiuno extra Eccleſiam, ſine Pontificalibus, & c. an teneant.*
41 *Ordinatus ante legitimam ętatem, an licitè miniſtret.*
An ſit irregularis, n.42.
34 *Tactus neceſſarius pro materia ordinis, & n.45.*
44 *Sacerdos, an ſit ordinatus ſi in Calice non fuerit vinum.*
46 *Familiares Epiſcopi, an & quomodo ordinandi, nu.47.*

HAbetur in §. *poſtquam*, quod cum viſum ſit de ſacramentis; quæ quoquo modo ſunt neceſſaria ad ſalutem; reſtabat videre de ſacramentis, quæ ſunt voluntaria, &
1 non ſingulis neceſſaria. Et ſic potius dicũtur ſacramenta dignitatis, quam neceſſitatis, merito de vno ex his ſacramentis in præſenti.

Nota tamen hic primò, ly, *quoquo modo*, nam vt notat *gloſ. in d. §. verbo eodem*, id aperit lucem, & eſt quod non omninò ſunt neceſſaria illa ſacramenta, vt nemo poſſet ſaluari abſq; vſu ipſorum, hoc enim eſſet hæreticum, quia vt diximus de baptiſmo, eſt baptiſmus flaminis, qui iuſtificat, & ſufficit, deficiente miniſtro, vel materia pro baptiſmo aquæ. Sic contritio iuſtificat cum voto pęnitentiæ deficiente miniſtro, vt per *Trid. ſeſ. cit.* Vnde in neceſſitate deficientibus requiſitis ſacramentorũ, votum ipſorum ſacramentorum, & bona diſpoſitio ſufficit, & ſic ſacramenta non dicuntur abſolutè neceſſaria, ſed quoquo modo, hoc eſt ſine in re, ſine in voto patet ex *cap. debitum de baptiſmo, & cap. ſępè, & cap. ad tecũminum de conſecratione diſt. 4. cap. qui vult de pęnitentia diſt. 6.* & ex alijs iuribus apertè id colligitur.

Nota ſecundò, hanc eſſe differentiam
2 inter ſacramenta neceſſitatis, & voluntatis, Nam illa operantur effectum gratiæ licet in voto ſuſcipiantur, vt diximus cum *de ſacramentis in genere ex Suarez, S. Do Caitano*, & alijs ibidem cum de gratia ſacramentorum; hæc autem non conferunt gratiam, niſi dum ſuſcipiuntur, vel quando fuerunt ſuſcepta, concurrentibus cõditionibus, de quibus in præcitato loco diximus præcipuè reſpectu matrimonij.

His poſitis ad noſtrum titulum deuenientes, licet multa vidimus ſupra in *lib. 1. & in tit. communia tam maiorum, quam minorum, & de his, qui in ſacris, &c.* in præſenti tamen videbimus primò, quid ſit ordo. Secundò, quomodo ordo ſit poteſtas. Tertiò de materia, & forma ordinis, &

de

de ſuſcipientibus. Quartò, de miniſtro.
Quintò, de effectibus. Sextò, ad quid tene-
antur ratione ordinis. Septimò, aliqua bre
uiter dilucidabimus.

Circa primum patet definitio ex Titu-
lo noſtro, ' vbi habetur, quod ordo eſt ſi-
3 gnaculum quoddam, per quod ſpiritualis
poteſtas traditur ordinato, ſic *Magiſter
ſent. in 4. diſt. 24. lit. K. & S. D. in ſupplem.
quaſt. 34. ar. 2. in corp.*

Dices, iſta definitio conuenit & Sacra-
mento baptiſmi, ergo eſt mala, nam per
Dialecticos bona definitio debet compe-
tere tantum ſuo definito. Prob. antecedés,
nam etiam per baptiſmum traditur ſpiri-
tualis poteſtas baptizato, ergo etiam ba-
ptiſmo conuenit hæc definitio.

Reſp. neg. anteced. & ad probationem
diſtinguo, antecedens datur primario, &
nego ſecundario, & concedo, enim verò
vt loquitur *S. D. ad 2. & ad 3. cit. artic.* li-
cet baptiſmus conferat ſpiritualem pote-
ſtatem, per quam poteſt homo accedere
id alia Sacramenta tamen finis primarius,
& principalis baptiſmi, eſt abluere homi-
nem ab omni labe peccati; ſidis verò ſe-
cundarius, & minus principalis eſt dare
illi hanc poteſtatem; at in Sacraméto Or-
dinis finis primarius eſt dare homini po-
4 teſtatem miniſtrandi in Eccleſia pro di-
gnitate, quam accipit, & operandi vt mini
ſter, eſt alia diſparitas, nam per baptiſmũ
homo habet poteſtatem paſſiuam, non
poteſtatem actiuam; per baptiſmũ enim
homo poteſt recipere Dei illuſtrationes,
poteſt recipere alia Sacramenta, at actiuè
nullam habet poteſtatem, ſicut habent
ordinati, qui poſſunt abſoluere, cõſecrare,
&c. vndè apparet magna diſparitas inter
definitionem poſitam, & Sacramentum
baptiſmi.

Nota etiam hic, Ordinem eſſe verum
ſacramentum, & à Chriſto inſtitutum, vt
habemus definitum de fide per *Trid. ſeſſ.
7. can. 1 ſeſſ. 25. can. 3. & ſeſſ. 22. can. 2.* fuit
5 autem inſtitutum hoc ſacramentum quã-
do Dominus poſt cęnam dixit Apoſtolis,
*Hęc quotieſcunque feceritis in mei memo
riam facietis*, & quãdo dixit: *Accipite Spi-
ritum Sanctum, &c.*

Dices, tunc fuiſſe inſtitutum ordinem
ſacerdotalem, ergo alij ordines aliàs ha-
buerunt inſtitutiones.

Reſp. neg. anteced. quia ſcilicet Domi-
nus ordinem ſacerdotalem inſtituendo
expreſsè quemlibet ordinem tacitè con-
firmauit, dum quilibet ordo ad ſacerdo-
tium tendit, & ad finem illius, hoc eſt ad
ſanctum ſacrificium. Pro inſtitutionibus
ſingulorum ordinum in ſpecie videre quę
diximus in *lib. 1. in præcitatis articulis*, &
multa habentur per ſcrutinium ſacerdo-
talem.

Circa ſecundum aduerte, quod ordo
6 eſt poteſtas non materialis, ſed ſpiritualis,
non naturalis, ſed ſupernaturalis, & ideo
non poteſt homo tantum per ordinem
operari res ſacras, ſed ordini adiungi de-
bent compotentiæ corporales; vndè non
ſufficit habere ordinem exorcizatus, v. g.
ad expellendos dęmones, quia per appro-
ximationem ordinati exorciſtæ ad Ener-
gumenum, hic non liberatur, ſed per ora-
tiones vocales, & deprecationes, quas ſu-
per Energumenos, & contra dęmones fa-
ciunt exorciſtæ; Itaq; ordo non eſt pote-
ſtas abſoluta, niſi quoad eſſe ſupernatura-
le, tamen quoad exercitium miniſteriorũ,
ordo eſt compe entia, quæ adiuncta alijs
potentijs ſiue corporeis, ſiue ſpiritualibus
tranſit ad opus.

Circa tertium aduerte primo, materiã
ordinis in genere eſſe illam, cuius colla-
tione vtitur Epiſcopus pro ſingulis ordi-
nibus conferendis; Differt autem materia
ordinis à materia pro alijs ſacramẽtis. Nã
7 materia aliorum ſacramentorum conti-
net in ſe efficaciam ſacramentorum, quæ
ſignant virtutem diuinam, & ſanctifica-
tionem per miniſterium adhibitam; vnde
in alijs Sacramentis eleuat Deus materiã
ad operandam efficaciam ſacramẽti; at
in hoc ſacramento omnis poteſtas confer
tur ab ordinante, & materia nihil ex ſe
producit in anima, ſed adhibetur ab ordi-
nante ad determinãdam poteſtatem, quã
dat Ordinarius, & patet ex *S. D. quaſt. 34
art. 5. in corp.* vbi ſubtiliter hoc dilucidat.

Aduerte ſecundò, materiam vnius ordi
nis eſſe diſtinctam ab alia, & ſic presbyte-
8 rij materia eſt calix cum vino, & aqua, &
patena cum hoſtia; Diaconatus eſt liber
Euangeliorum; Subdiaconatus eſt liber
Epiſtolarus; Acolitatus eſt candelabrum
cum cereo extincto, & vrceolus vacuus;
Exorcizatus eſt liber exorciſmorum; Le-
ctoratus eſt liber Lectionem, & Prophe-
tiarum; Oſtiariatus ſunt claues Eccleſiæ,
ſic *Beccan. de ſacram. ord. c. 26. § quarta
concluſio*, forma verò ſunt verba prolata
ab Epiſcopo in traditione cuiuslibet ma-
9 teriæ, per quę exprimit collationem pote
ſtatis dicendo imperatiuè, *Accipe poteſta
tem, &c. S. Doct. loc. cit. in ſupplemento.*

Circa ſuſcipiẽtes aduerte primò, quod
ſuſcipiens debet eſſe baptizatus; baptiſ-
mus enim eſt ianua omnium Sacramen-
torum, & character baptiſmalis eſt funda-
mentum cuiuslibet characteris, nec quid
firmum ſine fide eſſe poteſt, cum ſit fides

10 fundamentum totius ædificij ſpiritualis,
ſic idem *Beccanus loc. cit. §. ſeptima con-
cluſio, & S. Doct. quæſit. 35. art. 3. 4. & 5.*
vbi docet imprimis, quod qui non habet
baptiſmum, non habet poteſtatem recep-
tiuam cuiuslibet characteris. Secundò, in
corpore *articuli* 4. docet, quod character
cõfirmationis debet præcedere characte-
rem ordinis, non de neceſſitate, ſed tãtum
de congruo. Tertiò, docet; quod in ordi-
nibus non requiritur de neceſſitate, quod
vnus ordo præcedat, & ſubſequatur alius,
& ſic poſſet quis ordinari Sacerdos, & re-
ciperet poteſtatem conſecrandi, licet non
haberet alios ordines; tñ clericus per ſal-
tum promotus eſt ſuſpenſus ab executio-
ne ordinis ſuſcepti, vt in *titul. de cler. per
ſaltum promotis*, & *in decretis in tota
diſt. 52.*

Aduerte ſecundò, excludi à ſuſcipiẽdis
ordinibus ſeminas: Quod intellige non de
ratione præcepti; ex eo, quia prohibeãtur;
ſed potius, quia ſunt inhabiles, ita vt licèt
ipſis præbeatur materia, proferatur for-
ma, & fiant cętera, quæ in ordinibus con-
11 ferendis fieri ſolent, nullus ordinis ſequa-
tur effectus; quia de ſe inhabiles ſunt, vt
per *text. in cap. mulieres diſt. 32. cap. ſa-
cratas diſt. 23. cap. Diaconiſſam 27 quæſit.
9. & ibi glo. verb. ordinari*, Rationem ve-
rò huius inhabilitatis remittit *glo. ibidem
in Apoſtil. ad S. Doct. in 4 diſt. 25. quæſit.
2. art. 1.* qui hanc dat rationem; Ordo eſt
ſignum cuiuſdam excellentiæ, & ſuperio-
ritatis, at in ſexu femineo nulla eſt ratio ſu
perioritatis, ſed ſubiectionis, vt docet idẽ
S. Doct. in ſupplem. quæſit. 39 ar. 1. in corp.
ergò cum ſemina non poſſit in ſe recipere
ſignificatum ſacramenti, neq; ſacramentũ
ipſum recipere poteſt.

Dices ex *tex. in cap. Diaconiſſæ*, vbi ſic
12 dicitur; *Diaconiſſam non deberi ante ann.
40. ordinari ſtatuimus*, ergò feminæ ordi-
nabantur, ac proindè non eſt inhabilitas
perſonæ, ſed potius prohibitio Eccleſia-
ſtica.

Reſp. negando conſeq. & ratio eſt ex
glo. ibid. in d. ver. ordinari; nam verè Dia-
coniſſę non ordinabantur, ſed tantum ſu-
per ipſas recitabatur quædam orationes,
& ex hoc recipiebant ſpeciale officium
legendi homilias Euangelij in Choro; hoc
autem non erat ordinari.

Aduerte tertiò, q; minor ætas non im-
pedit receptionem ordinum de neceſſita-
13 te ſacramenti, ſed tantũ ex præcepto Ec-
cleſię, ſic communiter *Canoniſtę ex S. D.
ar. 2. quæſit. cit.* imò ait, poſſe abſq; peccati
labe conferri minores ordines impuberi,
cuius tamen profectus ſperatur ex bonis
indicijs, quæ oſtendit, quia quamuis tunc
non ſit idoneus, tamen ſuperueniẽte æta-
te erit talis, colligitur tamen ex *Trid. ſeſſ.
23. c. 12.* vbi aſſignat tempus pro ſuſcipiẽ-
dis ſacris ordinibus, & in cap. 31. dum lo-
quitur de ordibus minoribus, nullam facit
mẽtionem ætatis; ergò eſt in arbitrio Epi-
ſcopi, imò quoad interſtitias inter vnum,
& alium ordinem, remittit ſe iudicio, &
prudentiæ Epiſcopi, vt prudenter, & cum
aliqua cauſa diſpenſet. Cæterum minor
ætas neq; impedit ſuſceptionem aliorum
ordinum etiam ſacrorum, quoad validita-
tem ſacramenti; tamen conferẽs peccaret
mortaliter; facere enim contra mentem
ſacrorum Canonum, & cõtra diſpoſitio-
nem Concilij in d. c. 12, rationem dat S. D.
loc. cit. quia debent iſti ſuſcipiẽtes cogno
ſcere obligationem ſui ordinis, maximè
cũ ordinibus ſacris votum continẽtiæ ſit
annexum; tum etiã quia ſacramenta ipſis
tractãda conceduntur, & ſatis indecorum
eſt, ſacramenta dare in manibus puerorũ,
qui quod faciant ignorant.

Dices, inter matrimonium carnale, &
ſpirituale eſt proportio, ſed matrimoniũ
carnale non poteſt contrahi ante puber-
14 tatem, neq; ſponſalia ante vſum rationis,
& in toto *tit. de ſponſal. impub.* ergo neque
poterit ordo conferri ante ſeptennium,
cum ordo ſit matrimonium ſpirituale.

Reſp. diſtinguendo maiorem, eſt aliqua
proportio, & concedo, eſt omnis propor-
tio, & nego; enim verò per matrimonium
carnale contrahẽtes nullam recipiunt po-
teſtatem, qua vti poſſint poſt aliquod tem-
pus, ſed datur ipſis licentia circa exerci-
tium actuum matrimonij, ergo inanis eſt
contractus, quando actus exerceri non
poſſunt; at per ſacramentum ordinis non
tantum datur exercitium actuum, ſed etiã
potentia ad tales actus, quæ habetur per
characterem; ideo cum per ordinem de-
tur poteſtas, ſeu potentia ad operandum
ſiue nunc, ſiue poſt longum tempus; me-
ritò non eſt de eſſentia ſacramenti, quod
recipiens hic, & nunc poſſet deuenire
ad actum; ſufficit enim ſi aliquando in
poſterum ad actum perueniat, & ſatis eſt
ſi tempore collati ordinis habeat poten-
tiam receptiuam huius poteſtatis, quod
ſcilicet ſit homo, & baptizatus; ſic tacitè
huic obiectioni reſpondet *S. Doct. in
corp. præcit. art.*

Aduerte quartò, quod multi non poſ-
ſunt ordines ſuſcipere. Primò ſerui. Secun-
dò homicidæ. Tertiò, publicè pœnitentes.
Quartò, bigami. Quintò, illegitimè nati. Se-
xtò, irregulares ex defectu corporis. Sep-
timo, infames, excõicati, ſuſpenſi, inter-
dicti,

dicti,&c. per *Trid.ſeſſ.23.per tot.Becean. c.26.ante primam quæſt.* & pro omnibus impedimentis rationes diffuſas dat *S. D. quæſit. cit.ar.3.4.& ſeq.* Hæc autem impedimenta non contradicunt eſſentiæ ſacramenti,ſed ſunt de præcepto Eccleſiæ, exceptis illis duobus, ſcilicet baptiſmo, & ſtatu fœmineo.

Circa quartum,& ſic circa miniſtrum ſicut ſacramentum confirmationis à ſolo Epiſcopo confertur,ita etiam ſacramentũ ordinis,tum quia virgines conſecratæ non conſtituuntur in aliqua ſpirituali poteſtate,vt conſtituuntur ordinati; ſed conſecrare,ſeu benedicere virgines ſpectat ad ſolos Epos,ergò ad ipſos etiã ſpectat ordo.
16

Aduerte ſecundò, id limitari ex commiſſione Pontificis, quia poſſunt etiam Abbates, & alij Prælati etiam non conſecrati conferre minores ordines, *Beccanus c.26.§.ſexta concluſio*, & patet ex ijs,quæ diximus de *ſacram. confirm.* vbi pariter
17 notauimus, quod poteſt ſimplex Sacerdos conferre ſacramentum confirmationis ex diſpenſatione Summi Pontif.quod patet *ex tex.in cap.manus de conſecr. diſt.5. S.Doct.3.p quæſit.72.ar.xj. Ang.ver.confirmatio n. 1. Silueſt.& Armil. in ſumma ver eodem,Trid.ſeſſ.3.can.3.de confirm.* & expreſsè ex *tex.in cap.peruenit, diſt.95.*

Limita hoc reſpectu ſacrorum ordinũ,
18 quia iſti tantum ab Epiſcopo conferũtur, cum ſint altioris dignitatis, & diſcurre in ipſis modo, quo diximus de *ſacram. confirm.* ſicut enim reſpectu fidelium baptizatorum à Parocho,vel alio miniſtro,Epiſcopus imponit vltimam manum confirmando,quaſi,dãdo implementum, & perfectionem operi; ita pariter licet clerici in minoribus inſtituantur ab alijs,tamen ſolus Epiſcopus perfectionem dat per ordines ſacros.

Aduerte tertiò,quod ſi miniſter ſit hæreticus,vel irregularis, &c. tamen fuerit ritè,& rectè ordinatus, valet deinde ordo ab ipſo collatus; & ratiò eſt,quia character
19 Epiſcopalis non amittitur per ſchiſma, vel excommunicationem; tamen peccat mortaliter is, qui recipit ordinem ab ipſis, & non recipit gratiam,non ex inefficacia Sacramenti, quod confertur à malo miniſtro, quis malitia miniſtri non vitiat ſacramentum, vt diximus de *ſacram.in genere*; ſed ex eo, quia ſuſcipiens accedit cum obice ad ſuſcipiendos ordines à miniſtro contra voluntatem Eccleſiæ,ſic *S.D. art. 1.quæſit præcit.* Si tamen ſuſcipiens id ignoraret, non peccaret mort.& ſic reciperet gratiam.

Circa quintum effectus huius ſacra-
20 menti duplex eſt,ſcilicet character,& gratia,de quibus diffusè egimus, cum de *ſacram.in gen.* loquẽtes de effectibus ſacramentorum,hic tamen.

Aduerte circa id, de quo ſolet dubitari in ordinationibus ſacerdotum, & eſt in quo actu imprimatur character in ſacerdotio; dicimus igitur cum *S.D. in ſupplemento quæſit. 38. art.5.in corp.* imprimi characterem in traditione calicis cum vino,& aqua,& patena cum hoſtia. Prob.
21 quia hoc eſt principale,& primarium munus ſacerdotale;tum quia Dominus inſtituit Apoſtolos ſacerdotes in cœna, dum poſtquam ipſos communicauit dicit: *Hæc quotieſcunque feceritis,&c.* vt concedunt omnes Theologi,& Canoniſtæ, ergo vera poteſtas,& ordo ſacerdotalis(ſeu eius character) imprimitur in traditione calicis, &c.Poteſtatem verò abſoluẽdi dedit Dominus poſt ſuam Reſurrectionem, dum dicit Apoſtolis: *Accipite Spiritum Sanctum,&c.*& tunc explicitè dedit poteſtatem abſoluendi, quam implicitè dederat, dum dedit poteſtatem ſupra ſuum corpus reale,ergò multò magis tunc dedit ſupra corpus myſticum,quod eſt Eccleſia cum ſuis fidelibus: Itaq, quando Sacerdotibus datur poſtea auctoritas abſoluendi per illa verba: *Accipite Spiritum Sanctum,&c.* tunc dilatatur idem character ſacerdotalis, quem anteà ſuſceperant in traditione calicis,&c. Vnctio benedictio, manuum impoſitio,& alia,quæ comitantur traditionem calicis ſe habent,vt diſpoſitiones ad formam, ſeu characterem introducendum.

Circa ſextum aduerte primò, clericos, ſiue eccleſiaſticos teneri ad multa,de quibus diximus in *lib.1.agentes de vita,& honeſtate Prælatorum*, ſic deferre tõſuram,
22 veſtem talarem,capillos obtruncatos ſupra frontem,& ſupra aures,caligas honeſti coloris,ſcarpitulas non valdè inciſas,& alia,quæ ibi notauimus; & confirmantur hic ex *S.D.quæſit.40.per tot.* De obligatione circa recitationẽ diuini officij multa notauimus in eod,lib.1. pro ijs,qui ſacris ſunt conſtituti;tamen præter ibi dicta

Nota primò, circa dictum commune, quod ſcilicet Beneficiatus habet ſpatium ſex mẽſium à die poſſeſſionis beneficij ad
23 recitandum officium. Hoc,inquam,non eſſe,intelligendum ſic abſolutè, ſed adhibita aliqua conſideratione, quod ſ. iſte clericus fuerit interim legitimè impeditus, & ignorauerit modum recitandi; ſecus autem ſi poſſit, & non recitat; peccat enim mortaliter,ſic patet ex *Bulla Pij Quinti*,quæ apponitur in initio Breuiarij

Romani ibi: *Ille, qui proximis ſex menſi-*
bus officium non dixerit, niſi legitimum
impedimentum eum excuſauerit, graue
peccatum ſe intelligat admiſiſſe, &c. non
tenetur tamen ad reſtitutionem fructuum
beneficij pro illo ſemeſtri, ſic Sotus *de iu-*
ſtit. & iure, lib. 10. quæſt. 5. art. 6. ceterum
tenetur reſtituere, hoc ordine ſeruato, q;
ſcilicet vel omiſit totum officium, & tunc
integram partem beneficij, quæ venit pro
tali die, tenetur applicare, vel pro fabrica
Eccleſię ſui Beneficij, vel dare pauperibus,
24 vel omiſit matutinum, & tenetur dare
medietatem partis Beneficij illius diei, vel
omiſit omnes horas, & idem erit dicendũ,
vel omiſit vnam ex horis, & tunc ſextam
partem ſic diſpenſare tenetur, ſic patet ex
Concilio Lateranenſi ſub Leone X. & re-
fert Squillante *de obligat. clericor. part. 1.*
in princip. ſic enim moraliter iſtæ omiſ-
ſiones partiales commenſurantur cum
partibus Beneficij.

Nota ſecundò, non pro quolibet leui
beneficio obligari clericos ad recitationẽ
diuini officij, vndè *Leſſius de iuſtit. & iur.*
lib. 2. cap. 34. dub. 31. nu. 168. docet, non
25 obligari ad officium, qui pro beneficio ha
bet annuos 15. vel 16. ſed tantum teneri
feſtiuis, & dominicis diebus. Et ratio eſt,
nam qui altari ſeruit, de altari viuere de-
bet, ergo ſi hic non poſſit habere aliquam
ſubſtentationem de altari, nec debet æſti-
mari ita ligatus, & adſtrictus ſeruitio alta-
ris, *Sotus* verò *loco cit. quæſt. 5. artic. 3. &*
Aragona 2. 2. quæſit. 83. art 12. tenẽt, quod
ſi beneficium ſit octo ducatorum, nunquã
tenetur clericus recitare officium ex eadẽ
ratione adducta. Vndè collige, quod ſi cle
ricus habeat beneficium cum onere miſ-
ſarum, ita vt deducto onere miſſarum, re-
maneat illa modica ſumma octo ducato-
rum, neque teneretur recitare officium,
quia idem eſt habere beneficium leue, ac
habere magnum, ſed cum magno onere.

Nota tertiò, penſionarios teneri ſaltem
ad recitationem officij parui Beatæ Vir-
ginis, & ſi omiſerint, eadem regula eſt at-
26 tendenda, quam poſuimus circa omitẽ-
tes officium diuinum, ſic *Pius V. in dicta*
conſtitut. ſi tamen quis ſit in ſacris, vel be-
neficiatus, & habeat etiam penſionem, nõ
tenetur ad recitationẽ officij B. Virginis,
& officij diuini. Et ratio eſt, quia mens Põ-
tificis in *dicta conſtitut.* videtur eſſe, dũ-
modo clericus non ſit alio iure adſtrictus
ad recitationem officij diuini, & ſic reci-
tando ſolum officium diuinum ſatisfecit
vtrique obligationi, ſic *Vega 3. part. c. 65.*
caſu 1. Garſias tomo 1. par. 3. cap. 1. n. 116.
Azorius nu. 10. Inſtitut. moral. cap. 4. quę-
ſito 3.

Nota quartò, quod ſi quis non perſolu-
to officio vnius diei, recitaret matutinum
ſequentis diei, iſte ſatisfaceret, neq; pec-
27 caret mortaliter, quia vnum officium nõ
habet connexionem cum alio, ſed non
peccat qui peruertit horas officij eiuſdem
diei, ergo multò minus peccare debet in
caſu noſtro, ſic *Vaſq. in opuſculo de bene-*
ficio, cap. 4. §. 1. ar. 2. num. 66. Suar. de relig.
tom. 2. lib. 4. cap. 24. nu. 3. Reginald. tom. 2.
lib. 18. cap. 12. nu. 166. imò ſi id faceret cau-
ſa maioris attentionis, quia forſan habet
commoditatem recitãdi magis attentè cũ
amico, vel magis deuotè, dic, quod in
iſto caſu neque peccaret venialiter vt in
ſimili ſupra diximus *lib. 1. tit. de his, qui in*
ſacris ſunt conſtituti.

Nota quintò, tempus pro recitatione
28 matutini ſequentis diei variè à DD. taxa-
ri; ſunt enim qui putant, poſſe recitari ho-
ra quarta poſt meridiem, ſic *Filiuc. tom. 2.*
tract. 23. cap. 8. nu. 275. vbi ſic ait, *Quoli-*
bet tempore poteſt dici matutinum hora
quarta poſt meridiem, quæ Vere, & Au-
tumno, hoc eſt Martio, & Aprili in Vere,
Septembri, & Octobri in Autumno coin-
cidit cum hora vigeſima prima horologij
ſolaris, vel artificialis, Aeſtate autem, hoc
eſt Maio, Iunio, Iulio, Auguſto hora vige-
ſima cum dimidio circiter; Hyeme denique
hoc eſt Nouembri, Decembri, Ianuario, &
Februario hora vigeſima prima cum di-
midio, ſic *Filiuc.* cuius opinio ſtricta eſt;
Sunt alij, qui tenent, poſſe recitari hora
tertia poſt meridiem, ſic *Enriq. lib. 9. c. 24.*
nu. 7. vbi gloſa lit. F. Barboſa in collectan.
tom. 1. lib. 3. tit. 41. cap. 1. nu. 5. Gauant. in
commentar. ad rubric. Miſſal. tom. 2. ſect. 1.
cap. 5. tit. 6. n. 6.

Sed ſalua pace omnium dictorum, pu-
to eſſe adhærendum opinioni *Molfeſij in*
29 *ſumma, tom. 1. tract. 5. cap 2. nu. 59. & Fa-*
bri de ſacram. Ord. diſt. 24. quæſt. 1. diſp. 1.
n. 148. qui tenent, poſſe licitè recitari ma-
tutinum cum laudibus ſequentis diei re-
gulariter hora vigeſima. De quorum mẽ-
te colligitur, quod poſt horam veſperarũ
quolibet tempore recitari poſſit officium
ſequentis diei. Ratio autem eſſe poteſt, q
perſolutis veſperis, iam cenſetur pro offi-
cio tranſacta dies, ergo poterit tunc inci-
pere alia dies officij, & ſic licitè poterit re-
citari matutinum ſequentis diei.

Dices, remanet recitandum Completo-
rium, ergo poſt horam Completorij debet
dici Matutinum, non autem poſt horam
veſperarum.

30 Reſpond. Negando conſeq. & ratio eſt,
quia vel loquimur de hora Completorij
iuridica, & hęc eſt in crepuſculis diei, & ſic
ho-

hora 24. horologij artificialis,& ſolaris. vel
loquimur de hora Completorij, prout re-
citatur, & quia communiter veſperis ad-
iungitur,& eodẽ tempore recitantur,me-
ritò ijs perſolutis,poteſt incipere officium
ſequentis diei.

Nota ſextò,partem notabilem, quam
quis omittens peccaret mortaliter, eſſe
quamlibet minimam horam officij,tertiã
v.g.ſic *Gauantus loco cit.tom.2.ſect.1.c.5.
tit.1.nu.40.Suar.de Relig.tom.2.lib.4.c.25
nu.16.Anton.Raguciut tract.de officio ca-
nonicorum in choro,quæſit.13.nu.40.*quia
31 moraliter hæc dicitur magna pars officij
dum reſpicit ſuam horam, & per plures
horas diſtributum eſt officium ab Eccle-
ſia. Cæterum ſic diſcurrere regulariter in
matutino,laudibus, primę Dominicę,&c.
quoties enim omittitur pars, quæ æqui-
ualeat horę breuiori officij,tunc commit-
titur peccatum mortale.

Quæres,an clericus ſuſpenſus, vel de-
gradatus teneatur ad recitationem diuini
officij.

Reſpond. affirmatiuè, ſic *Nauarr. in
man. cap. 7. nu. 17. Siluest. verb. hora, qu. 3.
Azor. par. 1. lib. 10. par. 5. q. 9.* Ratio autem
32 eſt, quia iſti adhuc ſunt clerici ratione
characteris indelebilis; ſi autem iſti eſſent
condemnati ad triremes,puto,quod non
peccarent omittentes officium, ſic *Sotus
de iuſtit. & iur. lib. 10. quæſ. 5. lib. San-
chez de matrim. lib. 8. diſp. 8. nu. 11. Leſſius
de iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 37. dub. 9. nu. 45.*
Ratio eſt,nam ſatis affliguntur,& patiun-
tur,dum in illo ſupplicio detinentur,tum
quia animus rarò talibus ad obſequendũ
eſt paratus, tum etiam quia id cederet in
dedecus ordinis Eccleſiaſtici,ſi clericus in
illa hominum compage,& colluuie oſten-
deret ſuum ſtatum;igitur licet irregulares
& ſuſpenſi teneantur,non ſic tamen iſti ex
rationibus adductis.

33 Aduerte ſecundò, teneri clericos ra-
tione ordinis ſuſcipiendi habere iuſtum
titulum beneficij,vel patrimonium ſuffi-
ciens ad victum quotidianum,ſic ex *Tri-
dent. ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat. & Sacra
Congregat. ſuper Tridentin.* quam refert
*Garſias in trac. de benefic. tom. 1. par. 2. c. 5.
n. 79.* circa quod

Nota primò, quod ſi quis ordinatur
abſque titulo, vel cum titulo ficto,de iure
communi non incurrit in pœnam aliquã,
34 ſed ſumptibus Epiſcopi promouentis erit
alimentandus,ſic *Toletus in ſumma, lib. 1.
cap. 49. nu. 18. Enriquez lib. 13. cap. 37. §. 2.
Sayrus lib. 4. de cenſuris, cap. 14. num. 16.
Genuenſis in praxi, cap. 81. nu. 21. & Gar-
ſias loco cit.* qui colligunt dictum ex *textu
in cap. Epiſcopus, & cap. cum ſecundum
Apoſtolum, de præbend.* per quæ iura de-
rogatur iuribus aliorum capitulorum, ex
quibus iſti puniebantur, *cap. Sanctorum,
& cap. neminẽ, diſt. 70.* & diſponitur,quod
Epiſcopi ſuis ſũptibus ipſos alere tenea-
tur,donec de beneficio vacanti prouideãt.

Dixi,de iure communi, nam de iure
ſynodali noſtræ Ciuitatis, & Diœceſis ſic
35 ordinati ſunt ſuſpenſi ipſo facto, *Genuen-
ſis loco cit, & Squill. ante par. 2. de obligat.
clericorum probib. 2. dub. 1.* ſi tamen ha-
beret clericus reale Beneficium, vel reale
patrimonium, tamen adhuc non cæperit
poſſeſſionem, non venit puniendus, ſi id
ignoranter fecerit, vel putans poſſeſſionẽ
non eſſe neceſſariam, vel putans ſuum
procuratorem, cui ipſe id mandauit, cæ-
piſſe iam poſſeſſionem, *Nauar. conſ. 15. de
tempore ordinandorum, Saleedo in praxi
crimin. cap. 18. n. 7. in nouiſſima editione.*

Nota ſecundò, quod ſi aliquis promo-
neatur ad ſacros ordines titulo donatio-
nis, vel patrimonij conſtituti cum pacto,
vt poſt ordinationem reſtituat patrimo-
nium, & donationem retrocedat donan-
ti;ſi hic omnes ordines cum pacifica eiuſ-
dem patrimonij poſſeſſione receperit,non
36 erit puniendus, neque tale pactum quid
operatur;vndè non poterit poſtea conue-
niri à donante, quia tale pactum nõ obli-
gat;eſt enim contra formam *ſacri Concilij
Tridentini*, per quod prohibetur, clericu
ſpoliari ſuo patrimonio, & pactum contra
formam Iuris eſt iniquum,& nõ ligat,col-
ligitur ex *l. pacta, quæ contra, C. de pactis,
Rodrigu. tom. 2. cap. 15. nu. 5. Enriq. lib. 13.
cap. 37. §. 2. Tolet. loc. cit. lib. 1. cap. 49. n. 18.*
& cõmuniter id docẽt alij DD. verum ta-
men eſt,quod in tali pacto celebrãdo cle-
ricus paciſcens peccat mortaliter,& eſt pe-
riurus,ſi iuramentum adhibuerit,dum iu-
rat,& promittit id, quod per ipſum inex-
plebile eſt;ſecus autem id fecerit igno-
ranter,putans verè poſt ſuſceptos ordines
poſſe patrimonium reſtitui, tunc enim id
promittens non peccaret, neque poſtea
veniret priuandus patrimonio,vt patet ex
ratione adducta à DD.

Nota tertiò,nec poſſe clericum promo-
tum ad titulum patrimonij illud alienare,
vel renunciare poſt ſuſceptos ſacros ordi-
nes,niſi de licentia ſui Epiſcopi, *Triden-
tin. ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.* tamen non
37 eſſet ſuſpenſus,ſi id faceret,quia verè non
fuit promotus ſine titulo,neque talis alie-
natio,vel renunciatio valet, quia eſt con-
tra formam Iuris,vt dicebamus, *Tolet. li-
bro 1. cap. 49. num. 18. Vega in ſumma,
par. 2. cap. 34. caſu 86. Suar. tom. 5. diſp. 31.
ſect.*

ſect.1.n.38. & renunciationem prędictam
nō valere, docet expreſsè *Trid.loc.cit.* ibi:
Alienari nullatenus poſſint, &c. Quę lo-
quutio inducit nullitatem actus, vt in ſimili
docent *Bar. & Iaſ.in l.Gallus, ff.de liber.
& poſth. Felin.in cap.cum acceſſiſſent de
conſtit.& glo.in clem.1.de ſequeſtr.poſſeſ.
& fruct.*

Nota quartò, quod patrimonium de-
bet eſſe conſtans, & reale non tantum
tempore quo quis vult aſcendere ad or-
dinem Subdiaconatus: ſed etiam dum
aſcendit ad alios ordines ſacros: Vnde, ſi
ſuſcepto Subdiaconatu quis renunciaret
patrimonium, vel quomodolibet aliena-
re, incideret in cenſuras, & alias pœnas im
poſitas contra alienantes, vel contra eos,
qui fictè præſumunt accedere, ſic *Garſias
p.2.c.5.n.182.* qui etiam per actum nullum
transfertur poſſeſſio, *l.1.§.ſi vir vxori, ff.
de acquir.poſſ.Rota dec.519.& 612.n.2.* &
colligitur ex *Trid. loc. cit.* ſi tamen fieret
renunciatio tantum in ſcriptis, vel per ſti-
pulationem, Clericus non incideret in cē-
ſuras, nec pœnas, quia iſta renunciatio, vt
ſupra diximus, non tenet, *Nauar.conſ.17
& 21.Salſed.prax.crim.c.16.n.13.in nouiſſ.
ędit.*

Nota vnum caſum, in quo poteſt quis
renunciare abſq; licentia Epiſcopi, & ce-
39 dere beneficium, quando ſcilicet habet
aliundè, ex quo viuere poſſit, ſic *Garſ.loc.
cit.n.56.* qui ſic arguit *Trid.ſeſſ.27.c.2.* pręc
cipit clericos promoueri cum titulo, ad
hoc hanc indè viuere poſſint, & eadem
ratione prohibent alienationes; ſed in
iſto caſu ceſſat iſta cauſa, ergò validè pōt
fieri renunciatio, vel alienatio. Verum tū
eſt, quod quando renunciat beneficium
ad cuius titulum fuit promotus, debet in
renunciatione exprimere, ſe ad titulum
dicti beneficij fuiſſe promotum, & ſi non
exprimat, renunciatio non valet; debet.n.
Epiſcopo conſtare, an renuncians benefi-
cium habeat aliundè ex quo viuere poſſit,
& ita declarauit *Sacra Congr. ſuper Trid.*
vt videre eſt apud eūdem *Garſ.n.193.* imò
ēt ſi in ceſſione beneficij reſeruet ſibi pen
ſionem, quæ ſufficiat pro congruo victu,
neq; valet niſi exprimat, ſe fuiſſe promo-
tum ad hunc titulum, idem *Garſ.loc.cit.n.
615.* licet *Nauar.conſ.4.de renunc.* teneat
valere ſaltem in foro conſcientiæ: Nec de
patrimonio, de alijs diximus lib.1.

Circa vltimum dubitatur primò, quid
ſi quis receperit ſacros ordines non in tē-
poribus, non in die feſto, ab Epiſcopo nō
ieiuno, nec induto ſacris veſtibus, in via,
vel in domo priuata poſt prandium, nul-
40 lo ſeruato Ritu circa ſolemnitates, quæ
adhiberi ſolent, an valeat ordo.

Reſp. affirmatiuè, quia neq; aliqua ex
his rebus, neq; omnes ſimul ſunt de eſſen-
tia ſacramenti, quia eſſentia conſiſtit in
materia, forma, miniſtro, & intentione:
hęc autem omnia ſunt accidentia, quę nō
deſtruunt eſſentiā ordinis. Verum tamen
eſt, quod tam ordinans, quam ordinatus
peccant mortaliter, & ſunt puniendi arbi-
trio Superioris, vt in caſu ſimili loquitur
S.D.in ſupplem.ad 3.p.q.39 ar.2.

Dubitatur ſecundò, quid ſi quis fuerit
ordinatus ante legitimam ætatem.

Reſpon. diſting. Vel bona fide id fecit,
hoc eſt verè putans ſe habere legitimam
ætatem, & in iſto caſu non eſt ſuſpenſus,
neq; incurrit irregularitatē, ſic *Portel. in
dubijs regular.n.13.Suar.diſp.31.de cēſur.
ſect.1.n.18. Filiuc.tom.1. tr.17. c.5.n.84.*
41 *Mirand.in manuali prælat.tom.1. quæſit.
39.art.6.* ſi tamen antè quam perueniat
ad ætatem legitimam ſciat, ſe tempore
ordinationis non habuiſſe legitimam æta-
tem, tunc non debet celebrare donec per-
ueniat ad ætatem legitimam, vt ſi interim
celebret, quia eſt in mala fide, peccat mor
taliter, ſic *Villalob.tract.12.diffic.11.n.7.*
tamen ſi celebraret non efficeretur irregu
laris ſi tempore ordinationis fuit in bona
fide, ſic *Peirinus in priuil.Minim.tom.1.
Conſt.1.Iulij II.§.7.n.19.* qui pro hac ſua
doctrina citat *Nauar. Mirand. Quarant.
& alios.* Ratio eſt, quia à principio non
42 incurrit irregularitatem, ergò aduenien-
te mala fide, neq; debet incurrere; quia vt
apparet in Bulla Pij II. pœna irregularita-
tis eſt contra præſumentes accedere ad
ordines ante legitimam ætatem, &c. ſed
hic non pręſumit, dum accedit ignorāter,
ergò non eſt irregularis. Vel hic acceſſit
mala fide, & tunc certum eſt, quod eſt ir-
regularis quoad alios ordines ſuſcipien-
dos, & ſuſpenſus quoad ordines ſuſceptos
ſic, & ab alijs ordinibus, *Nauar.loc.cit.Ro
drig.apud Villalob.in ſum.to.1. diffic.11.
tr.8.* alij id docet ex Bulla Sixti V.

Dubitatur tertiò, qui contactus requi-
ratur in materia ordinum?

Reſp. ꝓbatior opinio eſt, requiri con-
43 tactum phyſicum, ſcilicet, quod ordinan-
dus phyſicè tāgat res, quæ ei traduntur ab
Epiſcopo, ſic *Faber in 4.diſt.24.quæſit.1.
diſp.1.c.4.n.121.Fernan.in exam. theolog.
mor.p.3.c.11.§.1.n.1.* & alij; tamen ad tol-
lendam omnem anxietatem dico, ſufficē-
re tantum moralem, quod ſcilicet, ſi or-
dinandus propter multitudinem ordinan
dorum, non poſſit propria manu perue-
nire ad tangendam materiam, dum Epi-
ſcopus profert formam, ſed tangat poſtea
in

in iſto caſu eſt verè ordinatus, ſic *Albert. Magnus in 4. diſt. 24. art. 8. ad 2. Zambranus de caſibus occurrentibus tempore mortis, cap. 6. dubio vnico, num. 6. Laiman. lib. 5 cap. 5. num. 4.* vbi etiam addit reſpectu ſacerdotum ordinandorum non requiri cõtactum hoſtiæ, ſed ſufficere, ſi tangat patenam, in qua adſit hoſtia.

Sed quid ſi in calice non fuiſſet appoſitum vinum, & Epiſcopus inſcius, & inſcio ordinando daret ei calicem vacuum, ſed cum patena, & hoſtia; an eſſet collatus ordo.

Respond. affirmatiuè, ſic *Filiuc. tom. 1. tract. 9. cap. 2. num. 4. Homobonus in examine Eccleſ. part. 1. tract. 4. Enriq. lib. 10. cap. 6. num. 1.* & ratio eſt, quia non datur diuerſa poteſtas, & qui poteſt conſecrare calicem, poteſt & hoſtiam, cum idem ſit Chriſtus, & vnum ſacramentum formaliter.

Dices contra tactum moralem, idem eſt non tangere, ac tangere moraliter; nam
45 qui moraliter tangit, realiter non tangit, ergo poſſet etiam quis ordinari, etiamſi non extenderet manum, quod eſt falſum, ergo non ſufficit ſolus tactus moralis, ſed requiritur tactus phyſicus.

Reſpon. negando antecedens, nam qui tangit moraliter, verè tangit moraliter, ac proindè verè circa ipſum verificantur verba Epiſcopi, *Accipe, &c.* Epiſcopus enim verè dat; & ſic non aufert rem de ſua manu, & verè dicitur, *Accipe*, ergo moraliter etiam accipit, qui moraliter tangit, ac proindè contactus phyſicus non eſt neceſſarius, ſecus autem quibuſuis manibus omninò maneret; hic enim nullo modo tangeret, & nullo modo acciperet.

Dubitatur vltimò, an poſſit Epiſcopus ordinare ſuos familiares, & pro quo tempore.

46 Reſpond. poſſe illos ordinare, etiam ſi ſint alienæ Diœceſis, dummodo per triennium fuerint in ſuo ſeruitio, & ſub ſua iuriſdictione, ſi habeant titulum beneficij, vel patrimonij, vt per *Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 11.* imò poteſt etiam cum ipſis diſpẽſare pro interſtitijs, concurrente cauſa rationabili per *Tridentin. loc. cit. cap. 11. & 13.* ſic tenet *Ioan. de la Cruz in directorio conſcientiæ, par. 2. de ſacrament. ordin. dubit. 43. concluſ. 1 & Ledeſma in ſumma tom. 1. cap. 8. concluſ. 5 de ſacram. ord.*

Nota etiam, quod ſufficit, ſi tale triennium ſit inceptum antequam Dominus eſſet Epiſcopus, puta ſi dum erat laicus,
47 habebat famulum; deindè factus Epiſcopus poterit ipſum ordinare modo, quo diximus elapſo triennio familiaritatis, etiam

tib

à ſtatu laicali vſque ad Epiſcopalem, ſic *Squillante de priuilegijs clericorum, cap. 7. num. 55.* vbi id docet ex ſacra Congregatione apud *Riccium collectan. 596. ex Barboſa par. 2. allegat. 1. num. 8. ex Fornario de ſacrament. ordinis, cap. 5.* & ex alijs, & hæc ſint pro ſacramento ordinis.

DE SACRAMENTO Matrimonij.

TITVLVS NONVS.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij ſacramentum dicitur ſacramentum ſacramentorum.*
Eius definitio, num. 2. Eius explicatio nu. 3. & 4. & 9. 10. 11.
Finis matrimonij, n. 5.
6 *Vxores duas nemo habere poteſt ſimul.*
7 *Coniunctio corporum non eſt de eſſentia.*
8 *Matrimonium morte finitur.*
De quo iure ſit, nu. 11. & 12.
Quotuplex ſit, nu. 13.
Quando inſtitutum, nu. 14. Et quid ſignificet, n. 15.
Eius effectus, num. 16.
Quomodo contrahatur num. 17.
Eius materia, & forma.

Iximus, iam duo eſſe ſacramenta voluntaria, vidimus de vno, ſequebatur videre de alio, quod ita ſeruari putotan, quã præcedens omnia ſacramenta, &
1 hoc dico appellari ſacramẽtum ſacramẽtorum, quia ſacramentum ſignum, &c. ſed hoc ſacramentum eſt maius quolibet alio in genere ſigni, vt per *gloſ. in §. eſt autem, ſupra de Euchariſt. ibi; coniugum ſigno maius*, ergo hac ratione poteſt dici ſacramẽtum maius maioritate ſignificationis. Ad cuius Rubricæ intelligentiam videbimus primò quid, & quotuplex ſit matrimonium. Secundò, vbi, & à quo inſtitutũ, & quid ſignificet. Tertiò, de eius effectibus. Quartò, de modis, quibus contrahitur.

tur. Quintò, de eius materia, & forma.

Circa primum aduerte primò ex *Lan-*
cellotto hic in §. 1. quod matrimonium eſt
2 viri, & mulieris coniunctio, indiuiduam
vitæ conſuetudinem continens cum di-
uini, & humani Iuris communicatione,
colligit ex *l. 1. ff. de ritu nupt. & cap. illud,*
de præſumpt.

3 Dicitur matrimonium, & non patrimo-
nium, ad differentiam partis hæreditariæ,
quæ patrimonium appellatur, diximus *li-*
bro 1. ciu. de nupt.

4 Dicitur viri, & mulieris, ad oſtendendũ,
quod inter duas fæminas, vel duos maſcu-
los matrimonium conſtare non poteſt, &
ſi contrahatur, nullum habet effectum; eſt
enim contra ordinem naturæ, *l. cum vir,*
C. de adult. & auth. vt non luxurientur, etc.
ratio autem eſt, quia matrimonium eſt ad
5 procreationem liberorum, *Geneſ. 4. Cre-*
ſcite, & multiplicamini, &c. ſed in eodem
ſexu nullus talis effectus ſperatur, ergo
nec matrimonium contrahi poteſt. Inſu-
per dicitur, *viri, & mulieris, & non viro-*
rum, & mulierum, ad oſtendẽdum, quod
vnus vir vnam tantum mulierem retinere
poteſt, & ſic mulier è contra, *cap. gaude-*
mus, § qui nemo, de diuort,

Dices. Iacob habuit Liam, & Rachelam,
inſuper Abraham habuit duas vxores, an-
6 cillam ſcilicet, & liberam, ergo poteſt quis
plures habere vxores.

Reſpond. Negando conſequentiam, &
ratio eſt, quia tunc illud effectũ eſt ex di-
uina diſpenſatione, hodie verò nec Ponti-
fex poteſt validè diſpenſare, quia matri-
monium vt ſacramẽtũ eſt, ſignificat vnio-
nem Chriſti cum carne noſtra, & Chriſtus
vnam habuit carnem. Itẽ ſignificat vnio-
nem Chriſti cum Eccleſia, qui vnus, & vna
ſunt.

7 Dicitur coniunctio, quod intellige eſ-
ſentialiter quoad animas concomitanter;
& minus principaliter quoad corpus *cap.*
matrimonium 27. q. 2. cap. nuptias, ff. de re-
gul. iur. ſic fuit inter B. Virginẽ, & Ioſeph.

De indiuiduam vitæ conſuetudinem
continens. Ex quo habens matrimonium
vſque ad mortem durare, ac per ipſam diſ-
ſolui, *cap. 2. 22. qu. 3. & gloſa ibid.* vndè ſi
quis reſurgeret, poſtea aliam vxorem du-
ceret, & vxor alium virum, cum mors ſol-
8 uat omnia vincula, §. *deinceps, authent. de*
nupt. & matrimoniũ eſt ſocietas, quæ mor-
te deletur, *l. cum duobus, §. item reſpondit,*
ff. pro ſoc.

Dices, Baptiſmus non tollitur per mor-
tem, ergo neque matrimonium, cum am-
bo ſint ſacramenta.

Reſpondetur negando conſequentiam
& diſtinguendo cauſalem, ambo ſunt ſa-
cramenta eodem modo, & nego; diuerſo
modo, & concedo: diuerſitas autem con-
ſiſtit in hoc, quod baptiſmus characterem
imprimit, ſicut & ordo, & cõfirmatio; cha-
racter autem eſt indelebilis, matrimoniũ
verò nihil relinquit poſt ſe, ergo ſequuta
morte, ceſſat in totum.

Dicitur etiam indiuiduum quoad diſ-
ſolutionem realem, nam quoad ciuilem,
9 & quoad habitationem matrimoniũ diſ-
ſolui poteſt, vt videbimus infra de diuor-
tijs, ex *tit. C. de repud.*

Collige ex ly, *conſuetudinem,* per ma-
trimonium vnum coniugem acquirere
10 ius in corpus alterius ad inuicem, & ideò
pro actibus matrimonialibus neq; oratio
præfertur, nec poteſt vnus coniugum ca-
ſtitatem vouere, inconſulto alio, §. *cum*
ergo 27. q. 1.

Collige etiam ex vltimis verbis, *cum*
diuini, atque humani iuris, &c. matrimo-
11 nium eſſe de Iure diuino, & de Iure hu-
mano; de Iure diuino tam ex pręcitato lo-
co *Geneſis,* quàm *Ioan. 2.* quando Domi-
nus ſimul cum Apoſtolis interfuit nuptijs
Canæ Galileæ. Item de iure naturæ quo-
ad inſtinctum pro procreatione liberorũ,
12 diximus *libr. 1. ciuili, §. 1. de iur. nat. gent.*
& ciuil. Item eſt de iure gentium quoad
rationem contractus, ſed omnes contra-
ctus de iure gẽtium proceſſerunt, *l. ex hoc*
iure, ff. de iuſtit. & iur. ergo, &c. ſic etiam
quoad pacta, & alia, quæ Ius ciuile, & ap-
poſuit *l. nuptias ff. de regul. iur.* Eſt etiam
de iure Eccleſiaſtico; quatenus eſt ſacra-
mentum. De Iure *Tridentini,* quatenus
plures appoſuit limitationes *Tridẽtinum*
ſeſſ. 24. c. 1. de ref. matr.

Aduerte ſecundò, quod matrimonium
multiplex eſt, ſcilicet initiatum, & habetur
per ſponſalia de futuro. Ratum per ſpon-
ſalia de præſenti. Ratum, & conſumatum
13 per coniunctionem corporalem poſt ſo-
lemnitates in faciem Eccleſiæ, de quibus
omnibus videbimus infra. Item & aliud
eſt matrimonium putatiuum, aliud reale,
cap. 1. de coniugio ſeruorum, aliud clande-
ſtinum, aliud ſolemne, aliud præſumptum,
de quibus omnibus infra ſuis locis.

Circa ſecundum aduerte primò, matri-
monium vt ſacramentum etiam fuiſſe in-
14 ſtitutum à Domino *Matth. 19. ibi, Quod*
Deus coniunxit, homo non ſeparet, vbi no-
ta ly, *Quod Deus,* quod ſignificat primam
inſtitutionem à Domino, *Geneſ. 1. 4.*

Aduerte ſecundò, hoc ſacramentum
ſignificare vnionem Verbi cum carne no-
15 ſtra; ſicut enim quod Deus aſſumpſit ſe-
mel, nunquam dimiſit, ſic neque poteſt vir
di-

Digitized by Google

dimittere vxorem, vt habetur hic in §.*hic illud*, *& Antoninus in ſumma*, 3.*part. tit.* 14.*cap.* 10. *verſ.& ideò*, in ratione ſignificatus præcedit alia ſacramenta, vt diximus, & etiam antiquitate; habuit enim ſuum primum eſſe Geneſ.4. & ideò præferri debet, *l.*1.*ff.de albo ſcribendo*, *cap.licèt de maioritate, & obedientia*, habuit hoc ſacramentum ipſum Deum quaſi miniſtrum ab initio in loco Paradiſi terreſtris, in ſtatu innocentiæ, in primo parente domino vniuerſali, &c. quæ omnia eius nobilitatem commendant, *gloſa hic verb.temporis*.

Circa tertium, connumerantur effectus
huius ſacramenti hic in §. *conſequuntur*,
ſcilicet fides, proles, & remedium fornica-
16 tionis. Fides, quæ interponitur, & ſerua-
tur. Proles, quæ ex ipſo ſperatur, & reme-
dium, quod ex ipſo conſurgit, confert etiã
gratiam, vt per *Tridentinum ſeſſione* 24.
Nam quodlibet ſacramẽtum confert gratiam, vt in *ſeſſ.*7.*can.*6. ſed hoc eſt ſacramentum, ergo etiam confert gratiam, imò poterit conferre gratiam per longum tẽpus, poſtquam fuerit contractum, etiam ſi remanſerit vnus coniux cum prole, diximus in initio de *ſacrament.in genere*.

Circa quartum patet ex dictis, contra-
hi hoc ſacramentum initiatiuè per ſpon-
17 ſalia de futuro, ratificari per conſenſum
mutuum coram Parocho, & cõſumari per coniunctionem corporum, vt notat *gl.hic in §.Initiatum*.

Circa quintum aduerte, materiam, &
formam huius ſacramenti eſſe verba con-
iugum, quibus mutuus conſenſus expri-
mitur, ſic *S.Doct.Sotus, & Suarez apud*
*Becanum de ſacramentis, cap.*44.*quæſit.*5.
§.9. vbi explicat tali modo materiam, &
18 formam; ait enim, quod ſi ſpectentur iſta
verba prout proferuntur, & vt exprimunt mutuam corporis traditionem eſſe materiam; ſi verò ſpectentur vt inuicem acceptata, & ſic vt obligationem producũt indiuiduæ conſuetudinis, poſſunt dici forma. Quod ſic probatur, materia ſacramentorum eſt illa, per quam habetur extrinſeca ſignificatio intrinſeci effectus ſacramẽti, ſed ita ſe habent iſta verba prout oſtendunt inſeparabilitatem per ſponſionem ad inuicem, ergo, &c. Inſuper forma eſt illa, quę producit effectum ſacramenti, ſeu cõplet illud, ſed ita ſe habent eadem verba, vt acceptata, ergo, &c. Ipſi autem contrahentes dici poſſunt materia, circa quam, ſeu potius id, in quo recipitur effectus huius ſacramenti, notat *Becan.loc.cit.*

DE SPONSALIBVS.

TITVLVS DECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia quid ſint, vnde dicantur, num.*4.
2 *Coniux lucratur id, quod taxatur ex ſtatuto inter coniuges, etiam non conſumato matrimonio.*
3 *Filia nupta dicitur, etiam non contracto matrimonio.*
5 *Sponſalia quibus modis contrahantur.*

NVnc in ſpecie de modo, quo initiatur matrimonium, erit ſermo, ideò ad intellectum huius Rubricæ, & duorum Paragraphorum. Videbimus primò, quid ſint ſponſalia, & vnde dicantur. Secundò, quo modo contrahantur ſponſalia.

Circa primũ aduerte primò, quod ſpõ-
1 ſalia ſunt futurarum nuptiarum promiſ-
ſio, vt in §.1. hic ex *l.*1.*&* 2. *ff.de ritu nupt. cap.noſtrates* 30.*quæſit.*5. ex hoc habes, quod matrimonium contractum per verba de præſenti non veniat ſub nomine ſponſaliorum, & neque contrahentes ſpõſi appellantur, ſed vir, & vxor. Quod amplia, etiamſi non interuenerit copula, quia nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit, *l.nuptias, ff.de regul.iur.* licèt aliquando impropriè matrimonium etiam contractum per verba de præſenti ſoleat venire nomine ſponſaliorum, *cap.ex publico, de conuer.coniug.*

Ex hoc habes primò, quod ſtante ſta-
tuto, quod coniuges ex matrimonio con-
tracto lucrentur aliquid, niſi apponatur
2 aliud verbum, puta, *& conſumato*, lucratur
hoc, etiam ſi vxor non fuerit traducta ad domũ viri, nec alio modo cognita, *l.quod Deo nobis, C.de Epiſcop.& cler.*

Habes ſecundò, quod ſi ſtaret ſtatutum
vt filia nupta deberet eſſe contenta de eo,
3 quod pater ſibi aſſignauerit, ſi pater præ-
moriatur, antequam filia cõtrahat per verba de præſenti, non obſtante contractu ſponſaliorum, adhuc deberet venire pro parte hæreditatis, quia per ſponſalia verè non dicitur nupta, *Paulus de Caſtro in*

l. non ſine, C. de bonis, quæ liberis.

4 Aduerte ſecundò, quòd ſponſalia dicũtur à verbo, *ſpondeo*, quòd idẽ eſt, ac prõmitto, *l. 1. & 2. ff. de ſponſalib.* & generaliter omnis prõmiſſio ſponſio dicitur, *l. ſpõſio, ff. de verb. ſignific.*

Circa ſecundum aduerte primò, quod ſponſalia quatuor modis contrahuntur,
5 ſcilicet re, verbis, literis, & cõſenſu. Et fuerunt introducta, adhoc vt ſponſi interim videant an adſit aliquod legitimum impedimentum inter ipſos, & ad interim ad augendam amicitiam, & excitandam dilectionem inter ipſos, vt notat *Viguerius cap. 16. art. 7.* bonum enim, quod præſens delectat, abſens concupiſcimus.

Aduerte ſecundò, quod ſponſalia contrahuntur re per immiſſionem munerum
6 inter coniuges, vel per ſubarrationem, ſeu per immiſſionem anuli, quæ fit in quarto digito ſiniſtræ manus, quia ibi adeſt quædam vero, quæ *gloſa hic ex Abb. in cap. final. de ſponſalib. impuber.* vt per talem anuli immiſſionem mutua dilectio magis excitatur, & per immiſſionem, *cap. noſtrates 30. quæſt. 5.*

In §. verbis.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia verbis contrahuntur.*
2 *Fœmina prius interroganda in contractu matrimonij, & num. 3.*

1 ALius modus, quo ſponſalia contrahuntur, eſt per verba, *cap. ſi inter eos, extra eodem.* & hæc eſt forma, *Ego te accipiam in meum virum, & ſponſum, Ego te accipiam in meam vxorem*, vel verbis ſimilibus; ſufficit enim, quod verba prolata exprimant conſenſum ſicut hoc, ſiuè alio modo, *Abb. in dict. cap. ſi inter eos.*

2 Nota hic ly, *in meum*, quod tàm in ſpõſalibus, quàm in matrimonio prius eſt interroganda fæmina, & deinde vir, propter ſexus muliebris fragilitatẽ, ne ſcilicet mulier nollet deinde cõtrahere, & ſi vir prius dixiſſet, remaneret cum maximo dedecore, repudiante fæmina, *cap. ſi inter eos, C. & gloſ. hic verbo in meum, & cap. licet, de ſponſa duorum.*

Dices, *Rituale Romanum* diſponit cõtrarium, & ſic ibi interrogatio incipit à viro, ergo ſic fieri debet.

3 Reſpond. negando conſequentiam, quia non ſemper in omnibus Rituale dat regulam, ſed multoties ſimpliciter oſtendit, vt ſimiliter diximus de ſigno crucis; ſecus autem ſi quis in contemptum id faceret; & Rituale nouum etiam ita dicit.

In §. Literis.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia contrahi poſſunt per nuncium, & per epiſtolam.*
2 *Differunt iſti modi inter ſe, nu. 2.*

1 POſſunt etiam per literas contrahi ſponſalia, & etiam per nuncium. Per literas, ſi ſponſi per mutuam epiſtolam paciſcantur matrimonium de futuro. Idem dic de nuncio, qui ſe habet vt litera animata, *l. 1. ff. quod met. cauſa.*

Quæres, an ſit differentia inter hos modos contrahendi per nuncium, & per epiſtolam.

2 Reſpond. affirmatiuè, nam ſi quis mittat nuncium, & antequam ille perueniat ſponſum pæniteat, ſpõſio nuncij nihil operatur, *Hoſtienſis in ſumma, hoc tit. §. qualiter*, per literas verò nõn ſic; nam qui ſcribit, verè conſentit; at qui mittit nuncium dat facultatem ad conſentiendum, meritò donec ille conſentiat, poteſt mandans reuocare mandatum; quod autem ſcriptum eſt, ſemper ſic permanet, nec per nudam voluntatem reuocatur, patet hæc diſparitas ex *cap. fin. de procur. in 6.*

In §. Procurator.

SVMMARIVM.

1 *Procurator pro ſponſalibus, vel matrimonio an poſſit conſtitui, & nu. 3.*
2 *Vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt procedendum.*
4 *Matrimonium etiam vt ſacramentum poteſt contrahi per procuratorem. Secus per literas, num. 6.*
5 *Fœmina poteſt eſſe procuratrix in hoc ſacramento.*

AD-

1 ADuerte primò, non poſſe procura-
torem ad id deſtinatum alium
ſubſtituere, niſi ei fuerit data ta-
lis ſpecialis facultas, quia pro hoc actu vi-
detur electa induſtria perſonæ, *d. cap. fin.*
de procurat. in 6. & cap. quid agendum,
eod. tit. Tum quia vbi maius adeſt peri-
culum, ibi cautius procedendum eſt, *cap.*
cautius, de elect. in 6. imò nec ipſe procu-
rator generaliter conſtitutus ad quodcū-
2 que negotium ſiuè generale, ſiuè ſpecia-
liter cum omni prærogatiua, &c. poterit
contrahere, niſi habeat ad hoc ſpeciale
mandatum, notat *gloſa* hic ex prænotatis
Iuribus.

3 Sed an poſſit matrimonium etiam vt
ſacramentum eſt, contrahi per procurato-
rem?

Reſpond. affirmatiuè, adhibitis tamen
requiſitis per *Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 1.*
de reformatione matrimonij ſcilicet teſti-
bus, Parocho, &c. ita Sāchez *de matrimon.*
lib. 2. tom. 1. diſput. 11. quæſit. 2. nu. 10. Vil-
lalobos in ſumma tom. 1. tract. 13. diffic. 9.
num. 3. Ioan. de la Crux in direct. part. 2.
de matrimonio ante 1. quæſt. Baſil. Pont.
de matrimon. lib. 1. cap. 10 num. 2. Valentia
tomo 4. diſput. 10 quæſit. 1. puncto 6. Cō-
nine. de ſacrament. diſput. 24. dub. 2. con-
cluſ. 5. num. 23. Ratio autem eſt, quia hoc
ſacramentum fundatur in ratione contra-
4 ctus, ſed ratio contractus poteſt haberi
per procuratorem, ergo etiam ratio ſa-
cramenti; Imò tenent ibi DD. quod con-
trahentes debent eſſe in gratia tempore
quo procurator contrahit, alias peccant
mortaliter, quia ponunt obicem gratiæ ſa-
cramenti, tamen ad tollendum ſcrupulum
ait *Rebellus par. 2. libr. 2 quæſit. 5. concl. 2.*
num. 9. quod dum contrahentes iunguntur
tur in faciem Eccleſiæ ad accipiendam
benedictionem, & ad alias ſolemnitates
perficiendas, tunc quia iterum conſentire
videntur, recipient gratiam, quam tunc nō
receperunt propter ſuum impedimētum.

5 Aduerte ſecundò, quod poteſt etiam
fæmina eſſe procuratrix pro viro ad con-
trahendum matrimonium, *Silueſt. in*
3. par. S. Doct. quæſit. 42. art. 5. quæſit. 3. con-
cluſ. 15. & Pontius lit. C. Ratio eſt, quia
iſta non faceret aliud, niſi exprimere con-
ſenſum, & ſic ſexus ſe habet per accidens,
& tantum miniſtrat verba conſenſus pro
alio.

Quæres rurſus, an idem ſit dicendum
de matrimonio per literas, ſcilicet an poſ-
ſit eſſe ſacramentum.

6 Reſpond. affirmatiuè, dummodo litera
legatur in præſentia Parochi, & teſtium,
& alter coniux præſens conſenſum præ-
ſtet, ſic *Barboſa in collectan. par. 2. decreti,*
cap. nec illud 3. quæſit. 5 vbi quamplures
adducit DD. & confirmat *Villalob. lit. C.*

In §. conſenſu, cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium per verba de præſenti po-*
teſt habere effectum ſponſaliorum. &
num. 2.
3 *Aetas non eſt de eſſentia matrimonij.*
4 *Impuberes iuramento obligantur.*

1 ADuerte primò, quod aliquādo ma-
trimonium contractum per ver-
ba de præſenti habet effectum,
ac ſi eſſent ſponſalia. Primus caſus in præ-
ſenti §. *conſenſu*, ſi v. g. duo pubertati pro-
ximi (quorum tamen malitia non ſupplet
ætatem, vel vnus impubes, alia pubes cō-
trahant matrimonium per verba de præ-
ſenti; certum eſt, quod matrimonium eſt
2 nullum; lex igitur dat interpretationem,
& facit quod valeat, vt matrimonium de
futuro, ſeu vt ſponſalia, vt dum actus non
valet modo, quo fit, valeat vt valere po-
teſt, vt notatur hic in §. *quo caſu, ex cap. à*
nobis, de ſponſ. impub.

3 Aduerte ſecundò, ſecus eſſe dicendum,
quando malitia ſupplet ætatem; ſi enim
ante pubertatem ſint inuicem viri poten-
tes, & habiles, tunc poſſunt verè matrimo-
nium contrahere, *Abb. in cap. de illis, extra*
eod. & colligitur ex *textu in cap. non in*
ſola 32. quæſit. 1. Quod extende etiam ad
delicta, nam pueri doli capaces in atro-
cioribus delictis puniuntur; in ipſis enim
ſolet apertè malitia ſupplere ætatem, *cap.*
pueris, de delictis puerorum, l. ſed & ſi quę-
cumque §. 1. ff. ad legem Aquiliam, & doli
4 capacitas facit impuberes obligari etiam
ex iuramento, *auth ſacramenta puberum,*
C. ſi aduerſus venditionem.

In §. per dictum, cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Publica honeſtas vnde oriatur?*
2 *Sponſalia per conſenſum quæ dicantur?*

1 ADuerte primò, ex tali matrimonio ſic cōtracto inter impuberes oriri impedimentum publicę honeſtatis; quia hoc oritur etiam ex ſpōſalibus de futuro. Quid operetur hoc impedimētum, videbimus infra.

Aduerte ſecundò, hæc propriè debere dici ſponſalia per conſenſum, ad differētiam ſponſaliorum, quæ per verba contra-
2 huntur; hæc enim referuntur ad tempus futurum, contentus autem eſt pro tempore præſenti, & quia tunc inhabiles ſunt, ideò valet actus, & valere poteſt, & præſumitur in poſterum valiturus; nemo enim præſumitur ſibi eligere viam, per quam iudicia ſua ſubuertantur, *l. 3. ff. de militari teſtamento*, *cap Quintaualllis, de iureiurando*, & ex alijs iuribus notat *gloſa hic in §. & ideò, verbo voluiſſe.*

In §. Rurſus, cum ſequ.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia purè contracta quomodo producant impedimentum publica honeſtatis.*
2 *Sponſalia de futuro quomodo tollantur?*
3 *Dies appoſita in ſponſalibus quid operetur, & num. 4. & 5.*

POnit hic Author noſter aliam diuiſionem ſponſaliorum, & ait, quod vel contrahuntur purè, vel in diē, vel ſub conditione.

1 Aduerte primò, quod quando ſponſalia purè contrahuntur, ſtatim producunt impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis vſque ad quartum gradum incluſiuè, *cap non debet, &c.* ſed *Tridentinum* conſiderans hoc impedimentum eſſe valdè obnoxium; & non poſſe ſic de facili obſeruari, limitauit vſque ad primum gradū tantum ex parte vtriuſque ſponſi. Verum tamen eſt, quod in tali primo gradu impedit, & dirimit matrimonium etiam antea contractum: ſi autem ſpōſalia fuerunt inualida, nullum producunt impedimentum, neque in primo gradu.

2 Aduerte ſecundò, quod prima ſponſalia de futuro tolluntur per ſecunda ſuperuenientia per verba de præſenti, licèt peccet is, qui non ſeruet promiſſum, *cap. ex his, extra eodem.*

3 Aduerte tertiò, quod quando apponitur *dies in ſponſalibus*, puta pro tali die accipiam te in meam vxorem, tali die elapſo, ſi non ſtet per promittentem, remanet liberatus, & poteſt cum alia quacunque libet matrimonium contrahere, vt habetur hic in §. *dies*, cum hoc tamē ſtat, quod ſi tempus non fuerit appoſitum taxatiuè, ſed tantum ad ſollicitandam exequutio-
4 nem actus, tunc tali die elapſo, non liberatur ab obligatione, *cap. cum dilecti de dolo, & contumacia, l. obligationum. ff de actionibus, & obligationibus*, ſicut pariter ſupra diximus de communione in Paſcate. Item ſi ſponſalia fuerint antea ſimpliciter cōtracta, & inde fuerit appoſitus dies,
5 etiam die elapſo, remanet obligatio in ſuo eſſe, notat *gloſa hic verb. terminum, in fine.*

In §. ſub conditione, cum duobus ſequentib.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia ſub conditione quid operentur?*
2 *Conditio quid ſit?*
3 *Sponſalia ſub conditione quid ſi copula ſubſequatur.*
4 *Proteſtatio contrariè facto non iuuat.*
5 *Conditio apponi poteſt in ſponſalibus, & num. 8.*
Quid ſi ſit circa ſubſtantiam matrimonij, num. 6. & 7.
Valet in arbitrium alterius, numer. 9. & 11.
10 *Teſtamentum non pendet ex arbitrio alterius.*

1 ADuerte primò, quod conditio appoſita in ſponſalibus ſuſpendit actum vſque ad ſui purificationem, qua pendente, non poteſt quilibet contrahentium cogi ad matrimonium contrahendum, quia conditio nihil ponit in eſſe pendente ſui purificatione, *l. cedere diem, ff. de verborum ſignificatione*, & ideò ſi aliquid ſub conditione datum ſit,
2 non purificata conditione, repeti poteſt, *l. quod ſi, ff. de periculo, & commodo rei venditæ, l ſub conditione, ff. de conditione indebiti.*

3 Aduerte ſecundò, id limitari, quando copula interceſſit, nam tunc copula purificat conditionem, & habetur pro non ap-

po-

poſita, vt notat hic *Lancellot.* idem eſt ſi
nouus conſenſus adhibeatur ſimpliciter,
& abſq; conditione, *glo. hic ver. commix-
tio*; idem eſt, quamuis ante copulam quis
faceret proteſtationem, quod non intẽdit
recedere à conditione appoſita, quia hęc
proteſtatio non iuuat, & poſſet cogi ad
4 adimplementum matrimonij; eſt enim
proteſtatio contraria facto, *cap. cum M,
de conſtit. & cap. ſollicitudinem de appell.*
Aduerte tertiò, ꝙ poteſt apponi quæli-
bet conditio, dummodò ſit honeſta, & nõ
5 reprobata à iure, *cap. cum ſuper de condi-
tionib. appoſ.* & ſi aliqua conditio inhone-
ſta, vel impoſſibilis apponeretur, dummo
dò non eſſet contra ſubſtãtiam matrimo-
nij haberetur pro non appoſita, & ſic ipſa
remanet vitiata, & non vitiat matrimoniũ,
licet in alijs contractibus contrariũ ſer-
uetur, vt notat *glo hic ver non eſt, ex l. ge-
neraliter ff de verb. oblig.*
D x, dummodò non ſit contra ſubſtan-
tiam matrimonij, nam ablata ſubſtantia
rei, res ipſa euaneſcit, nec accidens ſubſi-
6 ſtit ſine ſubſtantia, *cap. ſuo ext. eod.* Eſſet
autem conditio contra ſubſtantiam ma-
trimonij; ſi quis paciſceretur contrahere
cum alia; dummodò prolem impedi-
re vellet, vel donec aliam vxorem
pulchriorem nõ inuenerit, & in ſimilibus,
vt videre eſt hic in §. *ſi tamen*: Debent ta-
men ambo contrahentes conſentire in
talem conditionem contra ſubſtantiam; ſi
7 enim vnus conſentiat, alia verò contradi-
cat, valet matrimonium, nec dirimi pote-
rit, ſi copula ſubſequatur, *Abb. & DD. in
cap ſi de cond. appoſ.*
Aduerte quartò poſſe in ſpõſalibus ap-
8 pon conditionem licitam, & eſt dummo-
dò meus pater cõſentiat; hęc enim ſuſpen
dit actum vſque ad talem conſenſum pa-
9 tris. Imò non ſolùm poteſt ipſe remit-
tere in arbitrium patris, ſed etiam
in arbitriũ extranei, *cap ſuper eos, cap per
ſuas de condition. appoſ.* & in hoc nota ſin
gulare ꝙ aduertit *glo.* noſtra hic, quod po
teſt quis pro matrimonio contrahendo
ſe remittere in arbitrium alterius, tamen
non poterit id facere pro teſtamento con-
ficiendo. Ratio autem eſt, quia teſtamen-
tum eſt priuilegium perſonale, quod con-
10 ceditur pro tempore, quod quis non eſt
futurus Dominus, & ſic ſoli perſonæ con-
ceditur libera teſtãdi facultas, *l. illa inſti-
tutio, ff. de hered. inſtit. & Abb. in d. cap. ſu
per eos*; Non ſic autem in matrimonio, in
quo ſufficit ſolus conſenſus. & hic poteſt
pendere ex alieno arbitrio, dum enim ſe
remittit, quis in conſenſum alterius, tunc
cõſentire videtur. Verum tamen eſt, quod
non poſſunt parentes impedire matrimo-
nium; vt notat *Trid. loc. cit.* matrimonium
11 enim liberum eſt, ideo pendente conſen-
ſu præſtando, poterunt coniuges recede-
re, ſi tamen de facto conſentiant, parum
refert contradictio parentum.

In §. non tamen cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia minorem an, & quando va-
leant, & in qua ætate, nu. 2. 3. & 6.*
*An producant impedimentum publicæ
honeſtatis, n. 4.*
5 *Impedimentum publicæ honeſtatis qua-
re introductum.*

HIC verificatur regula, quod ſcilicet, ꝙ
ab initio non valet, tractu tẽporis con-
ualeſcere non poteſt, ideò
Aduerte primò, quod ſi minores ſeptẽ-
nio contrahant ſponſalia, niſi deindè de
1 nono acceſſerit cõſenſus, ipſa diuturnitas
temporis nihil operari poteſt, *l. ſponſi, ff.
de ſponſal. cap. literas, ext. eod.* & *in alijs iu-
ribus eod. tit.* Idem probatur, quod ſcilicet
ad contrahenda ſponſalia ſaltem ætas ſep
temnij requiritur tàm in maſculo, quàm
in fęmina, vt ſcilicet habeant vſum rõnis.
Dicea, acceſſorium ſequitur naturam
ſui principalis, ſed ſponſalia ſunt acceſſo-
ria ad matrimonium, ergo debent ſequi
2 naturam matrimonij, ſed matrimonium
contrahi poteſt in diſpari ætate, ergo etiã
ſponſalia.
Reſp. diſtinguendo maiorem, quando
viget eadem ratio, & concedo, quãdo mi-
litat diuerſa, & nego; diſparitas autem in
caſu noſtro eſt, quia in matrimonio requi
ritur ætas pro conſumando matrimonio;
hanc autem potentiam in diſpari ætate
natura conceſſit, pro ſponſalibus verò ſuf
ficit ætas ad conſenſum, & hanc ætatem
æqualiter habemus in ſeptennio, ergo
militat diuerſa ratio.
Aduerte ſecundò, ꝙ ſi parum deficeret
3 pro ſeptennio, adhuc valerent ſponſalia,
patet ex *Nauar. c.* 1 *t. n.* 4. Idem dic, ſi ma-
litia ſuppleret ætatem, & ſic intelligerent
ſibi inuicem velle ſua corpora tradere,
S. D. in 4. ſent. diſp. 22. quæſit. 2 ar. 1. Regu
lariter autem debet eſſe completum ſep-
temnium, *cap. literas ext. eod.*
Aduerte tertiò, ex talibus ſponſalibus
ſic contractis non oriri impedimentum
iuſti-

Digitized by Google

iuſtitiæ publicæ honeſtatis, quia talia ſpõ-
ſalia nulla ſunt; & quod nullum eſt, nullum
producit effectum. Dictum eſt autem im-
4 pedimentum publicæ honeſtatis, quia non
poteſt dici cognatio; nulli enim ex cogna-
tionibus, vel affinitatibus attribui poteſt;
oriuntur enim cognatio, vel affinitas ex
ſanguinis commixtione, quam nullum
ſupponimus in talibus ſponſalibus.

Nota etiam, quod eſt introductum hoc
impedimentum ab Eccleſia, quia multo-
5 ties conſanguineus contrahentis quaſi ra-
piens ducebat in vxorem eam, quam alius
ducere deſtinauerat, quod iniquum erat,
& mortales inimicitiæ oriebantur, ideò
Eccleſia volens his malis obuenire, tale
impedimentum appoſuit, & nomen addi-
dit.

Aduerte vltimò, quod adueniẽte deinde
dè legitima ætate, ſi iſti inter ſe per aliquẽ
actum expreſſum ratificent dicta ſponſa-
6 lia, remanent irretractabilia, puta ſi per
oſculum, vel per nixum, &c, *cap. iuuenis, &*
cap. ex literis, extra eod.

In §. initiatum, cum tribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de futuro non producunt effe-*
ctum matrimonialem.
An poſſint remitti, num. 2. Quid ſi fue-
rint iuramento firmata, num. 4.
3 *Malum toleratur, ne deterius contingat.*
5 *Impuberes quomodo diſſoluãt ſponſalia.*
6 *Sponſalia per aliud matrimonium tol-*
luntur.
7 *Fæmina viri potens tenetur impuberem*
expectare.
8 *Matrimonium minis contractum quid*
valeat.

1 ADuerte primò, quod ſponſalia con-
tracta per verba de futuro nullum
effectum producũt matrimonia-
lem, niſi per fidem firmentur, & ſic debent
fide, ſiue iuramento firmari, *cap. 2. requi-*
ſiuit, extra eodem. ſi tamen ſibi inuicem
ſponſi velint ſponſalia remittere, poterunt
ad ſui libitum id facere ad inſtar illorum,
qui ſocietatem initam pro communi libi-
2 to diſſoluere poterunt. colligitur ex *l. ve-*
rum, § fin. l. actione, §. diximus, ff. pro ſoc.

Aduerte ſecundò, id non eſſe omninò
æquum, ſed tolerari à lege, ad euitandum
maius malum, quod ſolet naſci ex coa-
ctione, *gloſa hic in cap. cum iamdudum,*
de præbendis, vt diximus pariter *libr. 1.*
quod Eccleſia tolerat aliqua mala, ne de-
3 teriora contingant, *Abb. in cap. requiſiuit,*
extra eodem. vbi etiam notat id quod ad-
ducit *gloſa* hic, quod ſcilicet ſi quis liberè
contraxerit ſponſalia de futuro, ſed tamen
coactè conſtringatur ad matrimonium
contrahendum de præſenti, tale matrimo-
nium eſſet nullum.

Aduerte tertiò, benè ſubſiſtere dictum,
licet ſponſalia fuerint iuramento firmata,
4 nam iuramentum eſt in fauorem vtriuſ-
que partis, & poteſt quilibet cedere iuri
ſuo, vt expreſsè hic, & notat *Couarr. de*
ſponſalibus, par. 1. cap. 5 id tamen intelli-
ge, poſtquam peruenerint ad ætatem legi-
timam; antea enim non ſunt audiẽdi, quia
facillimè propter ſtatus volubilitatem im-
puberes nunc inducerentur ad affirman-
dum, nunc ad negandum, *cap. de his, di-*
ſtinct. 26. l. Pomponius, ff. de negotijs geſt.
5 ſi autem poſt talem ætatem vnus recla-
mauerit, nec in aliam conſentire voluerit,
iuncta cauſa propoſita, poterit Eccleſia
ipſa ſponſalia diſſoluere, *gloſa hic ex cap.*
de illis, & cap. nobis, de ſponſalibus impu-
berum; ſi autem poſt ſponſalia interue-
nerit aliud matrimonium contractum
6 per verba de præſenti cum alia, vel votum
ſolemne Religionis, tunc ſponſalia ſunt ip-
ſo iure nulla, *d. cap. cum de illis.*

Aduerte quartò, quod ſi mulier viri po-
tens contraxerit ſponſalia ſponte cum vi-
7 ro adhuc inepto, & ſic impubere, non po-
teſt recedere ab eo, quod ſemel promiſit;
nam quod ſemel placuit, amplius diſpli-
cere non poteſt, ex regula, *Quod ſemel in*
6. cap offeratur 3. quæſt. 4. ſi autem impu-
bes maior factus conſentiat, quod illa al-
teri nubat, tunc licitè id poterit, ex *cap. de*
illis, extra eodem; volenti enim, & conſen-
tienti non fit iniuria.

Dixi, ſponte; nam ſi à parentibus minis,
8 & factis ſit coacta ad talia ſponſalia con-
trahenda, nullo modo tenetur expectare,
ſed poterit cuicumque, & quandocumque
nubere: nam matrimonium eſt liberum,
nec ſponſalia ſunt firma, cum fuerint con-
tracta ex tali metu, debet tamen eſſe me-
tus cadens in conſtantem virum, *dict. cap.*
ex literis, Innocentius in cap. cauſam ma-
trimonij, de offic. delegat. l. Titia, ff. de verb.
obligat. l. quæ dotis, ff ſolut. matrimon. cap.
fin. extra, qui clerici, vel vouentes.

In

Digitized by Google

In §. Non abſimile cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Parentes poſſunt pro filijs contrahere ſpōſalia.*
Filij præſentes videntur conſentire, num.2.
Idem ſi ratificent, n.3.
Solo conſenſu parentum non obligātur, num.4.

1 **A**Duerte primò, quod poſſunt etiam
parentes pro filijs ſponſalia con-
trahere, & valent, ſi interueniat
expreſſus, vel tacitus conſenſus ipſorum,
c.1. de ſpōſalibus impuberum, vbi habetur,
quod filij debent ſequi voluntatem pater-
nam, quod intellige non de neceſſitate,
ſed tantum de conſilio, & quoad honeſta-
tem. Si autem ſint præſentes, & taceant, &
ſic neq; conſentiant expreſſe, neq; contra-
2 dicant, videntur conſentire, agitur n. de re
appetibili, meritò qui tacet, affirmare vi-
detur *gl. hic ex reg. qui tacet in 6.*
Aduerte ſecundò, quod ſi filius nō fue-
3 rit præſens, ſed deindè ratum habeat idem
eſt, ac ſi mandaſſet, & in hoc caſu ratiha-
bitio firmiſſimo mandato comparatur, *c.1
de ſponſalibus impuberum*, *cap. cum quis
de ſententia excommunicationis*. Si autem
nulla ratihabitio, neq; per conſenſum ex-
preſſum, neq; conſenſum tacitum interceſ-
4 ſerit filij non obligantur ex conſenſu pa-
rentum, quia in materia matrimonij filij
non ſunt in poteſtate parentum de iure
canonico, ſecùs autem de iure ciuili, *l. ſicut
Pomponius, C. de nuptijs*, imò poteſt filia
nubere cui vult, dummodò ſit perſona
honeſta, & competens familiæ ſui patris,
qui tenetur tunc dotem pro alimentis aſ-
ſignare, notat *Abb. in c.1. de ſponſalib. im-
puberum, & Peruſin. in c.1. §. fin. de ſponſa-
libus in 6.*

In §. Diſſoluuntur cum tribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia diſſoluuntur pluribus modis matrimonio interuedente, n.2.*
3 *Copula firmat ſponſalia.*
4 *Sponſalia de præſenti, & coram Parocho non tolluntur alio matrimonio conſumato tolluntur profeſſione, n.5. & 8.*
Secus per ordines Sacros in ſęculo, n.6. & quare, n.7.
Affinitate ſubſequuta, n.9.
10 *Lex accomodatur conditioni hominum.*

HVcuſq; vidimus de modis, quibus
ſponſalia contrahuntur, nunc de
modis quibus diſſoluuntur, ideo.
Aduerte primò, quod ſponſalia diſſol-
uuntur, vel ipſo iure, vel facto hominis, hic
1 videndum eſt quomodò diſſoluantur ipſo
iure, quod tunc eſt, quando nulla habita
ratione voluntatis, & conſenſu partium ex
certa ſuperuenienti cauſa diſſoluantur, vt
habetur hic in §. *diſſoluuntur, gl.* hic ponit
verſus pro diſtractu ſponſaliorum tàm de
iure, quàm de facto.

Crimen, diſſenſus, fuga, tempus, & ordo ſecunda
Morbus, & affinis, vox publica, cumq; reclamas
Quodlibet iſtorum ſponſalia ſoluit eorum.

Aduerte ſecundò, quod matrimonium
ſuperueniens per verba de præſenti ipſo
iure tollit ſponſalia de futuro, vt habetur
2 hic in § *ſi igitur etiam*, ſi iuramentum in-
teruenerit, dummodò copula non ſit ſe-
quuta, ſi enim copula interuenerit facit
ſponſalia, quæ erant de futuro valere,
3 vt matrimonium de præſenti, *cap. his qui
fidem extra eodem*, *Abb. & Innoc. in cap.
inſuper extra, qui matrimonium accuſare
poſſimus, & text. in d. cap. his, qui fidem*,
non eſſe correptum per *Trid.* docet *Fede-
ricus Boie, & Thomas Triuiſanus in deci-
ſionibus Rotę Venetę*, ſecus autem ſi nul-
la copula interceſſerit, tunc enim matri-
monium tollit ſponſalia, maior enim vir-
tus tollit minorem *c.3. de iureiurando.*
Aduerte tertiò, quod ſi matrimonium
ſit contractum per verba de præſenti, li-
cèt non interceſſerit copula, non tollitur
4 per ſecundum etiam ſequuta copula, vt
hic in §. *ſi igitur, & gl. ibidem*, cōtrario autem
eſt, nam licet pactionis fidem aliquando
frangi iura ſuſtineant, non tamen permit-
tunt frangi fidem conſenſus, idēſt matri-
monium per verba de præſenti, & veniē-
tes contra fidem puniendi ſunt, *l.1. ff. de
pactis, l.1. de conſtituta pecunia.*
Aduerte quartò, diſſolui etiam ipſo iu-
re per ſuſceptionem ſacrorum ordinum,
vel per ingreſſum Religionis approbatæ,
5 & hoc de ingreſſu Religionis extenditur

etiam

iuſtitiæ publicæ honeſtatis, quia talia ſpōſalia nulla ſunt; & quod nullum eſt, nullum producit effectum. Dictum eſt autem im-
4 pedimentum publicæ honeſtatis, quia non poteſt dici cognatio; nulli enim ex cognationibus, vel affinitatibus attribui poteſt; oriuntur enim cognatio, vel affinitas ex ſanguinis commixtione, quam nullum ſupponimus in talibus ſponſalibus.

Nota etiam, quod eſt introductum hoc impedimentum ab Eccleſia, quia multo-
5 ties conſanguineus contrahentis quaſi rapiens ducebat in vxorem eam, quam alius ducere deſtinauerat, quod iniquum erat, & mortales inimicitiæ oriebantur, ideò Eccleſia volens his malis obuenire, tale impedimentum appoſuit, & nomen addidit.

Aduerte vltimò, quod adueniēte deindè legitima ætate, ſi iſti inter ſe per aliquē actum expreſſum ratificent dicta ſponſa-
6 lia, remanent irretractabilia, puta ſi per oſculum, vel per nixum, &c. *cap. iuuenis, &c cap. ex literis, extra eod.*

In §. initiatum, cum tribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de futuro non producunt effectum matrimonialem.*
An poſſint remitti, num. 2. Quid ſi fuerint iuramento firmata, num. 4.
3 *Malum toleratur, ne deterius contingat.*
5 *Impuberes quomodo diſſoluāt ſponſalia.*
6 *Sponſalia per aliud matrimonium tolluntur.*
7 *Fæmina viri potens tenetur impuberem expectare.*
8 *Matrimonium minis contractum quid valeat.*

1 ADuerte primò, quod ſponſalia contracta per verba de futuro nullum effectum producūt matrimonialem, niſi per fidem firmentur, & ſic debent fide, ſiue iuramento firmari, *cap. 2. requiſiuit, extra eodem*. ſi tamen ſibi inuicem ſponſi velint ſponſalia remittere, poterunt ad ſui libitum id facere ad inſtar illorum, qui ſocietatem initam pro communi libi-
2 to diſſoluere poterunt. colligitur ex *l. verum, § fin. l. actione, §. diximus, ff. pro ſoc.*

Aduerte ſecundò, id non eſſe omninò æquum, ſed tolerari à lege, ad euitandum maius malum, quod ſolet naſci ex coactione, *gloſa hic in cap. cum iamdudum, de præbendis*, vt diximus pariter *libr. 1.* quod Eccleſia tolerat aliqua mala, ne de-
3 teriora contingant, *Abb. in cap. requiſiuit, extra eodem.* vbi etiam notat id quod adducit *gloſa* hic, quod ſcilicet ſi quis liberè contraxerit ſponſalia de futuro, ſed tamen coactè conſtringatur ad matrimonium contrahendum de præſenti, tale matrimonium eſſet nullum.

Aduerte tertiò, benè ſubſiſtere dictum, licet ſponſalia fuerint iuramento firmata,
4 nam iuramentum eſt in fauorem vtriuſque partis, & poteſt quilibet cedere iuri ſuo, vt expreſſe hic, & notat *Couarr. de ſponſalibus, par. 1. cap. 5* id tamen intellige, poſtquam peruenerint ad ætatem legitimam; antea enim non ſunt audiēdi, quia facillimè propter ſtatus volubilitatem impuberes nunc inducerentur ad affirmandum, nunc ad negandum, *cap. de his, diſtinct. 26. l. Pomponius, ff. de negotijs geſt.*
5 ſi autem poſt talem ætatem vnus reclamauerit, nec in aliam conſentire voluerit, iuncta cauſa propoſita, poterit Eccleſia ipſa ſponſalia diſſoluere; *gloſa hic ex cap. de illis, & cap. nobis, de ſponſalibus impuberum*; ſi autem poſt ſponſalia interuenerit aliud matrimonium contractum
6 per verba de præſenti cum alia, vel votum ſolemne Religionis, tunc ſponſalia ſunt ipſo iure nulla, *d. cap. cum de illis.*

Aduerte quartò, quod ſi mulier viri potens contraxerit ſponſalia ſponte cum vi-
7 ro adhuc inepto, & ſic impubere, non poteſt recedere ab eo, quod ſemel promiſit: nam quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt, ex regula, *Quod ſemel in 6. cap. offeratur 3. quæſt. 4.* ſi autem impubes maior factus conſentiat, quod illa alteri nubat, tunc licitè id poterit, ex *cap. de illis, extra eodem*; volenti enim, & conſentienti non fit iniuria.

Dixi, ſponte; nam ſi à parentibus minis,
8 & factis ſit coacta ad talia ſponſalia contrahenda, nullo modo tenetur expectare, ſed poterit cuicumque, & quandocumque nubere: nam matrimonium eſt liberum, nec ſponſalia ſunt firma, cum fuerint contracta ex tali metu, debet tamen eſſe metus cadens in conſtantem virum, *dict. cap. ex literis, Innocentius in cap. cauſam matrimonij, de offic. delegat. l. Titia, ff. de verb. obligat. l. quæ dotis, ff ſolut. matrimon, cap. fin. extra, qui clerici, vel vouentes.*

In

In §. Non abſimile cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Parentes poſſunt pro filijs contrahere ſpõſalia.*
Filij præſentes videntur conſentire, num.2.
Idem ſi ratificent, n.3.
Solo conſenſu parentum non obligãtur, num.4.

1 ADuerte primò, quod poſſunt etiam
parentes pro filijs ſponſalia con-
trahere, & valent, ſi interueniat
expreſſus, vel tacitus conſenſus ipſorum,
c.1. de ſpõſalibus impuberum, vbi habetur,
quod filij debent ſequi voluntatem pater-
nam, quod intellige non de neceſſitate,
ſed tantum de conſilio, & quoad honeſta-
tem. Si autem ſint præſentes, & taceant, &
ſic neq; conſentiant expreſſe, neq; contra-
2 dicant, videntur conſentire, agitur n. de re
appetibili, meritò qui tacet, affirmare vi-
detur *gl. hic ex reg. qui tacet in 6.*
Aduerte ſecundò, quod ſi filius nõ fue-
3 rit præſens, ſed deindè ratum habeat idem
eſt, ac ſi mandaſſet, & in hoc caſu ratiha-
bitio firmiſſimo mandato comparatur, *c.1*
*de ſponſalibus impuberum, cap. cum quis
de ſententia excommunicationis*. Si autem
nulla ratihabitio, neq; per conſenſum ex-
preſſum, neq; conſenſum tacitum intercẽſ
4 ſerit filij non obligantur ex conſenſu pa-
rentum, quia in materia matrimonij filij
non ſunt in poteſtate parentum de iure
canonico, ſecùs autem de iure ciuili, *l. ſicut
Pomponius, C. de nuptijs*, imò poteſt filia
nubere cui vult, dummodò ſit perſona
honeſta, & competens familiæ ſui patris,
qui tenetur tunc dotem pro alimentis aſ-
ſignare, notat *Abb. in c.1. de ſponſalib. im-
puberum, & Peruſin. in c.1. §. fin. de ſponſa-
libus in 6.*

In §. Diſſoluuntur cum tribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia diſſoluuntur pluribus modis matrimonio interceedente, n.2.*
3 *Copula firmat ſponſalia.*
4 *Sponſalia de præſenti, & coram Parocho non tolluntur alio matrimonio conſumato tolluntur profeſſione, n.5. & 8.*
Secus per ordines Sacros in ſęculo, n.6. & quare, n.7.
Affinitate ſubſequuta, n.9.
10 *Lex accomodatur conditioni hominum.*

HVcuſq; vidimus de modis, quibus
ſponſalia contrahuntur, nunc de
modis quibus diſſoluuntur, ideo.
Aduerte primò, quod ſponſalia diſſol-
uuntur, vel ipſo iure, vel facto hominis, hic
1 videndum eſt quomodò diſſoluantur ipſo
iure, quod tunc eſt, quando nulla habita
ratione voluntatis, & conſenſu partium ex
certa ſuperuenienti cauſa diſſoluantur, vt
habetur hic in §. *diſſoluuntur, gl.* hic ponit
verſus pro diſtractu ſponſaliorum tàm de
iure, quàm de facto.

Crimen, diſſenſus, fuga, tempus, & ordo ſecunda
Morbus, & affinis, vox publica, eumq; reclamas
Quodlibet iſtorum ſponſalia ſoluit eorum.

Aduerte ſecundò, quod matrimonium
ſuperueniens per verba de præſenti ipſo
iure tollit ſponſalia de futuro, vt habetur
2 hic in § *ſi igitur etiam*, ſi iuramentum in-
teruenerit, dummodò copula non ſit ſe-
quuta, ſi enim copula interuenerit facit
ſponſalia, quæ erant de futuro valere,
3 vt matrimonium de præſenti, *cap. his qui
fidem extra eodem*, *Abb. & Innoc. in cap.
inſuper extra, qui matrimonium accuſare
poſſimus, & text. in d. cap. his, qui fidem*,
non eſſe correptum per *Trid.* docet *Fede-
ricus Boic, & Thomas Triuiſanus in deci-
ſionibus Rotę Venetę*, ſecus autem ſi nul-
la copula interceſſerit, tunc enim matri-
monium tollit ſponſalia, maior enim vir-
tus tollit minorem *c.3. de iureiurando.*
Aduerte tertiò, quod ſi matrimonium
ſit contractum per verba de præſenti, li-
cèt non interceſſerit copula, non tollitur
4 per ſecundum etiam ſequuta copula, vt
hic in §. *ſi igitur, & gl. ibidem*, ratio autem
eſt, nam licet pactionis fidem aliquando
frangi iura ſubſtineant, non tamen permit-
tunt frangi fidem conſenſus, idẽſt matri-
monium per verba de præſenti, & veniẽ-
tes contra fidem puniendi ſunt, *l.1. ff. de
pactis, l.1. de conſtituta pecunia.*
Aduerte quartò, diſſolui etiam ipſo iu-
re per ſuſceptionem ſacrorum ordinum,
vel per ingreſſum Religionis approbatæ,
5 & hoc de ingreſſu Religionis extenditur

etiam

etiam ad matrimonium contractum per verba de præſenti, non tamen conſumatum, *cap. ex publico de conuerſione coniugatorum, cap. ex parte eod. tit.*

Sed cur non erit idem dicendum in matrimonio contracto, & non conſumato ab eo, qui clericus ſæcularis exiſtens ſuſcepit deindè ſacros ordines,

Reſp. rationem diſparitatis eſſe propter
6 fauorem Religionis, quia religioſi, & profeſſi ſunt mor. ui pro ſæculo, tum quia non eſſent paria ſeruata inter maſculos, & fœminas, maſculi enim poſſent duplici modo diſſoluere ſponſalia, ſcilicèt per ingreſſum Religionis, & per ſacros ordines, fœminæ enim tātum per ingreſſum Religio-
7 nis, quia non ſunt capaces ſacrorum ordinum naturaliter, vt diximus *ſupra de ſacramento ordinis*, & notat *gl.* hic. Conſultius tamē ageret is, qui contraheret prius matrimonium, & deindè ante conſumationem ipſius ingrederetur religionem, quia ſic agendo adimpleret iuramentum ſponſaliorum, & deindè magis liberè religionem peteret, *cap. commiſſum extra eo-*
8 *dem*. Si tamen ingrediatur religionem antè contractum matrimonium non peccaret, quia mutat conſilium in meliùs *gl.* hic *verbo conſultior*, dummodò tamen ſit religio approbata, & in ipſa profeſſionem emiſerit, interim ſtante anno probationis non poterit alteri iungi.

Aduerte quintò, quod diſſoluuntur ſpōſalia etiam per affinitatem ſuperuenientem, tàm ſpiritualem, quàm carnalem. Per ſpiritualem ſi ſponſus leuet de ſacro fon-
9 te filium ſponſæ ex alio viro præmortuo, vel eundem teneat in confirmatione. Per carnalem ſi ſponſus rem habuerit cum aliqua conſanguinea ſponſæ, & affinitas contracta ſit manifeſta, vel de hoc fuerit publicè diffamatus, vt habetur hic in §. *inter ſponſam*, & notat *gl. hic in* §. *verbo diffamatus*.

Collige ex dictis, quod meliùs eſt aliquando contractum reſcindere, lex enim permittit id, quod à principio negauit,
10 quia accomodari debet conditioni humanæ, licèt regulariter conditionem humanam regulare debeat, vt habetur in figuratione caſuum ſequentium §§. ex *tex. & DD. in cap regula diſt. 4.* quod extende ad alios caſus, in quibus multa facta tenēt, quæ antea fieri nequibant.

In §. facto hominis cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia facto hominis diſſoluuntur fornicatione, morbo, abſentia, diſſenſu, &c. num. 2.*
3 *Infans maior factus, an poſſit annullare ſponſalia.*

Hic reſtat videndum quomodò diſſoluantur ſpōſalia ex facto hominis, nec poteſt dici ſuperiora impedimenta etiam eſſe ex facto hominis, quatenus quando quis ingreditur religionem adhùc interuenit factum hominis ingredientis, idem dic, quādo ſuſcipit ſacros
1 ordines, ergò ſemper facto hominis diſſoluuntur ſponſalia, ac proindè fruſtratoria videretur diuiſio, dicimus enim, quod licet ibi intercedat factum hominis, tamen ius eſt, quod diſſoluit, hic verò ſolum factum hominis interuenit, ita vt volentes poſſent reuniri, quod non eſt in caſibus ſupra poſitis.

Aduerte igitur primò, quod factum ho-
3 minis multipliciter interuenire poteſt, putà ſi vnus ex coniugibus fornicatus ſit, ſi inciderit in morbum incurabilem, ſi ſe abſentauerit, ſi mutuum præſtent diſſenſum, res enim deſtruitur modo, quo conſtructa eſt ex regula *nihil tàm naturale*, ſed mutuus conſenſus coniūxit, ergo mutuus diſſenſus ſoluere poteſt, etiam ſi ſponſalia eſſent iurata, vt ſupra diximus ex *c. 2. extra eod.* vbi *Abb. & Bald. in auth. quod cis, C. de ſecundis nuptijs*.

Aduerte ſecundò, idem eſſe dicendum ſi ſponſalia ſint contracta ab vno maiore, & alia impuberi, tunc enim poteſt hæc ſu-
2 peruenieṇte maiori ætate non rata habere ſponſalia, nec tenetur ſoluere pœnam ſi quæ ſit appoſita, vt habetur hic in §. *ſi contrahentes*, & ratio eſt, nam cum matrimonia libera ſint, vt per *Trid. ſeſſ. 24.* citata fruſtratoria eſt pœnæ addictio, *l. Titia ff. de verborum obligationibus*.

In

In §. vnius quoque vſque ad finem tituli.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio tollit ſponſalia etiam iurarè bigamiam in coniuge inducit, n.2.*
3 *Arrhas reſtituit fornicaria, & quomodo.*
4 *Violenter cognita reijci poteſt à ſponſo.*
5 *Fornicatio etiam viri diuortium inducit.*
Mutua non impedit, n.6.
Dat exequutionem pro ſponſalibus, numer.7.
8 *Hæreſis cauſat diuortium.*
9 *Diuortium abſentia inducitur.*
Limita, n.10. & 11.
Infirmita, n.12.13. & 14.
15 *Debitum coniugale quando negari poſſit.*

HIc ponitur ampliatio impedimenti
ſupra poſiti, ſcilicèt fornicationis,
1 ait enim author noſter, quod etiã
ſi ſponſalia ſint iurata, adhùc tamen abſq;
vllo peccato poterit vnus ſponſus aliam
repudiare propter crimen *cap. gemma de ſponſalibus, Nauarr. c.22. num.27.* qui
ait, quod eſt in arbitriom alterius coniugis, an velit cedere iuri ſuo, & talem accipere in vxorem, nec ne, ſi autem velit, po-
2 terit cum ipſa contrahere, ſed erit bigamus tanquam is, qui voluntariè cognoſcit
vxorem de præſenti, quæ adultera eſt, diximus *lib. 1. titulo de is, qui promoueri non poſſunt,* & notaot DD. commuoiter ſic.

Aduerte primò, quod ſi ſponſa fornicaria acceperit antè fornicationem arrhas
3 & dona, reſtituere tenetur, vt notat *gloſſ. in dict. cap. gemma verbo ſtipulatio,* & ratio eſt, quia is amittit arrhas, qui recedit
à ſponſalibus abſquè iuſta cauſa, *l. fin. C. eodem, l. Titia, ff. de verborum obligationibus,* ſed hic habet iuſtam cauſam recedendi, ergo non debet amittere arrhas. Ex
ipſa *gloſſ.* habes, quod arrhæ poſſint dari
pro matrimonio in poſterum, quia arrhæ
ſunt fauorabiles, non ſic autem pęna, quæ
licet promiſſa ſit, tamen non eſt ſoluenda, quia odioſa, tum quia arrhæ iam ſunt
datæ, pęna verò eſt ſoluenda.

Aduerte ſecundò, hoc etiam eſſe am-
4 pliandum, licèt ſponſa fuerit coactè, &
violenter fornicata, nam neque ſponſus
tenetur cum ignominia illam accipere,
& bigamiam incurrere, *capit. raptor 22. quæſt.2. & gloſ. ibidem, Abb. in cap. quemadmodum de iureiurando,* & colligitur ex
Sanct. Doct. in 4. ſententiarum diſtin.33.
5 *quæſt.5. art.1.* Quod intellige, tam ex fornicatione fęminę, quàm viri, nam ſponſus,
& ſponſa non debent ad imparia condemnari, vt notat *Abb. loc. citat.* Non ſic autem
eſt dicendum, ſi fornicatio præceſſerit
6 ſponſalia, *Nauarr. loc. citat.* Vel ſi ambo
incidiſſent in eadem maculam, nam paria
delicta mutua compenſatione tollantur,
l. viro, ff. ſoluto matrimonio, capit. nihil 24. quæſt.6. Cętetum ſicut poteſt vir repelle-
7 re vxorem propter adulterium, ita ſponſus ſponſam, cui enim datur actio, multò magis debet dari exceptio, *cap. quemadmodum de iureiurando, l. inuitus, §. cui damus, ff. de regulis iuris.*

Aduerte tertiò, idem eſſe dicendum ex
ſuperuenienti fornicatione ſpirituali, pu-
8 tà, ſi quis ex ſponſis inciderit in hæreſim,
tunc anim reſpui poteſt, *cap. non ſolum, & cap. iam nunc 28. quæſt.1.* Item ſi ſpon-
9 ſus, poſt contracta ſponſalia ſe abſentauerit, tunc enim elapſis tribus menſibus poterit ſponſa pro ſui libito cum alio contrahere, *l.2. C. de repudijs,* ſecùs autem ſi
conſuetudo loci plus exigat, vel ſi pactum
inter ipſos interuenit de expectando pro
tali tempore, tunc enim pactum præcisè,
& peremptoriè ſeruari debet, *capit. de illis*
10 *extra eodem,* at poſt matrimonium contractum mulier non tenetur ſequi virum
vagabundum, dummodò ante matrimonium non fuerit talis, *Abb. loc. citat. & Bartol. in l. media, §. fin. ff. de annuis legatis, DD in l. ſi cum dotem, § maritus, ff. ſoluto matrimon.* Si autem ante contractum
matrimonium ſciebat virum eſſe vagabundum, tunc ipſum proſequi debet vbicumq; acceſſerit, *cap. vna quæſt.13. par.3.*
10 & ratio eſſe poteſt, nam damnum quod
quis ſua culpa ſentit, ſibi, & non alteri imputare debet, & hoc ideò valet pactum
appoſitum in ſponſalibus, vt vir in Ciuitate vxoris manere debeat.

Aduerte vltimò ex §. *final.* quòd poterunt enim diſſolui ſponſalia ratione ſuperuenientis infirmitatis, putà ex lepra, mor-
12 bo gallico, amiſſione alicuius membri,
&c. ratio eſt, nam ea, quæ de nouo accidant, nouo indigent auxilio, *l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de interrogatoris actionibus & l. ſi mulier ff. ad Velleianum, cap. inuitante, cap. de offic. deleg.* Pro infirmitate tamen
ſciendum eſt, quod quęlibet infirmitas ſu-
13 perueniens nõ poteſt dirimere matrimonium iam contractum per verba de præſenti, etiam non conſumatum, *cap. quemadmodum de iureiurando.* Verum tamen
eſt, quod ſanus non poteſt compelli, quod
ſemper maneat in eodẽ lecto leproſi, vel

infirmi,ſufficit,ſi nõ fraudentur debito ad inuicem, *c.1.de coniug.leproſ.cap.ſi vxorem 32.q.2.cap.bi vtrò 32.q.7.*

Ex *gloſ.* hic in fine habes, ꝙ ethicus, vel aliquis infirmus non tenetur reddere debitum, ſi adſit periculum vitæ; nam regu-
15 lata chariras incipit à ſe ipſo, *cap.non ſatis diſt.70.* vnde colligo à contrario ſenſu quod ſi ſanus ſe immiſcendo cum infirma currat periculum vitæ, nec debitũ reddere tenetur, cum nulla ſit maior ratio in vno caſu, quam in alio: Sunt aliæ cauſæ diſſoluendi ſponſalia, quas videte apud *Nauar. c.27.n.6.*

DE NVPTIIS.

TITVLVS VNDECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Nuptia quid ſint.*
Vnde dicantur, nu.2.& 3.
4 *Conſenſu ſolo firmantur.*

DIximus iam matrimonium ſponſalibus initiari, conſenſu de præſenti confirmari, & copula conſumari; egimus de initio, nunc erat videndum de cõſenſu, & copula, meritò ponitur præſens rubrica. Ad cuius intelligentiam

Aduerte primò, quod nuptiæ sũt enim matrimonium, & appellantur ſic ad diffe-
1 rentiam ſponſaliorum, quæ etiam matrimonium ſunt de futuro; nuptiæ verò matrimonium de præſenti ſignificant, & hac voce exprimi ſolent ad differentiam contubernij, quod inter ſeruos interuenit de iure ciuili.

Dixi, de iure ciuili, nam de iure canonico ſerui Chriſtiani validum, & verum matrimonium cõtrahere poſſunt, vt in *toto tit.de coniug.ſeruorum.*

Aduerte ſecundò ex *Hoſtie.in ſum.n.5.*
2 quod nuptiæ ſic dicũtur à nubendo, quaſi mulier quoad alios homines nũbes turbida debeat eſſe, nec cum illis alloqui, nam

Viſus allaquia, tactus poſt oſcula factũ
Ni fugias tactũ vix euitabitur actus.

Poſſunt etiam dici, Nuptiæ ducta à pa-
3 ritate, à nubibus, quæ prædia fecundant, ſic nuptiæ ciuitates replent hominibus, *l.1.ff.ſol.matr.*

Aduerte tertiò ex §.1. hic, quod tan-
4 tum conſenſus eſt de ſubſtantia matrimonij, copula autem eſt tantum ad perfectionem, vt ſupra diximus in definitione matrimonij.

In §.Nuptias igitur.

SVMMARIVM.

1 *Nuptia quam exigant ætatem.*
2 *Conſenſus qualis debeat eſſe, & circa q.d.*
Quomodò fuerit inter B.V.& S.Ioſeph. num.3.
Vtriuſque coniuges debeat eſſe, num.4.
Pactis non ſuffitit, num.5.6.& 7.

ADuerte primò, hic tantum viri potẽtes, & puberes nuptias contrahere poſſe ad differentiam ſponſaliorum,
1 quæ; & ab impuberibus contrahi poſſe iam diximus: Item debet interuenire mutuus conſenſus continens propoſitum indiuiduæ conſuetudinis, qui conſenſus verbis, vel ſignis oſtendi debet, vt notat *glo.* hic verb.conſenſum.

Quæres, quod propoſitum requiratur, an tantum conuiuendi quoad domum, an tantum quoad vſum corporum, an
2 quoad vtrumque ſimul. Non poteſt dici primum, nam hac ratione, frater, & ſoror eſſent coniuges, quod omnes negant; non ſecundum, nam hac ratione Virgo Mater non fuiſſet ſponſa Ioſeph, contra *tex.in cap.B.Maria 27.q.2.* neq; tertium, quia ſequeretur etiam hoc abſurdum, de quo diximus.

Reſp. Requiri conſenſum cohabitandi continens indiuiduam vitę conſuetudinẽ, quod in Virgine ſic euenit, fecerat Beata Maria votum virginitatis, ſubijciendo ſe Diuinæ ordinationi; Votum enim an ſuperiore poteſt recipere reſtrictionem, & diſpẽſationem, *cap.veniens de iur.iur.* igi-
3 tur B.Virgo cum nupſit, nec virginitatem mentalem amiſit: nam ſemper intendebat facere id, quod Diuinæ ordinationi placitum foret, ac proinde tradita Ioſeph, expreſſit ei ſuum votum virginitatis, quod & ille manifeſtauit, vnde ſimul conſentientes in vnum immaculati vixerunt, ac proindè dicimus requiri conſenſum, & quoad cohabitationem, & quoad conſuetudinem; tamen hic conſenſus quoad conſuetudinem remitti põt poſt contractum matrimonium, vt videre eſt per

tex.

Digitized by Google

tex.& glo.in cap. ſufficiat, §. cum ergo, &c. *B. Maria cauſa, & queſt. eit.*

Aduerte ſecundò, requiri conſenſum
4 vtriuſq; coniugis, ita vt ſi vnus cõſentiat, alia non, matrimonium non diceretur cõtractum, neq; ſi pater pro filia reſpõderet, *glo. hic verb. nibil agitur.*

Dices, ex *l. nec filium, C. de nupt. & l. nuptiæ, ff. de ritu nupt.* ex quibus conſen-
5 ſus patris requiritur, ergo ſic eſt dicendũ, Reſp. neg. conſeq. & quando leges dicũt
6 conſenſum patris requiri, intelliguntur de ſponſalibus impuberum, *c. 1. de ſponſal. im pub.* vel dic in caſu noſtro loqui quoad ho
7 neſtatem, non quoad neceſſitatem, vt habetur hic ex *cap. noſtrates* 30. q. 5. matrimonium enim liberum eſt, & nullo modo impediri poteſt, vt per *Trid. ſeſſ.* 24. *de reform. matrim.*

In §. ſed qui ſint cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Potentia generandi requiritur in nuptijs, & vſus rationis, num. 2.*
3 *Aetas non ſemper attenditur hic.*

ILLI tantum coniugi poſſunt, qui habent ſemen prolificatiuum, & ſic ſunt vt po tentes, vndè licet ius ciuile ſtatuerit an-
1 num 14. in maſculis, & 12. in fœminis; tamen ius canonicum inſpicit potentiam generatiuam, quæ ſi fit ante talem ætatẽ poterit contrahi matrimonium, dummodò malitia ſuppleat ætatem, vt habetur in præſenti §. & ſic dũmodò intelligant ſubſtantiam matrimonij; vndè ſi quis puer ha beret ſemen prolificatiuum, ſed tamen nõ
2 haberet adhuc vſum rationis, nec poterit contrahere matrimonium, *Abb. in cap. de illis de ſponſal. impub.* qui refert talem fuiſſe quendam puerum, in *cap. puberes eit. tit.* Idem dic de furioſo, qui licet habeat ſemen prolificatiuum, tamen defectu conſenſus contrahere non poteſt, *l. patre furioſo, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* itaq; & conſenſus perfectus, & poteſtas coeundi requiritur, benè tamen pro pa-
3 cis concordia, vel pro alia vrgentiſſima neceſſitate poterit in hoc diſpenſari, vt habetur in *cap. hoc quippè* 3. q. 6. *c.* 2. *de ſponſalib. impub.* & *glo.* hic ponit verſum, *Vt pax ſeruetur, moderamen iuris habetur.*

In §. licèt autem, cum trib ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Nuptiæ an exigant verba omnino.*
2 *Mutus, & ſurdus quomodò contrahat, Quid ſi ſit etiam cęcus, nu.* 3.
4 *Verba quãlia debeant eſſe pro matrimonio, num.* 5. 6. & 7.
8 *Iuramentum quomodo interpretrandum.*

VIdebimus primò, quomodò ſit præſtandus conſenſus. Secundò, an Muti contrahere poſſunt. Tertio, quæ forma ſit ſeruanda.

Circa primum aduerte, requiri quoad
1 Eccleſiam expreſſionem verborum, quoad probationem matrimonij, vt in *cap. ſuffi ciat eit. tit.* tamen non ſunt de neceſſitate Sacramenti, vel de ſubſtantia actus, vt diximus, poteſt enim ſignis conſenſus adhiberi, vndè dici ſolet: Habeamus intentum, & non curemus de modo, *cap. apud ext. eod.* notant *Hoſtien. & Abb. in cap.* verùm tamen eſt, quod ſi aliqui poſſent loqui, & vellent ſic facere, peccarent mortaliter, operantes contra conſuetudinem Eccleſiæ, valeret matrimonium, ſed non conferret gratiam ratione obicis ex peccato, quod tunc committunt.

Circa ſecundum aduerte primò, poſito quod conſenſus alio modo præſtari poſſit
2 poterunt muti, & ſurdi contrahere, & ſic per ſigna exteriora, quantum fieri poteſt modeſtè exprimentia conſenſum, validè contrahere, vt hic in §. muti; matrimoniũ enim eſt de iure diuino, vt diximus ſupra, ſed ius diuinum nullam exceptionem ponit inter loquentes, & mutos, ergò enim iſti poterunt contrahere, *c. 1. de voto in* 6. & *glo. hic in §. liceat, ver. neceſſariò circa fin.*

Aduerte ſecundò, quod ſi quis ſit mutus, ſurdus, & cęcus; vt numquam viderit, poſſit tñ vxorem cognoſcere, & conſu-
3 mare matrimonium, ait gloſa hic, quod ſi hic poſſit modeſtè exprimere purum cõſenſum, poterit matrimonium contrahere cum tantum conſenſus ſit de eſſentia matrimonij, & Sacramenti.

Circa tertium aduerte primò, quod ver
4 ba pro matrimonio contrahendo debent eſſe exprimentia cõſenſum pro matrimonio hic, & nunc, vndè non valent pro matrimonio ſi de futuro exprimantur, ſed benè valent ad ſponſalia firmanda, *cap. ex literis de ſponſal.* vnde ſi quis diceret pro-

mitto te ducere in vxorem, vel ſi dicat, vo
lo contrahere matrimonium tecum, vel
nullam aliam niſi te in vxorem accipiam,
hęc ſunt verba de futuro, *Palud lib.1.diſt.*
27.q.1. ſed ſic erit dicendum, volo te in
5 meam vxorem, &c. vel ſaltem Parocho
ſic de præſenti interroganti reſpondere,
volo, ſic patet ex *Rituale Rom. de ſacram.*
matrim.

Aduerte ſecundò, quod verba debent
eſſe in lingua communis ſermonis, vel quę
6 ab vtroque coniuge ſaltem medio præſen
te interprete intelligantur, *cap. ex literis*
ext. eod. & prolata ſecundum communem
ſermonem, non poterunt interpręrari ali-
ter, *l. Labeo, & l. ſi quis in fundi vocabulo*
ff. de leg. 1. cap. in calice de conſecr. diſt. 4.
cap. ad audiſtiam de decim. & habetur hic
in §. *inde quæritur*, quia communis vſus
loquẽdi dat verbis explicationem, vt per
glo. hic ex *Bart. in d. l. Labeo*, Item Iudex
ſecundum vſum loci iudicare debet. Te-
ſtamentum ſic pariter attenditur, vnde
ſi quis diceret, Promitto te ſemper habere
7 in vxorem conſque terra cooperuerit
oculos meos, debet intelligi vſque ad mor
tem, vndè non valeret explicatio illius, q
vellet terra ſuos oculos cooperire, & ſic
vxorem dimittere, *Alexan. conſ. 152. §. 5.*
Innoc. in cap. veniens de iure iur. ſicut etiã
8 iuramentum recipit interpretationem in
foro conſcientiæ, non autem in foro fori,
in quo valet modo, quo prolatum eſt. *cap.*
tua nos, & cap. ex literis ext. eod. vbi Abb.

In §. Illud quoq; cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Serui poſſunt contrahere matrimonium etiam inuito Domino, n. 2.*
3 *Partus ancillæ maritatæ cuius erit.*
4 *Serui ſic nupti quomodo teneãtur ad obſequia Dominorum.*
5 *Liber contrahens cum ſerua an ligetur, & quomodo.*
6 *Non accedat poſt notitiam.*

NON tantum liberi homines, ſed ẽt
ſerui matrimonium contrahere poſ
ſunt, & alia ſacramẽta recipere pręe-
1 ter ſacramentum Ordinis, diximus *lib. 1.*
canon. tit. de ijs, qui promou. non poſſ.

Aduerte tamen hic primò, q etiam cõ-
tradicẽte Domino, poſſunt ſerui inter ſe,
2 vel ſeruus cũ ingenua matrimonium cõ-
trahere, nec poſſunt à Domino impediri,
nec matrimonium diſſoluẽdum erit, *Abb.*
in c. 1. de coniug ſeru. partus tamen ancil-
læ erit in poteſt Domini, cuius eſt An-
3 cilla, quia partus ſequitur ventrem quoad
libertatem, vel ſeruitutem, *l. & ſeruorum,*
ff. de ſtatu hominum.

Aduerte ſecundò, q concurrente obſe-
quio Domini, & debito vxoris, Domino
prius eſt obſequendum, quia ipſe prior eſt
in tempore, ergo potior eſt in iure, ex *l. aſſi*
duis, C. qui pot. in pign. hab. ſecus autem
ſi ſeruus contraxerit conſentiente Domi-
4 no, nam conſenſus præſtitus pro matrimo
nio, cenſetur .n. datus pro omnibus acti-
bus conſequentibus ad illud, ex regula
acceſſoriũ, meritò tunc tenetur prius red-
dere debitum, deindè præſtare obſequiũ
Domino, notat *Abb. in c. 1. de cõiug. ſeru.*
debet enim quis ſibi imputare, quod ſua
culpa ſentit, ex regula *l. quod quis.*

Aduerte tertiò, q ſi homo liber puta-
bat contrahere cum libera, & contraxit
5 cum ſerua, ẽt multoties ſubſecuta copula,
in tali ignorantia matrimonium nũquam
firmatur, imò diſſoluitur habita certa ſci-
entia de hoc, vt in tota *q. 2. cauſa 29.* nec
tenetur quis cuicunque id dicenti credere,
ſed firmam debet habere rationem, nec
interim tenetur ceſſare à copula coniu-
gali, vt notat diffusè *gl. hic,* & patet ex *cap.*
quam magnum 23. q. 4 & l. ſi. C. de condit.
indeb. habita verò certa notitia poterit
illam dimittere ẽt centies cognitam, licet
Dominus poſt matrimonium cõtractum
6 manumiſerit Ancillam, niſi enim nouus
conſenſus accedat poſt cognitũ errorem,
ſemper ipſam dimittere poterit, quia ma-
trimoniũ fuit nullũ ab initio, *cap. fin. de*
coniug. ſeru. l. ſi mulier ff. de nupt.

Limita hoc ſi etiam vir eſſet ſeruus, hic
enim non poteſt recedere à matrimonio
7 contracto cum ſerua, licet ipſam putaret
liberam, quia nõ eſt effecta deterior eius
conditio, *c. 2. de coniug. ſeru. & Silueſt.*
ver. matrimonium, n. 1.

In §. liberi vſq; ad finem tituli.

SVMMARIVM.

1 *Liberi qui dicantur.*
2 *Contrahens non animo permanendi in matrimonio an ligetur.*
Finis qui poſſit eſſe ipſius contrahẽtis n. 3.
Sub alieno nomine n. 4.

Aduer-

Google

ADuerte primò, quòd liberi ſunt illi, qui nati ſunt, vel ex patre, & matre liberis, vel ex libertinis (hoc eſt ſeruis manumiſſis) vel eſt patre ſeruo,
1 & matre libera, vel liberta §. *ingenui lib. 1. ciuili de iure perſonarum*, & ſic partus ventris ſequitur libertatem, poteſt enim mater filio prodeſſe pluribus temporibus ſcilicet tempore conceptionis, tempore quo partus eſt in vtero ex tempore partus, *Bald. in l. fin. C. de ſeruis fugitiuis*, & notat *gloſ. hic verbo legis*.

Aduerta ſecundo, quod ſi quis contra-
2 xerit propter decipiendam fœminam ſcilicet animo fornicandi, & dimittendi deinde illam, & ſic ore tantum conſentiat non animo, hic in foro conſcientiæ, & in foro penitentiario non contrahit, at in foro exteriori verè eſt ligatus, & non poteſt diſſoluere matrimonium, vt habetur hic per *tex. & glo. in* §. *de eo*, quia contractus cum dolo celebratus ſubſtineri debet in odium doloſi, nè fortè quis ex dolo ſuo commodum reportet, quod iniquum eſt, *Abb. in cap. tua nos de ſponſalibus*, vel contrahit
3 non animo dimittendi, ſed tantum allectus pulchritudine, vel bona dote, &c. & tunc valet matrimonium in foro conſcientiæ, quia iſti fines non ſunt contrarij, & poſſunt coaleſcere cum finibus matrimonij.

Aduerte vltimò, quod ſi quis mutauerit ſibi nomen, & contrahat ſub alia voce, putà ſi vocetur Titius, & dicat Seius ducit te in vxorem. Hic verè eſt ligatus matrimonio, quia voces ſunt accidentales, & quàdo habemus perſonam parum curamus de nomine *gloſ. hic verbo alieno ex* §. *ſi quis inſtitutionibus ciuilibus de legatis, et cap. tua de ſponſalibus*.

QVÆ MATRIMONIVM

Impedire poſſunt.

TITVLVS DVODECIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Impedimenta matrimonij apponere cuius ſit.*
Eorum ſpecies nu. 3. & 4. 6. 7.
2 *Error quomodo impediat.*
5 *Peccatum mortale impedit matrimoniū.*
7 *Tempus prohibitum nuptiarum.*

HIC eſt agendum de impedimentis ad matrimonium pro quibus.

Aduerte primo, quod apponere impedimētum pro matrimonio dirimendo ſpectat tantum ad ſummum Pontificem, quia ma-
1 trimonium eſt contractus, & contractus ſunt de iure poſitiuo, *l. ex hoc iure, ff. de iuſtitia, & iure*, ergo Summus Pontifex, qui eſt ſupra ius poſitiuum poteſt declarare matrimonium validum nec ne, poteſt .n. in iure poſitiuo diſpenſare is, qui eſt ſupra ius poſitiuum.

Aduerte ſecundò, quod primum impedimentum eſt error, & in genere quatruplex eſt error .ſ. conditionis, perſonæ, qua-
2 litatis, & fortu na. Error conditionis eſt de quo diximus cum .ſ. quis putans contrahere cum libera, contrahit cum ſerua, *cap. propoſuit de coniugio ſeruorum*. Error perſonæ, vt ſi quis putat contrahere cum Berta contrahat cum Lucretia, vt ex cauſa 29. q. 1. Error fortunæ, vt ſi quis putans contrahere cum diuite contrahat cum paupere. Error qualitatis, vt ſi putat contrahere cum pulchra, & contrahat cum deformi, vel manca, &c. & iſti omnes errores ſolent impedire matrimonium, duo tamen priores dirimunt etiam ſi contrahentes velint, quod limita pro errore in conditione quando conditio vnius contrahentis non eſt deteriorata, ſed meliorata, vt diximus de ſeruo, qui putat contrahere cum libera, tunc .n. matrimonium eſt ſubſtinendum, licèt contrahat cum ſerua, *Abb. in cap. 2. de coniugio ſeruorum* & in dubio in fauorem Sacramenti eſt iudicandum *c. licet extra de teſtibus*.

Aduerte tertiò, antequam ad vlteriora progrediamur, quod impedimenta ſunt in
3 duplici genere, alia impediunt, & dirimunt matrimonium etiam contractum, alia impediunt tantùm, quę ſint hæc impedimenta, patet ex dictis de ſponſalibus, & commemorat *Bonac. de impedimentis matrimonij q. 3.* Quæ impediunt, & dirimunt ſunt primo duo errores enumerati. Secūdò ſi quis rapiat Virginem, quia in pœnam raptus non poteſt cum ipſa contrahere.
4 Tertiò ſi quis emiſerit votum ſimplex caſtitatis, hic ſi contrahat non poteſt petere debitum, tenetur tamen reddere *gloſ. in cap. de illis de deſponſatione impuberum, & cap. rurſus, & cap. veniens extra qui Clerici, vel vouentes*, ac proindè quoad ipſum idem eſt, ac ſi matrimonium non

eſſet

eſſet, ſicut etiam in eo qui fecit votum Religionis, licet enim valet matrimonium ſi poſtea contrahat, tamen neq; poterit petere debitum, ac proinde quoad ſe non habet hunc effectum matrimonij, *gloſ. in cap. illis de deſponſatione impuberum*, tamen quoad contrahendum matrimoniū hæc duo dicuntur impedimenta, quæ non dirimunt, ſed tantum impediunt.

Sunt alia, quæ impediunt tantum, ſic eſt peccatum mortale, qui enim eſt in pecca-
5 to mortali non poteſt contrahere, quia nō poteſt recipere gratiam, ſi tamen contrahat valet ſacramentum, ſed non recipit gratiam. Item excommunicatus, ſiue publicus percuſſor Clerici, *cap. ſi quis preſbyterum de pænitentijs, & remiſſionibus*, *Nauarr. c. 22. nu. 1. ex text. in cap. ſignificaſti de eo, qui duxit in matrimonium, quã polluit per adulterium*. Item ſi quis
6 pro infideli baptizanda ipſam docuerit Catechiſmum; videtur enim ſemicognatio introducta, ac proindè non poteſt cum ipſa contrahere *cap. per Catechiſmum de cognatione ſpirituali in 6*. Item ſi contraxerit alia ſponſalia, hæc enim impediunt aliud matrimonium de præſenti, vt ſuprà diximus de ſponſalibus. Item Eccleſiæ vetitum, ſeu prohibitio Eccleſiaſtica, quod eſt à prima Dominica Aduentus vſq; ad Epiphaniam incluſiuè, à feria quarta Cinerum vſque ad octauam Paſchæ incluſiuè, & in alijs temporibus erant prohibitę nuptię antiquitus, vt in *cap. non oportet 24. q. 4.* & limitauit *Trid. ſeſſ. 24. cap. 10.*
7 Verùm tamen eſt, quod etiam in his temporibus poſſet Epiſcopus diſpenſare. Item inceſtuoſus cum conſanguinea non poteſt cum alijs contrahere, ſic etiam ſi occiderit vxorem, quæ omnia comprehenduntur ſub his carminibus.

Inceſtus, raptus, ſpõſata, mors mulieris,
Suſceptio ꝓ pia ſobolis, mors pſbiteralis,
Eccleſię vetitũ, nec non tempus feriarũ,
Impediũt fieri, permittunt facta tenere.

In §. error.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens cum virgine putatiua annigetur.*
Limita nu. 2.

HIC eſſet agendum de errore, qui eſt impedimentum, tàm ad matrimonium contrahendū, quàm ad matrimonium contractum diſſoluendum, ſed quia de eo diximus ſupra, ideo videte ibi dicta. Vnum tamen hic notate circa errorem in qualitate, & eſt quod ſi
1 quis putabat contrahere cum Virgine, & inuenit defloratam, vel cum caſta, & inuenit meretricem, hic error non dirimit matrimonium, niſi hic poſitiuè cum tali conſenſu limitato contraxerit, putà contraho cum Berta, quam puto virginem, & ſi non eſſet virgo non contraherem, tunc enim
2 matrimonium non valeret ex defectu cõſenſus. Impedimenta igitur quæ dirimunt matrimonium etiam contractum his carminibus continentur.

Error conditio, votum, cognatio, crimen
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,
Si ſis affinis ſi fortè coire nequi bis,
Si Parochi, & duplicis deſit præſentia teſtis,
Hæc ſocianda vetant connubia, facta retractant.

In §. quin potius.

SVMMARIVM.

1 *Meretricem ducere in vxorem ſanctum eſt.*
2 *Meretrix contrahere poteſt.*

ADuerte primo, hic ex §. *tria ſunt genera de conſecratione diſt. 4.* quod inter eleemoſynarum ge-
1 nera vnum genus connumeratur meretrices de peccato reuocare ducendo in vxores, & pro tali actu Summus Pontifex remiſſionem peccatorum pollicetur, *Abbas in cap. inter opera de ſponſalibus*. Intellige tamen quoad remiſſionem pęnæ, vt aduertit *Timotheus hic*, culpam enim remittere poſt baptiſmum ſolius penitentiæ eſt, *cap. 1. & ſeqq. de pęnitentia diſt. 1.*

Aduerte ſecundò, quod licet aliæ perſonæ excludantur à matrimonio propter varias rationes, meretrices tamen ratione meretricatus, quantumuis publici non excluduntur, nam hic eſt finis huius Sacramenti, ſcilicet remedium concupiſcentijs, & fornicationes, *glo. hic verb. publicas*, ex ſupradictis de *ſacram. matrim.*

In

In §. Item voti cum tribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio ſolemnis dirimit matrimonium*
2 *Ingreſſus in Religionem non vitiat matrimonium.*
3 *Votum ſimplex caſtitatis nõ dirimit, ſed impedit.*
Punitur qui poſt votũ cõtrabitur, n. 4.
5 *Votum de ingrediendo in Religionem nõ ſemper impedit.*
Præfertur ſponſalibus, nu. 6.
Limita nu. 7.
8 *Diſpenſari cum profeſſo an poſsit quid cũ Clerico ſeculari in ſacris, n. 9.*

ADuerte primò, ꝙ profeſſio ſolemnis
dirimit matrimonium contractum ẽt
per verba de præſenti, dummodò co-
1 pula non interceſſerit, *cap. vnico de voto*
in 6. cap. meminimus ext. qui cler. vel vo-
uent. vndè nõ ſufficit ſimplex ingreſſus in
Religione, ſed requiritur profeſſio in ipſa,
d. cap. vnico; Ingreſſus autem ſolus ſufficit
2 ad diſſoluenda ſponſalia de futuro, vt ſu-
pra diximus de ſponſalibus, & notat *Abb.*
in cap. qui conſuluit ext. qui cler. vel vo-
uentes.

Aduerte ſecũdò, non ſic eſſe dicendum
3 in voto ſimplici, hoc enim nõ dirimit ma-
trimonium contractum, ſed tantum impe
dit contrahendum, ſi verò de facto fuerit
contractum valet, & ſi votum fuerat publi
cum, publica etiam imponi debet penitẽ-
tia, vt habetur hic in §. *huic tamen*, vndè
4 *glo.* ait, quod ſcandalum, & manifeſtatio
augent grauitatem peccati, *cap. nemo 32.*
q. 4. & c. 1. de celebr. miſſ.

Aduerte tertiò, votũ ſimplex Religio-
nis non impedit aliquando, ſcilicet ſi quis
poſt votum de ingredienda Religione
habuit rem cum aliqua deflorando ipſam
ſub promiſſione de contrahendo matri-
monio cum ipſa, non tenetur ingredi, ſed
5 cum ipſa matrimonium conſumare, niſi
cederet iuri ſuo, vel ſi eſſet cõtenta ſui ho-
noris compenſationem accipere median
te pecunia; tunc enim ipſe vouẽs tenetur
hoc ſatisfacere, & votũ adimplere, *Vaſq.*
in opuſc. de reſtit. c. 3. §. 2. du. 6. n. 20. Sãch.
de matrim. to. 1. lib. 1 diſp. 45. n. 3.

Aduerte quartò, quod ſi quis poſt con-
tractum matrimonium per verba de futu-
ro ingrediatur Religionem non peccat, qa
6 ſumit meliorem ſtatũ, & ſapientis eſt mu-
tare conſilium in melius, *Gabr. in 4. diſt.*
27 q. 2 ar. 1. caſu 6. Rebell. lib. 4. q. 8. ſeſſ. 6.
ſed non eſt liberatus per ingreſſum, vndè
qui remanet in ſeculo, vel poteſt alteri nu
bere pro ſui libito, vel expectare ſic abſq;
alio contractu ſponſaliorum, quod ſi ſpõ-
ſus non emiſerit profeſſionem, ſed redeat
ad ſeculũ, tenetur adimplere ſponſalia cõ-
tracta, & ſic perficere matrimonium cum
illa cui de contrahendo promiſerat, *Gabr.*
& Rebel. locis cit. & hoc ad euitãdas frau-
7 des, ne ſcilicet ille, qui non vult cõtrahere,
permaneret per aliquos dies in Religio-
ne, & deindè dimiſſo habitu contraheret
cum alia, ſicq; eluderentur pacta, contra
tex. in l. 1. ff. de pact.

Aduerte quintò, quod ad euitandum
ſcandalum inter magnos Principes, poſſet
Summus Pontifex interpretando ius Di-
uinum etiam in voto profeſſionis diſpen-
ſare, vt ſcilicet quis ducat vxorem, gene-
8 ret, & iterũ ad Religionem reuertatur, ſic
eueniſſe alias, refert *Io. Monac. in cap. cum*
ad Monaſterium de ſtatu Monach. tenet
Sanch. tom. 1. de matrim. lib. 2. diſp. 3. nu. 4
Villalob. in ſum. to. 1. tract. 13. diſt. 3. n. 1.
circa conſtitutos in ſacris nulli dubium
eſt; nam etiam in Græcis actu diſpẽſat Ec-
9 cleſia, & poſſe Pontificem diſpenſare, do-
cet *S. D. 2. 2. q. 88. ar. 11. Palud. in 4. q. 33.*
ar. 1. Silueſt. ver. matrimonium n. 22. alia
circa votum in genere, & in ſpecie, vide-
te apud *Silueſt. loc. cit.* vbi etiam de eo,
qui diſpenſare poteſt.

In §. Cultus quoque.

SVMMARIVM.

1 *Cultus diſparitas quomodo, & quando impediat, & nu. 5.*
An cum hæretico, nu. 2. & 3.
4 *Matrimonium quomodo valeat inter Turcas.*

HIC de alio impedimento matrimo-
nij, & ſic de diſparitate cultus fidei, pro
quo impedimento

Aduerte primò, quod debet eſſe cultus
1 diſparitas quoad baptiſmũ, ſcilicet, quod
vnus ſit baptizatus, alia non, vndè ſi con-
trahentes ſint hæretici, vel ambo, vel vnus,
valet ſacramentum, ſed non recipiunt gra
tiam, quia ponunt obicem ratione hæ-
2 reſis habitualis, valet tamen ſacramen-
tum, vt diximus, quia hæretici habent prin
cipium ſanctum, *cap. cum Paulus 1. q. 1.*

cap. ve-

cap. venient de Presbytero non baptizato, capit. decreuit de hæreticis in 6. in quibus probatur, quod Catholicus contrahens cum hæretico peccat mortaliter, ſed valet ſacramentum, quod non fit eſt, ſi vnus
3 ſit Catholicus, alia vero Cathecumena, ſed non baptizata, non enim valet ſacramentũ, quia non adeſt principium Sanctũ, *cap. caue 28. q. 1. S. Doct. 3. p. q. 59. art. 1.*

Sed quæres, an inter Turcas valeat matrimonium, vt diximus valere inter hæreticos.

Reſp. valere, vt contractus, & prout eſt
4 etiam de iure naturæ, vt diximus, tamen non eſt ſacramentum ex ratione adducta, in *cap. gaudemus de diuortijs, Siluest. verbo matrimonium 8. q. 10. Scotus in 4. diſt. 59. queſt. vnica art. 1.* & alij paſſim id docent, vt videre eſt apud ipſos.

Aduerte ſecundò, quod ſi fidelis præſumat matrimonium contrahere cum non baptizato Hebræo, Turca, Saraceno, &c.
5 punitur pęna excommunicationis, & matrimonium diſſolui debet, *dict. cap. caue*, & in foro pęnitentiali aliæ pęnæ imponuntur, *cap. hoc ipſum 34. q. 2.*

In §. Item ſi alter cum ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Infidelis conuerſus ad fidem, an teneatur cohabitare cum infideliter, nu. 3. 5. & 6.*
2 *Matrimonium infidelium efficitur ſacramentum per acceſſum ad fidem.*
4 *Proles nata in infidelitate, quem ſequatur.*

1 Aduerte hic, quod ſi ex duobus ſponſis infidelibus vnus conuertatur ad fidem, poteſt dictum matrimonium in infidelitate celebratum ratum habere, & ipſius matrimonij gratiam recipit poſt baptiſmum, quia auſertur obex, & efficitur capax gratię ſacramentalis, ac proindè conualidatur tunc matrimonium (quod fuit validum ab initio ratione contractus) quoad rationem ſa-
2 cramenti, quia habuit primum eſſe firmũ, vt per *gloſ. hic ex l. patre furioſo, ff. de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & cap. quemadmodum de iure iurando.*

Limita hoc in caſibus expreſſis per *gl. hic*, ſub illis verſibus.

Deſere ſpernentem, vel te blaſphemare volentem
Vel te credentem ſcelus ad mortale trahentem,
Nam ſunt abſque mora, ſic vincula rupta priora.

Ex quibus habes, quod ſi ſponſus infi-
3 delis eſſet inſidioſus, & induceret fidelem ad peccatum, vel ad fidem denegandam, tunc eo ipſo poteſt diſſolui matrimoniũ, & qui conuerſus eſt ad fidem, poteſt eum alia contrahere, *cap. quanto, & cap. gaude-*
4 *mus de diuortijs*, proles, verò nata in infidelitate debet conſignari fideli poſt lac, & ſic poſt triennium, *cap. fin. de conuerſione infidelium.* Si autem ſpouſa infidelis conuertatur, & ipſa ad fidem, vel viro det cõmoditatem chriſtianè, & iuſtè viuendi, ma
5 trimonium firmum permanet, nec diſſolui poterit, *cap. gaudemus de diuortijs*, quia firmum fuit ab initio in ratione contractus, vt ſupra diximus, ſi autem nolit accedere ad fidem, vel ſit periculum abiurã-
6 di, poteſt fidelis etiam ingredi religionem, nam verè ab Eccleſia matrimonium reputatur diſſolutum dicitur, *cap. gaudemus, & cap. fin. in fine de coniugio ſeruorum.*

In §. nec quicquam cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Repudium inter infideles, quid operetur, n. 2. & 3.*
4 *Fornicatio ſubſequendi repudium, quid operetur.*

Antiquitus licebat ſponſo ſponſam repudiare, & è conuerſo, & hoc
1 ex varijs cauſis, tunc tamen matrimonium non habebat ſignificatum ſacramenti, quod habet nunc, dum Chriſtus dixit, *quod Deus coniunxit homo non ſeparet*, ac proindè receſſit vſus repudij.

Aduerte igitur hic, quod ſi quis infide-
2 lis ſequens legem veterem repudiauerit vxorem, ſi hæc nuberet poſt repudium, ſi primus maritus conuertatur ad fidem, non poteſt repudiare illam etiam conuerſam, ſed ducere tenetur concurrentibus conditionibus ſupra poſitis, illa enim legitimè contraxit cum alio, dum ſua lege permittente id fecit, *cap. qui peccat 23. q. 4.* & ſic non eſt fornicata, dum repudiata
3 marito alteri nupſit, tanto fortius, quod adulterium non committitur ſine dolo, *l. pe-*

l.penultima.ff.de adulteris,& Abb.in cap. gaudemus de diuortijs.

Limita tamen hoc, quando præter tale matrimonium,alio modo fornicata eſſet:
4 nam tunc poteſt maritus ipſam repudiare *cap gaudemus de diuortijs*,vbi *Abb.* & ratio eſt,quia per baptiſmum tollitur quidẽ peccati culpa,& pęna, non autem reatus in foro exteriori,*cap.deindè diſt.26.* notat *gl.hic.*

In §. quia verò.

SVMMARIVM.

1 *Infidelis,qui plures habuit vxores,quam retineat.*
2 *Promiſſio pluribus facta de contrahendo matrimonium quid valeat,n.3.*

IN hoc §.duo ſunt notabilia,primum eſt,quod ſi quis infidelis de nouo cõuertatur ad fidem,& plures habuerit
1 vxores,tunc illam tantum retinebit cum qua primo contraxit matrimonium,vndè alia quæcunq; matrimonio in poſterum contracta, & fuerunt inualida etiam de iure ciuili ,*§l.2.C.de inceſtis nupt.& DD. in d.cap.gaudemus.*

Secundum notabile eſt ex *gl.hic*, quod ſi quis fidelis pluribus fęminis ſimul dicat
2 ego vos volo in meas vxores, iſte cum nulla ex his contraheret,non obſtante, quod vna tantum eſſet viri potens,quia eius conſenſus fuit cum omnibus, notat *Abb.in d.cap.gaudemus de diuortijs.*

Dices, qui vult decem, vult etiam ſingulas vnitates decem,ergo vult etiam illã, quæ eſt viri potens.

Reſp.diſtinguendo antecedens,vult ſin
3 gulas explicitè,& nego,implicitè,& concedo,quarè nego conſequentiam,& ratio eſt,quam in matrimonio requiritur conſenſus expreſſus,& determinatus,qui nullus eſt in tali contractu pro pluribus.

In §. Alia ſanè cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Hæreſis non inducit diſſolutionem matrimonij.*
2 *Iure ſuo, quis priuatur ſine ſua culpa n.3.*
4 *Conuerſus reſumit coniugem.*
5 *Adulterium dat coniugi poſſe ingredi religionem.*

ADuerte primò hic id, quod diximus de infidelibus venientibus ad fidem,non eſſe dicendum eo-
1 dem modo de fidelibus incidentibus in hæreſim,quia non poteſt coniux ſuperſtis tranſire ad ſecundas nuptias, nam non militat eadem ratio,& diſparitas eſt, nam ſacramentum fidei, quod ſemel admiſſum eſt nunquam amittitur , *cap.1.& 2.22. queſt.7.* Nec facit,quod fidelis remanens punitur abſq; ſua culpa, dùm non poteſt conuolare ad ſecundas nuptias, & de facto priuatur marito , quod iniquum eſt , *cap.quanto de diuortijs,& cap. diſcretionem de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ*, nam aliquando quis priuatur iure ſuo etiam ſine culpa,quando vrgens, & conuincens intercedit cauſa, *cap.antiqua de priuilegijs*. Ratio autem conuincens in caſu noſtro hæc eſt, nam multo-
3 tiès homines,vt ad ſecundas nuptias conuolarent , fingerent ſe in hæreſim lapſos contra *text.in cap.Dixit Dominus 30.q.1* & notat *gloſſ.hic in §.nec refert, verbo ſimularent.*

Aduerte ſecundò, quod redeunte alio coniuge ad Eccleſiam , ſuperſtes etiam contradicens cogitur conſentire, vt in *§.quinimò hic*. Hoc autem limita ſi coniux ſuperſtes vellet ingredi religionem ;
4 tunc enim inuito alio coniuge ſchiſmatico poterit ingredi, *cap.fin. de conuerſione coniugatorum.*

Extende etiam hoc ad adulterium carnale,poteſt enim coniux contradicente,
3 & inuita adultera religionem ingredi , *cap.Agatoſa 27.queſt.2.& capit. veniens de conuerſione coniugatorum*. Si autem ambo inciderint in hæreſim, vel in adulterium carnale non poſſunt ſe adinuicem repudiare , nam paria delicta mutua compenſatione tollantur, *l.de viro, ff.ſoluto matrimonio*, & notat *gloſſ.hic verbo ad religionem.*

Digitized by Google

In §. ex his apparet cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij diuiſiones, & ſpecies per totum.*

1 POnitur hic diuiſio matrimonij, & dicitur quod aliud eſt legitimum, & non ratum, vt ſunt ſponſalia, aliud legitimum, & ratum, vt eſt matrimonium de præſenti, aliud legitimum ſecundum quid, vt eſt matrimonium contractum aliqua lege peculiari id dictante,
2 *cap.fin.*28.*q.*1. vbi tale dicitur coniugium infidelium inter quos facillimè datur repudium. Ratum tantum eſt matrimoniũ contractum contra formam Eccleſiæ ſine legitimis ſollemnitatibus ſolo affectu cõtrahentium, & priuato conſenſu, & hoc matrimonium eſt nullum ex *Trid.ſeſſ.*24. *de reformatione cap.citato*, ſic eſt concu-
3 binatus. Verum tamen eſt, quod ſi Eccleſia ipſum approbet efficitur legitimũ per ſollemnitates adhibitas ab Eccleſia, & retrotrahitur ad primam copulam habitam, vnde filij nati efficiuntur legitimi, & naturales, & ſuccedunt pleno iure, vt ſuccedũt filij nati poſt contractum matrimonium
4 legitimum, vt habetur hic in §. *quia potiùs ex cap. tanta eſt vis extra qui filij ſint legitimi*, ipſis tamen contrahentibus eſt imponenda penitentia, vt in *c.*1. *de matrimonio contracto cõtra interdictum Eccleſiæ.*

In §. coactio cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Coactio quid ſit, & quando impediat, n.*2.
3 *Metus quid ſit, & quando excuſet, nu.*4. 5. *&* 7.
*Limita ſi copula ſubſequatur, n.*6.
8 *Metus cauſa, quæ permictantur, & n.*9. 10. *&* 11.

ALiud impedimentum dirimens et matrimonium eſt coactio, quæ cadit in corpore, vel metus qui cadit in mente, pro quibus.

Aduerte primò, quod coactio eſt vio-
1 lentia illata per impedimẽtum circa actus corporis, vt ſi quis ligatus manibus duceretur ad aliquod agendum, vel cum gladio in gutture, & his ſimilibus; tunc enim actus qualiſcũq; ſequatur nullus eſt, *l. mulier, ff. quod metus cauſa, cap. Presbyteros diſt.*56.

Aduerte ſecundò, quod metus cadit in
3 voluntate, & eſt timor incuſſus propter aliquod imminens malum, *Silueſt. verb. metus in principio, Nauarr. in manuali c.*22.*n.*50. vt autem metus inualidet actum, debet eſſe metus cadens in conſtantem virum, & tunc erit talis, quando quis ne pa-
4 tiatur maius malum, eligit ſubire quod minus eſt *Nauarr. loc. cit. n.*51. *Couarr.*2. *par. de matrimonio* §.4.*n.*6. eſt autem ſemper maius malum anima, quam corpus vita, quàm ſama, fama quam bona. Si quis tamen contrahat matrimonium ne amitteret leuem partem bonorum, matrimonium eſſet validum, quia hic non eſt metus cadens in conſtantem virum, *Tabiena verb. impedimentum* 9.*nu.*3. eſſet autem
5 metus cadens in conſtantem virum, ſi quis contraheret ne amitteret maiorem partẽ bonorum, quia ex hoc ſequitur detrimentum famæ, & forſan periculum vitæ. Item ſi quis contraheret ex metu famæ, vel mortis, matrimonium eſſet nullum, & dirimi poſſet.

Aduerte tertiò, hoc limitari quãdo poſt
6 talem contractum interueniret copula, hæc enim purgat violentiam, & matrimonium valet, *c.*2. *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium*, dummodò copula liberè interceſſerit, ſecùs autem ſi pariter ex metu copula ſubſequatur, *Abb. in cap. inſuper extra, qui matrimonium accuſare poſſint*. Item me-
7 tus debet eſſe iuſtus, aliàs non releuat, putà ſi quis inueniatur in enormitatibus cũ puella, non excuſatur ſi ex metu inducatur deindè ad contrahendum, non n. debet timere actum perficere, quem ſua voluntate incepit ex regula *l. quod quis.*

Occaſione metus nota hic, incidenter multa permitti. Primò ex metu mortis poteſt quis in caſu neceſſitatis omittere baptiſmum aquæ, ſufficit enim baptiſmus flaminis, ſeu contritio, *Aragonius* 2.2.*q.*62.*artic.*3.*in* 1. *dub. circa ſolutionem ad quartum, Sotus lib.* 1. *de iuſtitia, & iure q.*6.*art.*4. Secundò, ob metum mortis licet
9 diſſimulare, vndè ſi hæreticus comminetur mortem Sacerdoti, niſi conſecret totum panem, qui eſt in foro, poterit Sacerdos exprimere formam cum æquiuocatione abſq; intentione conſecrandi, dummodò tamen ille non peteret hoc in odiũ fidei, tunc enim potiùs vita amitti debet, *Beccanus tom.*2.*tract.*3.*c.*6.*q.*4. *Valentia tom.*

tom.3.diſp.7.q.5.punct.1. Tertiò idem eſt
dicendum ſi quis peteret abſolutionem,
& non eſſet diſpoſitus, vel non proponeret
ſaltem materiam ſufficientem, tunc .n.
poterit Confeſſarius fingere prolationem
formæ, vel ipſam proferre ſine intentione,
*Aragonius loc.cit. Ludouicus de S. Iouan
in ſumm.tract.de Eucharistia tom.1.q.7.
art.8.dub.4. Villalobos tom.1.art.7. difficultate 38.* *Diana reſol.237. ex Bonauent.*
11 *Ruberto*, & alijs. Quartò ex timore mortis, vel alterius grauis damni poterit Sacerdos ad id impulſus celebrare ſine veſtibus
ſacris, vel in vaſe non conſecrato, vel ſine
immixtione aquæ, &c. dummodò id non
fiat in contemptum poteſtatis Eccleſiæ,
&c. *Beccan. & Valent. loc.cit.*

In §. Furor.

SVMMARIVM.

1 *Furor impedit matrimonium.*
2 *Matrimonium in furore contractum
non conualeſcit ceſſante furore.
Limita ſi in valetudine fuerit contractum.*

1 FVror eſt aliud impedimentum dirimens matrimonium in furore contractum, furioſi enim non habent
velle expeditum, *cap. neque furioſus 32. q.
7. Clementina ſi furioſus de homicidio.*
2 Nec poteſt reconualeſcere ceſſante furore id, quod fuit nullum ab initio, *Abb. in
cap. dilectus de ſponſalibus*, ſi autem ſit contractum in valetudine, & deindè ſuperue-
3 niat furor, matrimonium non inualidatur,
ſed firmum permanet, *d.cap.neq; furioſus
l.patre furioſo, ff.de ijs, qui ſunt ſui, vel
alieni iuris.*

In §. itèm frigiditas cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Impotentia coeundi quotuplex.
Quando impediat matrimonium, nu.2.*
3 *Matrimonium in ſenibus eſt humanitatis ſolatium.*
4 *Impotentia coeundi probari debet.
Non dirimit matrimonium ſic ſcienter
contractum, nu.5.*
6 *Fœmina cur impediatur contrahere.
Non tenetur pati inciſuram, nu.7. & 8.
Limita ſi pro alio id vellet, n.9.*

1 DVplex eſt impotentia coeũdi, alia naturalis, & perpetua, alia ex accidenti. Prima impedit, & dirimit matrimonium, ſecunda impedit tantũ
dummodò ſit ſpes coeundi.
Aduerte igitur pro his §§. quod frigi-
2 dus, & qui naturaliter coire non poteſt,
matrimonium contrahere nequit. Idem
dic de fœmina, *Abb. in cap. quoad ſedem de
frigidis, & maleficiatis*, vbi habetur, quod
ſicut puer, qui non poteſt reddere debitũ
non eſt aptus ad coniugium, ſic fœmina,
3 quæ impotens eſt. In ſenibus autem non
eſt idem dicendum, vt patet ex *l. ſancimus, C. de nuptijs, & cap. nuptiarum 27.q.
1.* vbi habetur, quod in ſenibus matrimonium eſt legis obſequium, & humanitatis ſolatium, tum quia ſolent enim ſenes
aliquando generare, vt vidimus noſtris tẽporibus, *gl. in d.cap. quod ſedem verbo impotentes.*
Aduerte ſecundò, quod talis impoten-
4 tia debet probari, & ideò, vel contrahentes ſciunt impotentiam ante matrimoniũ,
& tenentur in pœnam, ſic permanere ligati
vſq; ad mortem, vel neſciebant talem impotentiam, & tunc debet expectari tem-
5 pus trium annorum, quibus elapſis ſtatur
fidei ipſorum, *cap. laudabilem de frigidis
& maleficiatis*, poterunt tamen ſimul conuiuere, ſi velint, nam vt habetur in fine
d.cap. laudabilem, vir eam, & ſi non vt vxorem, ſaltem habeat vt ſororem, & quando
volunt diſſoluere debent nunquam ſe cognouiſſe carnaliter, quod ſi ſemel ſe cognouerint, tunc valet matrimonium. Probatur etiam quod impotentia non ſit naturalis.
Aduerte tertiò, quòd in fœmina non
6 tantum frigiditas, ſed arctatio impedit, &
dirimit matrimonium, ideò ſi ſit ſatis arcta, vt fœmina eſſe non poſſit, matrimoniũ
diſſolui poteſt, *cap. fraternitatis cit. tit.*
Sed, an teneatur mulier pati inciſuram
etiam leuem pro conſumando matrimonio.
Reſp. negatiuè, & ratio eſt, quam mulier
7 dat ſuo viro poteſtatem ſui corporis ſi aptum ſit, non ſi ineptum, ſic *Durandus, Paludanus, & Gabriel* apud *Baſilium Pontium de matrimonio lib.6.c.62.n.6.*
Dices, ex *Sanchez de matrim. tom.2. lib.
7. diſp.93. num.32.* mulier ius ſui corporis
tranſtulit in virum, ergò ſi commodè poteſt abſq; ſui magno incommodo, tenetur

Z 2 ſe

ſe aptam reddere ſuo viro.

Reſp.diſtinguendo antecedens,tranſtu-
8 lit ius ſui corporis apti,& concedo, inep-
ti,& nego,& ideò non tenetur reddere ta-
le ſuum corpus, quod ab initio non fuit
ſic, ſed vt erat ab initio matrimonium nō
ſubſiſtebat, ergò poterit nunc etiam diſ-
ſolui.

Sed quid ſi mulier malitioſè nollet pa-
ti hanc inciſionem cum vno viro,vt tran-
ſiret ad matrimonium cum alio, pro quo
vellet pati hanc inciſionem,an licitè id poſ-
ſet.

Reſp.negatiuè, & mulier peccaret,nec
9 poſſet cum alio contrahere, ſemper enim
primus vir habet ius, & quotieſcunq; cor-
pus eſt aptum, potiùs eſt primi viri,quàm
ſecundi.

In §. alia eſt cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Leproſi poſſunt matrimonium contrahe-re.*

2 *Moriens poteſt contrahere.*

3 *Matrimonium in morte contractum, prolem legitimat.*

ALIA eſt cauſa leproſorum,& ideò
lepra ſuperueniens (vel alius
1 morbus incurabilis,dirimit ſpon-
ſalia,vt ſupra diximus,ſed non
matrimonium. Si autem ſanus liberè
conſentiat in leproſa,vel è contra, matri-
monium impoſterum diſſolui non po-
teſt, licèt ex talis morbo non poſſint ge-
nerare, ſufficit enim, quod habeant po-
tentiam naturalem, *cap. 1. & 2. de coniu-*
2 *gio leproſorum*, indè etiam qui eſt in ar-
ticulo mortis, poteſt matrimonium con-
trahere, licet non ſit ſpes vitæ impoſte-
rum,quia adhùc naturaliter habet poten-
tiam generandi, vt notat *gloſſ. hic*, & filij
nati ex concubitu cum eadem fœmina,
4 cum qua nunc contrahit, efficiuntur le-
gitimi,& naturales, *dict. cap. tanta eſt vis,*
& Ioannes Andreas in cap. culpa de regu-
lis iuris.

In §. publicè vſq; ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Publicè honeſtatis impedimentum, vnde oriatur.*

Et quæ requirantur, num 2. & 3.

4 *Sponſalia inualida non producunt impedimentum.*

5 *Sponſalia valida reddunt nullum matrimonium, cum conſanguinea in primo gradu.*

6 *Filij ex matrimonio illegitimo, quales ſint.*

Limita ex diſpenſatione, n. 7. & 8.

HIC de impedimento publicè ho-
neſtatis, de quo aliqua ſupra di-
ximus de ſponſalibus,tamē præ-
ter ibi dicta.

Aduerte hic primò, quòd ſponſalia de-
1 bent eſſe contracta purè,& non conditio-
naliter,nam conditionaliter contracta nō
inducunt impedimentum publicæ hone-
ſtatis, *c. 1. de ſponſalibus in 6.* cōditio enim
ſuſpendit actum vſq; ad ſui purificationē,
2 indè eſt,quod non purificata conditione
modo,quo erat exigita, licitè poterit con
trahi cum qualibet conſanguinea, vxoris
etiam in primo gradu, quod enim nullum
eſt,nullum producit effectum,ex regula,
3 nec præſtat in 6. Inſuper debet eſſe perſo-
na certa,ſi quis enim promiſerit contrahe-
re cum vna ex talibus ſororibus,poteſt cū
qualibet contrahere prout vult, *cap. ex li-*
teris de ſponſalibus.

Aduerte ſecundò, quod ſponſalia inua-
4 lida ratione frigiditatis maleficij,&c. pro-
ducebant hoc impedimentum publicè ho
neſtatis,hodiè verò *Trid. ſeſſ. 24. c. 3.* id re-
ſtrinxit tantum ad ſponſalia valida, ſecùs
autem in inualidis, hæc enim cum nulla
ſint, non poſſunt producere impedimen-
tum.

Aduerte tertiò,quod qui contraxit ſpō
5 ſalia cum vna, ſi deindè contrahat matri-
monium per verba de præſenti cum con-
ſanguinea eiuſdem primæ in primo gra-
du,putà cum matre, vel ſorore eiuſdem
primæ,hic nec primam,nec ſecundam ha-
bere poteſt,non ſecūdam,quia aderat im-
pedimentum honeſtatis impediens,& di-
rimens in primo gradu, *c. 1. de ſponſalibus*
in 6. neq; primam per ſuperuenientem co-
pulam cum ſecunda,nam cum hæc ſit cō-
ſanguinea primæ contraxit impedimen-
tum affinitatis cum illa, & affinitas diri-

mit

mit etiam matrimonium, *cap. veniens de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ.*

Aduerte quartò, quod filij nati ex ma-
6 trimonio, quod impediebat iuſtitia publi-
cæ honeſtatis, idem eſt, ac ſi eſſent ince-
ſtuoſi, & ſic non ſuccedunt patri, ſuccede-
7 rent tamen, ſi poſſent patris allegare igno-
rantiam, quia ignorantia aliquando vali-
dat actum, *l. liberi ff. de contrahenda em-
ptione, c. 2. cap. referente, & cap. ex tenore
extra qui filij ſint legitimi.* Idem dic ſi in-
terceſſiſſet diſpenſatio Summi Pontificis,
8 qui poteſt in hoc diſpenſare, cum ſit im-
pedimentum de iure poſitiuo, in quo Pon
tifex habet plenum dominium, *cap. propo-
ſuit de conceſſione præbendę*, & ſic diſpen-
ſando, videtur etiam diſpenſare in legiti-
mitate filiorum, qui hac ratione ſuccede-
re poterunt, ac ſi eſſent legitimi, & natu-
rales, vt notat *gloſ. hic verbo permiſſionem
ex text. in cap. per venerabilem, & cap. re-
ferente extra qui filij ſint legitimi.*

DE TRIPLICI Cognatione.

TITVLVS DECIMVSTERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio quotuplex, & n. 4. & 5.
Spiritualis, vnde naſcatur, n. 2. & 3.*

ALIVD impedimen-
tum, quod dirimit
etiam matrimonium
eſt cognatio, quę ſub-
ſequitur ad publicā
honeſtatem tāquam
impedimentum va-
1 lidius. Eſt autem co-
gnatio triplex, ſcilicet ſpiritualis, legalis, &
2 carnalis. Cognatio ſpiritualis eſt attinen-
tia quædam perſonarum ex ſacramēti col
latione, vel detentione in ſacramento pro-
ueniens, patet ex *gloſ. in c. 1. de cognatione
ſpirituali in 6.* non naſcitur tamen ex col-
latione cuiuslibet ſacramenti, ſed tantum
ex baptiſmo, & confirmatione. Ex baptiſ-
mo, quia in eo quis renaſcitur, dicente Do
mino Nicodemo: *Niſi quis renatus fue-
rit, &c.* Vnde ſicut ex natiuitate ſecūdum
carnem naſcitur carnalis cognatio, ſic ex
natiuitate ſecūdum ſpiritum debebat ori-
ri cognatio ſpiritualis, quæ non impedit
eodem modo, ac carnalis, vt videbimus
3 infra. Oritur etiam ex confirmatione, quia
habet magnam connexionem cum baptiſ
mo, vel quia confirmatio eſt quaſi quædā
adoptio, vel arrogatio in via ſpiritus, & ſi-
cut adoptio de iure ciuili, cognationem
producit, ita etiam confirmatio.

Nota etiam hic, quod hæc cognatio ſpi
4 ritualis duplex eſt, alia impedit tantum
matrimonium, & hæc oritur ex Catechiſ-
mo, vt infra in *§. per Catechiſmum.* Alia
5 dirimit etiam matrimonium, & hæc ori-
tur ex collatione ipſorūmet, & ſacramen-
torum, vt per *Trid. ſeſſ. 24. cap. cit.* Debet
autem iſta cognatio præcedere matrimo-
nium, nam ſi ſubſequatur ad illud non di-
rimit, vt videbimus infra.

In §. Non ſolum cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio ſpiritualis quomodo contraha-
tur, & an extendatur ad coniugem, n.
num. 2.*

ADuerte pro hoc *§. omnia*, quæ hic
habentur pro cognatione ſpiritua-
li ex ſacramento baptiſmi, & con-
1 firmationis fuiſſe limitata per *Trid. loc. ci-
tat. ſeſſ. 24. c. 2.* vbi hæc cognatio ſpiritualis
reſtringitur tantum ad certas perſonas, &
ſic, vt tantum inter baptizatum, eius pa-
trem, & matrem, & leuantem, & eius vxo-
rem cum ipſo baptizato contrahatur affi-
nitas ſpiritualis, non autem cum alijs. Imò
id quod diximus de vxore intellige, ſi ſit
vxor cognita à leuante, ſeù tenēte, ſi enim
ſit tantum ſponſa de præſenti, ſed non co-
gnita, neq; cum ipſa contrahitur cognatio,
vt habetur hic, & notant *gloſſ. verb. cogni-
tam*, & ratio eſt, quia per vnionem carnis
ſubſequutam non retrotrahitur vnio ſpi-
ritus præcedens, *capit. poſt vxorem 30. q. 3.
Abb. in cap. Martinus extra eodem.* Vndè
ſi patrinus denuò nubat, neq; cum iſta no-
ua vxore (quæ non extabat tempore ba-
2 ptiſmi, vel Confirmationis) eſt contracta
cognatio ex eadem ratione *capituli poſt
vxorem.* Multa de patrinis diximus ſupra
cum de ſacramento baptiſmi, & confir-
ma-

mationis videte ibi dicta. Sed hoc impe-
dimentum cum vxore limitauit *Trident.*
loc. citat.

In §. per Catechiſmum, vſq; ad §. legalis.

SVMMARIVM.

1 *Catechiſmus matrimonium impedit.*
2 *Cognatio ſpiritualis ſuperueniens non dirimit matrimonium.*
Limita, n. 3. & 4.
5 *Patrinorum filij poſſunt contrahere.*
6 *Patrinorum numerus, & qualitas.*

EX inſtructione facta adulto bapti-
zando circa res fidei credendas
1 pro ſuſcipiendo baptiſmo cōtra-
hitur etiam cognatio ſpiritualis, quia vi-
detur indè orta quædam natiuitas ſpiri-
tualis, dicente Apoſtolo illis: Quos verbo
Dei in fide generabat, *filioli quos iterum*
parturio, tamen non dirimit hoc impedi-
mentum matrimonium iam contractum,
ſed tantum impedit contrahendum, *cap.*
contractum de cognatione ſpirituali, &
c. 2. eod. tit. in 6.

Aduerte primò ex his §§. colligi, quod
2 cognatio ſpiritualis ſuperueniens ad ma-
trimonium iam contractum non dirimit
illud quomodocunq; ſuperueniat, ſiue
ſcienter, ſiue ignoranter, ſicut enim per
contractum matrimonij contrahitur affi-
nitas cum conſanguineis vxoris, & tamen
hæc affinitas ſuperueniens non poteſt im-
pedire debitum coniugalem, ſic in caſu
noſtro, ſi cognatio ſpiritualis ſuperueniat
ad matrimonium non poteſt illud diri-
3 mere ſaltem in totum. Dixi in totum, nam
poſſet dirimere in partem, & ideò ſi patē-
tes ſcienter tenerent, vel leuarent propriū
filium, non poſſent impoſterum ſibi inui-
cem reddere debitum, *Abb. in ca. 2. de co-*
gnatione ſpirituali. Idem dic ſi vnus ſciē-
4 ter, alia ignoranter, nam qui ignorāter te-
nuit, vel leuauit, poteſt petere, & reddere,
qui ſcienter, tenetur reddere, ſed non po-
teſt petere, *d. c. 2.* & notat *gl. hic in cap. au-*
diuimus de collationibus, cap. dictum 30.
q. 1. ſi autem ex neceſſitate id faciant, (pu-
ta pro baptiſmo miniſtrando infanti mo-
rienti,) tunc nullam pœnam ſubire debent,
cap. ad limina 30. q. 1. & Abb. in d. c. 2.

Aduerte ſecundò, quòd filij duorum
compatruum poſſunt inter ſe contrahe-
5 re matrimonium, dummodò ex aliquo ip-
ſorum non ſit orta ratio compaternitatis,
cap. ſuper eo de cognatione ſpirituali, ſed
etiam limitatur hoc hodie ex *Trid.* Idem
dic de patre, & fœmina baptizata à filio,
nec enim inter ipſos oritur cognatio, vt
colligitur ex *Trid. loc. cit.*

Aduerte tertiò, quod ad ſummum duo
poſſunt eſſe patrini, ſcilicèt vnus, & vna,
qui de iure *Trid.* debent eſſe determinati
à Parocho, vel Epiſcopo, *Trident. loc. cit.*
Quod ſi Parochus, vel miniſter ipſos non
determinaret, & plures adeſſent cum nul-
lo eſſet contracta affinitas, quia omnes il-
legitimè interuenirent, & contra formam
concilij.

In §. legalis cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Legalis cognatio, quid ſit.*
Eius ſpecies per adoptionem, & arroga-
tionem, nu. 2. & 3.
4 *Adoptio, & Arrogatio quomodo, & inter*
quos impediant matrimonium, num. 5.

EGimus de cognatione ſpirituali,
nunc pro cognatione legali.
Aduerte primò, quòd legalis
1 cognatio eſt proximitas ex adoptione,
vel arrogatione proueniens. Eſt autem
2 adoptio actus legitimus, per quem filius,
qui eſt in poteſtate patris naturalis, de
eius conſenſu tranſit in poteſtatem pa-
tris adoptantis, patet ex *§. ſed hodie de*
adoptionibus. Habet autem adoptio aliā
3 ſpeciem, quæ eſt arrogatio, & hæc etiam
eſt actus legitimus, per quem quis ſui iu-
ris exiſtens authoritate Principis tranſit
in alterius poteſtatem, & familiam, *l. 2. ff.*
de adoptionibus. Igitur quomodocunquè
ſit, ſiue filius ſit adoptatus, ſiue arrogatus
etiam poſtea emancipatus, nunquam po-
terit contrahere cū vxore ſui patris adop-
tantis, vt habetur hic.

Aduerte ſecundò, quod ex adoptione,
4 vel arrogatione duplex oritur impedimē-
tum pro matrimonio vnum temporale,
aliud perpetuum. Temporale eſt inter fi-
lium adoptiuum, & filiam naturalem pa-
tris adoptantis, nam ſtante adoptione
non poſſunt contrahere matrimonium,
ſecùs autem ſoluta adoptione, nam lex
quæ appoſuit impedimentum cognatio-
nis

Digitized by Google

nis legalis, illud tollit per emãcipationem
quia tollitur cauſa, quæ erat adoptio, ex
l. nil tàm naturale de regulis iuris. Impe-
5 dimentum perpetuum eſt inter adoptatũ.
vel arrogatum, vel eius vxorem vnà cum
patre adoptiuo, & eius vxore, nam ſiue
ſtante adoptione, ſiue ſoluta nullum eſt
matrimonium inter ipſos, vt hic in §. *per-
petuam*, remanet enim ille reſpectus rela-
tionis paternitatis, & filiationis.

In §. naturalis.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio naturalis quid, & quotuplex
ſit, n. 2.*
3 *Conſanguinitas quid, & quotuplex, &
quando impediat, & n. 4. & 5. 6.*
7 *Diſpenſatio in quo gradu licita ſit.*
8 *Gradum computatio quomodo, & qua-
literfacienda, & nu. 9.*

TErtia ſpecies cognationis eſt na-
turalis, quæ ex duplici capite ori-
1 tur, hoc eſt vel ex conſanguinita-
2 te, vel ex affinitate, hic de ea, quæ naſcitur
ex conſanguinitate, pro qua
3 Aduerte primò, quod conſanguinitas
eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipi-
te deſcendentium carnali propagatione
contractum, *gloſ. in explicatione arboris
conſanguinitatis in 2. p. decreti, § deinde*,
& dicitur cõſanguinitas quaſi ab eodem
ſanguine deſcenſus, & ſanguinis vnitas.
4 Aduerte ſecundò, quod iſta cognatio
habet plures lineas (eſt enim linea colle-
ctio perſonarum eodem ordine emanan-
tium gradus continens, vt per *glo. ibid.*)
ſcilicet aſcendentium, deſcendentium, &
& collateralium, *l. 1. & l. Iuriſconſultus, ff.
de gradib.* Hoc poſito nota, quod inter
5 aſcendentes, & deſcendentes ſemper, &
quandocũq; eſt prohibitum matrimoniũ,
diximus *lib. 1. ciuili, §. 1. de nupt. & l. nup-
tia, ff. de ritu nupt. cap. cum igitur 27. q. 3.
cap. progeniem cum duob. ſequent.* 35. q. 3.
vbi Canoniſtæ communiter: Igitur inter
collaterales eſt permiſſum matrimoniũ,
6 ſed non in quolibet gradu, niſi poſt quar-
tum, ceterùm vſq; ad quartum gradum, ſi
contrahatur matrimoniũ, dirimitur, vt per
7 *Trid. ſeſſ.* 24. cit. imò inter collaterales in
primo gradu, nec valet matrimonium,
nec poteſt Pontifex diſpẽſare, nam eſt im-
pedimentũ de iure diuino, vt notant *DD.
in d. cap. cum igitur*, in alijs autem gradi-
bus impedimentum non eſt de iure diui-
no, ſed de iure poſitiuo, & Pontifex diſpẽ-
ſat, non Epõ, neq; id facit Pontifex niſi ex
iuſta cauſa, *Io. Andr. in d. cap. cum igitur.*
Aduerte tertiò, quod computatio gra-
8 duum hoc modo fit, ducitur numeratio à
ſtipite, & ſtipes eſt quaſi radix arboris, ſic
radix conſanguinitatis eſt primus parens
à quo ducimus parentelam. Vel igitur col
laterales ſunt æquales, vel ſunt inæquales
fratrum, vel pronepotes. Æquales sũt filij
fratruum, vel nepotes, & in iſtis nulla eſt
differentia, vnde quoto gradu diſtant à ſti
pite, toto gradu diſtant inter ſe. Vel ſunt
collaterales in gradu inæquali, & tunc ſẽ-
per fit compenſatio à remotiori, *cap. fin.
de conſang. & affin.* & ſic filius diſtat à pa
tre in primo gradu, diſtat autem à nepo-
te ex alio filio (eius fratre) in tertio gradu,
quia tali gradu iſte diſtat ab auo, qui eſt pa
ter filij, vt colligitur ex *gloſ.* in explicatio-
ne prædicti arboris conſanguinitatis.
Aduerte vltimò, quod puncta, quæ in
cellulis arboris appoſita manent inſuper
denotant gradus de iure canonico, & ci-
uili, & ſic puncta ſuperiora denotant gra-
dus de iure canonico, puncta inferiora de-
notant gradus de iure ciuili, ius enim ca-
9 nonicum iuri ciuili præfertur, maximè in
materia matrimonij, quod ſacramentum
eſt, colligitur ex *cap. penul. & final. de ſe-
cund. nupt.*

In §. affinitas cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas quid ſit, & vnde oriatur.
Quotiplex, & quomodò impediat ma-
trimonium, nu. 2. & 3.*

HI C agitur de alia ſpecie cognatio-
nis naturalis, quæ oritur ex affinita-
te, pro qua
Aduerte primò, quod affinitas eſt pro-
2 ximitas quædam perſonarum ex quocũq;
coitu proueniens, *Lancellot.* hic ex *Na-
uar. c. 22. n. 92. & Oſtien. in ſum. de affin.*
ſed meliùs dic, vt loquitur *S. Doct. in 4.
deſt. 4.* quod ſit proximitas perſonarum
ex commixtione ſeminis in naturali vaſe
ſecuta carens parentela. Dicitur affinitas
quaſi duorum cognationum ad eorum fi-
nem vnio. Dicitur in vaſe naturali, ad
oſtendendum, quod coniunctio præter
talem

Digitized by Google

talem modum, nullum producit vinculi affinitatis, nec poteſt dici vera vnio ca., quæ contra naturam eſt.

Aduerte ſecundò, quod ex qualibet cõ-
2 iunctione in vaſe naturali oritur affinitas, ſiue ſit adulterium, ſiue ſit fornicatio, &c. vt habetur hic in §. *intuerit*, & docet *Abb. in cap. quod ſuper de conſang. & affin.* Ciuiliſtæ verò attendunt tantum coitum licitũ, ſeu ex matrimonio; at Canoniſtæ omnem
3 coniunctionem conſiderant propter impedimentum matrimonij, *cap. non debet de conſangui. & affin.* Verum tamen eſt, quod affinitas, quæ oritur ex illicito coitu, non excedit primum, & ſecundum gradum, vt limitauit *Trid. ſeſſ. 24. de reform. matr. c. 4.* Antiquitus tantum procedebat vſque ad quartum gradum, ad quam hodie tantum licitam ſe extendit.

In §. conſtitutum cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas quomodo impediebat antiquitus.*
2 *Vir, & vxor parentelam communicant.*
3 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare in matrimonio.*

ADuerte primò hic, limitationes prohibitionum antiquarum, & ſic
1 antiquitus non poterat quis contrahere cum conſanguineo, vel affine, etiam ſi affinis eſſet in tertio genere, vſq; ad ſeptimum gradum incluſiuè, vt colligitur ex Authore noſtro hic, & patet ex *c. & c. nullum* 35. *q.* 2. quęnam ſit iſta affinitas in tertio genere, videre *glo.* hic, quæ lõgam ponit ſeriem circa hęc; hodie verò omne genus eſt ſublatum, & ſic tantum conſanguinei, vel affines in quarto gradu cõtrahere non poſſunt. Alij verò deinceps in quolibet gradu contrahere poſſunt, *cap. fin. eit. tit.* Excipe tamen gradus, & lineam aſcendentium, & deſcendentium directè: nam in iſta linea nunquam contrahi põt, vt notant *DD. in l. nuptiæ ff. de ritu nupt.* vbi notant, quod ſi Adam viueret (mortua Eua) non poſſet contrahere matrimonium, quia omnes fęminæ ex eius propagine emanarunt.

Aduerte ſecũdò, quod cum vir, & vxor
2 ſit duo in carne vna, per conſequens, ſicut non poteſt vir contrahere cum aſcendentibus ſuis, ita neq; cum aſcẽdentibus vxoris, neq; vxor è contra; vnde *Sotus* ait, hoc eſſe de iure diuino, ſic in 4. *diſt.* 41. *q.* 1. *ar.* 3.

Quęres, an poſſit aliquando Epiſcopus
3 diſpenſare in matrimonio iam contracto cum impedimento dirimente, vt permaneat, & firmum ſit.

Reſp. ſecundum *Nauar. c.* 22. *n.* 1. affirmatiuè, dummodò hæc concurrant, ſ. primo, paupertas coniugum, qui nõ poſſunt de facili Romam petere, vel ſint alia legitima cauſa impediti à naturali acceſſu. Secundò, quod matrimonium ſit publicũ, & impedimentum ſit priuatum. Tertiò, vt non poſſit matrimonium ſine ſcandalo ſeparari: aliàs vno ex his deficiente, ad Summum Pontificem eſt recurrẽdum.

In §. ſi tamen.

SVMMARIVM.

1 *Infidelis ſi contraxerit in ſecundo, vel tertio gradu, ſubſiſtit matrimonium.*

HOC quod diximus de gradibus affinitatis, & conſanguinitatis vſque ad quartum gradum non habet lo-
1 cum cum Infidelibus; vnde naturaliter cõtracto matrimonio per ipſos, accedẽtibus deinde ipſis ad fidem, matrimoniũ non debet dirimi, quia impedimentum eſt de iure poſitiuo canonico, quod non ligat Infideles qui ſunt extra Eccleſiam, vt per *DD. in cap. Iudęi, de Iud.* & proles nata in infidelitate eſſet legitima, nec debet excludi à ſucceſſione, ſicut neq; illegitimati per ſuſequens matrimoniũ, *d. c. tanta eſt vis*, & notat *gl. hic verb. legitimè.*

In §. admonendi cum duobus ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinei coniugis efficiuntur affines alteri.*
2 *Conſanguinei coniugum inter ſe nullum contrahunt vinculum.*

Ad-

1 ADuerte primò, quod in eo gradu, in quo ſunt conſanguinei coniugi, in eodem efficiuntur affines vxori, & ſic è contra, ac proindè mutatur tantum modus attinentię, non autem gradus proximitatis, *cap. aequaliter 35. q. 2.* & ratio eſt ex Domino dicente, quod vir, & vxor ſunt vna caro.

Aduerte ſecundò, quod conſanguinei vxoris, & viri inter ſe nullam contrahunt
2 affinitatem, ac proindè poſſunt licitè contrahere matrimonium, neq; inter virum, & vxorem vbi cadit affinitas, ſed potius ipſi ſunt cauſa affinitatis, vt per DD. in *l. non ideò, C. de hered. inſtitut. l. affinitatis, C. communia de ſucceſſ. l. 1. C. vnde vir, & vxor.*

In §. ſi quis tamen, cum ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas illegitima, quādo impediat, quę requirantur, n. 2.*
Eius effectus, & pęna, n. 3.

HIC eſſet agendum de affinitate, quæ oritur ex illegitimo coitu; de qua aliqua ſupra notauimus. Hic tamen.

Aduerte primò, quod non excedit ſecundum gradum: vndè ſi maritus rem ha-
3 beret cum conſanguinea vxoris ſuæ in ſecundo gradu, contraheret cum ſua vxore impedimentum affinitatis, & ideò non poſſet petere debitum, licet reddere teneretur, *text. & gloſſ. in capit. 1. de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ.*

Aduerte ſecundò, hoc eſſe intelligendum aliquibus concurrentibus. Et pri-
2 mò, quod maritus, vel vxor ſcienter tem habeant cum tali conſanguinea, vel conſanguineo, ſecus ſi ignotanter; tunc enim licet verè contrahatur affinitas, tamen non priuatur iure petendi debitum, *dict. capit. 1.* Secundò, quod ſequatur vera copula, & in vaſe naturali, vt diximus. Tertiò, quod ibi ſequatur pollutio non circa fæmora, *capit. diuina conſtitutionis 27. quaeſt. 2. cap. extra ordinaria 33. quaeſtion. 3.* & vtriuſquè requiritur ſecuta pollutio, *Innocent. in dict. capit. 1.* ſumus enim in pęnalibus, quæ reſtringi debent, ex communi regula, *odia in 6.*

Aduerte tertiò, quod ſi ſe commiſcentes puniantur primò Iure debiti, ſe-
3 cundò, vt coniux ſuperſtes poſt mortem alterius non poſſit iterum contrahere ſine diſpenſatione Pontificis, poterit Epiſcopus diſpenſare, ſi crimen ſit occultum, & ſit periculum incontinentiæ, *Abb. in dict. capit. 1. & 2. capit. in adoleſcentia, capit. ſi quis 33. quaeſt. 2.* & poteſt etiam Epiſcopus rationabiliter diſpenſare circa iùs petendi debitum, *Nauarr. cap. 16. nu. num. 75. Syluest. verb. matrimonium 8. num. 15.*

Ex §. *vxor*, habes, quod debet hæc commoneri ad continentiam, vt non petat debitum à viro, donec pereat, & hoc in pęnam patrati delicti.

Hic verificatur regula, quod non debet quis ex alieno delicto pergrauari: vndè ſi vxor non poſſit caſtè viuere, poteſt, & debet à ſuo viro debitum petere, & hic reddere tenetur, ex *capit. inquiſitioni, de ſentent. excommunic. cap. 1. & fin. de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ.*

In §. ergo, & fin.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum poſt matrimonium cognitum, quid operetur, n. 2.*

1 ADuerte primò, quod ſi coniux poſt conſummatum matrimonium aſſerat ſe cognouiſſe ante contractum matrimonium conſanguineam vxoris ſuæ, non eſt ei præſtanda fides, licet rumor de hoc in vicinio conſurgeret, nam nihil prodeſt, niſi per claras probationes id innoteſcat, vt habetur hic.

Aduerte ſecundò, quod ſi id fuerit ante conſummatum matrimonium, tunc non
2 debet ſponſus conſumare, ſed tenetur potius ingredi Religionem, quam exponere ſe periculo incontinentiæ, dum non poſſet deindè petere debitum, *Sylu. verb. matrimonium, & S. Doct. in addit. ad 3. part. quaeſt. 55. art. 5. & ſequentib.* ſi autem ſint contracta ſponſalia tantum de futuro, diſſolui debent; nec poterit ſponſus contrahere cum prima, nec cum ſecunda;

A 2 non

non cum prima ratione affinitatis, nec cũ ſecunda ratione publicæ honeſtatis, vt diximus.

DE CLANDESTINA Deſponſatione.

TITVLVS DECIMVSQVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Sollemnitatum defectus, quando impediat matrimonium, & n.2.*
3 *Parochus, qui debeat interuenire.*
4 *Denunciationes, an ſint de eſſentia, nu. 7.*
5 *Contrahentes ſine ſollemnitatibus, an peccent.*
6 *Parochus aſſiſtens illegitimo matrimonio, an peccet.*
8 *Denunciationibus propoſitis, quid agẽdum, & n.9.*
10 *Matrimonij clandeſtini effectus, nu. 11.*
12 *Parochus publicationes omittens qualiter puniatur.*

ALiud impedimentum, quod dirimit etiam matrimoniũ, eſt defectus in ſolemnitate
1 te neceſſariò requiſita ab Eccleſia, hoc eſt in preſentia teſtiũ & Parochi, vt ſupra diximus ex *c.1.extra eod.& cap.aliter* 30. *q.5.* & hæc dicitur deſponſatio clandeſtina. Pro qua.

Aduerte primò, quod licèt de iure antiquo clãdeſtina deſponſatio eſſet impedimentum ad matrimonium contrahendũ
2 tantũ, tamen de iure Concilij impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam cõtractũ, vt per *Trid.ſeſ.*24. *c.1.* ac proindè debent intercedere publicationes, præſentia Parochi, &c. *cap.aliter cit.* ſed circa hęc requiſita.

Quæres primò, an ſit neceſſe quod in-
3 teruenia: Parochus, an poſſit Parochus alteri id committere, an debeat eſſe Parochus feminæ, an Parochus viri.

Reſp. poſſe Parochũ id alijs cõmittere; aſſiſtit .n. vt teſtis loco Eccleſiæ, *Nauarr. conſ.1.de ſponſal.* ſed debet eſſe Parochus feminæ, quæ debet in proprio domicilio manere non in villa, *Nauar.conſ.4.de clãdeſt.deſponſ.* & debet Parochus viri fidem denũciationũ, (quas fecit in propria Parochia pro viro) mittere Parocho feminæ.

Quæres ſecundò, an denũciationes ſint de eſſentia, ita vt ſi omittantur, matrimonium ſit nullum.

Reſp. negatiuè, ſic *Molin.de rit.nup.lib.2.diffic.11.n.45.Guttier.pract.qq.lib.2.q.4.n.5.Ric.in prax.to.1.reſol.224.n.6.Camerona de Sanct.tract.12.de matrim.dub.17. Villalob.in ſum.to.1.tract.13.diffic.24.n.2.* qui & refert, ſic declaraſſe Sacrã Cõgregationẽ Cardinaliũ per hæc verba, *Denũciationes ſi omittantur, matrimonium irritũ non eſſe, ſeruatis tamen cęteris requiſitis.*

Dices, nulla eſt maior ratio in vno requiſito, quàm in alio, (communia enim
4 ſunt de iure poſitiuo) ergo ſi poteſt omitti vnum requiſitum (vt ſunt denunciationes) poterunt etiam omitti alia.

Reſp. negando anteced. & maior ratio hæc eſt: nam cum matrimonium ſit contractus, alia requiſita maiori ratione intrinſeca accedunt ad ſolemnitates ipſius contractus, vel ſaltam pluſquam accedant publicationes; videmus .n. quod in alijs cõtractibus debet adeſſe numerus teſtium, Notarius, Iudex cartularius, ergo etiam in contractu matrimonij debent adeſſe ſimiles perſonæ, publicationes aũt non videntur habere illam rationam reſpectu contractus, ſed ratione puri iuris poſitiui.

Quæres tertiò, an peccent ſic contra-
5 hentes, & an Parochus, qui aſſiſtit tali matrimonio non præuijs denunciationibus, peccet, & quo peccato.

Reſp. omnes iſtos peccare mortaliter;
6 quia faciunt contra voluntatem Eccleſię, ſic decernentis, *Sanch.de matr.to.1.lib.3. diſp.5.n.6.Villalob.loc.cit.& alij.*

Nota tamen primò, quod poterit aliquando Epiſcopus in hoc diſpenſare ex aliqua iuſta cauſa, vt ſcilicèt contrahatur
7 matrimoniũ, & ante quàm deindè intercedat conſumatio, fiant denũciationes, ſic *Sanch.loc.cit.diſp.7.Coninc.de ſacrament. diſp.27.dub.5.n.153.* quicquid ſentiat *Viuald.in candelab.p.1.de matr.n.243.*

Nota ſecundò, quod propoſitis publi-
8 cationibus vnuſquiſq; veniens debet audiri, quia eſt actio popularis, & cõmunis, ideò quilibet, qui impedimentum nouit contra tale matrimonium, proponere debet, *cap.cum in tua, de ſponſal.* imò ſi vnus propoſuerit impedimentum, ſed non probauerit, alius proponens tale impedimentum debet audiri; poteſt enim eſſe, quod iſte habeat rationes ſolidiores, *Abb. in cap.fin.eod.tit.*

Aduerte ſecundò, quod ſi aliquod impedi-

9 pędimentum opponatur, & ſit probabilis
coniectura, debet ſuſpendi matrimoniũ,
nec debet contrahi, donec certa ratio ap
pareat, *d. cap. cum in tua, & cap. ſuper eo,*
de conſang. & affin.

Aduerte tertio, quod ſi quis intentauerit tale matrimonium clandeſtinum abſq.
ſolemnitatibus prædictis, filij nati ex ipſo
10 ſunt illegitimi, & inhabiles ſuccedere pa-
tri, *cap. cum inter, & ſeqq. ext. qui fil. ſint*
legit. & rationem dat gloſ. hic, nam præſu-
mitur malè agere, qui clandeſtinè contra-
hendo, fugit lucem, dicente Domino, *Qui*
ambulat in tenebris offendit lucem, & pa-
ter ex *d. cap. non aliter 30. q. 3.* ſi autem
vnus tantum ex contrahentibus ſciat ali-
11 quod impedimẽtum, alia autem neſciant,
vel è contra, tunc filij nati ſequentes bo-
nam fidem ignorantes ſunt æſtimandi le-
gitimi, *cap. ex tenore, qui fil. ſint legit.* mõ-
ſtruoſum enim eſſet filium eſſe partim le-
gitimum, partim illegitimum.

Aduerte vltimò, quod ſi Parochus prę-
termittat dictas denunciationes, & ſolem-
nitates, debet ſuſpendi ab adminiſtratio-
ne, & officio per triennium, *d. cap. cum in-*
hibitio. ext. eod. debet enim Parochus om
12 ninò propter hunc finem adeſſe; nam ſi
alia cauſa vocetur, vel ex alio fine inue-
niatur pręſens, & contrahentes inuito Pa-
rocho in eius præſentia ſe inuicèm acce-
ptent, Parochus puniri nõ poterit, & con-
trahentes puniri debent.

QVI MATRIMONIVM accuſare poſſint, vel contra illud teſtificari.

TITVLVS DECIMVSQVINTVS.

SVMMARIVM.

1 *Accuſari, & teſtificari differunt.*
2 *Conſanguinei, & affines accuſantur, vel teſtificantur in matrimonio.*
3 *Denunciationum tempore elapſo non audiuntur quicumque.*
Limita num. 4.

AD intelligentiã huius
tituli, & duorum §§.
aduerte primò, quod
aliud eſt accuſare,
1 aliud eſt teſtificari:
acceptare eſt agere
ad vindictam delicti,
licet ſub largo mo-
do comprehendat etiam denũciationem,
quæ etiã eſt accuſatio, ſed per ipſam præ-
tenditur emẽdatio, vt per *DD. in cap. in-*
quiſitionis, de accuſ. & ſic ſumitur in pręſen-
ti tit. noſtro, teſtificari ẽt eſt teſtes proba-
re id, de quo eſt accuſatio, vel denũciatio,
teſtes deponere de auditu, vel de ſcientia.

Aduerte ſecundò, quod licet in alijs iu-
dicijs conſanguinei, affines, & alij, non ad-
2 mittantur ad teſtificandum, nec ad accu-
ſandum, hic etiam indiſtinctè vnuſquiſq;
venire poteſt, vt per *text. hic in §. videtur*
vbi habetur, id eſſe tàm ex conſuetudine
Eccleſiæ, quàm de iure, *c. 1. 35. q. 6. & cap.*
Micena diſt. 31. quod currit etiam de iu-
re ciuili, quia parentes, & ſimiles, melius
ſciunt conſanguinitatem, quam norint ex-
tranei, *l. de tutela, C. de integr. reſtit. mino.*
l. etiam, ff. de prob. l. ſi vxores, ff. de adult.

Aduerte tertiò, quod tempore denun-
ciationum vnuſquiſque veniens auditur,
eo tamen tempore elapſo, ſi quis velit te-
3 ſtificari, debet iurare ſe ignoraſſe impedi-
mentum tempore publicationum, vel fuiſ
ſe abſentem, vel legitimè impeditum, &
poſt hæc auditur, *cap. ex parte, de conuerſ.*
coniug. diximus *lib. 1. de confirm. electi pro*
publication. facien. & patet hic ex *cap. fin.*
ext. eod.

Aduerte quartò, quod aliquando quis
4 facit per aliud id, quod non poteſt per ſe;
vndè licet is, qui ſciebat impedimentum
tempore publicationum, & tacuit, ſi dein-
dè proponere velit, non audiatur; ſi ta-
men quis ex ipſo ſciat, debet audiri, quia
non eſt in culpa, ſicut erat ille, vt hic in
§. non tamen, & glo. verb. auditus. Item
audiri debet qui tũc erat abſens, vel puer,
vel excommunicatus, ſi deindè liberentur
ab his impedimentis, *Abb. in cap. quia di-*
uerſitate, de conceſſ. præb.

In §. ſed nec omnes cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatores non ſunt omnes idonei, & num. 2.*

1 NOn omnes indiſtinctè pro qualibet accuſatione admittuntur, ſed ordine ſeruato, & ideò in impedimento frigiditatis, vel impotentiæ coeundi admittuntur vir, & vxor ad inuicem, vt hic in §. *ſed nec omnes*, ſi tamen vxor dicat virum eſſe impotentem, & vir id neget, eius fidei ſtandum erit, & vxor probet contrarium, ſi velit, ſi ipſa dicat virum eſſe potentem, & hic neget, vxori creditur, *Sylu. in ſumma verb. diuortium*, q. 18. & DD. communiter in *c. 1. de frigid. & maleficiatis*, *Antonin. in ſumm. 3. part. tit. 1. c. 2.*
2 Ad probandam verò conſanguinitatem, vel affinitatem admittuntur conſanguinei gradatim, & ſic prius proximiores, *cap. videtur* 35. *q. 6.* quilibet tamen accuſans debet perſonaliter comparere, & non admittitur per epiſtolam, *cap. d ng his, eodem tit.*

In §. quod ſi progenies.

SVMMARIVM.

1 *Honeſtiores accuſatores præferuntur.*
2 *Matrimonium in multis priuilegiatur.*

1 HOneſtiores, & antiquiores ſunt præferendi, ideò deficientibus conſanguineis, eſt recurrendum ad viros honeſtiores, & antiquiores: nam vicinus præſumitur ſcire facta vicini, *cap. quanto. & cap. quoſdam. de præſumpt.*

2 Ex *gloſ.* hic habes multa priuilegia pro matrimonio, & ſignanter quod in hac cauſa proceditur ſummariè, quod poteſt idē eſſe accuſator, & teſtis, quod valet teſtimonium de auditu, *cap. de parentela* 35. *q. 6.* & alia notat *gl. hic verb. teſtimonium.*

In §. Ideò etiam.

SVMMARIVM.

1 *Genealogiam ſuam nemo præſumitur ignorare.*

1 HIc idem habetur, quod ſupra diximus, quod ſcilicèt vnuſquiſquè præſumitur ſcire ſuam genealogiam, & ordinem ſuę parentelę, ideò *Abb. ex cap. videtur cauſa, & qu. cit.* ait, quod ſi quis dicat ſe ignorare ſuam genealogiam, non eſt ei credendum, quia in contrarium præſumitur.

In §. quod autem, cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Pater poteſt aliquando teſtificari pro filio.*
Limita n. 2.

1 ADuerte primò, quod regula, per quam diſponitur, quod pater non poteſt eſſe teſtis in cauſa filij, vt in *l. teſtis idoneus, ff. de teſtib. & §. item teſtis 4. qu. 5.* fallit in cauſa matrimonij, quia matrimonium fauorabilis res eſt.

Aduerte ſecundò, hoc limitari quando inter coniuges non eſt paritas in diuitijs, vel nobilitate, vel ætate, &c. tunc enim pa-
2 rens inferioris coniugis non admittitur ad teſtificandum pro illo, quia parentes filiorum incrementum, & honorem affectare, proculdubio æſtimatur, patet ex *tex. in cap. proculdubio. de appellat.* colligitur ex
3 *Butrio in cap. fin. de fil. Presbyter.* imparitates diuitiarum, nobilitatis, &c. videte apud *gl. hic.*

In §. quoties.

SVMMARIVM.

1 *Actus incipit à quo non poteſt ſubſiſtere.*

1 ACtus multoties incipit ab eo, à quo ſubſtineri non poteſt, ideò licèt vnus tantum poſſit accuſare, & impedire matrimonium, tamen ad probandum deindè impedimentum duo requiruntur, *capit. quoties. de teſtib. vbi Abb.* & generaliter in rebus etiam grauiſſimis duo teſtes ſufficiunt, *gloſſ. hic. verb. duobus, ex cap. præſul 2. quæſt. 4.* ex verbis Domini *In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum.*

In §. Teſtium cum fin.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes pro diſſoluendo matrimonio, quales eſſe debeant, & iurent, n. 2.*
3 *Sponſalibus ſeparatis non audiũtur alij teſtes.*
4 *Diuortio facto probari poteſt contrariũ.*

1 ADuerte primò ; quod teſtes pro diſſolutione matrimonij poſſunt eſſe etiam de anditu, debent tamen ad hoc eſſe rogati, *cap. paſtoralis* 20. *q.* 1. & debent dicere ſe accepiſſe à maioribns, & ſe credere ita eſſe, & ſic valet in iſto caſn iuramentum credulitatis, *cap. licet, de teſtib. cap. literis, de præſump. & gl. hic verb. credere.*

Aduerte ſecundò, quod debent iurare ſe non accedere ex inuidia , vel priuato
2 odio, neq; ex affectu amicitiæ, vel alterius partis, vt patet ex *gloſſ. hic*, ex qua habes, quod licet aliquem odiſſe odio publico , puta, quia eſt peccator , quia præiudicar bono publico, &c. non autem qnia ſibimet taliter priuato iniuriam intulit.

Aduerte vltimò, quod ſecura ſeparatio-
3 ne ex probationibus, ſi fuerint ſeparata ſponſalia, non admittitur alia probatio in contrarium, ſecua antem ſi ſit factum diuortium matrimonij; tunc enim etiam ſecura publicatione diuortij , admittitur
4 probatio in contrarinm, quod eſt propter magnum periculum, qnod ineſt in diſſolutione matrimonij legitimè contracti ; *gl. hic verbo audiendus, ex d. cap. licet de teſtibus.*

DE DIVORTIIS.

TITVLVS DECIMVSSEXTVS.

EX præparatorijs deuenitur ad præparatum, vt per DD. in *rubrica de edendo*. Egimus de accuſationibus , quæ præcedunr diuortium, meritò de diuortio hic, ad cuius tituli, & duorum §§. intelligentiam.

Aduerte primò, quod diuortium eſt diſ
1 ſolutio matrimonij , quæ vtroqnè viuente coniuge contingit, iuxta *tex. in cap. diuortium de pœnitentia diſt.* 1. qnod tamen nõ intelligitur quoad vinculum matrimonij , quod ſemper perſeuerat, ſed tantum quoad torum, & mutuam cohabitationem , *cap. vſq; adeo* 32. *q.* 7.

Aduerte ſecundò, quod habemus plures terminos, ſcilicèt diuortium, repudiũ,
2 & diſſolntio, diuortium eſt de quo diximus, & interuenit in matrimonio contracto per verba de præſenti; repudinm erat in lege veteri etiam in matrimonio conſtate, tunc enim propter aliquod crimen vir repudiabat vxorem , & poterat alteri habere, quod hodie viget tantum inter infideles, inter fideles autem habet locum repudium pro ſponſalibus, *l. inter ſtuprũ, §. diuortium , ff. de verborum ſignificatione* , diſſolutio , qnæ eſt propria ſeparatio matrimonij, non habet locum niſi poſt mortem alterius coniugis, notat *gloſſ. hic verbo viuenter.*

Aduerte tertiò, quod licet ius ciuile multas ponat cauſas diuortij , vt de iure nouiſſimo *authenticorum in §. qui vero, auth. vt liceat matri, & auiæ*, tamen de
3 iure canonico non ita ſe habet, ſed poterit fieri diuortium propter ingreſſum in religionem, propter adulterium, hæreſim , nimiam ſæuitiam viri, quæ debent probari coràm Iudice Eccleſiaſtico, *cap. ſiue* 33. *quaſt.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Diuortium, quid ſit.*
Differt à repudio, & diſſolutione matrimonij, n. 2.
Eius cauſæ, n. 3.

In §. Si tamen.

SVMMARIVM.

1 *Religionem petere poteſt vxoratus.*
Limita, n. 2.
Erratio, n. 3.
4 *Bigamia vnde oriatur.*

Ad-

A Duerte, quod ſi quis contraxerit matrimonium per verba de præſenti, & non ſequuta copula ve-
1 lit ingredi religionem, poterit id facere infra duos menſes à die contracti. matrimonij, & non poterit à coniuge impediri, *cap. ex publico de conuerſione coniugatorum*, tamen poſt tale tempus non poteſt amplius negare debitum vxori petenti abſque incurſu in labem mortalis, ſi vero
2 fuerit ſequuta copula non poterit religionem ingredi, niſi accedente conſenſu vxoris, *cap. ad Apoſtolicam, & cap. cum ſit cit. titul.*

Quæres, cur id poſſit facere ante matrimonium conſumatum, non autem poſt.

Reſp. quia matrimonium conſumatum ſignificat vnionẽ Verbi cũ carne, & Verbum carnem, quam dimiſit, at matrimo-
3 nium tantum ſignificat vnionem Chriſti cum Eccleſia; & Chriſtus Dominus plures habuit Eccleſias, vt diximus *lib. 1. tit. de iis, qui promoueri non poſſunt.*

Notate autem hic, quod ſi quis habuit
4 vnam vxorem virginem, licèt non conſumarit cum ipſa, tamen non poterit cum alia contrahere, & conſumare abſq; macula bigamiæ, *Abb. in cap. Apoſtolica de ſponſalibus.*

In §. nec vitiari cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Falſa cauſa, an vitiet actum.*
2 *Ingreſſus in Religionem, an vitietur quãdo dirimat matrimonium, n. 3.*
4 *Ordo Sacer non dirimit matrimonium.*
5 *Cognita violenter non amittit ius ingrediendi Religionem.*

1 A Duerte primò, quod ex cauſa impulſiua falsè propoſita non vitiatur actus, firma tamen remanente cauſa finali. Huius rei habemus exemplum, ſi quis ante conſumatum matrimonium ingrediatur religionem, dicens ſe accedere ex ſuperuenienti lepra vxoris, licèt iſta cauſa lepræ ſit falſa, tamen non debet iſte reuocari à religione, quia cauſa
2 finalis ingreſſus in religionem eſt, vt ſeruiat Deo, & hæc cauſa ſemper firma eſt, colligitur ex *cap. veniens de conuerſione coniugatorum* & patet à ſimili ex *l. rem alienam, ff. de pignoratitia actione, l. falſa, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus.*

Dixi ante conſumatum matrimonium; nam tempus duorum menſium nõ eſt taxatiuum, niſi alter coniux conquæratur, ſi enim plus ſie impermixti permanſerint, poterit vnus, vel vna alio inuito, quandocũq; religionem petere, vt notatur in *capit. ex publico de conuerſione coniugatorum.*

Aduerte ſecundò, quod non eſt idem dicendum in eo, qui ſuſciperet ſacros ordines poſt contractum matrimonium, nã tunc fuit ſacrilegus, & non auditur, ſed de-
4 bet conſumare matrimonium, & cũ vxore manere reddendo debitum, ſed non petendo *dict. cap. ex publico*, poſſet tamen ſi matrimonium non eſſet conſumatum ingredi religionem, ſicut poſſet quilibet, vt ſupra diximus.

Aduerte tertiò, quod ſi vxor ante duos menſes, quos habet ad eligendum ſtatũ,
4 fuerit inuita, & coactè cognita à viro, poteſt adhuc ingredi religionem, *Abb. in cap. verum cit. tit.* ſecùs autem poſt duos mẽſes, quia tunc vir habet dominium in corpus vxoris, & poteſt verè, & iuridicè ipſã cognoſcere.

In §. Neque mirum.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſione ſequta diſſoluitur matrimonium non conſumatum.*

R Edditur hic ratio ſupradictæ diſpoſitionis, quia ſcilicèt matrimonio non conſumato coniuges nõ
1 ſunt effecti vna caro, per conſequens vno tranſeunte ad Deum per religionem, alia in ſeculo permanere poterit, & alteri coniugi in matrimonium poſt [illegible] tam profeſſionem ſponſi *c. 2. de* [illegible] *ſione coniugatorum*, vinculum aut[illegible] primi matrimonij ſoluitur omnino.

In §. diuerſum.

SVMMARIVM.

1 *Ordo Sacer non dirimit matrimonium non liberat à debito coniugali, nu. 2.*
3 *Profeſſio, & ordo differunt quoad effectum.*

Ad-

1 ADuerte hic,id quod diximus,ſcilicèt per ſuſceptionem ordinis ſacri non dirimi matrimonium, & comprobat *gloſſ. hic ex Abb. & Innocentio in cap. placet, & cap. 2. de conuerſione coniugatorum*, vnde imprimitur caracter etiam ſacerdotalis, ſic tamen ordinatus teneretur reddere debitum, vt diximus.

2. Ratio diuerſitatis inter religionem,& ordinem ſacrum hæc eſt,quia ſcilicèt votum in ordinibus eſt de iure poſitiuo, in quo

3. poteſt Eccleſia diſpenſare,at votum Religionis eſt de Eſſentia, meritò ſi illud votum tollatur deſtruitur religionis Eſſentia, *Abb. in dict. cap. placet.*

In §. ſed,& ſi inter, cum duobus ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Impotentia coeundi, quãdo annullet matrimonium, n. 2. & 5.*
Diſpenſari, an poſſit in matrimonio, ſic contracto, n. 3.

4 *Fingens ſe impotẽtem, an liberetur à vinculo matrimonij.*

HIc agitur de modo,quo matrimonium inter infideles contractum conſiſtere poſſit,vel diſſolui, de quo diximus ſupra in §. *cultus quoquè*, ideò recolite ibi dicta, pro alijs §§.

Aduerte primò,quod impotentia coeundi,vt dirimat matrimonium,debet præ-

1 ire ipſum,ſecùs autem ſi hæc impotentia ſubſequatur,patet ex *cap. ex literis de frigidis, & maleficiatis*, tunc enim non dirimit matrimonium,ſufficit,quod tempore

2 contractus fuerint habiles, ſi tamen matrimonium adhuc non eſſet conſomatũ, & vnus ex ſponſis non habeat talem impotentiam, & valdè timeatur de eius inconſtantia,poteſt tunc Pontifex diſpenſa-

3 re,vt non tantum diuortium fiat, ſed etiã iſte,qui potens eſt,alteri nubat, & ſecundum matrimonium contrahat,vt notat *gl. hic verbo ignorans.*

Aduerte ſecundo,quod ſi quis ſingeret ſe impotentem coire,& verè eſſet potens,

4 tunc ex tali falſa cauſa ſequuta ſeparatione,etiam ſi alteri nupſerit, cogitur ad primum matrimonium ratum redire, cuius vinculum firmum remanet, quia cognita ab vno præſumitur cognoſcibilis ab alio, *Abb. in cap. fraternitatis de frigidis, & maleficiatis.*

Si verò fuerit ſeparatum matrimonium eo quod fœmina non potuit deflorari à

5 viro ſine periculo propriæ mortis, ſi deindè ſit cognita à ſecundo viro, etiam ſi per frequentationem copulæ redderetur apta,vt poſſet à primo viro cognoſci, non erit ei reſtituenda,quia tempore matrimonij non erat ab illo cognoſcibilis, vt notat *gl. hic ex Abb. loc. cit.*

In §. Plane.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens ſcienter cum impotenti remanet ligatus.*
Secus ſi ignoranter, nu. 2.

1 SI quis ſcienter cum aliqua impotenti contrahat, tenetur illi conuiuere, & habere ipſam, vt ſororem *capit. conſultationi de frigidis, & maleficiatis*, neque poteſt tale matrimonium diſſolui quoad vinculum,debet enim ſibi imputare damnum, quod ſua culpa ſentit, ſi tamẽ vir nullo affectu maritali vxorem cognouerit propter impotentiam, poteſt alteri

2 nubere illa conſentiente,& hoc matrimonium tollit primum, *gl. hic verb. vt ſororem*, & nos etiam ſupra diximus.

In §. Sępiùs cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium inducit diuortium.*
Limita, n. 3. 5. & 6.

2 *Hæreſis cauſat diuortium.*
Limita, n. 3.

4 *Paria delicta mutua compeſatione tolluntur.*

7 *Pęnam in foro conſcientiæ, an quis teneatur ſoluere.*

8 *Adulterium carnalẽ, & ſpirituale differunt.*

9 *Gratia Dei non operatur in foro exteriori.*

Hic

HIC breuiter aliqua de diuortio pro-
pter fornicationem, & adulterium,
quare

Aduerte primò, quod adulterium vnius
coniugis inducit ſeparationẽ matrimonij
1 quoad thorum, *cap. gaudemus de diuort.*
2 Idem dic de lapſu in hereſim, vt ſupra di-
ximus, ſecus autem ſi & alter coniux ſit
3 eadem pice maculatus, quia vt ſupra di-
ximus, paria delicta mutua compenſatio-
ne tolluntur, *cap. mihi 32. q. 6. & l. de viro*
4 *ff. ſol. matr.* Iudicium verò huius cauſæ à
Iudice Eccleſiaſtico fieri debet, ſicut no-
tat *Alph. de Caſt. lib.* 2. *de iuſta hæret. pu-
nit. c. 7.*

Aduerte ſecũdò, quod vxor ꝓpter adul
5 terium viri poterit ad ipſo ſeparationem
petere, & expenſis talis viri eſt alimentan-
da, *Afſl. dec. 4. &* 144. Si autem vxor ſit
adultera amittit dotem in pœnam comiſſi
criminis, quod ſi falſis accuſationibus pro-
bet id non fuiſſe verum, vel etiam virum
6 eſſe eadem labe notatum, tunc tãtum ex-
penſas viro refacere tenetur propter litẽ,
ſic temerariè motam, dotem verò retine-
re poteſt, *Nauar. c. 18. n. 49. Leſſ. lib. 3. c. 12.
dub. 18. n. 134. Vaſq. p. 2. n. 2. diſp. 175. c. 12.
n. 13. & 14. Tander. in 2. 2 S. Doct. diſp. 4.
dub. 2. n. 76.* & alij plures, qui tenent com-
muniter, quod is, cuius bona ob crimen
7 ſunt confiſcanda, ſi in fraudẽ, vel iniuſtè
impediat non tenetur ad reſtitutionem,
& ex hoc infert ad varia, ſic ad pœnam
non ſoluentis vectigalia, & ad hæreticos,
qui ſaltem probant ſe crimine hæreſis nõ
eſſe maculatos, nam non tenetur ad reſti-
tutionem bonorum ſuorum.

Aduerte tertiò, quod non eſt idem di-
cendum in diuortio propter fornicatio-
nem carnalem, ac propter fornicationem
8 ſpiritualem, nam primo caſu non poteſt
vir condemnari ad reſumẽdam ſponſam
adulteram quoad thorum, ne eueniat bi-
gamus, *Abb. in cap. ex parte de conuerſ.
coniug.* quod non ſic eſt in adulterio ſpiri-
tuali, cuius omnis macula tollitur redeun
te heretico ad fidem, vt notat *glo. hic ver.
remanente, ex text. in cap. quanto, & cap.
gaudemus de diuor. ex l. 1. C. de raptu virg.*
& ratio potiſſima eſſe poteſt, nam gratia
9 Dei poteſt quidem tollere omnem reatũ
culpæ, & pœnæ quoad Deum, non tamen
tollit quoad homines, mitius enim agitur
cum Deo, quam cũm homine, *l. Celſus, ff.
de recept. arbitris.*

In §. his exceptis cum tribus ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium conſumatum non diſſol-
uitur per profeſſionem, nec per ordi-
nem.*
2 *Profeſſio illegitimè facta non ſanatur.*
3 *Ordo ſacer ſuſceptus tempore matrimonij
quomodo liget.*
4 *Senes poſſunt recedere à matrimonio de
communi conſenſu.*
5 *Profeſſio facta ſciente vxore valet.*

ADuerte primò, quod præter caſus
prædictos non poteſt diſſolui ma-
trimonium conſumatum, vnde ſi
1 quis inuita vxore ſuſciperet ſacros ordi-
nes, vel ingrediatur religionem, etiam ſi
ibi emittat profeſſionem, poteſt vxor re-
uocare ad ſtatum matrimonialẽ, pro quo
ius habet *cap. verum de conuerſ. coniug.*
imò profeſſio adeo eſt inualida, vt neque
mortua tali vxore teneatur ingredi reli-
gionem, ſed poterit aliud matrimonium
2 contrahere, quia profeſſio fuit nulla ab
initio, meritò nec poteſt tractu temporis
conualeſcere, ex *l. quæ ab initio, ff. de reg.
iur.* ſic expreſsè tenet *Abb. in cap. noſtri, de
elect. & c. 3. de conuerſ. coniug.* vbi ponit
notabile, quod ſcilicet quando votum eſt
nullum ratione alicuius defectus intrin-
ſeci etiam ceſſante tali impedimento nul
lam habet firmitatem, & ſic ſecundũ ma-
trimonium eſt validum, & ſubſtinendum,
neque peccat contrahendo, quia idem
eſt non profiteri, ac inualidè profiteri, *glo.
hic. verb. non poterit,* vbi habes diffusè do
ctrinam Abbatis.

Aduerte ſecundò, quod non eſt idem
3 dicendum in ordine ſacro, ſi quis enim
inuita vxore ſuſcierpet ſacros ordines, li-
cet matrimonium non eſſet diſſolutum,
& hic teneretur reddere debitum, licèt
nõ poſſet petere; tamen mortua tali vxo-
re, non poſſet ſecundum contrahere ma-
trimonium, & licèt contraheret, & conſu-
maret, non valeret, vt ſupra diximus de
impedimento ratione ordinis, & ratio eſ-
ſe poteſt, quia votum profeſſionis eſt pro-
prium, & nemo poteſt obligari ad aliquid
in præiudicium alterius, & per conſequẽs
nullum eſt tale votum emiſſum ab impo-
tente, vt notat *Abb. loc. cit.* at votum in ſa-
cro ordine eſt obligatio ab Eccleſia inhæ-
rens ſacro ordini, vt his, qui ordinatur, in

con-

conſequentiam remaneat obligatus ad caſtitatem, meritò dum remanet ordo; remanet etiam obligatio, ergo ſi ſecundum contrahat matrimonium erit nullum.

Dices, nulla eſt maior ratio in vno, quã in alio, ergò ſi ſic profeſſus poteſt aliud matrimonium contrahere, idem poterit facere ſic ordinatus.

Reſp. negando antecedens, & diſparitas eſt, nam votum profeſſionis eſt nullũ, & omninò tollitur, tamen votum ordinis nõ tollitur omninò, ſed remanet in ſuſpẽſo, & fundatur in ordine, qui verè extat ratione caracteris indelebilis, profeſſio aũt nil relinquit poſt ſe, in quo poſſet fundari.

Aduerte tertiò, quod vxor ſenex, de cuius continentia non dubitatur, poteſt viro ſuo dare licentiam profitendi in religio-
4 ne, & ipſa continentiam vouens, poteſt in ſęculo remanere, *cap. quidam de conuerſ. coniug.* & idem erit dicendum, ſi ingrediendo viro in religionem vxor committat adulterium, nam tunc interpoſita ſententia à Iudice ſoluitur matrimonium quoad thorum, & vir ibi permanere poterit, & validè profiteri, *cap. veniens cit. tit.*

Aduerte vltimò, quod ſi quis ſciente vxore, & non contradicente ingrediatur Monaſterium, & ibi profeſſionem emittat
5 valet talis profeſſio, donec vxor non reuocet ipſum virum, *cap. conſuluit de conuerſ. coniug.* quæ poterit id facere allegando cauſam ignorantiæ, cæterum ſi ibi permãſerit, & mortua vxore, vellet aliud matrimonium contrahere, eſſet nullum, *c. 1. & cap. ex parte cit. tit.*

In §. quid ſtatuemus.

SVMMARIVM.

1 *Profeſſio facta etiam in bona fide non ligat.*

ADuerte hic, quod ſi vxor manens in bona fide, & putans maritum eſſe mortuum, religionem ingredia-
1 tur, & profeſſionem ibi emittat, poteſt viro ſuperueniente reuocari, neque (ſtrictè loquẽdo) tenetur mortuo viro religionem iterum petere, quia nullum fuit tale votum antea emiſſum *glo. hic verb. non erit, ex cap. 2. de tranſlat. Epiſcop.*

In §. licet autem cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Votum peregrinationis terræ ſanctæ ligat virum.*
Limita pro vxore, nu. 2.
Vxor tenetur virum expectare, n. 3. & 6.
4 *Viro capto ab hoſtibus matrimonium non diſſoluitur.*
Limita quando eſt violenta præſumptio mortis, num. 5.

ADuerte primò, quod licet vir inuita vxore, non poſſit ingredi religionem, poteſt tamen vouere peregri-
1 nationem terræ ſanctæ, inuita vxore, *cap. ex multa, §. in tanta de voto, & voti redemptione.*

Dices primò, quod dicta decretalis loquebatur tunc quando terra ſancta extabat in poſſe Chriſtianorum, ergo non habet locum hodie, cum Infideles ſint in eius poſſeſſione, & ratio eſt, quia ideo in dicta decretali id concedebatur, vt ſcilicet augeretur ſubſidium dictorum locorum, quod hodie ceſſat, accedunt enim fideles ex ſola deuotione, ergo tale votum non valet.

Reſp. neg. conſeq. & ratio eſt, quia vt habetur hic finis rei non cadit ſub re, & ideo licet talis fuiſſet intentio Pontificis concedentis, tamen fideles hodie conſuetudine legem interpretantes tali priuilegio vtuntur, quia conſuetudo eſt legum interpres, *l. ſi de interpretatione, ff. de legib.* præter quam & hodie poſſunt fideles ſubſidiũ præbere dictis locis, cum ibi permaneant Fratres S. Franciſci Minores de obſeruantia, qui dictorum locorum curam habent, & ſoluunt Tyramno Turcarum magnum tributum.

Dices ſecundò, ergo potuerunt etiam vxores id facere: nam vir, & vxor non debent ad imparia condemnari.

Reſp. negãdo ſequelam, & ad rationem
2 adductam dicimus, currere quando militat eadem ratio, nõ poſſunt autem eodem modo honorificè peregrinari fęminæ, vt homines, verum tamen eſt, quod his peregrinantibus vxores non tenentur illos ſequi, ſed expectant in regreſſu, *cap. de illis de ſponſal.*

Aduerte ſecundò, quod quantumcunq;
3 moram faciente ſponſo in tali peregrinatione, ſponſa ſemper expectare tenetur, & ſi alteri nubat non conſtito de morte viri,

nullum eſt tale matrimoniũ, etiam ſi ejus
vir fuiſſet captus ab hoſtibus, nam ſerui-
tus non tollit matrimonium de iure ca-
nonico, vt ſupra diximus, & patet ex *cap.*
4 *in præſentia de ſponſalibus*, licèt de iure
ciuili aliud appareat diſpoſitum, quod .ſ.
quantum facit ad ea, quæ ſunt iuris ciuilis
ſerui habẽtur pro mortuis, *l. quod attinet*,
ff. de regul. iur.

Aduerte tertiò, quod accedente pro-
batione, vel violenta præſumptione
5 mortis ipſius viri, tunc poterit alteri nu-
bere pro ſui libito, vt per *Abb. in d. cap. in
præſentia*, qui etiam tenet in *cap. Dominus
de ſecundis nuptijs*, quod ſi mulier non be-
ne certiorata de morte primi viri, ſecun-
dum contrahat matrimonium, non poteſt
petere debitum, licèt reddere teneatur,

Nota vltimò, ex *gl. hic*, ꝙ reprobatur
diligentia, quam approbat ius ciuile, per
quod in *auth. hodie, C. de repudijs*, ſancitũ
eſt, quod vxor poſt triẽnium expectatum
6 non habens notitiam viri, poſſit alteri nu-
bere prout vult, Canoniſtæ autem id ne-
gant, neq; id permitti doceat, niſi plena
probatio accedat, vel violenta præſum-
ptio, puta ſi nauis in qua vir aderat ſum-
merſa eſſet, tunc enim ſi poſt longum tẽ-
pus vir non appareret, cenſeretur iã mor-
tuus, *Abb. & gl. in cap. quantum frequen-
ter extra vt lite non conteſtata.*

In §. Ergò, cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium petitorium, & poſſeſſorium.*
2 *Vxor viro reſtituendo in iudicio poſſeſſo-
rio.*
Limita, n. 3 & 4.
5 *Cautio de bene tractando peti poteſt ab
vxore.*

1 HIc ponitur dictio illatiua ex om-
nibus antecedentibus, ait igitur
auctor noſter, quod cum duplex
ſit iudicium .ſ. petitorium, & poſſeſſorium.
Petitorium eſt, quo petimus proprietatẽ
ipſius rei. Poſſeſſorium vero eſt, quo pe-
timus continuare in poſſeſſionem eiuſdẽ
*l. naturaliter, § nihil commune, ff de ac-
quirenda poſſeſſione*, ideo

Aduerte primò, quod ſi vir agat iudi-
cio poſſeſſorio .ſ. ſibi reſtitui ſuam vxo-
rem, quam ſuam dicere poteſt, cum in
2 matrimonio ſibi conceſſa videatur, quo-
libet impedimento oppoſito ab vxore,
debet viro reſtitui quoad omnia, præter-
quam quo ad vſum coniugalẽ, *cap. ex con-
queſtu de reſtitutione ſpoliatorum*, & nõ
redditur quo ad copulam gratia vitandi
3 peccatum, ſi forſan impedimentum ali-
quod affinitatis, vel conſanguinitatis op-
ponatur, & probetur per vxorem, *gloſ. hic
verbo reſtitutio.* Dixi ſi impedimentum
opponatur, & probetur, nam non debet
dari magna dilatio pro probatione ta-
lis impedimenti, ſed bene medium, & bre-
ue tempus, *Abb. in cap. ex literis de reſti-
tutione ſpoliatorum.*

Aduerte ſecundo, ſecus eſſe dicendum
ſi vir ageret iudicio petitorio, vt eſſet poſt
contracta ſponſalia de futuro, tunc enim
4 cum adhuc non ſit in poſſeſſione, non erit
ei talis concedenda in vxore, niſi verè cõ-
ſtet de veritate impedimenti nec ne, vt no-
tat *gl. hic* per *tex. in c. 1. de ordine cogni-
tionum*, & ſic facilior eſt actio poſſeſſoria,
quam petitoria.

Cum tamen poſſet ex tali impedimen-
5 to propoſito ab vxore, & non probato
creſcere ſæuitia viri in ipſam, poteſt vxor
petere cautionem à viro de bene tractan-
do, vt in *d. cap. literas*, & ſi tãm magna ſit
ſæuitia viri, vt vxor ſemper ſit trepidãs de
offenſione debet poni in loco tuto, vt nec
à viro, nec ab eius cõſanguineis quoquo
modo lædi poſſit *gl. hic verbo committitur
ex Bald. in l. 1. C de legibus, & cap. tranſ-
miſſa de reſtitutione ſpoliatorum.*

In §. ad hæc.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium verum dat viro poſſeſſo-
rium ſecus ſola traductio.*
2 *Poſſeſſorium non intentat, qui nunquam
poſſedit.*

HAec locum habent ſecuto matri-
monio inter virum, & vxorem,
d. cap. ex tranſmiſſa, ſi enim ſola
1 adductio in domum viri interceſſerit non
præuio matrimonio, nec ſponſalibus, vir
vxorem petere non poteſt, nam non datur
2 poſſeſſio ei, qui nunquam habuit ipſam,
cap. olim de reſtitutione ſpoliatorum, & ſic
poteſt vxor aufugere, & alteri nubere
prout vult.

In §. fornicationis.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio cauſat diuortium.*
Non dat poſſe aliud matrimonium contrahi,nu.2.
3 *Adulterÿ pęna.*

1 AAuerte primò, quod cauſa fornicationis eſt potentiſſima ad diuortium, & ſic per adulterium
vir non tenetur vxorem accipere,ſed ipſa
ſic permanet qua mortua poteſt vir ſecũdam accipere, quod ſi viuẽte prima id fe-
2 cerit filij nati ſunt illegitimi, nec poteſt
conualidari tale matrimonium, etiam ſecura morte primę vxoris in pęnam delicti,ſic in præſenti §.& in *cap.ex tuarum*, *de eo,qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium*, tamen de iure ciuili cauſa fornicationis,ſeù adulterij id licitum erat,*l.conſenſu,C.de repudijs.*
Aduerte ſecundò,quod propter adulte-
3 rium ſeparatur matrimonium quoad debitum, quod non poteſt petere adulter, tamen reddere tenetur, & ideò ſi innocẽs coniux nolit ſeparationem ſaltem quoad habitationem,nec poteſt vxor recedere, vt colligitur ex *cap.gaudemus de diuortijs.*

In §. non tamen, cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſecundum contractum conſtante primo,an valere poſſit,& n.2*
3 *Contractus celebratus cum dolo.*
4 *Promiſſio de contrahendo matrimonio quando liget,& n.8.*
5 *Machinatio mortis coniugis,quando impediat,n.6.& 7.*

1 ADuerte primò, quod ſi vxor ſit in bona fide,virum. ſ.cum quo cõtraxit non eſſe coniugatum, nec habere aliam viuam vxorem,ſi in tali bona fide perſeueret vſq; ad mortem illius primæ vxoris ſui viri, eſt deindè in eius poſſe,an velit matrimonium diſſoluere nec ne, quod ſi velit conſtare accedente nouo conſenſu id facere poterit, *cap. veniens de eo,qui duxit in matrimonio, quã polluit per adulteriũ.c.1.et fin.de diuortijs.*
Aduerte ſecundò,quod ſi ſolus vir, qui
eſt in culpa,velit poſt mortem primæ vxo
2 ris matrimonium diſſoluere cum ſecunda,quia non fuit licitè contractum, non debet audiri niſi accedente conſenſu talis vxoris,ne ipſe ex propria culpa commodũ reportaret,*c.1.de eo,qui duxit,&c. c.2.de adulteris*,& ſic contractus cum dolo celebratus valet in odium doloſi,& ligat ipsũ,
3 non ligat tamen innocentem,niſi conſentire velit,*cap.de illis de ſponſalibus impuberum*,filij autem nati ex tali matrimonio ſunt legitimi ex bona fide, quam ſemper habuit eorum mater,*cap.ex tenore,et cap. cum inter qui filij ſint legitimi.*
Aduerte tertiò,quod ſi quis nõ animo,
vt ducat aliquã in vxorem,ſed animo adulterãdi aliquam cognouerit viua ſua vxo-
4 re,hac deindè mortua non impeditur matrimonium inter ipſos,etiam ſi de hoc fidem ſibi dederint inuicem, quod .ſ. ſecuta morte vxoris præſentis volebant contrahere matrimonium *cap.ſignificaſti de eo, qui duxit,&c.*ſi autem vellent recedere non obſtat fidei datio,quia fuit nulla, & ideo non eſt ſubſtinẽda tanquã inductiua captãdę mortis, vt notat *gl.verbo dederit.*
Nota tamẽ limitari hoc, ſi interuenerit
machinatio mortis primę vxoris,& ſequatur ſcientia tàm adulteri,quàm adulteræ,
tunc.n. impeditur matrimonium ratione
5 criminis ſecuti, imò dirimitur ẽt,vt diximus ſupra de impedimentis. Si aũt vnius ſcientia interuenerit nõ dirimitur,*cap.laudabile de cõuerſione infidelium, & Abb.in cap.ſuper eo de eo,qui duxit, &c.* Inſuper
6 requiritur effectus mortis ſecutæ ex tali machinatione, aliàs ſola machinatio ſine effectu ex ipſa non impedit matrimoniũ, ſumus .n. in pęnalibus,& odioſis,*cap.odia de regulis iuris in 6.* tanto fortius, quod
7 matrimonium eſt de iure diuino, & hoc impedimentum eſt de iure poſitiuo, ergo niſi verè ſequatur tale crimen, matrimonium nec impeditur,nec dirimitur,vt per *gl.hic verbo machinatio.*
Aduerte vltimò pro §.*ſed & ſi fidem*;
quod licèt fidẽ ſibi inuicem dederint pro
matrimonio contrahendo ſecuta morte
8 extantis vxoris,dummodò nulla copula ex animo maritali interceſſerit inter ipſos,licet ſint puniendi propter talem fidẽ datam,tamen matrimonium poſt mortẽ deindè contractum valet,nullus enim malus effectus indè ortus eſt, *cap.fin.de ſponſalibus.*

In §. vſque adeo.

SVMMARIVM.

1 *Non ſunt facienda mala, vt eueniant bona,*

NOn ſunt facienda mala; vt eueniant bona, & ideò ſi quis, vt infidelem ducat ad ſtatum Eccleſiæ promittat illam ducere in vxorem, &
1 ideò machinetur mortem vxoris viuentis, ſi deindè velit contrahere matrimoniũ non poteſt etiam ſi infidelis Eccleſiam per fidem ingrediatur, & licèt contraheret nullum tamen eſſet matrimonium ex ratione adducta: nam tale lucrum nõ vult Eccleſia, quod damnum alteri infert; probat *gl. hic ex multis iuribus, cap. ſi dicat 33 q. 1. cap. non eſt putanda 1. q. 1, cap. ne quis arbitretur 21. q. 3.*

In §. diuerſa ratio cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Occiſio coniugis non ſemper impedit matrimonium, & n. 3.*
2 *Voluntas operandi diſtinguit maleficia.*

1 ADuerte, quod ſi quis non animo ducendi aliquam in vxorem, ſed vel ex inimicitia, vel in bello, &c. aliquem occiderit, non impeditur deindè à contracto [illegible]atrimoniali cum eius vxore, nam a[illegible] propoſitum diſtinguit ma-
2 leficia, vt habetur hic, & patet ex *l. 2. in fine, ff. de conditionibus, & demonſtrationibus,* id autem, quod ponit *Lancellottus in §. ſed, & ſi,* habet locum ante quam matrimonium contrahatur, ſi tamen ſit contractum verum, & validum eſt, ait enim ipſe
3 quod licèt ex machinatione non ſequatur mors, matrimonium impeditur, & ſic dicendo conciliabis ipſum cum *gloſſ. in §. cum, & verbo machinari.*

In §. illud quoq; cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Nuptiæ ſecundæ probibitæ ſunt de iure ciuili.*
Limita de iure canonico, n. 2.
Inducunt aliquam priuationem, n. 3.

1 ADuerte primò, quod de iure ciuili mulier tranſiens ad ſecundas nuptias ante completum annum luctus eſt infamis, *l. 1. C. de ſecundis nuptijs,* tamen ius canonicum talem pœnam omninò abſtulit fauore matrimonij, *capit. 1. & 2. de ſecundis nuptijs*, imò vt habetur hic, hodie omnis pœna introducta in odium ſecundarum nuptiarum ſublata eſt.

Aduerte ſecundò, quod hodiè illud tã-
2 tum viget, vt ſcilicèt tranſeuntes ad ſecundas nuptias, cum ſint bigami benedici, nõ debeant, & parochus, ſiue presbiter id faciens eſt puniẽdus arbitrio Epiſcopi, *Diaz in praxi criminali c. 68.* imò ſi vnus ſit benedictus, alia non, nec benedici debent, nã
3 iſte, qui eſt benedictus communicat ſuam benedictionem non benedicto, dum iunguntur in carne vna, *cap. ſi vir de ſecundis nuptijs, cap. quod in dubijs de conſecratione Eccleſiæ, vel altaris*, & hęc de ſacramẽto matrimonij dicta ſufficiant.

DE REBVS SACRIS, Sanctis, & Religioſis.

TITVLVS DECIMVSSEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Res Sacræ Sanctæ, & Religioſa, quæ dicuntur.*

1 DIctum eſt in ſuperioribus de Sanctis, verum quia hæc habent certa loca, in quibus confici, & miniſtrari debent, & inſtrumẽta quibus medijs miniſtrantur, merito pro his debebat ſubſequi titulus. de

de rebus ſacris,& ſanctis, vt ſunt Altaria,
vaſa ſacra,&c. & videbimus etiam de re-
bus religioſis,vt ſunt ſepulturæ, Hoſpita-
lia,&c.de quibus infra in *tit.de ſepulturis,
& religioſis domibus,&c.* nequè aliud hic
ponit *Lancellottus* ad intellectum huius
tituli.

DE CONSTRVENDIS,

Conſacrandis,& reparandis Eccleſijs, vel altaribus.

TITVLVS DECIMVSOCTAVVS.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia,quid ſit,n.2.*
AEdificata ſine conſenſu Epiſcopi non gaudet immunitate, n.3.
Eius figuræ,n.4.
AEdificari poteſt à quolibet,n.5.
6 *Celebrari an poſſit extra Eccleſiam.*
Quid in oratorijs priuatis,n.7.

INter res ſacras,ſan-
ctas,&c,ſunt Eccle
ſiæ,& Altaria, me-
rito de ipſis hic, ad
cuius tituli,& duo-
rum SS. intelligen-
tiā videbimus pri-
mò,quid ſit Eccle-
ſia,ſecundò,vnde
habuerit originem eius ędificatio.Tertiò,
an poſſit à quolibet Eccleſia ædificari.
Quartò,an liceat aliquando extra Eccleſiā
celebrare.

Circa primum aduerte, quod Eccleſia
1 eſt congregatio, & communio fidelium
Chriſti fidem profitentium.Sed hæc defi-
nitio ſpectat potius ad formalitatem Ec-
cleſiæ,ideò cum hic loquamur de Eccle-
ſia materiali, dic,quod Eccleſia eſt locus
publicus auctoritate Epiſcopi conſtru-
2 ctus,& ædificatus, in quo fideles ad ſuas
functiones conueniunt, ſic colligitur ex
tex.gloſ.hic. Dicitur auctoritate Epiſcopi
ad oſtendendum, quod nemo poteſt Ec-
cleſiā fundare,vel ędificare abſq;conſenſu
Epiſcopi,diximus *libr.1. de iure patrona-
tus.* Ratio eſt,quia Epiſcopus tantum eſt,
qui aduertit in rebus Eccleſiaſticis,& ad
ipſam ſpectat Eccleſiarum, & piorum lo-
corum recognitio,*Lambertinus de iure
patronatus par.3.lib.2.art.15.q.1. n.1.ex
Paulo de Caſtro conſ.145.* quod definit
*tex.in cap.nemo il primo de conſecr.diſt.1
& cap.quod in dubijs de conſecrat.Eccle-
ſiæ,vel Altaris,* vndè ſi aliqua Eccleſia eſ-
3 ſet ædificata abſq; conſenſu Epiſcopi,non
debet gaudere immunitate, quia quod
contra legem fit, nec nomen legis mere-
tur,*l.non putauit,§.non quæris,ff.de bono-
rum poſſeſſionibus contra tabulas.*

Circa ſecundum, ex pluribus locis ſa-
cræ paginæ habemus initium fundationis
3 Eccleſiarum, ſed antiquior videtur ille,
cuius meminit Eccleſia *Paralipomenon
c.7.*cum de ædificatione templi Salomo-
nis,& *Exod.c.31.& numerorum 7.* quan-
do Dominus præcepit Moyſi ſibi ædifica-
ri templum,conſtrui vaſa ſacra,deſignari
Sancta Sanctorum,&c.

Circa tertium;vt patet ex his,quæ dixi-
mus in §.*ſunt tā de iure patronatus*,quod
nemo poteſt impediri ab ędificatione Ec-
cleſiarum, etiam fęmina, & meretrix ex
pecunia acquiſita ex turpi quæſtu, patet
5 ex *cap.quoniam de iure patronatus.* Item
illegitimè natus *d.cap.quoniam,& cap.fi-
lijs 16.q.7.*quę intra loquuntur generaliter.
Item excommunicatus,*Ioannes Andreas,
& Abb.in cap.nobis cit.tit.*

Circa quartum reſpondetur, poſſe ali-
quādo celebrari extra Eccleſiam,*cap.con-
cedimus 30.de conſecr.diſt.1.*vbi itineran-
tibus conceditur ſub aere poſito Tento-
rio cum tabula conſecrata ſacrificare,ſed
6 Summus Pontifex in hoc diſpenſare de-
bet, qui de neceſſitate ſic conſecrandi iu-
dicat, aliàs Sacerdos ſic faciens peccaret
mortaliter.Item in oratorijs priuatis,neq;
7 celebrari poteſt ſine diſpenſatione Ponti-
ficis, & hodie limitatum eſt ex *conſtitu-
tione Pauli V.*vt videre eſt in *Rota Roma-
na deciſ.190.& ſequentibus*,exceptis etiā
quibuſdam diebus .ſ. in die Paſcharis,Pē-
tecoſtes,Natalis,Aſcenſionis, &c. quibus
apponitur geminatus ſignum Crucis.

In §. conſtruuntur cum tribus ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſię conſtruendę cauſę.*
2 *Parochię debent habere ſuos limites di-
uidi poſſunt,n.3.*

Limi-

Digitized by Google

Limites à laicis cognoſci poſſunt.n.4.
5 *Laicos amicabiliter tractet Epiſcopus.*

ADuerte primò, quod poſſunt no-
uæ Eccleſiæ conſtrui tàm ad oſtē-
dendam auctoritatem Paſtoralem
1 Epiſcopi, & ſic priuilegium Epiſcopatus,
vt hic in §.*conſtruuntur*,quàm etiam ob
incrementum populi, qui vnica Eccleſia
comprehendi no poſſunt, *cap.præcipimus
16.q.1.& cap.nulli diſt.99.*
Aduerte ſecundò,q non poteſt Epiſco
pus ſub vna terminatione aliam Eccleſiā
2 Parochialem cōſtruere,ita vt fideles hinc
inde ſacramēta ſumere poſſent;nam vnus
Princeps in vno populo eſſe debet, *cap.
quoniam de offic.ord cap.in apibus 7.q.1.*
Pontifex verò id poteſt facere.*cap.plures
16.q.1.* quia ipſe in iure poſitiuo diſpen-
ſare poteſt,prout vult.
Aduerte tertiò,quod benè poterit Epi
ſcopus creſcente populi numeroſitate
3 vnam Eccleſiam parochialem in duas di-
uidere, & cuilibet ſuos limites apponere,
ſi ita videatur expediens,& vires Eccleſię
ſuppetant pro alimentis vtriuſque Cura-
ti,intercedente etiam conſenſu Rectoris,
nunc viuentis in ipſa Eccleſia, aliàs non
poterit id facere,niſi vacante dicta Eccle-
ſia,diximus *lib.1.de collation.*Quod ſi de
limite, ſeù terminatione Eccleſiarum lis
orta ſit inter populos, Epiſcopus amica-
biliter inter ipſos procedere debet,*cap.de
cætero, & cap. ſtatuimus de tranſact.* &
4 poteſt etiam in talibus caſibus à laicis ar-
bitrium petere,*glo.hic ver.diſcernitur*:ſo
let enim plebs eſſe informata de tali ter-
minatione, meritò tale conſilium atten-
ditur, *l.conſenſus,C.de repud. cap. veniens
de teſtib.*
Ex hoc habes, quod debent Epiſcopi
5 amicabiliter, & placitè procedere cum
laicis,ita vt potius ametur ab ipſis, quàm
quod illi ex eius rigore terreantur, amor
enim vnit,timor ſegregat, *cap.peruenit de
exceſſ.Prælat.D.Ambr.2.offic.c.7.& S.D.
cap.de regimine Principum lib.1.c.10.* &
talis fuit Eminentiſſimus Bellarminus, vt
ex eius actis c.26.

In §. Neque quidquam.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ædificando nouam Eccleſiam
in territorio Epiſcopali an dicatur alie-
nare.*

IVramentum quod dat Epiſcopus dum
conſtatatur de rebus ſuæ Eccleſiæ nō
1 alienandis,nec diſtrahendis non obeſt,
quin pro neceſſitate populi poſſit Epi-
ſcopus nouam Eccleſiam fundare, & le-
uem dotem conſtituere, *Abb.in cap.fin.
de Eccleſiaſticis ædificand.*;iuramentum
enim reſtringitur ad limites iuris, *Abbas
loc.cit.*& ideo qui facit ſecundum ius in
neceſſitate, vel maxima vtilitate Eccleſiæ
contra iuramentum non videtur facere.
Verum tamen eſt,quod ſaltem in foro ex-
teriori deberet petere licentiā ſaltem à Pa
pa,cui præſtatur iuramentum, nam ille
cui iuramētum præbetur videtur eiuſdem
ſibi reſeruaſſe conſilium,*glo.hic ver.iura-
mentum circa med.*

In §. Plebium.

SVMMARIVM.

1 *Populi diſtantia eſt cauſa nouæ Eccle-
ſiæ fundandæ.*
2 *Eccleſia noua oſtendit antiquæ obedien-
tiam.*

ADuerte primò, caſum in quo po-
teſt Epiſcopus nouam Eccleſiam
Parochialem cōſtruere,& eſt quan
1 do magna pars populi valdè diſtaret ab
Eccleſia Parocchiali,ita vt fideles difficil-
limè poſſent Eccleſiæ intereſſe,& diuina
officia perſoluere;nam difficultas aliquan
do introducit id, quod regulariter prohi-
betur,*cap.Audientiam ext.eod.*
Aduerte ſecundò,quod debet noua Ec-
cleſia ſuę Eccleſiæ maioris oſtendere obe
2 dientiam,& ſubordinationem per aliquod
ſignum taxandum ab Epiſcopo, *cap.om-
nis anima de cenſib.*& notat *Abb.in d.cap.
ad Audientiam*, imò ſi iſta noua Eccleſia
ſit fundata in fundo Eccleſiæ veteris,ipſa-
met Eccleſia prius habebit ius præſentan
di clericum inſtituendum in tali Eccle-
ſia,*cap.pia mentis 16.q.7.*&notat *glo.ibid.*

In §. Vniuerſitatis cum duo-bus ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Infirmorum cauſa noua fit Eccleſia.*
2 *Artifices poſſunt ſuam habere Eccleſiam.*

3 Pa-

3 *Parochiæ non præiudicatur ex noua Eccleſia.*
4 *Eccleſia exempta diruta poteſt per Epiſcopum readificari.*
Poteſt fundari ab Epiſcopo pro ſui ſepultura, n.5.
Limita num.7.
6 *Epiſcopi funeralia quis facit.*

1 ADuerte primò, quod poteſt Vniuerſitas infirmorum ſibi nouam Eccleſiam ædificare, vt pro leproſis, habetur in *c.2. ext.eod.* Item Artifices habent pariter ſuas Eccleſias, vt poſſint ibi ſepeliri, & commodè conuenire, non tamen per hoc debet Eccleſia Parochialis pri-
2 uari ſuis iuribus, ſcilicet miniſtrare Sacramentorum, Baptiſmatis, Matrimonij, Cōmunionis in Paſchate, & Extremę vnctionis, *cap.omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ. & Summiſta ver. Parochia*, Idem dic de benedictione ſponſaliorum de præſenti, vt declarauit *Trid. ſeſſ.24. de*
3 *refor.matrim.* Item debentur etiam Eccleſiæ Parochiali decimæ, vt videbimus infra, niſi adſit tranſactio, & talis poteſt æſtimari Neapolim, vbi Parochi habent mēſatim certam portionem ex gabellis, quas ſoluunt Ciues, & Incolæ.

Aduerte ſecundò, quod licèt Epiſcopo in ſua Diœceſi nouam ædificare Eccleſiam vt diximus, ſiue pro ſe, ſiue pro ſuis, *cap. penult. de donation.* quod extende ad Ec-
4 cleſiam dirutam, quam poteſt reedificare, licet alias fuerit exempta, ſufficit quod ſit in Diœceſi, licet nō ſit in Diœceſi *gl.hic ex cap. penul. de offic.ord.& Abb.apud eand.gloſ.*

Nota etiam, quod poteſt Epiſcopus talem Eccleſiam fundare pro propria ſepul-
5 tura, & dotem etiam conſtituere de proprietate ſuæ menſæ, dummodò non excedat centeſimam, vt habetur hic ex quo habes, quod poteſt Epiſcopus ſepeliri etiam extra Eccleſiam Cathedralem, *Abb. in cap.penul. de donat.*

Ex quo colligit *gloſ.* quod dum poteſt ſibi parare ſepulturam expenſis proprietatis ſuæ menſæ, & ſuorum redditium dotando talem Eccleſiam; per conſequens debent fieri funeralia expenſis eiuſdem menſæ, nam acceſſoriū ſequitur naturam ſui principalis, & ſic ſunt funeralia ad ſepulturam.

Limita hoc in Eccleſia extra Diœceſim;
7 non enim poteſt Epiſcopus id facere, niſi accedente conſenſu Summi Pontificis, *Abb. in d.c.pen.*

In §.quacunque tamen.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia noua qualiter fundanda, & n.2.*
3 *Dos neceſſariò conſtituenda Eccleſiæ, & quis teneatur, n.4.& 5.*

1 ADuerte primò, quod in fundatione nouæ Eccleſiæ debet neceſſariò interuenire conſenſus Epiſcopi, *cap. paſtoralis de priuileg.* qui ſi nollet conſentire tunc ad Superiorem erit recurrendū, *cap.nemo de conſecr. diſt.1.* & Epiſcopus accedens deſignat locum, ponit crucem,
2 & lapidem figit, *§.illud, auth.de monac.* & habetur in Pontificali Rom. vbi plures benedictiones pro primo lapide.

Aduerte ſecundò, quod debet Epiſcopus procurare, vt dos competens cōſtituatur
3 pro luminaribus, &c. vt diximus, quod ſi in fundatione non ſit conſtituta, debet cōſtitui in benedictione, vel conſecratione, quod ſi neque tunc ſit conſtituta, debet Epiſcopus eum conuenire, ad cuius peti-
4 tionem fecit conſecrationem, vt dotem conſtituat, quod ſi deceſſerit, cogit hæredes ad idem, *Abb.in c.cum ſicut de conſec. eccl.vel.altar.* Hoc tamen limitatur, quan-
5 do eleemoſynę maximę confluerent, tunc enim hęc valent pro dote, *Abb. in cap.ad audientiam ext. eod. cap. clericus victum diſt.91.* quibus omnibus deficientibus cogitur conſecrator dotem conſtituere, vt per *gloſ. hic.*

In §. ſec & ſi quis cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia nemini vult præiudicare.*
Noui operis nunciatio contra ipſam datur, n.2.
Vlterius non ędificat facto mandato; num.3.
Non ędificetur ſine conſenſu Epiſcopi, num.4.

1 ECcleſia nemini vult inferre præiudicium, vnde ſi ædificatio nouæ Eccleſiæ alicui præiudicium inferret, poteſt intētari nunciatio noui operis, *c.1.*

&

& ſeq. de noui oper. nunc, quod ſi is, qui
2 ædificat ſpreta nunciatione vlterius procedat, tenetur ſuis ſumptibus demoliri ędificatum in præiudicium tertij, *c.2. cit. tit.*

Aduerte primò, quod licèt ædificat in Eccleſiæ non inferret præiudicium nunciandi, tamen poſito mandato, ſi vlterius
3 procedat, damnatur ad dictam demolitionem, quia agitur ad euitandas rixas, & tempus probationis faciendę à nunciante eſt tantum trium menſium, & ſic de facili terminatur res, tum etiam quia currit neglectus Iudicis, ſeù Superioris, quæ omnia ſunt euitanda, *Abb. in c.1. de nou. oper. nunc.* & colligit ex *l.1. C. eod.*

Aduerte ſecundò, quod ſi Eccleſia nemini inferat præiudicium, ſed tamen fue-
4 rit ædificata abſque conſenſu Epiſcopi, tunc Eccleſia ipſa cum dote etiam conſtituta tranſit in poteſtatem Epiſcopi, qui de ipſa diſponere poteſt, prout vult, nec poſſunt patroni dotes conſtitutas reuocare *Abb. in cap. cum olim de priuileg. & tex. in cap. regenda 10. q. 2.*

In §. Baſilica cum ſequen.

SVMMARIVM.

1 *Baſilicę nomine quid veniat.*
2 *Eccleſia benedicta tantum quis benedicere poſſit, n.3.*
Eius cęremoniarum ſignificationes n.4.

1 ADuerte, quod Baſilica idem eſt, ac Eccleſia adhuc non conſecrata, *c.1. de Relig. domib.* licèt alibi ſignificet etiam palatium Regis, & benè ſic pariter vocari debent Eccleſiæ Palatia magni Regis Dei, poterit tamen Eccleſia nouiter conſtructa benedici tantum
2 pro celebrandis Miſſis, & conſecrabitur poſtea maiori comoditate attenta, munus autem conſecrandi ſpectat ad Epiſcopum ordinarium loci, *cap. nemo de conſecr. diſt. 1.* ſi tamen eſſet aliqua Ciuitas nouiter reconciliata ad fidem; tunc pote-
3 rit ille Epiſcopus Baſilicam conſecrare, qui ipſos incolas baptizauit, vt hic in §. *& ſi dubitetur.* De cęremonijs, & ritibus circa conſecrationem videte Pontificale
4 Romanum, & de ſignificatibus Rituum, videte *Pauon. 3. 2. par. de prepar. ad Miſſ.* vbi diffusę ſubtiliter, & deuotè varios dat intellectus dictis Ritibus.

In §. Eccleſia cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſemel conſecrata, non eſt iterum conſecranda.*
Vno teſte id probatur, num.2. & alijs modis, num.3.

1 ID quod ſemel Deo dicatum eſt non indiget noua conſecratione, ideo Eccleſia ſemel Deo dicata, vel altare ſemel Deo conſecratum, non eſt reconſecrandum, vt diximus ſupra de Sacram. Baptiſ. ex *cap. ſicut diſt. 68.* vbi puer baptizatus non de-
2 bet iterum baptizari, & ſicut vnus teſtis facit fidem de baptiſmo pueri, ita etiam de conſecratione Eccleſiæ, *cap. paruulus de conſecr. diſt. 4.* etiam ſi eſſet teſtis de auditu, dummodò audierit à perſona cui fides præſtari poſſit, & probari etiam põt per Cruces, quæ extant in pariete Eccleſiæ rubri coloris, vel per lapidem inciſũ,
3 in quo de tali conſecratione fiat mentio, vel per librũ Eccleſiæ, *cap. ſanè 24. q. 2. & Abb. in cap. propoſuiſti de conſecr. eccl. vel altar.* vnde ſi nihil conſtet ex his, & Eccleſia conſecretur non poteſt dici reconſecrata, quia non dicitur iteratum, quod ſemel ignoratur factum, vt diximus de baptiſmo, ex *c.1. de baptiſm & eius effect. & glo. hic* notat, quod clericus dubitans an recitauerit horas, nec ne tenetur ipſas recitare, patet *l. in lege, ff. de contrab. emp.*

In §. ſed ſi Eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia reconcilianda cauſa, & num. 11. & 12.*
Sanguinis pollutio, n.2. & 4. 5. & 6. & 7.
3 *Sacrario polluto, non eſt polluta Eccleſia.*
8 *Martyrum occiſio polluit Eccleſiam.*
9 *Pollutio ex ſemine Eccleſiam violat, & n.10.*
13 *Reconciliare Eccleſia quis poſſit, & quomodo, n.14.*
15 *Eccleſia polluta quæ ibi fieri poſsint.*
Non dicitur polluta ſi cauſa ſit occulta, num.16.

Hic

HIC agendum de reconciliatione Eccleſię,& videbimus primò,quare ſit reconcilianda. Secundò,qui modus adhibeatur in reconciliatione: Tertiò, quæ poſſint fieri in Eccleſia polluta.

Circa primum aduerte, quod cauſæ propter quas Eccleſia reconciliari debet
1 plures ſunt: Prima eſt,ſi Eccleſia amiſerit
omnino priorem formam, in qua fuerat conſecrata,puta ſi eſt combuſta,vel diruta, *cap.in Eccleſiis de conſecr. diſt.*1. *& Abb.in cap.propoſuiſti de conſecr.eccl.vel altar.* nec ſufficit prior conſecratio, de hac enim non habetur ratio, perempta re,quod non eſt in animatis; homo enim ſemel conſecratus, ſemper ſic permanet, etiam ſi moriatur, nam ſi reſurget nõ erit reconſecrandus ratione impreſſi caracteris indelibiliter in anima.

Secunda cauſa pro reconciliatione eſt
2 pollutio ex ſanguine humano, vel homi-
cidium ibi perpatratum, debet tamen hoc eueniſſe intus Eccleſiam, non in Sacrario,nec in Campanili,nec in Atrio muraro,&c.quia hęc nõ ſunt intra corpus Eccleſię *gl.hic ex Vgo.& Nau.c.27.n.*150.

Dices:talia loca gaudent immunitate, quia adhęrent Eccleſiæ, ergo ipſis pollutis etiam debet æſtimari Eccleſia polluta.

Reſp.neg.conſeq. nam pro immunita-
3 te,ſumus in priuilegijs, in pollutione ſu-
mus in odijs, hæc autem ſunt reſtringenda,illa verò amplianda, ex *reg.odia in 6.*

Nota tamen hic primò,quod percuſſio
4 vel homicidium debet eſſe voluntarium,
non caſuale,vel licitum,puta ad defenſionem propriæ vitæ,quia tunc non eſſet polluta Eccleſia,*Nau.loc.cit.n.*176.*Abb.in d. cap.propoſuiſti.*

Nota ſecundò, quod idem habet locũ etiam ſi fuerit homicidium abſque ſan-
5 guinis effuſione,vt ſi fuiſſet ſuffocatus ali-
quis,vel occiſus, tamen ſanguinis effuſio non fuit intus Eccleſiam,ſed foris: ſufficit enim quod ibi ſit ſequutum homicidium, tunc enim ſemper erit Eccleſia reconcilianda, *cap.propoſuiſti de conſecr. eccl. vel altar.in c.*1.*eod.tit.in 6.*

Nota Tertiò, quod non quælibet emiſſio ſanguinis polluit Eccleſiam, puta ex
6 naſu,vel digito inciſo,&c.debet enim eſſe
effuſio,vt notat *Abb.in cap.propoſuiſti,*& debet eſſe violenta,non rixa, vt eſt inter pueros,vel iocosè, *Sotus in 4.diſt.*13. *q.*2. *art.* 3.

Nota quartò, quod ſi quis percuteret aliquem extra Eccleſiã,& hic confugiens ad Eccleſiam effunderet ibi magnam copiam ſanguinis, Eccleſia non diceretur
7 polluta,quia locus percuſſionis eſt atten-
dendus, *Abb.loc.cit.* Eſſet autem polluta etiam ſi ſanctus in ipſa occideretur ab Infidelibus, licèt enim Eccleſia ſanguine
8 Martyrum conſecrata ſit, tamen peccato
Infidelium polluitur,& ſic eſt reconcilianda.*tex.in c.*1.*de conſecr.eccl.vel alt.& glo. hic ver.ſanguinis.*

Tertia cauſa eſt pollutio ex ſemine, pro qua.

Nota primò,quod quælibet emiſſio ſe-
9 minis facta in Eccleſia, ſiuè matrimonia-
li,& licita, ſiuè adulterina, & quouis alio modo facta ſemper polluitur Eccleſia, & eſt reconcilianda,*glo.in cap.vnico de conſecr.eccl.vel altar.in 6. & cap.ſignificaſti de adult. Sot.loc.cit.*

Nota ſecundò; quod debet eſſe pollutio voluntaria, vnde pollutio nocturna,
10 na, vel ex menſtruo non polluit Eccle-
ſiam, *Silueſt.ver.conſecratio* 2.*q.*5. Item debet eſſe ab hominibus, ſi enim animalia coirent,v.g. non eſſet polluta Eccleſia, ſicut neque dicitur polluta ſi aliquod animal ibi occidatur, *gl.hic ver.ſeminis, & ver.ſanguinis.*

Quarta cauſa eſt ſepultura hęretici,vel
11 Infidelis, tunc enim ſunt expellenda ca-
dauera,parietes Eccleſiæ abatendi, dealbandi, & Eccleſia iterum debet benedici, *Nauar.c.27.n.20.& ſeq.* Idem eſt ſi excõmunicatus inibi ſepeliatur, *cap.eccleſia de conſecr.diſt.*1.*& Abb.in dicto cap.propoſuiſti.*

Quinta cauſa eſt, ſi ipſemet Epiſcopus conſecrator fuiſſet excommunicatus tem
12 pore conſecrationis, tunc enim Eccleſia
eſt reconſecranda;nam conſecratũ à maledicto haberi non poteſt;nemo enim dat quod non habet,*l.nemo plus iuris, ff.de reg.iur.& cap.nemo poteſt de reg.iur.in 6.*

Circa ſecundum reſpond. cum diſtinctione, aut Eccleſia eſt tantum benedicta,
13 aut eſt benedicta,& conſecrata, ſi tãtum
benedicta poteſt quilibet Sacerdos de mandato Epiſcopi cum aqua benedicta ab ipſo Epiſcopo reconciliare;ſi verò fuerit conſecrata debet ab ipſo Epiſcopo reconciliari cum aqua benedicta,cui Sal, & Acetum admiſcetur, *DD.in d.cap.propoſuiſti*, vnde non poteſt ſimplex Sacerdos
14 id facere ſine ſpeciali priuilegio Summi
Pontificis, vt habent Superiores locorum Societatis Ieſu,& vidimus ab ipſis ſeruarũ Neapolim in recõciliatione Eccleſiæ Domus Profeſſorum pollutæ per violentam ſanguinis effuſionem, & reconciliata fuit à Patre Vincentio Carafa tunc ibi Præpoſito.

Circa tertium aduerte, ꝙ non poſſunt

Cc in

Digitized by Google

in Eccleſia polluta celebrari quælibet di-
uina officia, vel ſacrificia, ſed tantum ibi
poteſt concionari, ſicut etiam poteſt fieri
tempore interdicti, *Nauar. c. 27. nu. 176.*
15 quia hoc poteſt fieri etiam extra Eccle-
ſiam, ſi etiam Sacerdos celebraret ſcien-
ter in Eccleſia polluta nõ eſſet ſuſpenſus,
nec efficeretur irregularis, peccaret ta-
men mortaliter, quia faceret cõtra ius Ec-
cleſiæ id prohibentis, *cap. is qui, de ſent.
excom. in 6.*

Nota demum ex *glo. hic ver. polluta*,
quod ſi hæc omnia ſecretò eueniant Ec-
cleſia non eſſet reconcilianda, colligitur
cap. vnico de conſecr. eccl. vel altar. in 6. &
notat *glo. hic.*

In §. De eo.

SVMMARIVM.

1 *Altari fracto non eſt polluta Eccleſia. Quæ reliquiæ in Altari apponuntur, num. 2.*

1 ADuerte, quod fracto Altari vel por
tatili, vel fixo non eſt reconſecran
da, nec reconcilianda Eccleſia;
ſed tantum Altare debet reconſecrari, ſi
notabiliter ſit fractum, vt amiſerit prio-
rem formam conſecrationis, *cap. ſi motũ
de conſecr. diſt. j.* de forma cuius conſecra
tionis videte Pontificale Rom. & *Pauon.
loc. cit.* & docet *tex. in d. cap. ſi motum*, vbi
habetur, quod moto Altari Eccleſia eſt
conſecranda, tamen contrarium ponit
deinde *tex. in c. j. de conſecr. eccl. vel altar.*

Quæres, poſito quod ibi apponendæ
ſint Reliquiæ Sanctorum, an poſſit appo-
2 ni pars Hoſtiæ conſecratæ, quæ eſſet Re-
liquiæ Reliquiarum.

Reſp. negatiuè, & ratio eſt, quia Chri-
ſtus voluit ſuum corpus eſſe nobis tãtum
ad certum, & determinatum vſum, dum
dixit *Accipite, & manducate c. j. de conſec.
diſt. j.* tum etiam quia Sanctorum Reliquię
ponuntur ibi ad intercedendum pro no-
bis ad Dominum, nec debet Chriſtus Do-
minus, qui eſt Deus, & homo, eodem mo-
do poni ſicut ponuntur Sancti.

In §. confici.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus demandat ea quæ ſunt iuriſdi-
ctionis.*
2 *Eccleſia qualibet die conſecrari poteſt.*

DIximus in primo libro cum de
poteſtate Epiſcopi, quod Epiſco-
pus poteſt tantum ea demanda-
1 re, quæ ſunt iuriſdictionis, non autem quæ
ſunt ordinis, vt per *tex. & glo. in cap. aqua
de conſecr. eccl. vel altar.* hic autem idem
repetit *Lancellot.* quod ſcilicet Epiſcopus
non poſſit alteri demandare conſecratio-
nem Eccleſiæ, benedictionem verò poteſt
alteri committere, quia conſecratio con-
cratum ſupponit, vt eſt Epiſcopus.

Nota etiam hic, quod poteſt Eccleſia
2 conſecrari qualibet die etiam feriata, *c. 2.
de conſecr. eccl vel altar. & gl. hic ver. qui-
buſcunque diebus*, idem docet in fine ex
doctrina *Abbatis in d. c. 2.*

In §. Illud vſque ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura hæretici polluit Eccleſiam.*
2 *Prægnante mortua, quid de fętu.*
3 *Officium dedicationis Eccleſiæ quando
faciendum.*
4 *Eccleſia cuius ſumptibus ſit reparanda.*

1 ADuerte primò, quod Templa Ido-
latrorum, vbi eorum corpora ſe-
pulta manent, ſi apta appareant
conſecrari poterunt ad diuinum cultum,
ſed prius corpora Infideliũ expelli debẽt,
nam quibus non cõmunicamus viuis, nec
mortuis cõmunicare debemus, *c. 1. 24. q. 2.*
debent tamen parietes abradi, & dealba-
ri, vt habetur hic. Si tamen fęmina præ-
2 gnans moriatur, ſcindi debet, & fętus euel
li, & ſepelliri extra Eccleſiam, mater verò
intus, licèt enim fętus ſit pars viſcerum
matris de iure ciuili, *l. 1. §. 1. ff. de ventre
inſpic.* tamen de iure canonico non ſic, qa
vt diximus de baptiſmo, non prodeſt bap-
tiſmus matris ipſi filio, vt colligitur ex
c. 1. de conſecr. diſt. 1.

Aduerte ſecundò, ſingulis annis fiat ce-
lebris

lebris feſtiuitas conſectationis ipſius Eccleſiæ, cum octaua, vt notatut ex ordine Breuiarij Rom. & patet ex *cap. ſolemnitates de conſecr. diſt.* j. docente hoc ipſomet
3 Domino, qui interuenit in feſto Dedicationis Templi, & Chriſti operatio, noſtra inſtructio eſt, *cap. Deus xj. q. j.*

Aduerte tertiò, ſi Eccleſia ſit reparanda vel emēdanda, nè funditus corruat, id ſpectat ad eius beneficiatũ, ſiue Ep̃m, qui de-
4 ductis neceſſarijs pro propria competenti ſubſtentatione, reſiduum Eccleſiæ, & pauperibus applicare debet, vt diximus *lib.* j. *de prab. ex cap. de ijs, eod. tit. & gl. hic verb. beneficium.* Si autem reditus ſint inſufficientes pro ſubſtentatione Epiſcopi, vel Beneficiati, tunc ſubditi ad id tenẽtur proprijs expenſis, *cap. ſi Epiſcopus de offic. ordin. in 6.* nam ipſi ſentiunt commodum Eccleſiæ quoad miniſterium, & vſum Sacramentorum, ergò debent etiam incommodum ſentire, ex *cap. rationi de reg. iur. in 6.*

DE VNIONIBVS Eccleſiarum.

TITVLVS, DECIMVSNONVS.

SVMMARIVM.

1 *Vnio Eccleſiarum quid ſit, cur fiat, nu. 5. & 6.*
Differt à ſuppreſſione, num. 2.
3 *Suppreſſio an poſſit fieri Eccleſiarum, & quare, num. 4.*

VISVM eſt de Eccleſijs ædificãdis, &c. verum quia ſolent aliquãdo vniri Eccleſiæ quoad redditus beneficiorũ, meritò ponitur pręſens titulus, ad cuius tituli, & duorum §§. intelligentiam.

Aduerte primò, quod vnio eſt duarum, pluriumvè Eccleſiarum facta connexio, vt hic in §. *vnio*, vel melius dic ſecundum *Rebuff. in prax. beneficiaria tit. de vnio-*
1 *nib. Eccleſ.* quod vnio eſt coniunctio Eccleſiarum, vel beneficiorum facta ab Epiſcopo. Eſt autem hæc definitio melior quatenus explicat cauſam efficientem talis vnionis, qui debet eſſe Epiſcopus ordinarius tãquam Delegatus Apoſtolicus, *Trid. ſeſſ. 21. c. 3. de reform.* ibi, *Iuxta diuiſionem ab Epiſcopo etiam tamquam Apoſtolicę Sedis Delegato, & text. in cap. ſicut de exceſſ. Prał.*

Aduerte ſecundò, quod vnio beneficiorum nõ eſt idem, ac ſuppreſſio eorũdem;
2 nam per ſuppreſſionem extinguitur beneficium, aufertur titulus, & redditus diſtrahũtur, quod non poteſt fieri, niſi ex iuſta cauſa, & cum cõſenſu Apoſtolico, vnio autem non facit hæc, ſed vnitis beneficijs remanet titulus, & ſic beneficiatus habebit duos titulos. Poſſe autem fieri vnionem beneficiorum, diximus *lib. 1. canon. de præbend.* & notat *Lotter. de re beneficiaria lib. 1. q. 28. n. 3. & Garz. de benef. p. 12. c. 19. num. 23.*

Quæres, an poſſit aliquando fieri hæc ſuppreſſio de qua diximus.
3 Reſp. affirmatiuè, dummodò tamen legitima cauſa intercedat, puta non ſolutio fructuum per decennium, ſiue per accidens, quia forſan qui correſpondebant non ſunt ſoluendi, ſiuè naturaliter forſan,
4 quia fundus eſt dirutus, vel domus combuſta, &c. & hoc debet examinatis teſtibus probari, *Felin. in cap. ex parte de conſtitut n. 20. & in cap. cum acceſſiſſent de verb. ſignif.* & debet eſſe clara probatio, alias præſumitur perceptio fructuum, *Ang. conſ. 227. n. 4.* idem dic quando valdè eſſent acta onera beneficij, *Capel. Tholoſ. de benef. c. 19.*

Aduerte tertiò, quòd vnio ex duplici
5 cauſa fieri poteſt, ſcilicet, vel ex neceſſitate, vel ex vtilitate Eccleſiæ, diximus *lib. 1. ex tex. in cap. expoſuiſti de præbend. cap. ſicut vnire de exceſſ. Prælat. cap. vnio 10. q. 3. & Trid. ſeſſ. c. 13.* ſtatuit, vt etiam in Eccleſijs Cathedralibus poſſet fieri vnio, vt duæ tenues reducantur ad vnam, ſed hoc facere ſpectat ad Papam præuia informatione, & proceſſu de Concilio Prouinciali, & idem poterit facere Epiſcopus pro beneficijs ſuæ Diœceſis, dum-
6 modò non ſint curata, & incompatibilia, tunc enim requiritur diſpenſatio Apoſtolica, vt diximus de præbendis; quare ad euitandum hoc ſtatuit *Concilium loc. cit.* quod in Cathedralibus non excedentibus redditus mille aureorum non poſſit imponi penſio, ſicut etiam in Parochialibus, quæ non excedunt centum.

Digitized by Google

In §. Non tamen cum tribus ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Vnio Cathedralium ad Pontificem ſpe-ctat.*
Etiam ad Legatum à latere, nu.2.
3 *Capitulum ſede vacante poteſt Eccleſias vnire.*
4 *Archiepiſcopus quas vniat Eccleſias.*
5 *Vniones Eccleſiarum nō ſemper fiunt per Epiſcopum.*
Eorum requiſita, n.6.
7 *Vnio quando fieri poſſit per Epiſcopum.*

HIC multa proponuntur de vnionibus Eccleſiarũ faciendis ab Epiſcopo, pro quibus

Aduerte primò, quod ſicut ad Sũmum
1 Pontificem ſpectat vnio Cathedralium, ita ad Epiſcopum vnio Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, *cap. ſicut vnire de exceſſ. Præla. cap. propoſuiſti de conceſſ. præb.*

Aduerte ſecundò, quod poteſt etiam Legatus à latere vnire Eccleſias Cathe-
2 drales, ſicut poteſt Pontifex, *c. 1. de off. Legat. in 6. cap. quod tranſlationem de off. Legat.* idem dic de Capitulo ſede vacante, nam tunc poteſt Capitulum quoad iuriſdictionem id, quod poteſt Epiſcopus quo ad multa, ergo poterit Eccleſias vnire,
3 quia hoc ad iuriſdictionem ſpectat, *cap. vnico de maior. & obed. in 6. & Rebuff in tract. de vnione benef.* qui etiam conceſſit id poſſe fieri per Vicarium generalem Epiſcopi, ſi habeat de hoc ſpeciale mandatum vt notat idem *Rebuff.*

Quæres primò, an poſſit Archiepiſcopus intentare vnionem beneficiorum in Eccleſijs ſui ſuffraganei.

Reſp. negatiuè, & ratio eſt, quia Archie-
4 piſcopus non eſt Iudex ordinarius ſubditorum ſuffraganei, ſed tantum in ipſis ſuffraganeis iuriſdictionem habet, *cap. paſtoralis de off. Ordin.* ergo non poteſt ad hæc ſe intromittere.

Quæres ſecũdò, an omnes Eccleſiæ indiſtinctè vniri poſſint, & pro libito ipſius Superioris.

Reſp. ad primam partem quæſiti, quod
5 in primis non poteſt Epiſcopus vnire Eccleſias Parochiales ſuæ Cathedrali, vel propriæ ſuæ mẽſæ, *cap. ſicut de exceſſ. Prælat.* & ratio eſt, nè videatur Iudex in cauſa propria, quod iniquum eſt, *cap. hic quſus 10. q. 2. l. pupillus, ff. de auctor. tutor.* Secundo, non poteſt vnire Monaſteria Monialium, nec diuidere ſine diſpenſatione Apoſtolica, *Sacr. Congr. ad Trid. ſeſſ. 24. c. 13.*

Ad ſecundam partem quæſiti reſpond. quod multa concurrere debent pro tali vnione, & primò requiritur conſenſus, ſeù
6 approbatio Capituli, non tantum per modum conſilij, ſed etiam per modum veri conſenſus, vt hic in §. *vbique adeo, ex clem. vlt. de reb. eccl. non alien.* Ratio huius dicti eſſe poteſt, quia in rebus Diœceſis magis ſunt informati Capitulares, quia ſunt Cõciues, quam Epiſcopus, qui vt plurimum eſt extraneus. Secundò, ſi Eccleſia ſit patronata requiritur conſenſus patroni, qui ſi non conſentiat, non poteſt eius Eccleſia alteri incorporari, & ſic laici remonerentur à fundandis, & dotandis Eccleſijs, dum viderent Epiſcopum de eorum conſenſu, & auctoritate parum, aut nihil curare, & ipſis præiudicium inferre, diximus *lib. 1. tit. de inſtitut. & iur. patron.* Tertiò, ſi Beneficiatus talis Eccleſiæ ſit viuus, non põt fieri vnio, niſi conditionatè pro futura morte Beneficiati nunc viuentis; ſi aũt vnio nunc fieri velit, debet interuenire ipſe Rector, ſeù Beneficiatus, qui ſi non fuerit citatus, vel ſi citatus nõ conſentiat, non poteſt ei præiudicari, *cap. conſultationibus de donation.*

Aduerte vltimò, quod Epiſcopus facit dictas vniones, vt ipſe, & ideo indiget conſenſu Capituli, vel facit auctoritate Apo-
7 ſtolica, & tunc non requiritur conſenſus Capituli, ſed poteſt Epiſcopus ex ſe id facere, ſicut quando operatur ex aperta neceſſitate Eccleſiæ, *Nauar. de off. deleg. conſil. 13. & Caccialup. tit. de vnion.* non poteſt tamen quomodocunque opereretur deſpicere conſenſum patronorum, ſicut neque deſpicit Pontifex in ſuis reſcriptis beneficiarijs.

In §. Sequta cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ vnitæ communicant ſibi priuilegia.*
Non præiudicant iuribus Epiſcopi, vel Parochi, n.2.
Diuerſarum Diœceſ. Eccleſiæ non vniantur, nu.3.

Digitized by Google

1 ADuerte primò,quod vnitis Eccle-
ſijs priuilegia communicantur ,
& de modo huius communica-
tionis multa ponit *Abb.in c.2.de religioſis
domibus,& Caccialupus in tit. de vnioni-
bus artic.1*, huius rei ſimilitudinem habes
ex *Ciuiliſtis in tit.de acquiſitione per ar-
rogationem* , nam ſicut omnia bona arro-
gati tàm corporalia, quàm incorporalia ,
iura,actiones,ſeruitutes,&c. omnia tran-
ſeunt in poteſtatem arrogatoris, vt in *l. ſi
arrogator,ff.de adoptionibus*, ſic,& quoli-
bet priuilegium vnius Eccleſiæ tranſit in
aliam,vt habetur hic.

Aduerte ſecundò, quod ſicut ſupra di-
ximus,quod per creationem Eccleſiæ pro
vniuerſitate leproſorum, vel artificum ,
2 &c.non præiudicatur Eccleſiæ Parochia-
li, ita vniones Eccleſiarum non præiudi-
catur Eccleſia Cathedrali , nec menſæ il-
lius Epiſcopi,cuius eſt Eccleſia,antiqui-
tus enim Eccleſia vnius Diœceſis ſolebat
vniri Eccleſiæ alterius Diœceſis, ratione
propinquitatis,vel neceſſitatis, &c. id au-
tem quia fiebat auctoritate Pontificis,qui
nemini præiudicari intendit, per conſe-
quens Epiſcopus talis Eccleſiæ retinebat
pro ſua portione omnia iura in tali Eccle
ſia vnita,ſic notat *glo.verb.velit ex tex.in
cap.ex tuarum de auctoritate, & vſu pal-
3 lei.Trid.*autem cognoſcens hæc difficilli-
mè poſſe conſiſtere,ſtatuit,vt impoſterum
non poſſint Eccleſiæ diuerſarum Diœceſũ
vniri in vnũ,vt in *ſeſſ.14.c.9.*& Sacra Con-
gregatio idem,idem confirmat ,

In §. diſſoluitur cum finali,

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia vnio quomodo diſſoluatur , &
nu.2.
A quo fiat ſeparatio, n.3.*

VIſum eſt de vnionibus Eccleſia-
rum ſequebatur videre quomo-
do vniones factę diſſoluãtur,pro
quibus

Aduerte primò , quod duobus modis
2 vnio facta inualidari poteſt , primò, lapſu
temporis determinati,ſi ad tempus fuerit
facta vnio,ſic etiam ſi fuerit facta ad vitã
alicuius,*gl.hic verb.temporis*. Secundò,ſi
ſit facta perpetua vnio,certum eſt , quod
ex certa cauſa fieri debet, ideò ceſſante
tali cauſa,ipſa vnio ceſſare æſtimatur,*cle-
ment.ne in agro. §.ad hæc de ſtatu mona-
chorum.*

Aduerte ſecundò, quod aliæ cauſæ ſunt
2 ſi vnio reſultaret in præiudicium Eccleſię,
c.1.ne ſede vacante. Idem dic ſi ſit facta
ſymoniacè, *cap.vltim.de rerum permuta-
tione* , & ex alijs cauſis irritatur ex qui-
bus irritatur conceſſio præbendæ,vel be-
neficij,vt ſupra diximus *lib.1. de collatio-
nibus.*

Aduerte tertiò , quod ad eundem ſpe-
3 ctat diſſolutio ad quem ſpectabat vnio .
*l.is poteſt,ff.de acquir.hæred. & l.nihil tã
naturale,ff.de regul.iur.*

DE IMMVNITATE Eccleſiarum.

TITVLVS VIGESIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas,quid & quotuplex ſit, n.2.
Loca immunia,n.2. 4.& 5.*
6 *Confugiens ad Euchariſtiam,an gaudeat
immunitate.*

EGimus iam de Ec-
cleſijs,& de multis
ſpectantibus ad ip
ſas,ſequebatur vi-
dere de priuilegijs
Eccleſiarum , qua
.ſ. immunitate gau
deant , meritò po-
nitur præſens titu-
lus,ad cuius tituli , & duorũ paragrapho-
rum intelligentiam.

Aduerte primò,quod immunitas ſi ge-
1 nericè ſumatur,& pro omni exemptione ,
quam habet Eccleſia, ſic definiri poteſt ,
quod.ſ.ſit à muneribus indulta exemptio,
vt colligitur ex *Hoſtienſ. in ſumm. verb.
immunitas*, vbi ethimologiam immunita-
tis dans,ait,quod dicitur immunitas,quã-
ſi extra munera, vel onera, vt explicat ly
munus, *Abb.*in hac eadem rubrica,igitur
immunitas Eccleſiaſtica eſt indulta exẽ-
ptio à quibuslibet oneribus laicalibus, vt
videbimus infra ſuo loco.

Aduerte ſecundò,quod immunitas tri-
plex eſt .ſ. localis,perſonalis,& realis.Im-
2 munitas localis eſt , quæ ſacris ipſis do-
mibus,

mibus, aut aliquibus locis ſacrarum ęditũ
intuitu conceditur; ſic eſt primo in Pala-
tio Epiſcopi, quod gaudet immunitate
3 etiam ſi ſit extra Eccleſiam, *Innocent. in*
cap. inter alia de immunitate Eccleſiarũ,
gl. & text. in cap. id conſtituimus 13. q. 4.
4 Secundò, atrium ſiue locus ante Eccleſiã
matricem vſq; ad ſpatium quadraginta
paſſuum aliæ autem Eccleſiæ per trigin-
ta, *Abb. & DD. in cap. Eccleſię extra eod.*
cap. quiſquis 16. q. 4. *cap. ſicut antiquitus*
17. q. 4. Hæc tamen, & ſubſequentia intelli-
ge ſecundum conſuetudinem locorum;
nam in diuerſis locis Principes laici habẽt
5 circa hæc priuilegia in contrarium. Ter-
tiò domus Canonicorum, Parochorum,
&c. intellige tamen in eodem diſtrictu, *Bo-*
nacin. tom. 3. diſp. 2. & 3. punct. 16. §. 4. n. 7.
qui etiam docet quid ſit paſſus. *Ambroſin.*
de immunitate cap. 10. nu. 8. Decian. in
tract. crimin lib. 6. c. 25. nu. 16. Tuſch. to. 4.
lit. I. conſ. 59. nu. 2. Ratio autem eſt, quia
immunitas eſt accidens morale inhærens
certo loco, & rei, non poteſt autem loca-
tio, quæ eſt actus extrinſecus tollere ius
ipſius Eccleſię tanto fortius, quod eſſet in
poſſe habitatoris locum declarare immu-
nem, necne, quod etiam poſſent laici id fa-
cere in Eccleſia, hoc autem nemo eſt qui
6 dixerit. Quartò, idem eſt dicendum de eo,
qui confugit ad pallium ſub quo defertur
corpus Chriſti, indè enim extrahi non po-
teſt, *Silueſt. verb. immunitas 3. nu. 5. Na-*
uarr. cap. 2. nu. 1. & DD. communiter in
clem. 1. de celebratione Miſſarũ, & ratio eſt
ex *Archidiac. in c. 2. citat. tit.* nam propter
quod vnum quod tale, & illud magis, ſed
defertur reuerentia Eccleſiæ propter Eu-
chariſtiam ibi confectam, ergo multo ma-
gis ipſimet Euchariſtiæ deferri debet.

In §. ſæculares cum tribus ſe- quentibus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, quę admictat fieri intra ſe, nu. 3. 4. 5. & 6.*
2 *Pÿ actus in Eccleſię fieri poßunt.*
7 *Reus etiam interdictus Eccleſiam ingreditur.*
8 *Eccleſię locus multis actus reprobat, & n. 9. 10. 11.*
12 *Clerici poßunt in Eccleſia boneſtam facere recreationem.*
13 *Oratoria in quo conueniãt, cum Eccleſię.*

Videbimus primò, quæ licitè, & va-
lidè fieri poſſint in Eccleſijs. Secũ-
dò, quæ ibi prohibita ſint.

Circa primum aduerte, quod in Eccle-
ſia multa permittuntur, & primò, poteſt
1 ſeruus manumitti in Eccleſia; nam manu-
miſſio eſt actus pius, & officia pietatis
ab Eccleſia excludi non debent, *l. 1. & 2.*
C. de ÿs, qui in eccleſ. manumit. Ex hac ra-
tione poterit etiam in Eccleſia interponi
decretum Iudicis laici pro rebus laicarũ
de voluntate partium, & in rebus, quæ
2 non ſpectant ad forum contentioſum, *l. 1.*
& 2. C. de ſacroſ. eccl. ſic dare tutorem, vel
curatorẽ, *l. qui habet. §. quoties, ff. de tutel.*
& ratio eſt eadem, quia ſcilicet, tutela eſt
actus ſpectans ad pietatem. Secundò, põt
in Eccleſia fieri proteſtatio, *Bald. in l. ne-*
mo, C. de ſacroſ. eccl. & auth. ſi quis ei, C.
de adulter. Tertiò, arbitrium, quod eſt per
3 modum contractus, & non Iudicij, poteſt
fieri etiam in Eccleſia, *Io. Andr. in cap. de-*
cet hoc, eod. tit. noſtro. Quartò, poteſt re-
4 cipi iuramentum teſtis in Eccleſia, & ibi-
dem examinari ſi velit, deponens id face-
re, & ratio eſt, quia receptio teſtis de vo-
luntate ipſius, non eſt actus contentioſus,
ideo in Eccleſia fieri poterit *Bar. d. l. nemo.*
5 Quintò, contractus [illegible] laicales
valent, ſi fiant in Eccleſia [illegible] inibi fieri
non poſſint, *Abb. in d. cap. Eccleſia*, valent
enim facta, quamuis bo[illegible] non habue-
rint initium. Sextò, quodlibet iudicium
6 Eccleſiaſticum maximè ſpectans ad res
fidei in Eccleſiã fieri poteſt, vt notat *Abb.*
loc. cit. & idem ſeruatur in praxi per Rit.
32. noſtræ Cur. Archiep. patet ex *cap. qua*
fronte de appell. & cap. prǫceptum q. 2. Am
pliatur hoc, licet partes haberent interdi-
ctum ab Eccleſia, adhuc enim admitti po-
terunt pro iudicio Eccleſiaſtico. Actor ta-
men debet procurare abſolutionem prius
7 alias non eſt audiendus, Reus verò poteſt
admitti dum vi, & coactè venit, *glo hic ex*
cap. intelleximus de iudic. cuius rei ratio
eſſe poteſt, nam ob delictum non debet
mutari locus iudicij, ſic docet idem *Abb.*
loc. cit. Hęc autem omnia intellige, poſſe
fieri ſine ſtrepitu, & fragore, ita vt ſacrifi-
cia, & officia non impediantur.

Circa ſecundum aduerte, quod multa
nequeunt fieri in Eccleſia, & in primis ſen
8 tentia ſanguinis, vel ſimilis actus à Iudice
ſęculari, & ſi ibi talia fiant, pro nullis ha-
bentur, ſic notatur hic in *§. ſeculares*, &
redditur ratio, nam abſurdum eſt ibi iudi-
cium ſanguinis exerceri, vbi tutela refugij
eſt conſtituta. Secundò, non poteſt Eccle-
9 ſia incaſtellari ad offenſionem aliorum,
benè tamen ad defenſionem Chriſtiano-

rum,

Digitized by Google

rum,& bonorum hominum,*Abb.in d.cap.*
Eccleſia,contrarium tamen docuit S.Tho:
mas Epiſcopus Cantuarienſis, qui cum
Eccleſia eſſet clauſa,ipſam adaperuit,ſub-
dens ſuis clericis:Eccleſiam Dei,non Ca-
10 ſtrorum munimine eſſe tuendam.Tertiò,
quilibet actus à Iudice ſæculari cum con-
tentioſo iudicio etiam ſi ſpectaret ad pie-
tatem,nam ratione contentionis ab Ec-
cleſia hęc excluduntur,& ſi fiant, nullam
habent firmitatem,*glo.hic verb. proceſſus*
circa fin.& Abb.loc.cit. Quartò,non poſ-
ſunt fieri parlamenta,& vniones laicorum
vel negotia in Eccleſia, Dominus enim
eiecit vendentes, & ementes de Templo,
cap. efficiens diſt. 88. *cap.ex multis* 1.*q*.1.
Quintò,nec in Eccleſijs, nec in Cœmite-
11 rijs,nec in Clauſtris permittuntur Repre-
ſentationes prophanæ, nec ludi Teatra-
les,*Trid.ſeſſ.21.c.7. de reform. & DD.in*
cap.cum decorem de vit.& honeſt. cleric.
Sextò,nec poſſunt in Eccleſia,vel eius lo-
-cis fieri conuiuia à laicis, *cap.digna de*
conſecrat. diſt. 1. *cap. immunitatem eo-*
dem titulo noſtro, quod limita primò, ex
glo.noſtra hic, reſpectu patroni fundato-
ris,qui ſibi talem honeſtam recreationem
reſeruaſſet,*glo.hic ver.non poterit*, ex do-
ctrina *Innoc.Io.Andr.& Abb.loc.cit.*Limi-
ta ſecundò in clericis, qui poterunt ho-
12 neſtè id facere in locis Eccleſię,dummo-
dò id fit propter licitam recreationem,
& ſine ſcandalo;multa enim conceduntur
clericis,quæ denegantur laicis, *Nau.c.23*
n.7. & cap.clericis de vit. & honeſt.cler.
Omnia ea,quę diximus,amplia in Ora-
torijs,*cap.fin.diſt.4.*vel etiam in Eccleſia
non conſecrata,nec benedicta,ſed in pro-
ximo benedicenda,*glo.hic ver.celebranti*
& pro omnibus ratio eſt,nam quod Deo
ſemel dicatum eſt, ad humanos vſus redi-
re non debet,*cap.mancipia de rer.permut.*

In §.ſacrorum,vſque ad §.perſonarum.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate eccleſiaſtica non omnes gau-*
dent,& n.2.3.4.5.& 6.
2 *Extractio ab Eccleſia nequit fieri ſine*
proceſſu,& decreto Epiſcopi.
A ſententia Epiſcopi non appellatur in
hoc,n.8.
A Laicis fieri nequit,n.9.
Seruus à Domino an extrahatur, n.10.
11 *Captus à Familia ſe liberet,& tangat pa*
rietem Eccleſiæ an gaudeat,& n.13
Quis de alijs locis.n.12
14 *Immunitate eccleſiaſtica gaudent clerici*
in propria eccleſia.
Alij qui gaudent,n.15.16.17.& 18
19 *Delinquens in Eccleſia manens, à quo ſit*
alimentandus.

HIC agendum de immunitate qua
gaudet Eccleſia reſpectu perſo-
narum confugientium ad ipſam,
pro qua immunitate
Aduerte primò, quod non omnes ſunt
1 tuti in Eccleſia,& ideo in primis, Iudæus
confugiens ad Eccleſiam, non poterit ibi
tutum permanere, niſi oſtendat volunta-
tem accedendi ad fidem, *cap. inter extra*
*eod.*Secũdò,homicida proditonè,pro quo
2 conſiderantur illa verba Domini, *cum de*
Altari meo expellas, hoc eſt de Eccleſia
3 eijcias,*c.1.de homicid.* Tertiò, aſſaſſinus,
falſarius literarum Apoſtolicarum,publi-
cus latro,ſeù raptor viarum,deuaſtatores
frugum,& camporum. Quartò,commit-
4 tentes delictum in Eccleſia circa ipſam,
cap.fin.ext.eod. nam fruſtra Eccleſiæ im-
plorat auxilium,qui delinquit in ea. Quin
5 tò,qui occidit à loco extra Eccleſiam in
Eccleſia manentem, & ratio poteſt eſſe
eadem ac ſupra adducta, & colligitur ex
*Paulo de Caſt.in l.ſicut.ff.de aſſeſſor.*Hos,
& alios caſus ſimiles habes per *Bullam*
Gregorij XIV. latam Romæ nonis Maij
anno 1590. Sextò,qui ligatus, & ductus à
6 Familia tranſit per Eccleſiam, hic enim
non confugit ad Eccleſiam,ſed potius ex-
portatur à Familia, quæ ibi retinet Ius.
Couar.lib.2.var.reſol.c.20.num.13.l.poſt
hanc,C.de ædific.priu. Nota tamen hic,ꝙ
Epiſcopus debet facere, vt capiatur clara
7 facti informatio,& ſic non ſufficiunt ſolę
pręſumptiones; nam quotieſcunque lex
exigit probationes, intelligi debet de ve-
ris probationibus, & non de coniecturis,
cap.pro humani de homic. in l. non omnes,
§.ad Barbaris,ff.de re milit.Bonac.de legi-
bus diſp.3.q.7.§.7.n.3.& 4. Ambroſin.de
immun.eccl.c.11.n.4. Farinac.in append.
de immun.eccleſ.cap.22.num.273.& 274.
imò ſi ſententia Iudicis Eccleſiaſtici ſit p
8 delinquente, ita vt declaretur non eſſe
extrahendum,talis ſententia eſt acceptan
da,nec poteſt ab ipſa appellari,*Peregr.de*
*immun.eccleſ. c.16.n.33.*probans ex plu-
ribus Doctoribus:An autem poſſint laici
9 extrahere non petita venia abſque metu
incurſus in excommunicatione, videte
*tex.in cap.metuentes 16.q.4:*verum tamen
eſt,

eſt,quod ibi loquitur de ſeruis,qui confu-
gientes ad Eccleſiam poterunt inde per
Dominum extrahi,pręſtita tamen eautio-
ne per Dominum de non offendendo, &
10 hoc cum licẽtia Epiſcopi, quod ſi nimia
ſit Domini ſæuitia,poterit cõpelli ad ven
dendũ ipſummet ſeruũ, *l.2.ff de ijs,qui ſūt
ſui,vel alieni iuris, §.idem maior inſtitu-
tionibus eod.tit.& tex.& gl.hic in §.quid
ſi ſtruus.*

Aduerte ſecundò, quod confugiens ad
Eccleſiam liberans ſe omni modo melio-
11 ri à familia Curiæ gaudet immunitate,
et an ſi parietem Eccleſiæ tetigerit,nam
immunitas Eccleſiaſtica eſt priuilegiata,
& amplianda,*l.quæ religioſis,ff.de reiuen-
dita*,tum quia acceſſorium ſequitur natu-
ram ſui principalis ex regula, & *cap.ſi ſu-
per gratia de officio delegati in 6. Ric.in
praxi tom.3.reſolut.560.n.1.Bonacin.de
legibus tom.2.diſp.3.q.7.punct.4. num.5.*
idem dic ſi confugiat ſupra tectum Ec-
cleſiæ,*Suarez de religione tom.1.lib.3.c.9
n.8.Villalob.in ſumma.tom.2.tract.39.diſ-
ficult.3.Faudex p.2.lib.4.c.4.n.64.* idem
dic ſi confugerit ad campanile,ſacrarium,
cęmiterium,clauſtrum,&c.

Aduerte tertiò, quod qui vadit cum
13 vno milite ligatus, ſi ipſum amplectatur
per vim, & ſic ingrediatur in Eccleſiam,
debet gaudere immunitate, tunc enim nõ
currit ratio ſupra poſita, potius enim hic
ducit militem,ſeù ſatellitem, quam quod
ducatur ab ipſo, ſic tenet *Marius de Ita-
lia de immunitate Eccleſiaſtica c.6. §.2.n.*
70. & ſic aliàs decisum in Curia Archie-
piſcopali Neapolitana,docet *Ricc. loco ci-
tato.*

14 Aduerte quartò, quod plures alij ſunt,
qui gaudere debent,& primò clerici etiam
in propria Eccleſia gaudent immunitate,
*Barboſa in collectan. tom.1.libr.3.tit.49.
& par.6.num.14.Laiman.in Theologia
morali,lib.4.tract.9.cap.3.num.13.Lotte-
rius de benefic.tom.1.lib.1.cap.13.nu.113.*
& ſic fuiſſe determinatum à Sacra Con-
gregatione Cardinalium ſuper *Trident.*
id refert *P.D.Anton.Diana lib.3.tract.1.
reſolut.25.* vbi per extenſum ponit literã
Cardinalis Iuſtiniani reſpondẽtes in hoc.
15 Secundò frangentes carceres, & confu-
gientes ad Eccleſiam,ſic *Barboſa loc.cit.
num.11.*& alij,quos adducit *Farinac.de
immunit.cap.14.num.200*,quicquid Ciui-
liſtę dicant,qui carceres ponunt inter res
ſacras,*l.ſacra,& l.fin.ff.de rer.diuiſ.*& ſic
16 putant, fractores carcerum eſſe ſacrile-
gos. Tertiò,excõmunicati nec poſſunt
extrahi ab Eccleſia, licet enim ipſi priuen
tur communione fidelium, tamen Eccle-
ſia non priuatur ſua immunitate propter
ipſos,*Felin.de except.c.2.Imola in clem.1.
de pęnit.& remiſſ.* Quartò,qui neceſſitate
17 ductus (quia forſan,vt capi poſſit dene-
gantur ei alimenta) tradidit ſe Curiæ ſęcu
lari,hic enim eſt reſtituendus Eccleſiæ tã-
quam violenter extortus, colligitur ex
l.præſenti,C.de ijs,qui ad eccleſ.confug. te-
net *Couar.lib.2.var.reſol.c.20.n.38. Fa-
rinac.de carcerib.& carcerat.q.28.n.9.Go-
mez.to.5.var.reſol.c.10.n.1.* Quintò,fugiti-
uus manens in Eccleſia non poteſt ſpo-
18 liari armis, quę ibi retinet, colligitur ex
c.1.& 2.hoc tit. vbi prohibetur laicis quẽ-
libet actum iuriſdictionis facere in ipſa
Eccleſia,& talis eſſet hic actus, ergo non
poſſunt laici id facere, alias incidunt in
excommunicationem cõtra violentes im
munitatem Eccleſiaſticam,vt patet ex di-
cta *Bulla Gregorij*, & *docet Farinac. hoc
eod.tit.c.16.n.248.* ſint tamen pro hoc ſal-
ua iura,vbi practicatur contrarium, quia
ſi iuſtè id faciunt, vel Pontifex diſpenſa-
uit,vel conſuetudo conceſſit.

Aduerte vltimò, quod interim,dum
19 delinquens manet in Eccleſia ſi ſit pau-
per, erit alimentandus ab Eccleſia; quæ
nec habet ſpem repetendi talia alimen-
ta,vt notat *gloſſ. hic verb. noluerunt ex l.
præſenti in fine,C de ijs, qui ad Eccleſiam
confugerunt*,& ratio patet ex *cap. aurum
11. q.2.* quia *aurum habet Eccleſia non vt
ſeruet, ſed vt eroget in alimoniam paupe-
rum.*

In §. perſonarum vſque ad §.quemadmodum.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici à quibus muneribus ſint li-
beri.*
Ad quid teneatur,n.4.
2 *Tutelam quando accipiant Clerici, &
num.3.*
5 *Clerici ſunt immunes ab angarijs, & per
rangarijs.*
A Gabellis,nu.6.& 10.
Limita.n.7.& 8.
Coniugati,an gaudeant,n.9.
11 *Coloni Eccleſiæ, an teneantur ſoluere ga-
bellas pro fructibus.*
12 *Clericorum filij legitimi, & naturales,
an gaudent.*
13 *Statutum laicale generale declarandum,
ne lędat Clericos.*

14 Cle-

14 *Clericus mero iure non committit crimen*
laſę Maieſtatis.
Armis ſpoliari nequit à Iudice ſaico,
n.15.
16 *Delicti tempus attenditur.*
17 *Proceſſari an poſſit Clericus à laico, &*
n.18.
19 *Serui Eccleſia an gaudeāt immunitate.*

HIC agendum de immunitate perſo-
narum Eccleſiaſticarum, quæ decla-
rantur immunes ratione optima; nam
Deo dicatæ ſunt, & vt tales ab omnibus
perſonalibus muneribus redduntur immu
nes, vt in *totó tit. extra ne Clerici, vel Mo-*
naci ſęcularibus negotijs ſe immiſceant,
ideò

Aduerte primò, quod primum onus, à
quo releuantur omnes Clerici, vel Eccle-
1 ſiaſtici, eſt onus tutelæ, vel curę tàm legiti-
mè, quàm datiuè, & ſic non poſſunt con-
ſtringi ad aliquam tutelam acceptandam,
vt habetur hic ex *cap. generaliter* 16. *q.* 1.
cap. fin. diſt. 78. & notat *Abb. in cap. ex*
parte, ext. de ſepult. Vnde eſt, quod abſque
alia excuſatione non teneatur compare-
re, ſed cenſentur excuſari tali onere, *Bal. in*
l. generaliter, C. de Epiſ. & Cler.

Limita hoc primò, in viduis, & perſonis
2 miſerabilibus, ad quas adiuuandas non
tantum debent ſe intromittere, ſed etiam
coguntur gratis ſuſcipere eorum patroci-
nium, *Abb. in c.* 1. *ne cler. vel mon.*

Limita ſecundò in clericis in minori-
3 bus, qui poſſunt tutores inſtitui teſtamen-
tarij, vt notat *glo. hic in §. viduarum, ver.*
clericis, debent id facere abſque deſiderio
mercedis, & redditur ratio ibidem verbo
cupiditatis, nā *clericis cupiditatis negotia*
non pietatis prohibentur, cap fin. diſt. 86.
& *c.* 1. *diſt.* 88.

Aduerte ſecundò, non per hoc clericos
eſſe exemptos, & immunes à cuſtodia mu
rorum Ciuitatis, in caſu neceſſitatis, tunc
enim ſi vires laicorum non ſuppetant, ipſi
4 tenentur de iure: patriam enim defendere
vnuſquiſque tenetur, *cap. omni timore, &*
cap. ſi nulla 13. *q.* 8. tanto fortiùs, ꝙ multa
ex neceſſitate conceduntur, quę alias pro-
hibita ſunt, vndè pater de iure ciuili ſi
propter bonum patriæ occidat filium nō
punitur, *l. minime, ff. de relig. & ſumpt. fu-*
nerum.

Aduerte tertiò, eſſe clericos immunes
ab omnibus oneribus, ſiue angarijs, ſiue
perangarijs. Sunt autem munera angaria
5 illa, quæ affligunt perſonam, perangaria
verò ſunt illa, quæ præter proprios labo-
res ſumptus etiam exigunt, *l. neminem, C.*
de ſanctiſſ. epiſ. Tabiena verb. angaria, &
ver. excommunicatio 1. *caſu* 18. *Silueſter*
ver. gabella §. 1. *DD. in cap. non minus de*
immun. eccleſ. & ideo pro ſumptibus, ſeù
pro ſolutionibus.

Nota primò, quod clerici ſunt immu-
6 nes à gabellis, niſi in aſſenſu Apoſtolico
dato pro gabella exigenda, iuxta cap. 15.
& 19. Bullæ cœnæ expreſsè concedatur, vt
etiam à clericis poſſit exigi, *cap. nō minus,*
& cap. aduerſus de immun. eccl. Dec. in
cap. Eccleſia S. Maria, de conſtit. Quaran.
in ſum. Bull. ver. vectigal. & alij DD. com-
muniter, qui exactores, fautores, &c. taliū
gabellarum contra clericos dicunt excō-
municatos. Idem dic de illis, qui exigunt
gabellas, pro quibus non adeſt aſſenſus
Apoſtolicus;

Limita primò, hoc in oneribus antiquis
inhęrentibus rebus, antequam deuenirēt
7 in poſſe clericorū, vt cenſus Principis, &c.
res enim ſemper tranſit cum onere ſuo, cę
terum non tenētur niſi quando ſunt tran-
ſactiones factæ cum Sede Apoſtolica, vt
ꝑ multis gabellis eſt hic in Regno noſtro.

Limita ſecundò, in clerico negotiato-
re, hic enim pro rebus quas inducit, vel
8 extrahit negotiationis cauſa, tenetur ſol-
uere pedagia, & vectigalia, non poterat
autem dici negotiator ex ſolis duobus
actibus, *c.* 1. *de iudic.* & ſi ſint in ſacris cle-
rici negotiatores puniuntur, *Abb. in c.* 1. *ne*
cler. vel monac.

Nota ſecundò, quod vbi gaudent cle-
rici coniugati non tenentur ſoluere, ſicut
9 neque tenentur Græci ſoluere gabellas
prout ſunt Eccleſiaſtici, *c.* 1. *de cler. coniug*
in 6.

Nota tertiò, quod licet noua gabella
imponeretur pro ingreſſu Regis in Ciuita-
10 te cauſa apparatus, vel pontium, neque
clerici cogerentur ſoluere quoad vim eo
rum, *Azor. par.* 3. *lib.* 1. *cap.* 19. *q.* 11. *Al-*
phonſ. de Leo in l. placet, C. de ſacroſ. eccleſ.
Carol. de Graſſ. de effect. cler. eff. 3. *n.* 264

Nota quartò, nec teneri colonos præ-
diorum Eccleſiæ ſoluere gabellas, & alias
11 impoſitiones appoſitas pro fructibus, ſi
fructus permaneant in eodem prædio Ec
cleſiæ, nec alibi exportentur, ſic patet ex
Bulla Pij IV. & tenet *Peyrinus de priuil.*
Minim tom. 1. *conſtit.* 2. *Iulij II. §.* 33. *nu.*
142. *Menoc. de arbitr. iud. lib.* 2. *caſu* 162.
n. 56. imò nec tenentur ſoluere decimas,
quia tales Eccleſię ſunt, idem *Menoc. cōſ.*
276. *n.* 8. & *Peyrin. §.* 31. *n.* 132. *Portella in*
dub. regular. ver. decima n. 3.

Aduerte quartò, clericos quoad perſo-
nas proprias multis gaudere priuilegijs, vt
videre eſt apud *Squillan. in tit. de priuil.*

..rum, his autem aliqua recollige-
mus,pro quibus
Nota primò,quod non tantum ipſi cle-
12 rici ſunt immunes, ſed etiam eorum filij
legitimi,& naturales nati,ſcilicet ante cle-
ricatum, & etiam in clericatu, ſi non fue-
rint in ſacris, nec beneficiati, & tales filij
ſunt immunes à decimis, & collectis, ſic
tenet *Decianus in tract.crim.lib.4.c.9.n.*
49.& ratio eſt,quia pater,& filius pro vna
perſona habentur,*l.fin.C.de impub.& alijs
ſubſtitution. l.cum ſcimus, §.fin.C. de
agric.& cenſit.lib.*10 *Nauar.in quaeſtion.
foren.p.1.c.98.num.2.Squillan.loc.cit.c.7.
dub.2.n.*35.mortuo tamen patre ceſſat ta-
le priuilegium.
Nota ſecundò,quod adeò eſt fauorabi-
lis libertas eccleſiaſtica, vt ſi laici facerẽt
13 aliquod ſtatutum generale,& non expri-
merent an clerici eſſent exempti, nec ne
poſſint cogi Legiſlatores ad declarãdum
clericos ſub tali ſtatuto non comprehen-
di,*Surd.vol.3.conſ.*301.*nu.*45.*Maynar.de
priuil.eccleſiaſt.p.*1.*art.*22.*n.*31.*D.Anto-
ninus p.3.tit.*11.*c.*3.§.5.& hoc extenditur
vt ad defendendam immunitatem Eccle-
ſiæ ſi laici fecerint ſtatutum tendens ad
vilitatem, & priuilegium Eccleſiæ, ſed
tamen cogerent clericos,vt vterentur tali
priuilegio,nec valeret ſtatutum, nec cle-
rici deberent vti tali priuilegio, *Menoch.
vol.3.conſ.91.n.23.Surd.vol.1.conſ.2.nu.
33.& vol.3.conſ.301.n.11.&* 28.
Nota tertiò,quod clericus mero iure
non dicitur committere crimen lęſæ Ma-
14 ieſtatis, nam is lędit Maieſtatem, qui eſt
ſub imperio,& dominio Principis,ſed cle-
rici non ſunt ſub poteſtate Principis lai-
ci,ergo non dicuntur lędere Maieſtatem,
vnde eſt,ꝙ ait *Barboſ.in collect.tom.4.p.2
cauſ.22.q.5.tex.in c.ſi quis laicus,& cap.
ſi quis ſacerdotem xj.q.*1. non facere con-
tra nos,& idem docet *Ignat.de Salſed. in
prax.crim.Diaz c.*110.*lit.C*, *Anton.Bouius
in reſponſione contra, M, p.4. argum.*10,
*fol.*71.vbi refert exemplum Caroli V.Im-
peratoris,& Enrici VII.Regis Anglorum,
qui clericos pro crimine lęſæ propriæ Ma
ieſtatis Imperialis,& Regiæ,ſuis Superio-
ribus Eccleſiaſticis caſtigandos conceſſe-
runt, vnde ſi alij contrarium faciunt, vel
conſuetudo tollerata id concedit,vel Põ-
tificis priuilegium id indulget.
Nota quarto,quod de rigore iuris,nec
poteſt Miniſter laicus, ſiue Iudex ſpoliare
15 clericum armis quantumuis prohibitis,
ſic *Suarez in defenſionibus fidei lib.4.q.*34
*n.*14.& alij nam talis actio eſt iuriſdictio-
nalis, & pœnalis, & laici, nec iuriſdictionē
habent in clericos, nec ipſos punire poſ-
ſunt.
Aduerte quintò, quod neque clericus
dimiſſo habitu per ſolemnem renuncia-
tionem clericatus, vel Nouitius e ectus à
16 Religione, vel licentiatus à Societate
Ieſu,poſſunt pro delicto commiſſo,dum
erant Eccleſiaſtici puniri à Iudice laico,&
ratio eſt , quia eſt inſpiciendum tempus
commiſſi delicti,ſic *Bonacin de legib.diſp.
10.q.2.punct.j.§.2.num.*5.& apud ipſum
*Sairus,Clarus,& Abbas,Laiman.in Theo-
log.morali lib.4.tract.9.c.j.* & ſic deciſum
in Sacro Regio Conſilio Neapolitano pro
quodam clerico,refert *Grammat.deciſ.*10.
num. 3. quod intellige ſi ipſe vellet gau-
dere hoc priuilegio,ſi tamen ipſe conſen-
tiat in Iudicem laicum poterit vtique,
dum nunc punitur manens extra ſtatum
Eccleſię,quia nemini infert iniuriam,&vo
lenti,& conſentienti,non fit iniuria.
Nota ſextò , quod nec poteſt Iudex
laicus ſecretò proceſſare clericum animo
17 mittendi proceſſum ſuo Iudici Eccleſia-
ſtico competenti , vel Papæ, & ratio eſt
nam hic actus eſt etiam actus iuriſdictio-
nis in ipſos clericos,& ſic incidit in cenſu-
ram Bullæ Cœnæ, *Bonac.in Bulla Cœnæ
tom.3.diſp.1.q.20.punct.j.n.7.*
Limita tamen hoc,quando non ſit de
facili poſſet eſſe aditus ad Iudicem Ec-
18 cleſiaſticum, qui plenè informari poſſit,
ſic enim poterit captam informationem
ipſi tranſmittere, ſic tenet *Riccius in pra-
xi tom.4.reſol.460.n.j.*
Nota ſeptimò, quod ſerui, ſeù manci-
pia Eccleſiæ, vel clericorum debent gau-
19 dere etiam immunitate,nec poſſunt reco-
gnoſci à Iudice laico etiam ſi eſſent infi-
deles,*Carolus de Graſſis de effectibus cle-
ricatus effectu primo, num.*149. *Menoch.
de arbitrarijs Iudicum centuria vltima,
caſu* 162.*num.*3. *Angelus in l. vltima, C.
de ſepulchro violato, l.1.ff. ad legem Iu-
liam Maieſtatis*, quod amplia etiam in
famulis,ſeu in ſeruis temporalibus, ſed ſi
alibi contrarium ſeruetur , aut priuile-
gium Pontificis eſt, aut conſuetudo tole-
rata, *Squillante de priuilegijs clericorum
cap.7.dubio 2.num.57.Menochius loc.cit.
num.62.Grammat.tom.2. diſcept.forenſ.
cap.*340. alia circa priuilegia clericorum
habes per *Squillantem loc. cit. Riccium,
Dianam,& alios par.1.tract.1.de immun.
eccleſiaſt.& 3.par.tract.1.eod.tit.*per va-
rias reſolutiones.

In

Digitized by Google

In §. quemadmodum cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſubditur Epiſcopo.*
2 *Deſtituere à beneficio ſolius Epiſcopi eſt.*
3 *Epiſcopi poteſtas duplex.*

RVbrica noſtra in initio, ſic inſcribi-
tur de immunitate Eccleſiarum,
& ſubiectione, ideò, & ſi Eccleſia
1 ſit omninò libera à poteſtate laicali, ne
tamen omninò ſine Superiore, inculta vi-
uat, ideò ei Epiſcopus proponitur ſupe-
rior, & rector in omnibus, tàm quoad res
ipſas, & loca, quàm quoad perſonas, verũ
tamen eſt, quod ſolus Epiſcopus poteſt
Eccleſias conſecrare, benedicere, &c. &
perſonas Eccleſiaſticas corrigere, & ſic in
omnibus, & pro omnibus Eccleſiaſtici ab
Epiſcopis dependere debent, *cap. eſto ſub-
iectus diſt. 95. cap. conquærente de officio
ordinarij.*

Aduerte primò, hic vnum ſingulare,
quod licèt alijs conueniat inſtitutio be-
2 neficij, ſolus tamen Epiſcopus poteſt cle-
ricum deſtituere, & beneficio ſpoliare,
cap. viſis 16. q. 2. & gl. ibidem, & notat *gl.
hic verbo deſtitutio*, ex quo colligitur om-
nimodam iuriſdictionem eſſe penès Epi-
ſcopum pro ſuis clericis puniendis, coer-
cendis, &c.

Aduerte ſecundò, ex §. *fin.* hic quod Epi
3 ſcopus quædã habet ratione ordinis, quę-
dam ratione iuriſdictionis Epiſcopalis,
quædã iure municipali, ſeù diœceſano, quæ
autem ſunt ordinis, alteri demandare non
poteſt, *cap. aqua de conſecrat. Eccleſiæ, vel
Altari*, ſed de his omnibus egimus in *lib. 1.*

DE CENSIBVS,

Exactionibus, & procurationibus.

TITVLVS VIGESIMVSPRIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus vnde dicatur.*
Quotuplex ſit, num. 5.
An differat à penſione, n. 2. & à canone, num. 3.
Habet exequutionem perſonalem, nu. 4.

EGimus in ſuperioribus de immunitate Eccleſiarum,
& ipſam Eccleſiã diximus ſolis Epiſcopis ſubdi, verũ
quia Epiſcopi habent ab Eccleſia emolumenta, cen-
ſus, &c. meritò de ipſis in præſenti erat
agendum ad cuius tituli, & §. 1. intelligen-
tiam.

Aduerte primò, quòd cenſus dicitur à
1 cenſendo, ſeù æſtimando *l. 1. ff. de cenſibus*,
quaſi ab æſtimatione rei, quæ retinetur ſu-
mat ſuam determinationem iſta portio,
quæ alteri ſoluitur, at cenſus in materia
noſtra, eſt penſio, quæ ſingulis annis præ-
ſtatur Prælatis de prouentibus Eccleſia-
ſticis, & quicquid ſoluitur Epiſcopo in
argumentum ſubiectionis cenſus, & ius
Catedraticum dici ſolet quaſi in honorẽ
Cathedræ, ſeù Sedis Epiſcopalis introdu-
ctum, non in honorem talis certę perſonę,
ſic definit cenſum auctor noſter hic in §.
2 1. & ſic ſumptus cenſus differt à penſione,
quæ pro beneficio ſoluitur, hæc enim ha-
bet certam cauſam in beneficio ſic reſi-
gnato, *cap. conſtitutus de religioſis domi-
bus.* Differt autem à canone (qui vulgò di-
3 citur cenſus) & ſoluitur pro re data in
emphyteuſim, vt ex ipſa detur annuale
præſtimonium, ita vt ſi per triennium nõ
ſoluerit, Dominus recuperet ſuam rem, ſi
verò Eccleſia ſit Domina, non facta ſolu-
tione per biennium, poteſt ipſam rem re-
cuperare, §. *adeo inſtitutionibus de loca-
tione, & conductione.* Cenſus autem in
materia noſtra habet ſolam exequutionẽ
4 perſonalem, nec poſſunt dici res obligatæ
pro recognitione, quæ à perſona perſonę
debentur

Aduerte ſecundò, quod alius eſt cenſus
5 reſignatiuus, alius conſignatiuus. Reſigna-
tiuus propriè eſt cenſus emphyteuticus,
quando quis rem appretiatam dat pro ta-
li certa ſumma, quam non recipit, ſed re-
linquit penès emphyteuta, vt de tali ſum-
ma ſibi correſpondeat certum canonem
ſingulis annis. Conſignatiuus debet dici
potius vſura, ſeù intereſſe certificatum,
& tunc eſt, quando quis recipiens pecuniã
mutuam facit mutuanti inſtrumentum pro
tali pecunia ſuper aliqua certa domu, vel
ſtabili, &c. & ſe obligat ad ſoluendas de-

terminatas vſuras ſingulis annis cum pacto de affrancando, vt dici ſolet. Sunt & aliæ ſpecies cenſuum, & exactionum, vt videre eſt per *Summiſtas verb. cenſus,& verb. vſura*, & notant *Canoniſtæ in cap. in Ciuitate de vſuris.*

In §. conſtituitur cum ſequent.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus quando imponi poſſit.*
2 *Ius Cathedraticum quando ſoluatur, & quale.*
An poſſit præſcribi, n.3.

Cenſus debet habere ſui originem, & oſtendi debet ratio cenſus, alias, quis non eſt conſtringendus, ſi ſoluere nolit non cognita ratione talis ſolutionis *cap. peruenit extra eodem.*

Aduerte hic primò, quod talis cenſus
1 poteſt imponi quatuor temporibus, ſiue tempore fundationis Eccleſiæ, vel tempore conſecrationis, vel tempore dotationis, vel tempore quo eximitur de poteſtate laicorum, vt habetur hic, nam in quolibet ex his temporibus Eccleſia beneficatur ab Epiſcopo, & ob obligatione antidotali tenetur ad ei benefaciendum, vt eſt hæc annua ſolutio, nec debet Epiſcopus Eccleſiam fundare, vel conſacrare, niſi facta aſſignatione annui cenſus in ſignum ſubiectionis, vt ſupra diximus, & patet ex *tex. in cap. Eleuterius 18. q. 2.*

Aduerte ſecundò, quod ius Cathedra-
2 ticum, ſeu Synodale ſolet ſolui tempore Paſchatis, vel Natiuitate Domini ſecundū conſuetudinem locorum, *cap. olim extra eod.* & non habet taxatam pecuniam, niſi ſecundum mores diœceſum, Neapoli in vero eſt valor quinque carolenorum, quos ſoluunt Sacerdotes Archiepiſcopo, & dicitur paſtor bonus, quaſi recognitio boni paſtoris, & iuris Cathedratici.

Quæres, an poſſit ex conſuetudine præſcribi tale ius.

Reſp. praxim de facto id docere, ſunt
3 n. multæ diœceſes, in quibus nihil ſoluitur, & poteſt conſuetudo firmari ex cauſa rationabili ad tale ius tollendum, eſt enim purum ius poſitiuum, quod conſuetudine tolli poteſt, & poni, c. ximus *lib. 1. de conſtitutionibus*, & notat *Abb. conſ. 54.*

In §. ſed nec illud, cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt Eccleſias facere exemptas.*
Poteſt regularibus concedere, n. 2.
Tolerata per Epiſcopum firma ſunt num. 3.
4 *Eccleſia exempta per Pontificem, an ſoluat cenſum.*
5 *Patronus fundatur, quid habet ab Eccleſia.*
Nihil ſibi reſeruet, n. 6.

Aduerte primò hic, quod poteſt Epiſcopus aliquas Eccleſias facere exemptas, & immunes à ſua
1 poteſtate, ſed non omninò, & quoad omnia, *Abb. in cap. cum venerabili extra eod.* vndè poteſt etiam Eccleſias regularibus, & pro alijs pijs actibus concedere, quod
2 intellige currente neceſſitate, & legitima cauſa id ſuadente, in ipſis autem retinet etiam recognitionem in ſignum durantis ſubiectionis, vt in *d. cap. conſtitutus.*

Aduerte ſecundò, quod facta per Epiſcopum ex eius patientia, & tolerantia,
3 ſunt toleranda, & ſubſtinenda, ſicut etiam in toleratis à Principe, nam præſumitur Principem, ſeu Superiorem ex rationabili cauſa id ſuffere maximè in materia locui, vt patet ex *d. cap. conſtitutus*, vbi Epiſcopus remiſit etiam cuidam Eccleſiæ ius mortuorum, vt patet ſimiliter ex *l. fin. C. de conſtitutionibus principum, & l. minimè ff. de legibus.*

Aduerte tertiò, quod etiam quando Summus Pontifex declarat Eccleſias exē-
4 ptas recipit ab ipſis cenſum non pro ſolutione libertatis conceſſæ, quia tunc eſſet pactio ſimonia, vt per *gl. in d. cap. conſtitutus*, ſed in ſignum ſubiectionis, & debet exprimi in priuilegio immunitatis quantitas talium redditum ad perpetuam memoriam futurorum Pontificum, patet ex *cap. recepimus de priuilegijs.*

Aduerte quartò, quod poteſt Epiſco-
5 pus patrono fundanti, vel dotanti etiam tali tempore conſtituere annuum cenſum ab Eccleſia ei præſtandum, & hoc fieri debet ante conſecrationem Eccleſiæ, vt notat *gl. hic verb. Epiſcopus*, nec poteſt patronus ipſe id ſibi reſeruare, vel ſuis hæ-
6 redibus, quia vt diximus, per hoc non haberet

perer ius patronatus, *cap.cum dilectus de coniugio ſeruorum*, nec hæredes habent
hoc aliquid reſeruatum pro ipſis à teſtatore fundante, niſi ad id interueniat decretum Epiſcopi, *Abb.in cap.præterea de iur.patron.*

In §. ſimplices cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus non poteſt conſtitui à ſimplici Sacerdote.*
Id faciens ad colluſionem punitur, n.2.
Ab Epiſcopo, an poſſit augeri, n.3.

NOn omnes, nec omni tempore poſſunt cenſum inſtituere, vel augere, ideo

Aduerte primò, quod ſimplex Sacerdos
1 ſiue clericus beneficiatus cum nõ ſit Prælatus non poteſt in propria Eccleſia cenſum inſtituere, ſi non fuerit appoſitus in fundatione, vel dotatione, vt diximus, patet ex *cap.cleuterius* 8.*q*.2.imò ſi ad collu
2 ſionem quis talem ſtatueret cenſum, & alius exigeret excinduntur ab Eccleſia, vt patet ex *tex.& gl.hic.*

Aduerte ſecundò, quod non poteſt Epiſcopus cenſum augere, vel de nouo expo-
3 nere præter ea tempora, quæ ſupra diximus, imò ſi nouum impoſuerit, vel ſi adaugeat antiquum, & quis ſe obligauerit cum iuramento ad ſoluendum, debet abſolui à tali iuramento, vt habetur hic in §.*ſed nec Epiſcopus*, vnde ſi caſus neceſſitatis cntrat pro cenſu augendo, vel de nouo imponendo id facere non poterit, niſi de licentia Summi Pontificis, *cap.ſignificaucrit extra eod.*

In §.nec quidquam cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Præmium promiſſum operanti, quando debeatur.*
2 *Epiſcopus liberans Eccleſiam ab hoſtibus, an cenſum imponat, & n.3.*
• *Imponat ſecundum Eccleſia poſſe, n.4.*

EX hoc habes notabilem regulam, quod.ſ. præmium promiſſum fa-
1 cienti aliquod opus non debetur ei, qui ex iuſtitia tenetur ad hoc, vt colligitur ex *c.1.de officio ordinarij, l.congruis, ff.de officio præfecti, & gl.hic verbo poterit* id exemplificat in caſu banditi, quod.l.indultum pro capiendo bandito non debet lucrari à baricello, qui tenetur ad hoc ex iuſtitia, ergo ſic etiam in caſu noſtro, eruta Eccleſia à poteſtate laicorum non de-
2 bet Epiſcopus ordinarius talis Eccleſiæ nouum cenſum imponere præter illum, qui extabat antiquitus: nam nihil operatur noua liberatio à poteſtate laicali, dũ ad id faciendum Epiſcopus tenebatur ex officio, *cap.Eccleſia extra eod.* Si tamen nullus cenſus extabat, poterit tũc nouum
3 imponere ratione ſubiectionis non propter exemptiones à laicis *tex.& gl.in cap.conſtitutus de religioſis domibus.*

Ex §.*quidam habes*, quod quando Epiſcopus habet cauſam vrgentem pro cenſu
4 imponendo in vna Eccleſia debet reſpicere, ne iſta Eccleſia ſatis grauetur, & ſic vnum altare diſcooperire ad cooperiendum aliud, *cap.cum cauſa, & cap.extirpãda de præbendis.*

In §. vlterius.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo viſitanti debetur procuratio, et quando, n.3.*
2 *Procuratio, quid ſit.*
Quomodo ſoluenda, n.4.
Miniſtris Epiſcopi, quid debeatur, n.5.
6 *Conſecranti Eccleſiam debetur procuratio.*

1 EPiſcopus viſitans ſuam Diœceſim non tenetur omninò id facere proprijs ſumptibus, ſed ei debentur expenſę à locis viſitationis, quę expenſę veniunt ſub hac voce, procuratio, vt habetur hic, pro qua procuratione.

Aduerte primò, quod procuratio eſt
2 neceſſariorũ ſumptũ exhibitio, quæ Epiſcopo, viſitanti debetur; ſic notatur in præſenti §. nam qui Altari ſeruet de Altari viuere debet, *cap.cum Apoſtolus, & cap.cum venerabilis de cenſibus in* 6. nam qui ſentit incommodum debet ſentire commodum ex *l.ſecundum naturam, ff.de regul.iur.*

Aduerte ſecundò, quod non tantum
3 Epiſcopo peregrinanti pro viſitatione locorum debentur expenſæ, ſed etiam ſi viſitet Eccleſias in propria diœceſi, & in eadem Ciuitate in qua manet, nam procuratio hæc datur in ſignum ſuperioritatis & vt Prælati facilius inducantur ad viſitandum *gloſſ, hic verbo peregrinando ex Abb.in cap.cum ſit extra eod.*

Aduerte tertiò, quod poteſt Epiſcopus
4 talem procurationem recipere etiam in pecunia, prout diuerſa conſuetudo locorum id deſignat, vel prout viſitandis id placuerit *Trid.ſeſſ.24.c.3.*& præter talem procurationem nihil poteſt recipere quouis titulo, & colore intuitu viſitationis Notarij etiam, ſi habeant prouiſionem, ni-
5 hil debent recipere in viſitatione, ſecùs autem poterunt aliquid recipere pro ſcriptutis, & copijs, *Trid.loc.citat.* quia nemo tenetur proprijs ſtipendijs militare, *cap. militare 34.q.1.*

Aduerte quartò, quod debetur etiam dicta procuratio pro conſecranda Eccleſia etiam intra eandem Ciuitatem vbi ma-
6 net Epiſcopus, & currit etiam ſi ſit Eccleſia Regularium, vt vidimus ſeruatum in conſecratione Collegij Neapolitani Societatis Ieſu ab Eminentiſſimo Cardinali Boncompagno Archiepiſcopo Neapolitano, qui mane ibi comedit cum omnibus ſuis aſſeſſoribus, & miniſtris, & eſt actus iuriſdictionis. Idem dic pro conſecratione Epiſcopi ſuffraganei, vel prò reconciliatione Eccleſiæ, *cap.cum ſi; Romana de ſimonia, & cap. cum Apoſtolus extra eod.*

In §.& adeo.

SVMMARIVM.

1 *Quæ requirunt ſpeciale mandatum non veniunt in generali obligatione.*
2 *Epiſcopus non poteſt iura remittere ſine Capitulo.*
3 *Procuratio non eſt remiſſa in dubio, nec per conſuetudinem tollitur, n.4.*
Limita ex priuilegio Pontificio, n.5.

1 ADuerte primò, quod ea; quæ requirunt ſpecialem actum, non veniunt in generali remiſſione, ſicut nec obligantur generali obligatione ea, quę ſpeciali modo obligari debent, *l.obligatione, ff.de pignoribus, cap.paſtoralis de donationibus*, ideò licèt Epiſcopus omnia iura Epiſcopalia remiſiſſet alicui
2 Eccleſię cum conſenſu Capituli, non enim poteſt id facere per ſe ſolum in præiudicium propriæ Eccleſiæ, *cap.fin.12.q.3. & d.cap. paſtoralis*, nunquam tamen cenſetur remiſſum ius procurationis pro viſitatione:
3 nam eſt adeo annexa procuratio cum viſitatione, vt inſeparabilis ſit, niſi de ipſis fiat ſpecialis mentio, vt notatur hic, ſed non poteſt remitti ius viſitationis, ergo neq; procurationis.

Aduerte ſecundò, quod neq; per con-
4 ſuetudinem poteſt id perſcribi: nam eſt ius pro ſpiritualitate, & laici non poſſunt ſpiritualia perſcribere, poterunt tamen per priuilegium Apoſtolicum declarari immunes à tali onere. *Abb.in cap.cum inſtantia extra eod.* & notat *gl.hic verbo*
5 *perſcriptione*: nam priuilegium Apoſtolicum facit ipſos laicos capaces iuris ſpiritualis, quod non poteſt facere perſcriptio ipſa.

In §. viſitandi cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Viſitandi ius cui competat.*
An poſſit alijs dari facultas ab Epiſcopo, num.2.
Archiepiſcopus non viſitat Diœceſim ſuffraganei, n.3.

HIc agitur de iure viſitandi .ſ. quibus, & quando competat. ideò Aduerte primò, ꝙ omnibus,
1 qui iuriſdictionem habent ſpiritualem, competere poteſt ius viſitandi, *Trid.ſeſſ.24.c.3.* & poſſunt etiam Epiſcopi per ſuos Vicarios talem viſitationem facere, vt colligitur ex eodem *Trid.* in principio dicti ca-
2 pitis, vbi poteſt etiam peculiaris conſtitui viſitator, & diœceſis tota infra annum viſitari debet, vel ſaltem maior eius pars, ita tamen vt ſi ſit ſatis ampla viſitetur infrà biennium, Neapolim verò propter diœceſis vaſtitatem ſatis dilatatur viſitatio, & non datur procuratio.

Aduerte ſecũdò, quod Archiepiſcopus, ſiue Metropolitanus nõ poteſt, niſi ex iu-
3 xta cauſa viſitare Eccleſias ſuorum diœceſanorum, ſeu ſuffraganeorum, at ſi eius ſuffraganeus ſit negligens in complenda viſitatione, tunc poterit Archiepiſcopus ſe intromittere, vt patet ex §.*quod autem, et cap.fin.eod.tit.in 6.*

In

In §. poſtremò.

SVMMARIVM.

1 *Oratorium in quibus differat ab Eccleſia, nu. 2. 3. & 4.*
Viſitari an poſſit, n. 5.

1 ADuerte hic, quod Oratorium dif-
fert ab Eccleſia. Primò, nam Ec-
cleſia fit principaliter ad cele-
brãdum, Oratorium autem principaliter
ad orandum, nec poteſt in ipſo celebrari,
2 niſi ſpeciali licentia Summi Pontificis. Se-
cundò, oratoria non poſſunt habere Cam
panam publicam, *cap. patentibus de priui-*
3 *legijs*, vbi DD. communiter. Tertiò, ex cõ-
muni opinione talia oratoria non debent
gaudere immunitate, *Dec. conſ.* 148. Intel-
lige tamen de oratorijs priuatis, quæ ſunt
in domibus priuatis, & non habent certã
clauſuram loci, & intellige etiam excepto
tempore pro quo ibi ſacrificatur, vt patet
4 ex ſupra dictis de immunitate Eccleſiarũ.
Quartò, pro Eccleſia debet conſtitui dos,
ſecus autem pro Oratorijs, *cap. vnicuiq;*
cum ſequentibus de conſecr. diſt. 1. & DD.
5 *in cap. nemo diſt. cit.* Quintò, pro viſitatio-
ne Oratorij non poteſt exegi procuratio,
licèt poſſit Epiſcopus viſitare tale Orato-
rium, an. ſ. ſit decenter conſtructum, orna-
tum pro celebratione, &c. & ſi viderit ip-
ſum eſſe ineptum poterit etiam ordinare,
vt demoliatur, *gl. his verb. extorqueri ex*
Innoc. & Abb. in cap. fin. extra eod.

DE CAPPELLIS Monachorum.

TITVL. VIGESIMVS SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Monachorum Eccleſia, an ſubdantur Epiſcopo.*
Poſſunt habere monachi curam animarum, n. 3.
In quibus ſubdantur Epiſcopo, nu. 4. 5. 6. & 7.
2 *Cappella vnde dicatur.*

1 NON tantum Eccleſiæ clericorum, ſed etiam Monachorum ſubduntur Epiſcopo, meritò cum iam viderimus de Eccleſijs, generaliter ſequebatur videre de Eccleſijs, & Cappellis Monachorũ, ad cuius tituli generalem intelligentiam.

Aduerte primò, quod Cappella eſt locus dicatus pro diuinis officijs, & dicta
2 eſt à Cappella militum, qui in acie belli ſiſtentes conſtruebant manſiones, quas pellibus caprarum cooperiebant, vt notat *Gulielmus Durand. de diuinis officijs c. 10. n. 8.*

Aduerte ſecundò, quod de iure *Trid.* Monachi, ſeu regulares poſſunt habere cu-
3 ram animarum, & pro hoc debent Epiſcopo ſubiacere, & ab ipſo viſitari debent, vt in *ſeſſ. 25. cap. 15. de regularibus*, & ideò poſſunt accedente Epiſcopo ad Eccleſias ipſorum Regularium, qui habent dictam curam pro viſitatione, viſitare ſacramenta, & ſacramẽtalia. Poſſunt igitur tales Regulares præparare prędicta in prima Cappella propè Ianuam Eccleſiæ, vidimus ſeruatum Airolæ Beneuentanæ pro Regularibus Congregationis Montis Oliueti, iſti .n. quia habent tres Parochias, ideo accedente Epiſcopo ſeruant modo quo diximus.

Aduerte tertiò, quòd etiam in alijs ſub-
4 duntur Regulares Epiſcopo, & ſic in primis quotieſcunq; deliquũt extra clauſtra, tunc. n. poteſt Epiſcopus ipſos carcerare, & punire *Trid. ſeſſ. 25. c. 4. de regularibus.*
5 Secundò, etiam ſi ſit delictum ſpectans ad eandem Religionem, vt ſi deliquerit cõtra alium Religioſum, ſed tamen, extra Clauſtra poterit etiam capi per Epiſcopũ, & remitti ad ſuperiorem, qui debet Epiſcopũ certum facere ſe talem Monachum caſtigaſſe, ſic declarauit Sacra Congrega-
6 tio ſuper *Trid. loc. citat.* Tertiò, debent ab Epiſcopo recipere appellationem, pro audiendis confeſſionibus, & vbicunq; accendant ſemper debent examinari, & pro tali tempore poſſunt cõfeſſiones audire pro
7 quo habuerunt appellationem. Quartò, debent oſtendere obedientiam in pulſandis campanis die Sabbati Sancti, tunc. n. ſi pulſauerint antequam ſonet Eccleſia matrix poterunt puniri arbitrio Epiſcopi, & alia multa habes per *Quarantam verbo priuilegium Regularium, et verb. Campanam.* Poſſunt etiam conſtringi ad proceſſiones, &c. niſi ſpeciale oſtendant priuilegium *Trid. loc. cit.*

DE RELIGIOSIS Domibus.

TITVLVS VIGESIMVSTERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Loca Religioſa, & immunia, quæ ſint, & num. 5.*
Vt ſint immunia, quid requiritur, n. 2.
3 *Epiſcopus curat exequutionem piæ voluntatis morientis.*
4 *Loca facere Sacra cuius ſit.*
Quis poſſit profanare, n. 6.
7 *Viſitat Epiſcopus omnia loca Religioſa.*
Petit computum ab adminiſtratoribus, & n. 8.
Et obligat ad fideiubendum, nu. 9.
Limita, n. 10. & 11.

HABET etiam Epi-
ſcopus alia loca ſi-
bi ſubiecta, ideò
pro ipſis breuiter.
1 Aduerte primò,
quod ſunt pluria
alia loca religioſa,
ſed non conſecra-
ta, vt ſunt Xenodo-
chia in quibus pauperes pellegrini reci-
piuntur, item Orphonotraphia, in quibus
priuati parentibus aluntur, *l. Orphonotra-
phia, C. de Epiſcopis, & Clericis*, & idem
ſonant Betotaphia, vbi infantes pauperũ
viuentium aluntur. Itẽ Noſocopia, & ſunt
Oſpitalia pro infirmis Gerontocomia, &
ſunt receptacula ſenium infirmorum, *Ho-
ſtienſis in ſumma eod. tit.* quæ loca in tan-
tum ſunt religioſa, & gaudent immunita-
te, in quantum auctoritate Epiſcopi con-
ſtructa ſunt, *cap. quia Monaſterium extra
2 eod.* alias manent ſub poteſtate patroni,
quo decedente ab inteſtato debet Epiſco-
pus curare, vt pia voluntas teſtatoris exe-
3 quutioni mandetur. Patet hoc ex *Trid.
ſeſſ. 22. c. 8. cap. ſi hæredes, cap. tua nobis cap.
Ioannes de teſtamentis, clem. quia contin-
git de religioſis domibus, & Sacra Congre-
gatio ad Trid. in eod. loc.* declarauit, quod
poſſit etiam Epiſcopus tanquam delega-
tus Sedis Apoſtolicæ vltimas voluntates
morientium commutare, & in alios pios
vſus conuertere.

Aduerte ſecũdò, quod loca, vel ſunt ſa-
4 cra, vel ſancta, vel Religioſa. Facere locũ
ſacrum id ſpectat ad Epiſcopum, qui per
conſecrationem talem declarat locum.
Sancta ſunt, quæ ad ſanctum vſum deſti-
nantur, vt oratoria, &c. Religioſa ſunt om
nia loca prędicta, ſi auctoritate Pontificis,
vel Epiſcopi ædificata fuerint, licèt de iu-
re antiquo vbicunq; aliquod corpus ho-
minis ſepeliebatur locus efficiebatur reli-
gioſus, *l. cum in diuerſis, ff. de religioſis, &
5 ſumptibus funerum*, hodie autem id non
currit cum fideles, qui moriũtur in Domi-
no ſepeliũtur in loco ſacro, vel ſancto, alij
autem extra Eccleſiam eijciuntur, & vbi
tales manent non poteſt eſſe quid ſacrũ,
vel Religioſum, nam pręter Chriſti lapidẽ
nulla ſanctitas ædificari poteſt.

Aduerte tertiò, quod talia loca deſtina-
6 ta ad vſum religioſum non poſſunt ſine
auctoritate Pontificis deputari ad profa-
nos vſus, vt hic in §. 1. & notat *gl. verb. cũ
ea*, hodie verò poſſunt etiam ordinarij lo-
corum id facere, *Trid. ſeſſ. 22. de reform.
c. 6.*

Aduerte quartò, quod poteſt etiã Epi-
7 ſcopus dicta loca viſitare, & ab adminiſtra
toribus computum petere redituum, &c.
c. km 2. §. 1. eod. tit. in 6. & patet ex *§. Eco-
nomos. auth. de ſãctiſſimis Epiſcopis*, & iſti
8 adminiſtratores ſe habent ad modum tu-
torum, *l. de creationibus, C. de Epiſcopali
audientia.* Verum tamen quod iſti non te
nentur dare ſatisfactionem dum munus
accipiũt, ſed potius debet Epiſcopus ani-
maduertere, an ſint ſufficientes nec ne,
*l. Orphanotrophios, C. de Epiſcopis, & cler.
& in d. clem. 2.* Si autem ſint ſuſpecti, quia
9 ſunt grauati ære alieno, vel habent filios,
&c. tunc poteſt ab ipſis peti ſatiſdatio, *cap.
ſi recuſare diſt. 28. & gl. hic verb. præſtare*,
vbi de praxi teſtatur.

Limita hoc primò, vt non habeat locũ
pro illis locis, in quibus patrimonium eſt
10 regium, ibi .n. tantum ſpiritualia poteſt
Epiſcopus viſitare, non põt tamen patri-
monio ſe intromittere, vt docent *Innoc.* &
alij in *cap. inter dilectos de donationibus*,
& notat *gl. hic verbo pertinent.*

Limita ſecundò, vt nõ poſſit Epiſcopus
11 quomodocunq; & ad ſui libitum diſpo-
nere de talibus locis, vt. ſ. vt vellet in bene-
ficium conferre, hoc .n. eſt Epiſcopis pro-
hibitum, vt patet hic ex *§. eod. ex clem. per
literas. de præbendis, & clem. 2. §. 1. extra
eod.*

DE SEPVLTVRIS.

TITVLVS VIGESIMVSQVARTVS.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura,quid ſit.*
Et quotuplex,n.2.
Quomodo appelletur,n.3.
Vbi fieri debeat,n.4.
Quibus denegetur,n.5.
Cur fiat in Eccleſia,n.6.

VISVM eſt ſupra de religioſis domibus, verum quia in ipſis fiunt ſepulturæ fidelium, quæ etiã loca reddebaur religioſa antiquitus, vt patet ex *tit.ff. de religioſis,& ſũptibus funerum*,merito de ipſis hic,ad cuius *tit.*& duorum §§. intelligentiam videbimus primò,quid,& quotuplex ſit ſepultura.Secundò,vbi fieri debeat,& quarè.

Circa primum dicimus,quod ſepultura
1 eſt locus cõcauus in Eccleſia ad receptãda oſſa fidelium, *cap.abolenda extra eod.* vbi *gl.verb.ſepultura*,ex qua etiam *gl.habes*, quod officium exequiarum , quod ſit à clericis etiam ſepultura dicitur,vnde
2 ſicut pro ſepultura cadaueris in Eccleſia, nihil poteſt exigi abſq; periculo ſimoniæ, vt videbimus in *lib.* 4. ita neq; pro officio ſepulturæ,vt notat *gl.ibidem.*

Aduerte etiam ſepulturam varijs voci-
3 bus appellari,& ſic Cœmiterium,quod idẽ eſt , ac locus ante Eccleſiam ſic dictum à particula,Eis,quod ſignificat ante, vel dicitur Cœmiterium à cineribus fidelium , *Geminian.in cap.vnico de conſecr. Eccleſia,vel altaris*. Dicitur etiam Mauſoleũ hoc eſt ſepulchrum lapidibus ornatum,ſic dictum a Mauſolo,cui Artimitia fecit honorabilem ſepulchrum.*gl.in cap.bonę diſt. 69.verb.Mauſoleo.* Dicitur etiam monumentum,& cœnotaphium,quæ ſunt inſcriptiones in lapidibus,ſic eleuatis,& patentibus honoris cauſa , corpora autem ibi non ſepeliuntur, ſed humari debet ſubtus terram,& ex nouo decreto Sacræ Congregationis omnia talia monumenta,prohibentur ſi corpora ibi ſepeliantur,ſecus autem non:

Circa ſecundum aduerte primò , quod
4 ſepultura in Eccleſijs , vel loco ſacro fieri debet,*cap.non æſtimemus 16.q.2.*& antiquitus regulares non poterant habere cœmiteria,nec ſepulturas, niſi tantum pro ſuis,*c.1.16.q.1.* hodiè autem ferè omnes regulares habent hæc cœmiteria ex priuilegio, vt notat *Abb. in cap.fraternitatem extra eod.*

Aduerte ſecundò , quod non omnibus
5 datur ſepultura in Eccleſia,& ſic infideles, & alij,qui ſunt extra Eccleſiam,vt excommunicati,&c.ſi ibi fuerint ſepulti exhumari debent,*cap.ſacris de ſepulturis*. Datur autem fidelibus ſepulturæ in Eccleſijs
6 primò,vt ibi requieſcant oſſa fidelium, ne vexentur à ſpiritibus immundis,*gl.hic ex cap.clauium 12.q.2.*Secundò,vt muniantur orationibus,& patrocinijs Sãctorum, quibus Eccleſiæ ſunt dicatæ,& reliquię ibi adſunt,*cap.non æſtimemus 13.q.2.*Tertiò, vt fideles accedẽtes ad Eccleſias memores ſuorum parentum , vel benefactorum ibi poſitorum pro ipſis orent,*cap.cum gravia cauſa,& quæſtione citata.*

In §.regulariter vſq; ad §. alios autem.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura electio qualiter fiat ſi non fuerit facta,quid.n.2.*
Vxori,non eſt neceſſaria,n.3.
Filiusfamilias,vel pupillus ipſam faciat n.4.& 5.
Neapolim ſi non fiat,n.6.
Regulares non faciunt,n.7.
Limita,n.8.

HIc agendum eſt de iure eligendi ſepulturam,pro quo.

Aduerte primò,quod poteſt
1 quilibet ſibi ſepulturam eligere,vbi vult , & prout vult,quod ſi ſepulturam non elegerit debet in Eccleſia Parochiali ſepeliri,*cap.his qui, extra eod.* neq; qui caſualiter mortuus eſt(maximè ſi dabat operam rei licitę) priuari debet Eccleſiaſtica ſepultura,*cap.ex parte extra eod.* tamen hic Neapolim ſi quis non eligit ſepulturam coràm Parocho,cõfeſſario,& teſtibus debet ſepeliri in Eccleſia S.Reſtitutæ , & eſt ius Reuerendi Capituli Neapoli, & ſi ibi ſepeliri nolit , debent parentes, ſeu hæredes ſe tranſigere , & poterunt vbilibet

-orpus deſerre, tamen ſemper Eccleſiæ ꝑrochiali integrum ius debetur, *cap. cum ſup r extra eod.*

Aduerte ſecundò, quod mulier poteſt
3 etiam vbicunq; ſibi ſepulturam eligere, ſiue in eadem Eccleſia, in qua ſepultus eſt vir, ſiue alibi, *cap. vnaquaq; 13. q. 2. cap. quos Deus 33. q. 2.* ſi tamen ſine electione deceſſerit debet ſepeliri in ſepulchro ſui viri, ſi prædeceſſerit, *cap. ſi de vxore extra eod.* vel potiùs in Eccleſia ſuorum maiorũ, ſi vir ſepulturam non habeat, vel ſibi non præparauerit, *gl. hic verb. viro vltimo.*

Aduerte tertiò, quod licèt filiusfamilias
4 non poſſit facere teſtamẽtum, niſi habeat bona caſtrenſia, vel quaſi, tamen poteſt, & debet ſibi eligere ſepulturã, & poteſt vbicunq; eligere, ſi autem impubes decedat non poteſt, niſi patre conſentiente id facere, & ſic pater ipſum ſepeliendum curare debet, vbi vult, debet tamen eſſe filius
5 legitimus, & naturalis, nam ſi ſit filius naturalis tantum, cum ſit ſui iuris, poterit ſibi eligere ſepulturam vbi vult, *Peruſinus in tract. de Canonica parochiali cap. 11.* Idem dic de minore, cuius tutor non poteſt impedire electionem, idem *Peruſinus loco citato*, nam non poteſt tutor ſuam auctoritatem extendere ad faciendum actum, quando ſua auctoritas eſt expirata, & ſic eſt poſt mortem pupilli.

Aduerte quartò, vnum quod facit hic pro noſtra Ciuitate ſtante iure capituli, &
6 eſt quod ſi pater elegerit ſepulturam pro filio impuberi, ſi deindè decedat pubes factus nihil operatur electio facta à patre, & videtur filium deceſſiſſe ſine electione, nam electio facta à patre deuenit ad caſum, à quo incipere non poterit, *gloſſ. hic verb. voluerit ex Peruſino in tract. de canonica Epiſcopali c. 11.*

Aduerte vltimò, quod regulares non
7 poſſunt eligere ſepulturam, ſed in Eccleſia ſui Monaſterij ſunt ſepeliendi, *cap. fin. de ſepulturis in 6.* Si autem autem tam longè moriantur à Monaſterio, vt ibi exportari nequeant, tunc poterunt eligere, & ſi
8 non elegerint ſepeliuntur in Eccleſia Parochiali, vbi decedunt, *Abb. in cap. nimis il primo, de exceſſibus Prælatorum*, vbi idem tenet *Hoſt.* apud eundem *Abb. ex gl. hic verbo commodè*, nota, quod ratione incõmoditatis id permittitur, quod alias non permitteretur, *cap. his qui eod. tit. in 6. & cap. terulas 12. q. 2.*

In §. alias autem cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Sepultura electio per pactum tolli nequit.*
Limita inter Eccleſias, n. 2.
3 *Moriens extra domicilium, vbi ſepeliatur.*

1 ADuerte hic primò, quod adeò eſt fauorabile ius eligendi ſepulturam, vt neq; per pactum, vel iuramentum poſſit quis ſpoliare ſe ipſum tali iure, & ſi iurauerit, vel promiſerit non eligere ſepulturam, poteſt tamen contra talem promiſſionem, & iuramẽtum venire, & ratio eſt: nam in ſpiritualibus non cadit pactio, nec iuramentum, DD. apud *Peruſinum in c. 1. eod. tit. in 6.* & notat *gl.* in præſenti §. Ex qua etiam habes, quod ſecus eſt inter duas Eccleſias inter quas poteſt cadere pactum, & valet etiam iuramentũ
2 per quod vna obligetur ad non recipiẽdos mortuos alterius, *Silueſt. verb. excommunicatio 6. §. excommunicatio num. 49.*

Aduerte ſecundò, ſi quis non in proprio domicilio, ſed ruri, vel alibi animi cauſa,
3 vel ex alia cauſa exiſtens ibi decedat, ſi commodè exportari poterit, nõ in Eccleſia ruri poſita, ſed in Eccleſia proprij domicilij ſepeliri debet, *Abb. in c. 1. hoc titul.* & ratio eſt, quia non videtur ibi tranſtuliſſe domicilium, nec velle parochiam ibi conſtituere, *gl. hic verb. ſepeliendum*, vbi id ampliat ad ſtudentes, quos vult ſepeliendos eſſe in propria Ciuitate, ſi ibi commodè exportari poſſint, quia non videntur facere domicilium in loco ſtudij.

In §. non tamen, cum duobus ſequentibus:

SVMMARIVM.

1 *Sepultura in Eccleſia quibus denegetur, n. 2. & 3.*
4 *Sepultura indigni, quid ſi in Eccleſia inueniantur ſepulti.*
5 *Oſſa excommunicatorum extrahenda ab Eccleſia.*
6 *Separationis difficultas, quid operetur.*
7 *Sepelientes indignos, an puniantur.*

8 Ex.

8 *Excommunicari corpus punitur poſt mortem.*
Limita,n.9.

HIC de ſepultura excommunicatorum, quibus cum non communicemus in vita, neq; in morte communicare debemus, *cap.ſacris extra eod.* Pro quibus excommunicatis.

Aduerte primò, quod hac ratione multi
1 ſepeliri nequeunt in Eccleſia, ſic excommunicati, interdicti, pagani, & ſimiles, *cap. Eccleſia de conſecr. diſt.*4. Item vſurarius publicus, *cap.quia in omnibus de vſuris*, vel
2 qui mortem ſibi conſciuerunt, *capit.placuit* 23.*q.*5. *percuſſores clericorum*, *cap.ſi quis ſuadente diabolo* 17. *q.*4. *blaſphemi*,
3 *cap.ſtatuimus de maleficiis*: Publicè condemnatus pro exceſſibus manifeſtis, *cap. Parochiano extra eod.*

Aduerte ſecundò, hoc adeò verum eſſe, vt iſti tales ſi de facto fuerint ibi ſepulti
4 debeant eorum corpora exhumari, & oſſa ſi commodè diſcerni poſſint, & ab Eccleſiaſtica ſepultura procul iactari in tanta diſtantia, vt voces canëtium in choro, ibi peruenire non poſſit, *Abb.in d.cap.ſacris*. Nec poteſt quis id facere ſine licentia Epiſcopi etiam quoad loca exempta Regularium, nam & pro ipſis Epiſcopus dat licentiam, *Abb.in d.cap.ſacris*, alius verò id faciens puniretur, vt ſacrilegus, idem *Abb. in cap. ad hæc de auctoritate, & vſu pallei*, & iniuriam infert omnibus conſanguineis defuncti, *Roman.conſ.*133.

Aduerte tertiò, quod ſi oſſa excommu-
5 nicatorum commodè diſcerni nõ poſſint, quia eſſent valdè intermiſta oſſibus fidelium, & tunc non debent hæc corpora pari pro illis: nam neq; deliquens puniri debet, ſi ex eius pęna oriatur malum innocentis, *l.abſentem,ff.de pęnis*, melius.n.eſt nocentem dimittere, quam innocentem condemnare, *cap.magnum* 23.*q.*4. ſic etiã
6 ratione difficilis ſeparationis, vnum deſtrahi non debet, ne & aliud deſtruatur, *l.cum eum actum,ff.de negotiis geſtis*.

Aduerte quartò, quod ſi aliqui contra
7 interdictum Eccleſiæ tentauerint hos tales ibi ſepelire, erunt etiam, & ipſi excommunicati, quod amplia in comitãtibus ad ſepulturam, fodiẽtibus, fabricantibus, deferentibus crucem, & candelas, &c. in Epiſcopo, vel clericis, qui id patiuntur, & in aliis, qui quomodolibet in id concurrunt, vt per *gl.in clem.*1.*verb.ſepelire*, & omnes iſti ſunt ipſo facto excommunicati, *clem.*1. *de ſententiis excommunicationis in* 6.

Aduerte vltimò, quod non tantum ani-
8 ma excõmunicati punitur, ſed etiam corpus, & ſic neq; eius corpori communicare debemus, vnde ſi quis lauaret corpus excommunicati, veſtiret, &c. eſſet etiam excommunicatus, vt per *gl. hic in* §.*non tamen verb.omnes ex Abb.in d.cap ſacris*.

Limita tamen hęc omnia in eo, qui non
9 fuit in mora petendæ abſolutionis, nec per ipſum ſterit, quin ſe purgaret à tali macula, hic.n. poterit poſt mortem recõciliari, & in Eccleſia ſepeliri, *cap.à nobis de ſententia excommunicationis*, *cap.qui recedunt* 13.*q.*6. ſi oſtenderit contritionem.

In §. ſed hæc cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Pęnitentiæ ſignum dans, an ſepeliri poſſit in Eccleſia.*
*Limita,n.*2.
3 *Hæredes excommunicati ſatisfacere tenentur.*
4 *Morientes ex decreto Iudicis ſepelientur onus Eccleſiam.*

ADuerte primò, hic poni limitationem generalem ad omnia ſupradicta, quod .ſ. quotieſcunq; quis
1 in articulo mortis ſignũ pęnitentiæ oſtenderit, & fuerit abſolutus, poterit ſepeliri in Eccleſia, conceſſo .n. principali (vt eſt Sacramentum) non debent denegari accidẽtia, *cap fin.*33.*q.*2.*cap.illud diſt.*95.*Capel.*
2 *Tholoſ.dec.*368. Sublimita hoc ipſum in decedentibus in torneamentis, qui licèt fuerint abſoluti non ſunt tamen ſepeliendi in Eccleſia, & hoc ad terrorem aliorũ, *cap.fin.extra eod.* qui DD. & notat *gl.hic verb.ex alto*.

Aduerte ſecundò, quod hæredes talis
3 excommunicati tenentur pro ipſo ſatisfacere, & ad id compelli poterunt ſub anathemate à Iudice Eccleſiaſtico, qui in hoc caſu fauore animarum habet iuriſdictionẽ in ipſos, *Abb.in d.cap.à nobis*.

Aduerte tertiò, idem eſſe dicendum reſ-
4 pectu cadauerum illorum, qui in pęnam ſui criminis mortis condemnatione perierunt, nam hæc cadauera non poterunt ab Eccleſia expelli, quia vt ait *gl.hic* Deus non punit bis in ipſum, *DD.in cap.cum ſit de foro competenti*.

In §. ſciendum, cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Quarta Eccleſiaſtica, quid ſit.*
De quibus debeatur, n. 2.
Quando ceſſit, n. 3. & 7.
Laicalis quotuplex, n. 4. 5. & 6.

Aduerte primò hic, dum ſit mentio de quarta, quod multiplex eſt
1 quarta, nos loquimur de quarta Canonica, & eſt illa, quę debetur Epiſcopo, vt diximus. Vnde

Nota primò, quod ſi quis non decedat,
2 nec ſepeliatur, ſed quia ſuperuixit voluit dare in vita id quod legauerat Eccleſiæ, vel ſi moreretur ciuiliter, in quolibet ex his caſibus nihil deberetur Epiſcopo, quia non eſt ſecuta ſepultura, *Abb. in cap. relatum de ſepultura.*

Nota ſecundò, quod quando quis legat, vbi non eligit ſepulturam, vel elegit
3 ſepulturam in Eccleſia Monachorum, & certo Monacho relinquit aliquid, tunc nihil debetur Epiſcopo: nam non relinquit occaſione ſepulturæ, *Silueſt. verb. ſepultura §. 9. preterquam* hodie de relictis regularibus ex quacunq; cauſa nihil debetur Epiſcopo, vt declarauit *Sacra Congregatio ad Trid. ſeſſ. 23. c. 3.* Idem dic pro Eccleſijs clericorum ſecularium; quando in contrarium eſſet introducta conſuetudo per ſpatium quadraginta annorum, *Silueſt. loc. cit. §. 19.*

Aduerte ſecundò, quod alia eſt quarta
4 falcidiæ, & hæc debetur hęredi, qui grauatur vltra tres partes hæreditatis ex quatuor ad præſtãdã legata, hic. n. ſi ita ſit grauatus poteſt de legatis quartam accipere, quæ ſaltem perueniat ad quartam hæreditatis, *l. in rationem, ff. ad l. falcidiam.* Si autem legata pręſtentur in vita teſtatoris, tunc non poteſt hæres licèt vltra dodrantem grauatus falcidiam petere: nam idem eſt, ac ſi eſſet donatio inter viuos, in qua non cadit falcidia, *gl. in l. legatis, ff. de legatis 2.* & hac etiam ratione ſi quid detur Eccleſiæ in vita teſtatoris, licèt hic ibi deindè ſepeliatur, tamen nihil debetur Epiſcopo, *cap. de his. §. ſi verò extra eod.*

Alia eſt quarta trebellianica, quam de-
5 trahunt hæredes grauati hæreditatem reſtituere fideicommiſſario, & hęc in multis differt à prima, vt diximus in lectura de teſtamentis.

Alia eſt quarta legitimæ, quam habent filij hæredes loco legitimæ, & de ipſa legi-
6 tima diſponere poſſunt pro ſui libito, *l. pupillaris, ff. de inoffiſioſ. teſtament.* quæ licèt appelletur quarta, tamen non eſt talis, ſi. n. filij ſint quatuor, vel infra eorum legitima eſt tertia pars hæreditatis, ſi verò ſint quinque, vel vltra eorum legitima eſt medietas hęreditatis, *auth. nouiſſimè, C. de inofficioſo teſtamento, & in auth. de triente, & ſemiſſe.*

Aduerte tertiò, quod ſi quis in ægritudine conſtitutus ſe, & bona ſua transferat
7 ad Monaſterium, ibiq; in eadem infirmitate decedat, tunc Epiſcopo debetur quarta, quia alias facillimè iſta fraus committeretur, vt hic in §. *ſed & ſi nihil, & gloſſ. ibidem.* Non ſic autem ſi id faciat in vita, & ſanus; nam vnuſquiſq; de bonis ſuis poteſt diſponere, prout vult, non tamen in præiudicium filiorum, ſi quis. n. habeat filios, & ſua bona vendat, donet, &c. nõ poteſt id facere, niſi detenta legitima filiorũ, *DD. in cap. Raynaldus de teſtamentis, Abb. in cap. de his de ſepulturis.*

In §. quod ſi is qui, cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Quarta cui Parocho debeatur, quando quis habet duo domicilia.*
Quando debeatur, n. 2.
Non debetur, quando relinquitur aliquid certa perſona, n. 3.
Regulares non ſoluant, n. 4.

Aduerte hic primò, quod ſi quis habeat duo domicilia in duabus Parochijs, & habitet nũc in vna,
1 nunc in alia parochia, tunc iſta quarta diuiditur pariter inter Epiſcopos, ſi ſint parochiæ diuerſorum Epiſcoporum, *c. 1. de ſepulturis in 6. & Abb. in c. 1. extra eod.* Si verò in vno ex his domicilijs per decennium habitauerit, & ibi decedat, illius loci Epiſcopo, vel Curato quarta debetur, nam vbi quis habitat per decennium, & bona retinet, ibi cenſetur velle manere, & ſic domicilium ibi fundat, *l. Ciues, C. de incolis, lib. 10.* & ſic etiam per decennium habitationis quis declaratur incola, & ciues loci, vbi ſic manet. Hæc autem Canónica portio tunc debetur, quando quis alteri

2 teri Eccleſiæ, quam illi, in qua recipit ſacramenta, ſepulturam eligit, ſecus autem ſi ibi ſepeliatur, & cuilibet alteri Eccleſiæ legata quælibet fecerit, tunc nihil debetur Eccleſię parochiali, niſi ius quod debetur ratione parochiæ, & ſi quid aliud ei relictum fuerit, §. *ſciendum ſupra eod.*

Aduerte ſecundo, id quod ſupra diximus .ſ. quod quotieſcunq; quid relinquitur non Eccleſiæ, ſed certę perſonæ licèt
3 eiuſdem Eccleſiæ, nihil debetur parochię, vel Epiſcopo. Idem dic ſi relinquatur cũ aliquo certo onere, puta Miſſarum, pro luminaribus Eccleſiæ, pro fabrica, &c. tũc .n. nihil debetur parocho, vel Epiſcopo, vt videre eſt apud *Peruſinum de Canonica Epiſcopali p.1 c.7.* & per *tex. in cap. requiſiſti, & cap. fin. de teſtamentis*, & notat *gl. hic verb. quodam.*

Nota hic, pro §. ſed iſtud quod materia huius §. eſt limitanda per *Trid. ſeſſ. 25.* vbi *Sacra Congregatiõ cap. 13.* declarat
4 regulares omninò immunes à ſolutione talis quartæ, & adeſt *Bulla Pij V.* quæ incipit, *& timendi canticum*, per quam *Bullam* idem diſponitur.

In §. Canonica portio cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo ſemper quarta debetur.*
Prohiberi nequit per teſtatorem, num. 2.
3 *Dignus an operarius mercede.*
4 *Epiſcopus non poteſt excludi à iure Eccleſiæ.*
Eccleſia verò excluditur ab Epiſcopo, num. 5.
Venit neceſſariò appellatione Eccleſiæ, num. 6.

Hic de Canonica portione, quæ debetur Epiſcopo, pro qua Aduerte primò, quod ſicut
1 parochus de relictis Eccleſiæ cauſa ſepulturę debet ſumere quartam, ita Epiſcopus de relictis Eccleſiæ pro anima ſua poteſt ſumere quartam niſi præſcriptio quadragenaria obſtet, & hæc ſemper debetur etſi teſtator expreſſerit ſe nolle aliquid ac-
2 quiri Epiſcopo ex tali ſuo legato, quia nõ poteſt teſtator diſponere cõtra ius commune, *l. nemo, ff. de legatis 1. & cap. Pontifices 12. q. 2.*

Dices, diſponat teſtator, & fiat lex ergò ſi teſtator ſic diſpoſuit, ſic & non alias erit obſeruandum.

Reſp. negando conſequentiam, & ratio eſt, nam verum eſt, quod ex diſpoſitione teſtatoris fiat lex, tamen iſta lex non poteſt eſſe præiudicialis, & tollens legem cõmunem, hanc .n. ſolus ſupremus legiſlator, & ex cauſa rationabili, &c. tollere po-
3 teſt, tanto fortius, quia in caſu noſtro nõ debet Epiſcopus ſuperior priuari tali prętimonio, dignus eſt .n. operarius mercede ſua, *gl. hic verb. portionem*, ergo Epiſcopus, qui habeat curam animarum, & omnium Eccleſiarum debet aliquod commodum ex ipſis reportare.

Aduerte ſecundò, quod ſi aliquid re-
4 linquatur Epiſcopo cum dictione taxatiua .ſ. tantum, dicendo .ſ. relinquo Epiſcopo tantum, tunc non debetur Canonica portio Eccleſiæ, ſecùs autem de omni eo quod relinquitur Epiſcopo, portio Eccleſię debetur, vt cõtrariorũ eadem ſit diſciplina, ſic habetur in *§. ex contrario.*

Quęres, quænam ſit ratio differentię inter vnum caſum, & alium, cur .ſ. ſi dicatur
5 relinquo Eccleſiæ tantum, non excludatur Epiſcopus, & ſi dicatur Epiſcopo tantum, excludatur Eccleſia.

Reſp. rationem diuerſitatis eſſe, quia .ſ. Eccleſia continetur in Epiſcopo, & continet etiam ipſum Epiſcopum tamquam caput, meritò non poteſt teſtator Epiſcopum ab Eccleſia ſeparare, & ſic nomine
6 Eccleſię neceſſariò venit etiã Epiſcopus, *cap. noui de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu capituli*, & patet ex *l. cum in diuerſis, ff. de religioſis, & ſumptibus funerum*, at quando tantum Epiſcopus nominatur videtur id relictum tantum intuitu talis certæ perſonę, & vt ſic eſt quid diſtinctum ab Eccleſia, vt per *gl. hic verbo tantum Eccleſiæ.*

In §. ſed in hac ſpecie, vſque ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo relictum, quãdo dicatur intuitu Eccleſiæ, n. 2.*
3 *Legatum factum Epiſcopo, & Eccleſiæ Cathedrali quomodo diuidendum.*
Factum Eccleſiæ inferiori, an Epiſcopo, de-

debeatur pro parte,num.4.
5 *Quarta non ſemper datur Epiſcopo, n.6. & 7.*

ADuerte primò, quod hic habet lo-
cum præſumptio, quæ eſt vehe-
mentior, & ideò ſi coniunctus le-
1 ger Epiſcopo cenſetur ipſi, & non Eccle-
ſiæ relictum, nec Eccleſia aliquid petere
poteſt, nam hoc eſt relictum intuitu Epi-
ſcopi, & eius perſona dilecta videtur à cō-
iuncto, ſecus autem quando relictum eſt
ab extraneo, tunc.n. quia præſumitur reli-
ctū intuitu Eccleſiæ, debetur Eccleſiæ Ca-
nonica portio, donec contrarium probe-
tur, vt habetur hic, & poſſet probari con-
trarium ex magna dilectione relinquētis,
quod .ſ. intenderit relinquere Epiſcopo
propter Epiſcopum, non autem Epiſcopo
propter Eccleſiam, vt notat *gl. hic ex q.2, cauſa* 12.

Aduerte ſecundò, quod cōcurrentibus
duabus præſumptionibus, vehemētior de-
bet habere locum, & ſic ſi relinquatur ab
extraneo, licèt præſumatur relictum intui-
2 tu Eccleſiæ, tamen ſi relinquatur res Epi-
ſcopo competens intranſitiuè, & non Ec-
cleſiæ, puta ſi relinquantur Epiſcopo vaſa
vtenſilia ad menſam, licèt id relinquatur
ab extraneo, tamen præſumitur relictum
propter Epiſcopum. Idem dic è contra ſi
coniunctus, ſeu conſanguineus relinque-
rit Epiſcopo, & tamen res relicta videa-
tur propriè competere Eccleſiæ, tunc Ec-
cleſiæ acquiritur, non Epiſcopo, puta ſi re-
linquatur paramenta ſacra, calices, &c.
ratio autem eſt, quia vna præſumptio ſi ſit
vehementior tollit aliam, *cap. literas de præſumptionibus, & l. Diuus, ff. de reſti-tutione in integrum.*

Aduerte tertiò, quod legata te Epiſco-
3 po, & Eccleſiæ Cathedrali ſimul inter ip-
ſos diuidetur æqualiter, *cap. requiſiſti de teſtamentis*, ſecus autem ſi vna res Eccle-
ſiæ, altera Epiſcopo relinquantur, tunc .n.
poterunt ad inuicem quartam recipere,
niſi vellent eſſe contenti de ubi relictis, &
dummodò nō curra nimia læſio Eccleſiæ,
ſecus autem ſi modica, de hac .n. non eſt
curandum, *l. Scio, ff. de in integrum reſti-tutione.*

Limita hic primò, quando quid relictū
4 eſt nón Eccleſiæ Cathedrali, ſed inferio-
ri, tunc.n. hæc debet dare quartam Epiſco
po de ſibi relicto, Epiſcopus verò nihil da-
bit tali Eccleſiæ; non.n. tantam habet cō-
nexionē cum Eccleſijs inferioribus, quan-
tam habet cum ſua Eccleſia Cathedrali,
6 *gl. hic verb. non tanta ex d. cap. requiſiſti.*

Limita ſecundò, quando teſtator dixiſ-
5 ſet in legato Epiſcopi de hoc tantum ſit
contentus pro ſua portione, tunc .n. nihil
poſſet exigere de legato facto Eccleſiæ in-
feriori, vel Cathedrali, *cap. cum in officijs de teſtamentis, l. ſi omnimodo, ff. de inoffic. teſtamento.*

Hæc autem intellige, dummodò non
appareat fuiſſe factum tale legatum in
fraudem, & vt Epiſcopus priuaretur ſua
quarta, tunc.n. poſſet Epiſcopus nolle cō-
ſequi legatū, ſed quartam petere, vt habe-
tur hic in *§. ſed, & ſi conſtituerit*, dolus.n.
& fraus nemini debent patrocinari.

Limita hoc pariter pro regularibus;
quia ab ipſis, nec Parochus, nec Epiſcopus
ſumit quartam, *cap. fin. de teſtamentis, & cap. fin. de ſepulturis.*

Aduerte quartò, ſi alicui perſonæ Ec-
cleſiaſticæ etiam beneficiatæ (dummodò
7 non ſit Prælatus, nec habeat adminiſtra-
tionem) relinquatur aliquid, cenſetur reli-
ctum intuitu propriæ perſonæ, nec debe-
tur quarta Epiſcopo, nec Eccleſiæ, *cap. re-quiſiſti, §. fin. de teſtamentis.* Hoc autem
limita, quando contrarium appareret, pu-
ta si diceretur relinquo Titio Sacriſtæ Ec
cleſiæ Sanctæ Mariæ, mille pro fabrica
eiuſdem Eccleſiæ, tunc .n. perſona exigi-
tur miniſterialiter, & Eccleſiæ cenſetur
relictum, vt patet ex dictis proportionali-
ter de relictis Epiſcopo.

DE DECIMIS,

TITVLVS VIGESIMVSSEXTVS.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ, quales, & quid ſint, n. 2.*
Debentur de omni iure, n. 3.
4 *Miniſtris Eccleſiæ debentur emolumen-ta de iure naturæ.*
5 *Decimandi ius vendi nequit.*

EGimus in ſuperio-
ribus de rebus ſpi-
ritualibus, & qua-
ſi ſpiritualibus, vt
ſunt ſepulturæ, do-
mus religioſæ, &c.
ſequebatur videre
de rebus medijs
inter ſpirituales,
1 & materiales, ſeu temporales], vt ſunt
de-

decimæ, quæ partim ſunt ſpirituales, ſproùt ius decimarum ſpirituale eſt, *capit.2. de iuram.calumn.& Abb.in cap.cum olim, de præſumpt.* partim ſunt temporales, vt ſunt fructus, qui percipiuntur ab ipſis, *cap. vt ſuper de reb.eccl.non alien.* meritò de ipſis erat videndum hic, ad cuius tituli, & duorum §§.intelligentiam.

Aduerte primò, quòd decima eſt quo-
2 ta bonorum mobilium portio Deo tam diuina, quàm humana conſtitutione debita: Dicitur quota, & nõ decima pars, nam licet talis deberet eſſe tamen non vbique, eodem modo datur iſta portio, vt patet ex *Duareno lib.7.de eccleſ.& eccleſiarum miniſtris*, qui ait, quod in lege veteri neq; erat determinata pars oblationum, liue primitiarum, patet *c.1.& 2.extra eod.* Dicitur bonorum mobilium, nam de fructibus datur decima, non autem de ipſis ſtabilibus, *cap.decimæ 16.q.1.* Dicitur Deo debita, ad oſtendẽdum, quod de rebus malè acquiſitis non debet ſolui decimas, ſed potius Domino reddi debet, nec Deus vult holocauſtum de alieno, *Silueſt.ver. decima n.6.*

Aduerte ſecundò, pro vltimis verbis definitione, quod decimæ debentur de
3 omni iure, ſcilicet de iure diuino, naturali, & poſitiuo; De iure naturali primò, qu a ipſamet ratio dictat, vt Deo, à quo omnia recepimus, aliquid demus in perſonam ſuorum Miniſtrorum. Secundo, quia ius naturale, & æquitatis ratio dictat, vt Sa-
4 cerdotes, & Parochi, qui ſentiunt incommodum miniſtrandi Sacramenta, ſentiant commodum decimandi, *cap qui ſentit, de reg.iur.in 6.* De iure humano patet in *capit. de terris extra eod. cap. ſua nobis eod. tit. c.1.16.q.1.* & ex alijs iuribus poſitiuis. Dic tamen decimas eſſe de iure humano non quoad ius decimandi, & vendendi, nam hoc eſt ius potius diuinum explicatũ ab homine, ſed quoad talem, vel talem quotam, quæ diuerſa eſt pro diuerſitate locorum, ſic poterit dici de iure humano, & hac ratione poterit vendi, ſeù locari
5 collectio decimarum, *cap.cum in tua ext. eod.* non ſic autem ipſum ius decimandi, quia eſt ſpirituale, & competens de iure diuino.

In §.decimandi cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum ſpecies.*

Perſonales vbi, & quando dicuntur, n. 2.& 3.

Prędiales cui debentur, quando, & quo modo, nu.5.& 7.

6 *Parochus poteſt pro decimis cuſtodem ponere.*

1 ADuerte primò hic, quod decimæ vel ſunt perſonales, vel prædiales, *cap.ad Apoſtolica extra eodem*; Perſonales ſunt; quæ debentur ex bonis acquiſitis proprio labore perſonæ, vt ex militia, negotiatione, induſtria, &c. *cap.paſtoralis ext.eod.cap.decimæ 19.q.1.* & iſtę
2 debentur Parocho, vbi quis audit Diuina officia, & ſacramenta ſuſcipit, patet ex *Silueſt.ver.decima num.14.* & debentur in
3 fine anni *cap.peruenit ext.eod.* & debentur Parocho, vbi quis permanet, *Abb. in cap. ad Apoſtolica ext.eod.* non obſtante, quod tale lucrum alibi contingerit.

Aduerte ſecundò, quod decimæ prædiales ſunt, quæ de fructibus prædiorum
4 ſoluuntur, vt de vino, frumento, &c. *cap.in aliquibus, & cap.ad Apoſtolica extra eod.*
5 & iſtæ debentur illi Curato, in cuius territorio manent prædia decimandi, *d.cap.ad Apoſtolica*, & debentur ſtatim collectis fructibus, *cap.peruenit, extra eod.* imò po-
6 teſt Parochus ponere cuſtodes fructibus ne fraudentur, *Spec.in tit.de decim in fi.* vt probat *in l.ſi iter, ff. de vſu, & habitatione Franch.dec.117.* Nec ſunt deducen-
7 dæ expenſæ factæ pro collectione fructuũ *d.cap.paſtoralis, cap.reuertimini 16. q. 1.* contrarium tamen ſeruatur, vbi conſuetudo contrarium diſponit.

In §.item ſi perſonales.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ debentur de pecunia acquiſita ex induſtria.*

Decimato capitali nõ debentur decimæ de fructibus, n.2.

Decimarum onus tranſit ad alios, n.3.

Expenſę pro fructibus induſtrialibus ex perſona deducuntur, n.4.

ADuerte primò, quod ſi quis fundũ & vel domum emat de pecunia
1 non decimata, puta de pecunia acquiſita in Caſtris, vel per patrocinium Aduocati, &c. iſte ſoluit decimam de omnibus redditibus fundi, ſecus autem ſi qs

ex

ex pecunia iam decimata emerit fundũ,
non.n.tenetur ſoluere decimas de reddi-
2 tibus,quia ſemel decimatam iterum deci-
mari non debet,vt notat hic *Lancellottus.*
Aduerte ſecundò,quod res ſemper trã-
3 ſit cum onere ſuo,& ſic ad quæcumq; de-
uoluatur res ſemper cum onere decima-
rum tranſit. Verum tamen eſt,quod de
decimis perſonalibus, puta ex mercimo-
nijs , molendinis prius ſunt deducendæ
expenſæ factę pro rebus ipſis,quod non
eſt in decimis prædialibus , & rationem
dat *gl.hic verb.deduci debent*, nam in ne-
4 gotiatione operatur etiam manus homi-
nis , in alijs pręcipuè operatur manus
Dei, *cap. cum non ſit extra eod. cap.naſci
diſt.96.* item ſolui debent decimę de om-
ni eo, quod aduenit hęredi extraneo, ſic
ex hęreditate,legato,&c.*gl.hic ex cap.pa-
ſtoralis extra eod.*

In §.expenſis , cum duobus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Expenſa non deducitur à decimis prædialibus.*
2 *Conductor ad medietatem non deducit expenſas à Domini parte.*

1 NEc expenſę feminis tolli debent
pro ſolutione decimarum , nec
diffalcatio cenſus fit, nec annui
redditus etiam debiti Domino directo ,
& ratio eſt:nam Deus eſt primus Domi-
nus,qui recognoſci debet , *Abb.in capit.
cum non ſit extra eodem*,& ratio aſſigna-
tur , nam quando concurrunt duę cauſę
potentior ligat, ſed validius eſt dominiũ
vniuerſale, quod habet Deus, quam do-
minium particulare cuiuſcunq; creaturę,
ergo potius Deus pręferri debet non ob-
ſtante diſpoſitione *text.in l.fructus,ff.ſo-
luto matrimonio* , vbi fructus ſoluuntur
deductis expenſis,id.n.habet locum inter
hominem,vt hominem , ſecus autem in-
ter homines, & Deum.
Nota etiam hic pro ruſticis,qui dum
conducunt fundum ad medietatem , vt
2 dici ſolet, non debent de medietate Do-
mini deducere expenſas, ſed intelligitur
de medietate fructuum naturalium mo-
do,quo natura procreat , *Abb.in cap.pa-
ſtoralis extra eodem*,colligitur ex *l.libro-
rum,§.quod tamen,Caſſius,ff.de legatis 3.*
& quod nec ſemel deduci debeat à quan-
titate decimarum, docent *Innocent. &
Abb.in cap.tua extra eod.*

In §. eadem ratione.

SVMMARIVM.

1 *Decimas non ſoluentes priuantur Eccleſia ſepultura debentur etiam de venatione,piſcatione,n.2.*
Etiam de acquiſitis in bello licito,nu.3.
Pro ſolutione ipſarum imploratur brachium Iudicis laici,n.4.
Decimarum cauſa,quę fuerit,nu.5.
6 *Domus clericorum omnibus debet eſſe aperta.*

HIc de rebus pro quibus decimę
ſolui debent,ideo
Aduerte primò , quod om-
1 nes tenentur ſoluere decimas de omni-
bus bonis,& non ſoluentes priuantur Ec
cleſiaſtica ſepultura, *cap.probibemus ex-
tra eod.* & ſic debentur de fructibus ter-
rę,de piſcatione,de venatione , de acqui-
2 ſitis in caſtris,& de omnibus alijs,vt pa-
tet hic ex *text.in cap.peruenit cum pluri-
bus ſequentibus extra eod.* tamen reſpe-
ctu militię.
Aduerte ſecundò,quod tantum de ijs ;
quę perueniunt ex militia iuſta, & bello
3 licito ſoluuntur decimę , non autem de
illicitè acquiſitis , *cap.ex tranſmiſſa extra
eod.* Deus.n.non vult illicitè acquiſita ,
*cap.decimę 16.q.1.& cap.quocunquè, &
cap.omnes 16.q.7* quando tamen bellum
eſt iuſtum,& bona ſunt licitè acquiſita ,
tunc enim Rex de ipſis tenetur ſoluere
decimas, *Abb.in cap.omnes principes de
maioritate,& obedientia.*
Aduerte tertiò,quod non ſoluentes nõ
tantum poſſunt excommunicari,ſed etiã
4 eſt implorandum brachium Iudicis ſecu-
laris ad ipſos compellendos, *DD.in cap.
probibemus extra eod.* & in cauſa decima-
rum ſummariè proceditur, *clem.diſpen-
dioſam de iudicijs.*
Dices, ceſſante cauſa ceſſat effectus ;
ſed cauſa propter quam Eccleſiaſticis de-
bebantur decimę erat, quia non habebãt
proprium peculium , vt oſtendit Domi-
5 nus in diſtributione terrę ex libris Ioſuę ,
quę cauſa hodie ceſſat cum Eccleſiaſtici
habeant multa prędia,& vt plurimũ ſunt

diţiores laicis, ergò decimę non ſunt ſol-
uendæ.

Reſp.negando minorem: nam cauſa
principalis decimarum,vt diximus eſt re-
cognitio ipſius Dei tanquã ſupremi Do-
mini, tum quia dantur ipſis clericis, quia
miniſtrant ſacramenta inſeruiunt Eccle-
ſiæ, & operantur ſimilia ad commoditatẽ
laicorum, quæ cauſæ ſemper currunt ſiue
habeant bona patrimonialia, ſiue non,
ergo ſemper decimę ſolui debent,*cap.fin.*
16.*q*.1. nec debent curare laici,quod cle-
6 rici ſint di iores, nam domus clericorum
omnibus, & peregrinis, & egenis ſemper
debet eſſe aperta, quod ſi non faciant ipſi
videant.

In §.illud etiam cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Decimas etiam Iudei ſoluunt de prædia-
libus.*
2 *Decimarum obligatio eſt infixa rei cleri-
ci etiam ſoluunt,n.3.*

1 ADuertę primò, quod etiam Iudæi
tenetur ſoluere decimas prædia-
les, quæ ſunt ex fructibus, quos
natura procreat ergo Auctor naturæ re-
cognoſci debet, quod ſi nolint ſoluere
compelluntur renunciare prædia; onera-
tus.n. ratione oneris realis poteſt ſe exo-
nerare rem oneratam relinquendo, *Abb.
in cap.de terris extra eod.*
Dices,Iudæi ſunt vſurarij, & bona male
acquirunt, ſed Eccleſia non vult decimas
de male acquiſitis,vt diximus, ergo non
poteſt à Iudęis decimas exigere.
Reſp.diſtinguendo conſequens de ma-
le acquiſitis ex negotiatione, & concedo
alio modo,& nego.n.vero,licèt qvis alie-
2 num prędium iniuſtè poſſident, adhuc ta-
men decimas ſoluere debet ratione rei,
quę manet obligata,& obligatio decima-
rum eſt infixa in ipſamet re,*gloſ.hic verb.
renunciandas.*
Aduerte ſecũdò,quod etiam clerici te-
3 nẽtur ſoluere decimas pro bonis proprijs,
cap.nouum genus,& cap.ſi quis laicus 16
q.1.in hoc tamen eſt attendenda conſue-
tudo locorum.

In §. De Monachis cum duo-bus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Regulares et viuentes in cõmuni non ſol-
uunt decimas perſonales,ſed prędiales,
n.2.
Limita ex priuilegio,n.3.*

1 ADuerte,quod tam clerici viuentes
in communi, quã regulares Mo-
nachi,&c.non tenentur ſoluere
decimas perſonales,nam nulla ſinit ratio,
vt ab ipſis de proprijs laboribus decimæ
extorqueantur: nam qui viuunt proprijs
laboribus pauperes appellantur, *Abb.in
cap.quod ſuper deuoto, & Ciuitiſię in l.ſi
conſtãtè,ff ſolut.matrim.* ſecùs autem in
2 prædialibus,de ipſis.n. ſoluere tenentur,
quandocunq; ipſis donentur, ſiue ſint no-
ualia, ſiue prædia iam eruta, ſiue quomo-
docunq; niſi obſtet priuilegium in contra-
rium,& hoc priuilegium obſtat,vt eſt reſ-
pectu mẽdicãtiũ,qui ſunt immunes à tali-
3 bus decimis,vt per *Bull.Gregor.XIV*.quę
incipit *Cum nos*, patet ex *clem. 1. eod.tit.
c.1.§.cęterum de decimis in 6.* vbi omnes
ſoluere tenetur præter expreſsè priuile-
giatos.

In §.ſed ſemper cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Decimarum priuilegium non ſemper va-
let,n.2.*
3 *Prę latus damnum inferens Eccleſię te-
netur de proprio.*
4 *Priuilegium non tollit pactum ſine ex-
preſſe pacti mentione.*

1 ADuerte primò hic, quod non ſem-
per priuilegium habet ſuum ro-
bur, & ideò ſi contra priuilegium
decimarum ſit lata ſentẽtia Iudicis,& hęc
fecerit tranſitum in rem iudicatam tran-
ſacto.ſ. tempore determinato à iure pri-
uilegium non obſtat,*cap.ſub orta de re iu-
dicata.* Sic etiam limitatur ſi in contrariũ
2 obſter perſcriptio triginta,vel quadragin-
ta annorum, *cap.accedentibus de priuile-
gijs,*

Digitized by Google

gijs, *cap. ſi de terra eod. tit.* vt .ſ. ſi Epiſcopus, vel Parochus per tale tempus decimas exegerint, tunc. n. per tale tempus abrogatur priuilegium, & potius introducitur ius exigendi, quam quod gaudeant priuilegio: nam ius eſt, quid commune, & priuilegium eſt quid particulare, & bonum commune debet præferri bono particulari, tanto fortius id ipſis imputari debet, quod ſoluerint, & volenti, & conſentienti non fit iniuria, nam vnuſquiſq; poteſt cedere iuri ſuo, ſi non tendat in præiudicium alterius, *l. ſi quis in conſcribendo C. de pactis.*

Aduerte ſecundò, q Superior qui tale
3 dãnũ intulit ſuæ Eccleſiæ, tenet. n. de proprio (ſi habent) damnum paſſum reficere ſuo Monaſterio, *cap. quidquid 12. q. j.* quia Superior ſe habet ad modum tutoris, qui tenetur de omni dãno illato pupillo, *l. non ignotum, C. de adminiſtr. tut.*

Aduerte tertiò, quod ſi aliqui conuenerint de ſoluendi decimis, & ex tali cõuentione per longum tempus ſoluerint, li-
4 cet vnus ex ipſis impetret priuilegium à Papa de non ſoluendis decimis, adhuc tamen ſoluere tenetur niſi Papa in priuilegio expreſsè intendat derogare tali conuẽtione, *cap. ex multiplici ext. eod.* quod faceret ſi in reſcripto priuilegij diceret (non obſtante qualibet conſuetudine) vel conuentione in contrarium, *gl. in d. cap. verbo continuatur, ex cap. nonnulli de reſcript.*

In §. vnde cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium non debet ſatis grauare ſubditos.*
Datum cum magno grauamine, limitatur n. 2.
3 *Eccleſia de prædio nouiter conducto decimas ſoluit.*

DIximus ſupra *lib. 1.* agentes de reſcriptis, quod priuilegia non debent multum præiudicare tertio, ideo ſi
1 priuilegia multum extendantur, vt grauarentur Epiſcopi, vel Curati circa neceſſaria ad propriam ſubſtentationem, vt poſſint munera ſoluere, & ſatisfacere pro receptionibus legatorum Nunciorum, vt poſſint ſoluere Procurationes, & &c. tunc ægrauari debẽt, & talia priuilegia reſtrin-
2 gi reſpectu Parochorum, poterit ipſemet Epiſcopus reſtringere dicta Priuilegia, ne ſatis grauentur Parochi, *glo. hic ex clem. 1. de ſent. excom.*

Si Eccleſia præter propria prædia alia conduxerit, de nouiter cõductis decimas
3 ſoluere tenetur, ne ſatis grauetur ius Parochorum, *cap. dilectus ext. eod.* Idem etiam eſt dicendum, ſi quis ſit priuilegiatus in laboribus in proprio prædio; hic enim ſi ſuum prædium alteri locet, & ipſe aliud prædium conducat, tunc de prædio nouiter conducto decimas ſoluere tenetur, nẽ priuilegium eſſet in fraudem Parochorũ.

In §. generaliter vſque ad fin.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium contra decimas ſolus Pontifex dat.*
2 *Laici non dant priuilegium cõtra Eccleſiam.*
Non exigunt quidquam à clericis, n. 3.
& n. 5.
Limita in feudis, nu. 4.
Limita ex priuilegio Papæ, n. 6.
7 *Decimæ locari poſſunt, & vendi.*
Quem pars ipſarum debetur Epiſcopo, num. 8.

ADuerte primò pro his §§. quod talia priuilegia pro nõ ſolutione decimarum ſolus Pontifex facere poteſt, & ſi
1 fiant ab alijs nullam habent firmitatem, quod enim datur ab eo, qui dare non põt pro non dato habetur, *cap. quod autem de iur. patr. Abb. in cap. dudum ext. eod.* vbi etiam probatur, quod qui priuilegium Ec-
2 cleſiaſticum à laicis recipere vult, ſactilegij crimen incurrit, & ipſimet laici ſe intromittentes iniuſtè iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, ſunt excommunicati, *Couar. lib. j. var. reſol. c. 3.*

Aduerte ſecundò, quod ſi ipſi laici vellent à clericis decimas exigere, ſunt excõmunicati, & clerici etiam ſoluentes ex ſua
3 voluntate ſunt pariter excommunicati, *cap. quamuis extra eod.* potius enim laici ſoluere tenentur etiam ſi Princeps ſint, *cap. omnes Principes de maior. & obed.*

Limita tamen hoc in bonis feudalibus, in quibus etiam clerici tenentur ratione
4 rei, quæ ipſius Principis, & Regis eſt, *cap. nimis de iuriur.*

Aduerte tertiò, hoc adeò verum eſſe, vt neque poſſit Epiſcopus dare licentiam

laico, quod de oblationibus, quæ veniunt
5 imagini alicuius Sancti exiſtẽtis in tali pri
uato domo diſponat ipſe laicus pro ſui libito, vt notat *gl. hic verb. laicus*, ex communi opinione DD. in *cap. quamuis extra*
6 *eod.* Papa autem & hanc licentiam, & ampliorem etiam exigendi ſcilicet decimas, poſſet puro laico concedere, vt per DD. *in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* tamen ſecluſo tali priuilegio, ſeu licentia Summi Pontificis, ſi quis tyrannicè exigeret à clericis, & non reſtitueret in vita, mortuus deinde deberet ſepeliri extra Eccleſiam, *cap. probibemus ext. eod.*

Aduerte vltimò, quod licet ius decimandi non poſſit vendi, tamen non eſt cur ip-
7 ſemet decimæ vel locari, vel vendi poſſit; nam ius decimandi eſt ſpirituale, non aũt pura ratio decimarum, patet ex hic ex §. *ſi quis tamen.*

Nota, quod vbi conſuetudo non docet cõtrarium debetur Epiſcopo quarta pars
8 decimarum quas colligunt Parochi, puta ſi Parochus exigat centum pro decimis, debet Epiſcopo vigintiquinque, *cap. conquerente de offic. ordin.* Neapoli verò id ſeruatur quoad ius quartariæ, pro candelis, vt diximus.

DE REBVS ECCLESIÆ alienandis, vel non.

TITVL. VIGESIMVS SEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio quid ſit.*
An liceat Epiſcopo ipſam facere, nu. 2. 3. & 4.
5 *Mobilia magni momenti Eccleſiæ quomodò alienari poſſint.*

Viſum eſt in ſuperioribus de rebus merè ſpiritualibus, vt ſunt Sacramenta, & de rebus ſpiritualibus, & temporalibus, vt ſunt decimæ; reſtabat videre de rebus merè temporalibus quæ ſunt in poſſe Eccleſiæ, vt ſuis neceſſitatibus ſubuenire poſſit, meritò ponitur præſens titulus, ad cuius tituli, & §. 1. intelligentiam,

Aduerte primò, quod alienatio eſt actus
1 per quem ius noſtrum in re in alium transferimus, ſic patet ex *l. alienationis verbo, ff. de verb. ſignif.* Epiſcopus autem nõ poteſt res Eccleſiæ alienare; nam in facultatibus Eccleſiæ habet poteſtatem diſpen-
2 ſandi tantum, non diſtrahendi, nec dilapidandi, vt in principio *queſt. 2. cauſa* 10. & alienatio facta ſine cõſenſu Papæ in rebus ſtabilibus nulla eſt, etiamſi fiat ad vtilitatem, vel neceſſitatem Eccleſię, *cap. placuit* 12. *q.* 2.

Limita hoc ex vrgentiſſima neceſſitate quando Superior non potuit Sedem Apoſtolicam conſulere, tunc enim ipſe poteſt
3 facere alienationem, & non incurrit excommunicationem, ſic Quaran. *in ſumm. Bullar. verb. alienatio, limit.* 7. vbi id probat ex multis.

Aduerte ſecundò, quod aliqua pauca
4 mobilia poſſunt alienari per Epiſcopum, non ſine conſenſu Capituli, *c. 1. de ijs, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli*, ſi autem ſint bona Eccleſiæ inferioris poteſt id facere ſolus Epiſcopus præuia informatione de vtilitate, vel neceſſitate Eccleſię, ſi autem ſint res mobiles magni momenti
5 non poteſt fieri alienatio ſine diſpenſatione Summi Pontificis, qui committit informationem de vtilitate, vel neceſſitate, &c. & ſi Commiſſarius committat fraudem in relatione eſt excommunicatus ipſo facto, vt patet ex decr. *Pauli III.* in hac materia, vbi tali abſolutio Papę reſeruatur.

In §. ex ijs cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis nomine quid veniat.*
2 *Epiſcopus non alienat, ſe habet vt Procurator. Limita n. 5.*
3 *Procurator donare non poteſt.*
4 *Locatio rei Eccleſiæ vltra triennium quando valeat.*
Alienationis rerum eccleſiæ requiſita.
7 *Alienationes ſine conſenſu, & ſolemnitatibus ſunt excommunicati.*
Contractum faciunt nullum, n. 8.

Videbimus hic primò, quid contineatur nomine alienationis. Secũdò, quæ requirãtur ad alienationem licitè faciendam.

Circa primum aduerte, quod nomine
1 alienationis venit venditio, permutatio, hy-

hypotheca, donatio, conductio ad lõgum
tempus,& emphyteuſis, vt in *cap.nulli ext.*
eod. nam per quemlibet actum ex his do-
minium rei transfertur de vno in alium,
ergo habetur alienatio.

Dices, conductio non ita ſe habet, ergò
malè ipſam hic cõnumerat Auctor noſter
ſub genere alienationis:

Reſp. diſtinguendo antecedens, condu-
ctio ad modicũ tẽpus,& conc edo ad lõgũ
tempus,& nego, nam & hanc dici poſſe
alienationem, docet *tex. in d.cap.nulli, &*
in clem.1. eod.tit.

Circa ſecundum aduerte primò, quod
2 Epiſcopus non poteſt quamlibet rem Ec-
cleſiaſticam alienare: non enim eſt Do-
minus, ſed adminiſtrator, *cap.finali 12.q.1.*
nec poteſt dici Epiſcopus procurator
ſimpliciter: nam procurator donare non
3 poteſt, *l.procurator.ff.de procuratoribus*,
Epiſcopus vero poteſt iuſta cauſa inter-
cedente aliqua leuia donare, vt patet *c.3.*
de donationibus, cęterum diſponere non
poteſt, imo nec locare vltra triennium, vt
in *d.cap.nulli, & extrauaganti ambitioſæ*
4 *hoc titulo*, quod ſi de facto inueniatur ta-
lis locatio facta vltra triennium non va-
let, niſi eſſet res, quæ fructificaret ſingulis
triennijs, vt ſi eſſet ſilua cedua, tunc enim
poſſet Prælatus fructus nouennij vendere,
& habetur loco triennij, *Couarr. lib.2.*
variarum reſolutionum cap.16.num.6. &
Nauarr. in commentario 1. de extraua-
gantis.

Aduerte ſecundò, quod ad hoc, vt poſ-
ſit fieri alienatio per Epiſcopum requiri-
tur primò, quod ſit res mobilis: nam in
5 rebus ſtabilibus ſolus Pontifex diſpenſare
poteſt. Secundò, quod interueniat con-
ſenſus omnium Canonicorum præſentiũ
ſi res alienanda ſit Eccleſiæ Cathedralis,
cap.1. de ijs, quæ fiunt à Prælatis, &c. Si
vero ſit Eccleſiæ inferioris non opus eſt
conſenſu Capituli; ſed requiritur conſen-
6 ſus clericorum illius Eccleſiæ. Tertiò, de-
bet ſupplicatio pro tali alienatione ſub-
ſcribi ab omnibus, vel de Capitulo, vel de
Eccleſia, quæ vult alienare. Quartò, quod
ſit cauſa vtilitatis, vel neceſſitatis Eccle-
ſiæ, ſufficit tamen quod ex tali alienatio-
ne Eccleſia, non fuerit damnificata, *l.in*
pupillo, ff.de ſolutionibus, nam eo ipſo,
quod non eſt damnificata cenſetur effe-
cta locupletior.

Aduerte tertiò, quod alienantes præter
hæc requiſita incidunt in excommunica-
7 tionem, vt diximus, ſoli Papæ reſeruatam,
vt in *extrauaganti ambitioſa extra eod.*
Verum tamen quod ſeruatur in praxi,
quod ſcilicèt fiat alienatio cum pacto im-
petrandi aſſenſum Apoſtolicum, ita vt
tunc contractus habeat firmitatem quan-
do aſſenſus fuerit impetratus,& interim
non incurrunt excommunicationem,
Nauarr. conſ.1. de rebus Eccleſiæ non
alienandis, & Gramm.dec.49. idem con-
firmat.

Aduerte quartò, ꝙ actus alienationis
ſic celebratus ſine conſenſu clericorum,
licentia Papæ,& cętera præter talem pę-
nam excommunicationis eſt etiam nul-
8 lus, nec aliquam habet firmitatem, niſi
clerici præuio conſenſu ſuperioris ratam
habeant alienationem ſic factam. *gloſ. hic*
verb.ratam habeant ex cap.cum nos de ijs,
quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capi-
tuli, quod intellige ſiue ſit alienatio ad
tempus, ſiue perpetua, vt per venditio-
nem, vel emphyteuſim.

In §. ſed nec commiſſum cum ſequenti.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius non poteſt res Eccleſiæ alienare.*
2 *Eccleſia aliquando obligari poteſt.*
3 *Beneficiatus ſucceſſor quando teneatur ſoluere debitum Eccleſiæ, nu.4.*

SOlent aliquando Eccleſiæ dari in com-
mendam, vt diximus ſupra *lib.1.tit.de*
conſtitutionibus, ideo

Aduerte primò, quod ſiue Eccleſia ſit
commendata, ſiue ſimpliciter conceſſa in
1 beneficium,&c. non poteſt adminiſtrator
ſiue beneficiatus Eccleſiæ ipſam obliga-
re, vel apocas facere, ex quibus Eccleſia
appareat obligata, vt patet ex præſenti
§. imò ſi quis id faciat remanet ſuſpenſus
ipſo iure ab adminiſtratione rerum Ec-
cleſiæ, vt notat *gloſ. in cap. in pœnis de re-*
gulis iuris in 6. Eccleſia non remanet
2 obligata, niſi id quod receptum eſt appa-
reat fuiſſe conuerſum in euidentem vti-
litatem ipſius Eccleſiæ, *cap. enim verſic.*
creditor 10.q.2. & Abb. in cap. ſuper hoc
de renunciatione.

Aduerte ſecundò, quod quando verè
probatur rem fuiſſe verſam in euidentem
vtilitatem Eccleſiæ, tunc ſucceſſor tene-
3 tur ſoluere,& in hoc comparatur hæredi,
qui ſuccedit in vniuerſum ius, quod de-
functus habebat. Sic etiam eſt ſucceſſor in

beneficio pro hoc caſu, nam quoad alia valdè differunt, vt notat *gloſ. hic verbo à prædeceſſore*, & patet ex *cap. conuenior 24. q. 1.* Tunc autem dicitur res verſa in vtilitatem Eccleſiæ, quando veriſimiliter
4 Eccleſia impendidiſſet, niſi fuiſſet facta
talis verſio, patet ex *l. fundo, ff. de reiuendicatione.*

In §. excipiuntur cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, quando, & quomodo mobilia Eccleſiæ alienet.*
Pro ædificio nouæ Eccleſiæ, quid facere poſſit, n. 2.

ADuerte primò, quod non quaslibet res mobiles poteſt Epiſcopus
1 alienare, ſed res mobiles parui
valoris alias pro rebus pretioſis requiritur aſſenſus Apoſtolicus, vt notat *Abb. in cap. cæterum de donationibus.* Verum tamen eſt, quod poterit ſuperior propter bene merita aliqua donare leuia, vt in *cap. cæterum de donationibus*, & reſpectu regularium diximus *lib. 1. de regularibus, & monachis*, quod licèt dent in quartam partem vltra meritum non frangunt votum paupertatis.

Aduerte ſecundò, quod Prælatus po-
2 teſt pro ædificio nouæ Eccleſiæ tantum
territorij concedere, vt ſufficiat pro hoc *cap. in venditionibus 17. q. 4.* vbi DD. dãt rationem: nam bonum eſt Eccleſiæ vniuerſali nouas ædificari Eccleſias.

In §. idem iuris erit, cum tribus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ res quomodo locari poſſint.*
2 *Præcarium quid ſit, quot habeat ſpecies, & an cadat in rebus Eccleſiæ.*
3 *Emphyteuſis quid ſit, eius effectus, n. 4.*
Et in quo differat à contractu cenſuali, num. 5.
Eius ſpecies, n. 6.
Quomodo finiatur, n. 7.
8 *Laudemium, quando & cui debetur.*
9 *Emphyteuſis, an cadat in rebus Eccleſiæ.*
10 *Emphyteuta rei Eccleſiæ quomodo cadat à iure, & n. 12.*
11 *Moræ purgatio admittitur aliquando.*

POſſunt aliquando res Eccleſiaſticæ lucari ad modicum tempus, & etiam dari in emphyteuſim modo quo habetur hic, ideo ad intelligentiam hicrum §§.

Aduerte primò, quod poſſunt fructus
1 Eccleſiæ vẽdi ad modicum tempus, quod
licèt antiquitus eſſet in arbitrium Iudicis, vt in *cap. inquiſitionis de accuſationibus*, hodie tamen eſt ſtatutum, vt tantum ad triennium id liceat, patet ex *d. extrauaganti ambitioſum.*

Aduerte ſecundò, quod poſſunt etiam res Eccleſiaſticæ concedi in precarium. Vt autem id intelligatis ſciẽdum eſt, quod habemus tres terminos ſcilicèt, precariũ,
2 precariæ, & precaria. Precarium eſt con-
tractus quo res cõceditur ad voluntatem concedentis, & reuocari poteſt à ſucceſſore, niſi rationabilis cauſa inducat, deberi in tali precario per aliquod aliud tempus permanere, *cap. precarium extra de precarijs*. Precariè eſt contractus quo res conceditur in perpetuum, debet tamen renouari obligatio de quinquennio in quinquennium, *cap. precariæ citato tit.* nõ poteſt tamen reſcindi, niſi irrationabiliter fuerit facta conceſſio, cæterum durat in perpetuum *d. cap. de precarijs cit. tit.* Precaria vero eſt contractus, quo res datur ad mortem, vnde *gloſ. hic ponit verſus.*

Rie riarium tria ſunt quibus eſt caput vnum
Rie ſunt ſolita poſt ſingula luſtra renaſci
Rium finitur tunc quando vult ſuus auctor.

His poſitis nota, quod non poteſt Epiſcopus ſiue beneficiatus alienare fructus, vel locare res Eccleſiaſticas, niſi per precarium, & tempus erit triennij, nec vltra facta alienatio valet, nec precaria, nec precarias fœminini generis facere poteſt niſi interueniat aſſenſus Apoſtolicus, vt ſupra diximus, & patet hic ex §. *idem iuris eſt.*

Aduerte tertiò, quod habemus alium terminum, qui eſt emphyteuſis, & hic eſt
3 contractus per quem res ſtabilis in per-
petuum conceditur ſub annua ſolutione; ea lege, vt quandiù penſio ſoluitur, emphyteuta expelli non poſſit. Si tamen emphyteuta meliorationes fecerit in re emphyteutica non poterit ipſas vendere

in

in requiſito Domino directo, an ſcilicèt
velit ipſe dictas meliorationes emere,
4 *l. fin. in fine, C. de iure emphyteutico*, dixi-
mus *lib. 3. in §. adeo de locatione, & con-
ductione*, quod debet emphyteuta expe-
ctare per duos menſes an velit Dominus
directus emere nec ne, quod ſi nolit, po-
terit emphyteuta vendere cui vult dictas
meliorationes, *cap. potuit de locato, &
conducto*, vbi *gloſ. in figuratione caſus*.

Nota tamen primò, quod emphyteuſis
differt à contractu cenſuali: nam cenſus
5 transfert vtile, & directum dominium,
& in Domino remanet tantum ius exi-
gendi cenſum, *gloſ. in cap. conſtitutus de
religioſis domibus*. Emphyteuſis autem
vtile dominium transfert in emphyteu-
tam directo remanente in Domino dire-
cto, qui ſemper recognoſci debet in ta-
lem,

Nota ſecundò, quod emphyteuſis po-
6 teſt dari, & in perpetuum, & ad tempus,
& quomodocumquè detur, poteſt varijs
de cauſis annullari. primò, ſi emphyteuta
non ſoluat ſecundùm conuentiones con-
ceſſionis, quæ conuentiones ſunt in rebus
ſæcularibus poſt triennium, in rebus Ec-
7 cleſiaſticis poſt bienniũ, *cap. potuit citato*,
vbi *gloſ. in additionibus ponit verſus*. Po-
teſt etiam emphyteuta ſpoliari re con-
ceſſa ſi rem reddiderit deteriorem, vel ſi
alienauerit ſine conſenſu Domini, *gloſ. hic
ex cap. propter, §. verum extra de locato*.

Nota tertiò, quod quomodocunquè
alienetur res emphyteutica ſemper de-
8 betur Domino principali laudemium,
quod eſt quinquageſima pars pretij quã-
ti res venditur, *Ricc. collectanea 31702. &
1942. Nauarr. in tract. de rebus Eccleſiæ
alienandis, vel non n. 21.* His poſitis.

Aduerte quartò, quod res Eccleſiæ non
poſſunt dari in emphyteuſim niſi ad tri-
9 ennium vt diximus, alias præter trienniũ
requiritur aſſenſus Apoſtolicus etiam
quando res eſt in ſtatu rudi, *cap. final. de
locato*, vbi *gloſ. verb. cæteri* ait, quod ſi per
biennium emphyteuta non ſoluit Eccle-
10 ſiæ cadit à iure, quod intellige non de
biennio rigoroſo, ſed de biennio, & alijs
decem diebus, *l. promiſſor, §. 1. ff. de con-
ſtituta pecunia*, & poteſt etiam purgari
mora ante prolationem ſententiæ, *l. Papi-
nianus, §. meminiſſe, ff. de conſtituta pecu-
nia*. Vel melius dic, quod cum hoc tem-
11 pus poſt biennium non reperiatur deter-
minatum in iure, in arbitrium Iudicis re-
mitti debeat, *cap. de cauſis de officio dele-
gati*, vel etiam remitti poterit in arbitriũ
boni viri, *l. cõtinuus actus, §. 2. ff. de verbo-
rum obligationibus*, nota demum pro hoc
biennio, quod non ſufficit allegare ſe non
fuiſſe requiſitum à Domino, nam abſquè
12 alia requiſitione debet pro tali tempore
ſoluere, & ſi non ſoluat cadit à iure, dies
enim interpellat pro homine, *l. magnam,
C. de contrahenda, & committenda ſtipu-
latione*, ſecùs autem in foro pœnitentiali,
in quo non peccat quis ſi non ſoluat,
elapſo tempore donec fuerit requiſitus à
Domino, *Abbas in cap. fin. de præſcriptio-
nibus*.

In §. Terrulas, cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ ſtabilia alienat aliquando Epi-
ſcopus, nu. 2. & 3.*
Limita in parte magni ſtabilis, num. 4.
5 *Epiſcopus ſeruos Eccleſiæ alienat ali-
quando.*

ADuerte primò hic, quod poteſt
Epiſcopus multas res alienare
1 (intellige tamen pro vtilitate
Eccleſiæ) & primò, poteſt alienare terru-
las, vel vineolas exiguas, quæ non exce-
dat valorem viginti ſolidorum, *cap. ſi quis,
& cap. terrulas 12. q. 3*. & poteſt diſtrahe-
re ſi vendendo in emphyteuſi, ſiue cenſuã-
do, ſiue alienando in totum, *d. cap. terru-
las*, vbi videtur diſpoſitum, quod neq; cõ-
ſenſus Capituli ſit de eſſentia, ſed tantum
de æquitate.

Aduerte ſecundò, idem eſſe quando res
2 vel non ſunt vtiles, vel minus vtiles, nam
nullum, & minus vtile æquiparantur, *c. 2.
de translationibus*. Idem dic, quando res
3 eſſent valdè diſtantes ab Eccleſia, & eſſent
parui momenti, tunc .n. idem poterit fa-
cere Epiſcopus, *cap. ſiue, & cap. non liceat
12. q. 2.*

Aduerte tertiò, quod non ſicut poteſt
Epiſcopus alienare terrulas, ſic poterit ẽt
4 partem prædij magni alienare: nam pars
prædij magni reſpectiuè illam aufert vtili-
tatem, quam aufert totum prædium, *Abb.
in c. 2. de his, quæ fiunt à Prælatis ſine con-
ſenſu Capituli*.

Aduerte quartò, quod poteſt etiam
Epiſcopus diſtrahere ſeruos fugitiuos Ec-
5 cleſiæ, vel etiam ſeruos, qui redacti ad ſer-
uitutem, tamen retineri non poſſunt for-
ſan propter incorrigibilitatem notantur
hic in *§. ſimili ratione ex cap. fugitiuos 12.
q. 11.*

In

In §. ſed, & in feudum cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Feudum quid ſit.*
Quomodo acquiratur, n.2.
Quomodo amittatur, n.3.
In rebus Eccleſiæ, quando habeat locũ, & quomodo, nu.4. & 5.

ADuerte primò, quod feudum eſt
conceſſio rei ſtabilis, qua domi-
1 nium vtile transfertur in vaſſallũ,
dominium verò directum remanet penes
ipſummet Dominum principalem, & ſic
dicitur à fidelitate, quam vaſſallus iurat
Domino directo, qui ſi ſit Dominus abſo-
lutus, & ſupremus feudum dicitur ligium,
ſecus autem dicitur non ligium, *Duarenus
lib.2. de conſuetudinibus feudorum tit.2. de
noua forma fidelitatis, & titul.21.* vbi dat
modos, quibus feudum acquiritur .ſ. vel
2 per inueſtituram, quæ eſt miſſio in poſſeſ-
ſionem à Domino principali, vel per præ-
ſcriptionem immemorabilem, vel per ſuc-
ceſſionem inter aſcendentes, & deſcen-
dentes.
Aduerte ſecundò, quod vaſallus ſpolia-
tur feudo ſi machinatus ſit mortem Do-
3 mini, per *Duarenum tit.24.* Item ſi teſti-
monium tulerit contra Dominum, vel ſi
aliam cauſam ingratitudinis commiſerit,
vt per *DD in c.2. de feudis*, & notat *Ho-
ſtienſ. in ſumm. eod. tit.* H s poſitis.
Aduerte tertiò, quod non obſtante iu-
4 ramento dato ab Epiſcopo de rebus Ec-
cleſijs non alienandis (quando conſecta-
tur) poteſt autem rem in feudum dare ali-
cui quando alteri iam eſt conceſſa de cõ-
ſenſu Papæ, & de facili recuperari non
poteſt, tũc. n. poterit Epiſcopus alteri da-
re in feudum cum pacto, vt ab iniuſto poſ
ſeſſore recuperet, ſic notat *Lancellott. hic.*
Idem dic mortuo primo feudatario, tunc
.n. poterit Eccleſia alteri concedere, quia
nõ poteſt dici alienatio, dum Eccleſia ſer-
uat idem ius, quod habebat ante. In hoc
tamen ſunt conſiderandæ nouæ conſtitu-
tiones dictæ *extrauagantis ambitioſæ*. Idẽ
dic ſimiliter de re Eccleſiaſtica, iniuſtè ab
alio occupata, tunc. n. poterit Eccleſia ip-
ſam dare in feudum recuperanti, & hoc ad
euitandas fraudes, vt notat *gl. hic ex Ioan.
Andrea, & Abb. in c.2. de feudis.*
Aduerte quartò, quod poterit etiam
Epiſcopus vaſallo delinquente, vt ſit di-
gnus priuatione feudi alteri dare tale feu-
5 dum, ſi nouerit id Eccleſię expedire, vt no-
tatur hic in §. *quinimò*, vbi *gl.* ad id probã-
dum multa iura adducit, & ratio eſſe po-
teſt, nam tunc res non videretur de nouo
alienata poſito, quod Eccleſia ſemper ſer-
uet dominium directũ. Hodie verò iſtę
infeudationes ſunt reſeruatę etiam Came-
ræ Apoſtolicę, & requiritur aſſenſus Papę,
vt in dicta extrauagãti, & *cap. nulli eod. tit.*

In §. Illud etiam, cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Serui Eccleſiæ à quò poſſint manumitti, & quare, nu.2.*
Reuocantur iterum, num.4.
Remanet ſub iure patronatus Eccleſiæ, num.3.

1 EPiſcopus, vel Abbas qui Eccleſiæ
vtilitatem intulit poteſt ſeruos Ec-
cleſię etiam non benemeritos ma-
numittere, dũmodo talis manumiſſio non
excedat menſuram ſui acquiſiti, vt lucri, &
damni eadem ſit ratio. Si autem ſerui ſunt
benemeriti, quia multum fecerint pro Ec-
cleſiæ, tunc ipſos poterit Epiſcopus, vel
2 beneficiatus manumittere, licet nihil ac-
quiſierint Eccleſiæ, attenditur. n. meritum
ipſorum ſeruorum, *Abb. in cap. tua de ijs
quæ fiunt à Prælatis ſine cõſenſu Capituli.*
Nota etiam, quod tales ſerui ſic manu-
3 miſſi remanent ſub iure patronatus Eccle
ſiæ, *cap. de libertatis 2.q.2.* Si autem quis ſi-
ne iuſta cauſa ſeruos manumiſerit, tunc
4 eius ſucceſſor non tenetur ſtare tali manu-
miſſioni, ſed poterit ad ius Eccleſiæ reuo-
care, *c. quod quis 25.q.6.c.2. de precarijs.*

In §. ſed, & Princeps cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Princeps, an poſſit cum Eccleſia permu-
tare, & quomodo, n.2.*
3 *Permutatio rerum Eccleſiæ, an fiat per
Epiſcopum.*
Non cadit in ſpiritualibus, n.4.

1 ADuerte primò hic, quòd poteſt Prin-
ceps, ſeu Dominus abſolutus, qui
alium

alium non recognoſcit ſuperiorem , vt in *cap.omnes principes de maioritate, & obedientia*,poteſt inquam talis princeps cum Eccleſia permutare aliquas res, dummodo tamen ex tali permutatione conditio Eccleſię non efficiatur deterior, *Abb.in c. 1.de rerum permutatione,& cap.ſi in qualibet* 12.q.2. debet tamen intercedere &
2 aſſenſus Apoſtolicus , vt in extrauaganti ambitioſa,verum tamen eſt,quod Epiſcopus etiam inuitus cogitur ad talem permutationem, & hoc ad pacem tenendam cum ipſis principibus laicis,*gloſ.hic verb. probabilis in fine.*

Aduerte ſecundò, quod poteſt etiam
3 Epiſcopus res duarum Eccleſiarum ſuæ diœceſis permutare accedente ipſarum Eccleſiarum cōſenſu, ſed hoc etiam eſt limitatum in dicta extrauaganti ambitioſæ.
4 Spiritualia autem cum temporalibus nūquam licitum eſt permutare,nā eſſet actus ſimoniacus, *cap.ad quæſtionem de rerum permutatione, cap.exhibita citato titulo* . Secus autē ſpiritualia cum ſpiritualibus .

In §.præterea cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio, & vſucapio quid ſint , quæ ſint requiſita,n.2. & 5.*
Quid in rebus Eccleſiæ,n.3.
Effectus,nu.4.
In quibus non cadat,n.6.& 7.

1 POteſt Eccleſia amittere ſuas res per præſcriptionem,vel vſucapionem ab alio factam iuſto titulo , & bona fide. Cadit autem præſcriptio in ſtabilibus,*c.1.16.q.3.* vſucapio vero ſi expreſſè ſumatur cadit in mobilibus,vt notatur hic ex *l.3.ff.de vſucapionib.*

Aduerte igitur pro his §§. quod ad hoc vt præſcriptio, vel vſucapio locū ha-
2 beant,debet is qui præſcribit,vel vſucapit eſſe in bona fide , & poſſidere ex iuſto titulo,*cap.quoniam extra de præſcriptionibus*,& notatur in *cap.poſſeſſor de regulis iuris in 6.*Tempus autē vſucapionis cum ſit in mobilibus eſt trium annorum,*l.3.ff.eod.* pro præſcriptione vero in ſtabilibus tempus eſt decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes,*l.2 ff.de præſcriptionibus*,pro præſcribenda autem actione perſonali tempus eſt triginta annorum, *d.l.2.* pro rebus vero Eccleſiaſticis tēpus
3 eſt quadraginta annorum,in rebus Eccleſiæ Romanæ tempus eſt centum annorū *auth.quas actiones , C.de ſanctiſſimis Epiſcopis.*

Aduerte ſecundò, quod quotieſcunq; bonę fidei poſſeſſor poſſedit rem per tempus præfinitum à lege,iuſto titulo , &c. rē
4 facit ſuam, nec reddere tenetur impoſterum,imò ſi ſuperior vellet excommunicare ipſum tanquam ſi poſſideret rem alienā excommunicatio eſſet iniuſta,eo quod ipſe ſit effectus Dominus, *Dec.in cap.nouit de iudicijs*,tamen dum incipit poſſeſſionē
5 neq; dubium debet habere de re aliena, quia peccaret mala fide retinendo quod alienum eſt , ſi vero poſt inceptam præſcriptionem occurreret dubium an res eſſet ipſius poſſeſſoris necne tunc facta diligentia ſi non inueniat alium verum Dominum poſt deponere dubium , & proſequi præſcriptionem computando etiam tempus pro quo poſſedit ante dubium , *Sot.lib.4.q.3.art.4.*

Aduerte tertio,quod iua decimarū pri-
6 mitiarum,&c.nō poteſt præſcribi à laicis, quia hoc eſt ius ſpirituale,& laici in ſpiritualibus nullum ius habent nec acquirere poſſint,*cap.peruenit 1.q.3.* Poſſunt tamen laici preſcribere patrimonialia clericorum,quia hæc non eſt res ſpiritualis.

Demum nota,quod res ſacræ , vel ſan-
7 ctæ,&c. præſcribi nequeunt cum non ſint in commercio, nec in dominio hominū, *cap.de quarta de præſcriptionibus.*

DE PECVLIO Clericorum.

TITVLVS VLTIMVS.

SVMMARIVM.

1 *Peculium in genere quid ſit.*
Clericorum,n.2.
3 *Clericus pauper promotus,quid ſi poſtea bona acquirat. & n.4.*
Filijs quid poſſit dare,& quando, nu.5. & 6.

Con-

COntinuatur titulus
iſte ad præceden-
tes hoc ordine vi-
ſum eſt ſupra de
rebus temporali-
bus Eccleſię in ge-
nere,reſtabat vide-
re de ipſis in ſpecie
& ſic de peculio, quod poſſidet quilibet
clericus merito ponitur præſens rubrica
pro cuius,& duorum §§. intelligentiam.
Aduerte primò,quod peculiũ eſt quaſi
1 parua pecunia, vt notat *gl.in rubrica ex-
tra eod.*& nomen habet à parua pecunia,
quam dant Dominus,vel pater filio,vel ſer
uo ad negotiãdum, *l.depoſiti,ff.de peculio.*
Illud autem eſt peculium clericorum,
2 quod vel eſt ex patrimonio proprio, vel
acquiſito proprijs laboribus ad modum
peculij laicalis caſtrenſis,vel quaſi caſtrẽ-
ſis,& quod ipſis relinquitur à conſangui-
neis,vel alijs etiam quaſi caſtrenſe repu-
tatur, *c. 1.& 2.extra eod.* Ceterum acqui-
ſita ex beneficio,vel alijs intuitu Eccleſiæ
non poſſunt dici peculium ipſius clerici,
nam neq; de hoc diſponere poteſt, vt vi-
debimus infra.
Aduerte ſecundò,quod cum poſſit cle-
ricus pauper promoueri, *c.1.1 2.quæſt.3.*
ex hoc ſi clericus pauper promotus ſit ad
titulum beneficij,vel prouentus Eccleſia-
3 ſtici, quidquid acquirit in poſterum cen-
ſetur acquiſitum intuitu Eccleſiæ, & ipſi
relinqui dicitur. Quod ſi non relinquatur,
ipſa Eccleſia vindicare poterit de manu
poſſeſſoris, nam pręſumitur acquiſitũ de
bonis ipſius Eccleſię,merito ipſi reddi de-
bet, eſtq; hæc præſumptio iuris,& de iu-
re,quæ obſtat niſi apertiſſimè contrarium
probetur per hæredes,puta habuiſſe cle-
ricum alium lucrum honeſtum, *cap. tua
nos de teſtamentis.* Ceterum ſi inſtrumẽ-
4 ta emptionis rerum fuerint nomine pro-
prio,vel alieno,ſemper cẽſẽtur eſſe ipſius
Eccleſiæ, vt habetur hic per *gl.verbo no-
men*, & fraudem ſic committẽtes ſunt ſa-
crilegi,furantur.n.bona,quæ Eccleſiæ de-
bentur,dum nomine alterius faciunt em-
ptiones, *cap.ingrediendum extra eod.* &
appropians clam, & meretricibus do-
nans eſt excommunicatus per *Trid. ſeſſ.
22.c.14.* & debet priuari omnibus fructi-
bus beneficij, præuijs tamen monitioni-
bus ibi notatis.
Aduerte vltimò,non ſic eſſe dicendum
ſi clericus haberet filios ſpurios, tunc .n.
5 eleemoſynaliter, & ſola ratione charita-
tis poteſt ipſos alere,& in vita dotem cõ-
ſtituere, *Abb.in c.1.de cohabitatione cle-
ricorum,& mulierum.* Dixi in vita ſua,nã
6 poſt mortem non poteſt clericus de fru-
ctibus ſui beneficij diſponere etiam ma-
turatis, ſed ipſos percipit Camera Apo-
ſtolica,diximus ſupra *libr.1.de præbendis,*
ſecus autem in bonis patrimonialibus,ca-
ſtrenſibus,&c.nam de his diſponere po-
teſt,quia vera ſua ſunt, & ſub eius domi-
nio,patet ex *toto tit.de peculio clericorum,*
& notat *Abb.in cap.1.& ſeqq.de ſucceſſ.
ab inteſtato.*

In §.ſed ſi vſque.

SVMMARIVM.

1 *Clerico relictum qui,& quomodo acqui-
ratur.*
2 *Eccleſia quomodo ſuccedat clericorum.*
3 *Spolium de quibus bonis fiat.*
4 *Camera Apoſtolica ſuccedens, an ſoluat
creditoribus clericorum.*
5 *Clericus quomodo teſtari poſſit in vita
ſua alteri dat,n.6.*

NON tantum empta à clerico,ſed
etiam ipſi relicta intuitu Eccle-
ſiæ poſt eius mortem Eccleſiæ
debentur, vt ſupra diximus de Canonica
portione.
Aduerte tamen primò, quod quando
1 aliquid relinquitur clerico intuitu Eccle-
ſię,nõ debet hæres ſumere falcidiam à ta-
li legato, nam de legatis ad pias cauſas,
falcidia detrahi nõ debet, vt in *§.ſed quia.
Inſtit.de fideicommiſſ.hæredit.* ſecus autẽ
quando clerico relinquitur, ſed vt alteri
det, vel aliquid faciat, tunc licet hoc de-
beat connumerari inter res eccleſiaſticas,
tamen poteſt Eccleſia detrahere falcidiã,
& dare ei deinde,cui id relinquitur *gl. hic
verbo non erit.*
Aduerte ſecundò,quod quãdo decedit
2 clericus in bonis Eccleſiæ,vel occaſione
Eccleſiæ acquiſitis ſuccedit ipſa Eccleſia
non Epiſcopus, ſed Collegium Canoni-
corum, ſi ſit Canonicus, vel beneficiatus,
gl.hic in §.nomine autem. Sed quidquid
ſit,id hodie correctũ eſt, & ſic fructus qui
ſuperſunt, & maturantur vacante benefi-
cio, omnes acquiruntur Reuerendæ Ca-
meræ Apoſtolicæ, quæ ſolet multoties fa-
cta compenſatione remittere ipſi benefi-
ciato ſucceſſori, vt ex *Bulla Iulij III.*
quæ incipit *diſponitur*.
Aduerte tertiò, quod de omnibus fit
ſpolium. Primò de bonis beneficij. Secun-
dò,

3 dò, de bonis regularium, hæc.n.ſunt Mo-
naſterij. Tertio, de bonis acquiſitis ex In-
do, vel illicita negotiatione, *c. 1. ne cleri-
ci, vel Monachi. &c.* & in his omnibus ſuc
cedit Camera Apoſtolica, quæ ſoluit de-
4 bita contracta à beneficiato, vel Prælato
pro ſubſtentatione propriæ vitæ, ſalaria
famulorũ, debita contracta pro neceſſita-
te Eccleſiæ, nam hæreditas tranſit cum
onere ſuo, & qui ſentit commodum de-
bet ſentire incommodum ex *cap. qui ſen-
tit in 6.* cum quia id pari paſſu ſuccedit in
Fiſco regio, qui dum ſuccedit, vel dum
confiſcat bona, in primis ſoluit debita, *l.
3. ff. ad l. Iul. de vi arma.*

Aduerte quartò, pro *§. licet*, quod non
5 prohibetur omnino clerico confectio te-
ſtamenti, & ideo ſi quid de proprijs bonis
in vita ſua dederit Eccleſiæ, poteſt deinde
in morte tantundem alteri legare, & le-
gatum valet, *cap. ſi quis 1. quæſit. 2. cap. ſi
Epiſcopus 1. quæſit. 5.* & patet etiam ex di-
ctis ſupra, quod qui Eccleſię aliquid do-
nauit poteſt compenſando tale debitum,
dare libertatem ſeruis eccleſiaſticis.

Aduerte quintò, quod ẽt clericus cauſa
eleemoſynæ, vel remunerationis dare po-
teſt aliqua mobilia in vita ſua ſiue cõſan-
guineis, ſiue extraneis, ſed non poteſt in
teſtamento id relinquere. Et hoc ideo eſt,
6 quia teſtamentum confertur, & confir-
matur tempore quo non eſt futurus præ-
latus, ſeu beneficiatus, merito non poteſt
pro tunc diſponere pater ex *l. eum, qui,
ff. de iuriſdictione omnium iudicum.* Vnde
quis poteſt facere per ſeipſum id, quod
non poteſt relinquere faciendum ab alio,
*cap. quia Ioannes 12. quæſit. 5. & cap. Apo-
ſtolicę de donationibus*:

In §. de his vero.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſionis ſpecies.*
Cadunt omnes in clerico, n. 2.

ADuerte hic primò, quod multi-
plex eſt ſucceſſio, vel ex teſtato,
vel ab inteſtato ex teſtamẽto ve-
niunt hæredes à teſtatore appellati cõtra
teſtamentum veniunt, qui à teſtatore de-
bebant appellari in teſtamẽto, & non fue-
runt appellati. Ab inteſtato veniunt hæ-
redes, quando nullum extat teſtamentum,
& ſic primò veniunt deſcendentes. Secun-
dò aſcendentes. Tertiò collaterales, vt di-
ximus *lib. 3. tit. de hered. quæ ab inteſt.
def.*

Aduerte ſecundò, quod poteſt clerico
ſuccedi tribus his vijs in bonis acquiſitis
2 ex propria induſtria, & non intuitu Eccle-
ſiæ, vt ſi aſſumpſiſſet munus aduocandi,
legendi, &c. *cap. quia nos de teſtamentis, et
gloſ. hic verbo peruenerunt*, & teſtari po-
teſt de bonis caſtrenſibus, vel quaſi etiam
ſi ipſe eſſet filiusfamilias, nam pro talibus
bonis paterfamilias reputatur, *Abb. in
d. c. quia nos.*

In §. quod ſi cum finali.

SVMMARIVM.

1 *Clerico qui ſuccedunt, & quomodo.*
2 *Liberto clerico quis ſuccedat.*

DEficientibus omnibus deſcen-
dentibus, vel aſcendentibus
vſque in infinitum, & tranſuer-
1 ſalibus ſiue agnatis, ſiue cognatis vſq; ad
decimum gradum, tunc clerico ſic ab in-
teſtato decedenti, ſuccedit Eccleſia, in
qua inſeruiebat vltimo loco, & dum de-
cedit etiam ſi beneficium eſſet ſine cura,
*cap. relatum de teſtamentis, & Abb. in cap.
1. citat. tit.* ſi autem ſimul, & ſemel duo ha-
beat beneficia, eſt diuiſio inter ipſas Ec-
cleſias, *gloſſ. hic verbo ſuccedat.* Quod ſi
omnino nullam haberet Eccleſiam,
tunc Epiſcopus ipſi ſuccedit, & ipſa bo-
na ad pias cauſas conuertere tenetur, ſi-
cut etiam debet facere de bonis pere-
grinorum in ſua Diœceſi, decedentium,
*Abb. in capit. in præſentia de probationi-
bus*, & colligitur ex *authentic. omnes
peregrini, Cod. communia de ſucceſſioni-
bus.*

Aduerte etiam hic, quod ſi ſeruus
fuerit promotus ad ſacros ordines, (&
promoueri poſſe, diximus *lib. 1. titul. de
2 his, qui promoueri non poſſunt*) ſi cum
licentia Domini etiam ſi libertate dona-
tus decedat, tunc eius bona diuidi de-
bent in quatuor partes, vna Epiſcopo,
altera Eccleſiæ, tertia pauperibus,
quarta parentibus, ſi eſſent capaces ſuc-
ceſſionis. Quod ſi parentes non extent,
vel non ſint capaces ſucceſſionis, iſta
quarta pars erit in poſſe Epiſcopi qui
ipſam diſtribuere tenetur in vſum Eccle-
ſiæ, & ſicut Fiſcus ſuccedit laicis, ita

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopus clericis, *gloſ. hic verbo Epiſcopus*. Et hæc ad Dei gloriam, Beatiſſimæ Virginis laudem, Sanctorum Patronorum Ioſephi, & Nicolai, Sancti Principis Doctoris, & omnium Sanctorum obſequium dicta ſint ſatis pro ſecundo libro Inſtitutionum Canonicarum, quem non breuem æſtimatis, ſed non erit obnoxius, ſi poſt ſcriptum per legatis.

F I N I S.

ANT 1.316.083